


VE RI
TAS



CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA.

VOL. I.

CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE P. BURMANNI SECUNDI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.

1821.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA.

SERENISSIMO

DELPHINO

GULIELMUS PYRRHO.

NATALIS Ægypti et Alexandriæ, in qua olim vigebat, delicias relinquit Poëta Claudianus, SERENISSIME DELPHINE, eo proposito, ut in Gallia et felicius renascatur, et diem videat nitidiorem, quam tum, cum floreret, videbat. Quod quidem tam jucundum ipsi est, quam quod jucundissimum esse queat homini cogitanti, in Imperium felix ac fortunatum, continuisque triumphorum palmis florentissimum, se receptum iri.

Non enim est, quod ætatis, qua THEODOSIUS MAGNUS imperabat, desiderio teneatur; si uti confidit, reviviscat in sæculo LUDOVICI MAGNI, qui tantum nomen longe pluribus ac majoribus implet virtutibus, quam unquam Theodosius implevit. Quippe augusti illius invictique Principis tam longe lateque diffusa laus; ipsius, ut sapientiæ, moderationis, magnificentiæ, fortitudinis, totque partarum mari et terra victoriarum fama remotissimas quasque regiones pervaserit.

Neque vero etiam est, quod Poëta noster illa tempora, quibus, ut Honorio alias perplaceret, ipsi contigit, nunc requirat; siquidem ea illi spes ostenditur, ut tibi non dis-

pliceat, SERENISSIME DELPHINE, quippe qui fiduciam habeat, non a superbia inductam, sed ab ipsa conscientia, et virtutis suæ, et præstantis tui ingenii, ac Regiæ plane indolis, quibus mire excitatus præclarissimarum rerum studio tam duceris, quam qui maxime. Excelso nempe et illustri loco sita de te fama, quæ nec obscuro nec vario sermone, sed clarissima et una omnium voce percrebuit, nemini dubiam relinquit nobilem illam animi contentionem, quam ad assequendam optimarum artium intelligentiam ita adhibes; ut, quod in tali fortuna novum est atque admirabile, quantum generis et dignitatis splendore tuis æqualibus, tantum ingenii et doctrinæ ornamentis antecellas.

Et quidem, etiamsi mentis tuæ rerum omnium capacis facilitas et magnitudo non ea esset, ut non tam feliciter, sicuti facis, proficeres; curis tamen et consiliis sapientissimi tui Rectoris, qui nihil habet antiquius, quam ut ad virtutes maximas te ultro altiora petentem provehat, provehi potuisses. At vero divina Providentia, quæ te ad regnandum tulit, ipsius curas adjuvit mirifice, erexit, recreavit, cum te eximiis omnibus corporis et animi dotibus, quæ firma esse possint adjumenta sustinendæ olim imperatoriæ personæ, tam instructum esse voluit, ut in toto orbe habeas parem neminem.

Ac re quidem ipsa, natus es ea formæ dignitate, ut corpus nec ipsæ Charites pulchrius ad venustatem; nec, pro tua ætate, Mars ipse vegetius ad firmitatem, et ad suscipienda ac toleranda belli munia fingere potuerit. Qui enim vultus decor? quæ frontis gratia simul et majestas? quam vividus Martiusque color? qui nitor vigorque oculorum, et quam animosa regalisque species, omnium amoris non solum conciliatrix, sed etiam venerationis? His accedit firma valetudo, et mira naturæ agilitas, ac denique pulchro corpore longe pulchrior ac generosior animus, mensque rebus atque artibus, quascumque expetiveris, tam apta, tam habilis, iis ut natus esse videaris.

Nam si ad avocandum a studiis gravioribus animum, venatui indulgendum est, quis te expeditior in equo per

campos patentes fertur? quis te propius cursum ferarum premit? quis ictu certiore aves volantes licet, dejicit? Si enses retusi vibrandi sunt, qua vi, qua corporis agilitate id facis? Si quid ex iis rebus, quæ ad bella campumque Martis et urbium munimenta pertinent, adumbrandum est, rem tanta solertia exprimis, ut in tuo opere non inficiandas sibi rerum imagines Mars ipse fateatur. Jam, si arma tractanda sunt, et milites quibusdam veluti pugnæ simulacris, quo vera deinde certamina prudentius fortiusque committant, assuefaciendi, eos ad quascumque militaris exercitationis formas, ad quæcumque prælia ludicra sic vertis ac torques, ut vel belli Duces præstantissimi; quam tam alacriter et generose sustines, eam non majore industria personam sustinerent. Si denique domandus est alter aliquis Bucephalus, ne Alexander quidem ipse eum licet ferocitate exultantem aut agat callidius; aut, si ita videatur, ipsius spumantis armos stimulis audentioribus fodiat, aut cursus recursusque melius ineat, orbesque orbibus sagacius impediat. Quæ quidem prima illa rudimenta et incunabula virtutis satis probant, quam magna habeas a natura atque etiam ab exercitatione, cum ætas mox feret, subsidia bellorum gerendorum; quamque magnis passibus, quam in gloria consequenda Heroës inierunt, eam sis viam initurus.

Sed quanquam illa tibi innata ad venatum, equos, arma, et alia, quæ tuæ cum ætati, tum fortunæ decora sunt, propensio te tam vehementer rapit, quam non ullum Principem unquam; ex his tamen animum lubenter revocas, ad artium ingenuarum, quas in deliciis habes, studia recolenda. Unde in Claudiani nostri animo inest velut quoddam augurium gloriæ sibi acquirendæ, cum mente cernit, quibus curis ad cultum multo elegantiorem splendidioremque, quam fuit antea, restituitur, eas curas tibi tanto Principi acceptas referri oportere. Quin et exultat lætitia, triumphatque gaudio, memor se in tuas manus esse venturum, tecum graves de rebus magnis sermones esse collaturum; et monita, quæ ad virtutes morales, militares, ac politicas pertineant, esse traditurum.

Et certe poëta nemo est, qui ad Principum congressum colloquiumque dignius pervenire posse videatur. Quis enim in describendis belli pacisque artibus præstantior? Quis in extollendis Heroïbus sublimior? Quis in deprimendis pravis Regnorum administris satyricus vehementior? Quis in investigandis naturæ mysteriis, quibus ducuntur et ipsi Imperatores, Philosophus solertior? Quis in fundendis elegis mollior? Quis ludendis epigrammatis acutior? Quid plura? Fabulas, ejus carmina novis illecebris adornant, historias nova pulchritudine adumbrant, totam antiquitatem pulchriori facie illustrant. Styli ipsius majestas præclare cogitatis assurgit, floret sententiis, admirabili rerum varietate distinguitur.

His fretus virtutibus ad solium tuum accedit, SERENISSIME DELPHINE, et ut adeptus jam aliquid concupitum, lætitia effertur, quod tempus faustum illucescat, quo non solum in quasdam velut partes Regiæ tuæ institutionis venire, sed et consilia quædam ad amplitudinem et gloriam tuam, populorumque olim tibi regendorum felicitatem possit impertiri; quoties, qui tuus est in homines doctissimos amor, suorum Poëmatum lectione delectaberis.

Utere, hoc interim spatio, PRINCEPS MAGNE, flore ætatis tuæ ad colligendos Parnassi fœtus immortales, et ad fovendas illas doctrinarum ac virtutis parentes Musas, easque in regium splendorem restituendas. Non erunt illæ, non erunt tanti facti unquam immemores: te loquentur, te celebrabunt, te sequentur, quocumque ieris; et cum mox invictum Patrem comitaberis, quo Mars vocabit, ipsæ aderunt, tuasque lauros canent, ut Achillis, ut Alexandri, ut Cæsaris cecinere. His enim Heroibus, cum ingenio, facundia, studiisque et artibus quæ Principem decent, sis jam major, quam illi erant id ætatis qua nunc ipse es, spem magnam habemus, te tali satum Parente, tali indole præditum, iisdem et heroica fortitudine, et armorum felicitate, aut fore majorem, aut nihil esse cessurum. Cadomi, Kal. Januar. anno Dom. MDCLXXVII.

PROLEGOMENA

IN

CL. CLAUDIANUM,

IN QUIBUS DE EJUS VITA, CARMINUM GENERIBUS, EOQUE, QUID IN SINGULIS PRÆSTITUM SIT, DE SCRIBENDI GENERE UNIVERSO QUO USUS EST, DE FATIS QUÆ NACTA SUNT CARMINA, IISQUE VIRIS DOCTIS QUI DE ILLIS EDENDIS, CASTIGANDIS, ET EXPLICANDIS BENE MERITI SUNT, DISPUTATUR.

Fato accidit satis iniquo, ut virorum, quorum scriptis adhuc delectamur, vitam et fortunas plerumque ignoremus, quanquam, quemadmodum in iis, quos vel amore vel veneratione complectimur, omnia, quæcumque ad illos pertineant, non aliena a nobis ducimus, scireque desideramus. Quid? quod cognitio temporis, quo vixerit aliquis scriptor, locorum, ubi sit versatus, disciplinæ, qua a teneris imbutus, virorum, quorum familiaritate et consuetudine usus, vitæ denique omnis privatæ et publicæ, necessaria est ad recte de virtutibus ejus et vitiis eorumque causis judicandum. Quorum, si memoriæ prodita non sunt, desiderio affici solemus tanto vehementiore, quanto major est utilitas, quæ ex illorum cognitione capi potuisset.

Nec Claudianus communem fere scriptorum antiquorum sortem effugit; paucis tantum, quæ patriam vitamque ejus spectant, quæque ipse scriptis suis passim intexuit, exceptis, reliqua omnia plane ignorantur. Quanquam fuerunt, qui de patria ejus controversiam moverent, constat tamen, non tam ex ipsius, quam ex aliorum testimoniis, eum

Alexandriæ natum atque educatum fuisse. Quales parentes habuerit, nescimus; a quibus tamen, quicumque tandem illi fuerint, liberaliter est institutus. Nam, ut ex carminibus ejus apparet, nulla fere res est, quæ quidem ad humanitatem pertineat, quam ille scientia non sit complexus; mythorumque antiquitatis, inprimis Romanæ, diversarumque rationum philosophicarum cognitio, ubique fere ostentata, declarat, eum et bonis magistris esse usum, et in ea civitate diu versatum, ubi literarum studia maxime vigerent.

Quando, quo ætatis anno, et quonam fato in Italiam pervenerit, parum liquet; neque magis constat, qua ratione se Stilichonis tutelæ commendarit, benevolentiamque Serenæ sibi comparaverit. Romæ illum jam fuisse A. C. 394. inde facile colligitur, quod anno sequenti panegyricum in Probinum et Olybrium consules recitavit; quo in carmine cum liberalitatem Probi, patris illorum juvenum, præcipue laudibus efferat, fieri potest, ut ipse quoque illam sit expertus, ab illoque viro Stilichoni traditus. Cujus viri quoniam in illo carmine, ubi de rebus gestis Theodosii M. sermo est, nulla mentio fit, quem alibi induxit profitentem, se nihil sine illius opera gessisse; fortasse ante hujus Imperatoris mortem, quæ accidit A. C. 395. in Stilichonis tutelam non est receptus. Sed belli contra Eugenium poterat spectator esse, saltem ex propinquo; nam illum in castris quoque esse versatum, nullo modo potest probari. Post obitum autem Theodosii M. Mediolanum se contulisse atque in Stilichonis cohorte ab illo inde tempore fuisse videtur; quem virum, tunc principatum obtinentem in expeditionibus, forsan secutus est. Ipse enim testatur in illa carminis prolusione, quo consulatus Stilichonis celebratur, se per quinquennium Roma abfuisse. Cum igitur Stilicho consul fuerit A. C. 400.: sequitur, ut ille se Roma Mediolanum contulerit A. C. 395.; quo anno, ut supra monuimus, Probinus et Olybrius consules fuerunt, et Theodosius M. mortuus est. Honores quoque, quibus ornatus est, ostendunt, quam carus fuerit fautoribus suis. Fuit enim Tri-

bunus et Notarius, ut ostendit tabula marmorea, in domo Pomponii Læti inventa. Cujus autem generis Tribunus fuerit, haud facile dixeris; sed castra illum esse secutum, minime potest affirmari.

In illud etiam quinquennium incidit iter Claudiani in Ægyptum, nulla alia ratione forsan susceptum, quam ut puellam, quam jam ante cognitam amarat, literis Serenæ ad parentes illius scriptis adjutus, in matrimonium duceret. Hujus rei mentionem ipse facit XL., ubi Serenæ matrimonii nomine et illustris et divitis gratias agit. Illas nuptias Alexandriæ esse celebratas patet ex v. 55., quo tempore jam Honorius Mariam, Stilichonis et Serenæ filiam, in matrimonium duxerat, atque, ut equidem conjicio, post bellum contra Gildonem, circa finem anni C. 398. Mirum sane videri nequit, homines, tanta potentia indutos, poëtæ nostri rationibus tantopere consuluisse. Quid enim tyranno ex barbaris orto, rerumque summam contra jus fasque sibi vindicanti, optatius contingere potuit, quam poëta aliquis insignis, qui res ejus vel levissimas tanta verborum magnificentia posset celebrare, omnibusque, quæ minus placerent, hominumque voluntatem offenderent, honestatis, justitiæ et æquitatis speciem rhetoricis artibus induere. Nihil enim est, quemadmodum nostra quoque memoria usu venit, quod multitudini persuaderi nequeat, non tam res quam verba ponderanti, neque quicquam est tam fœdum, quod non colore callidæ orationis obductum possit nitescere. Natura etiam ita comparatum est, ut deleto omnis libertatis sensu, omnique generosioris animi impetu, in publicis malis homines, quæ propulsare, cum vires deficiant, non possint, libenter acquiescant, facileque patiantur, ut illis felicitatis species induatur, ne quando levitatis abjectissimæ, qua hujuscemodi ferenda et toleranda existiment, conscientia crucientur, aliorumque contemtui exponantur. Illam igitur Stilichonis benevolentiam Claudianus carminibus sibi conciliavit, in quibus præconem agit ingenii illius virtutum et rerum gestarum, ita ut adulationi penitus inserviat, veritatique forsan parum

tribuat. Quæ quidem non in eam sententiam disputata accipias, quasi omnia, quae laudibus effert, ingenio ejus debeantur, neque quicquam in ejus carminibus invenias, quo uti possis ad historiam illorum temporum accuratius expoliendam. Etiamsi enim in Honorii et Stilichonis gratiam omnia erant componenda, quæ in panegyricis protulit: tamen, siquidem impudentiæ et summæ vanitatis crimen vel in laudando effugiendum est, ne is, quem extollas, risui propinetur, fundo aliquo probabili destituta esse omnino non poterant, quæ prædicanda suscepit. Atque hoc non tam valet in virtutibus celebrandis, in corporis pulchritudine et specie laudanda, quanquam etiam in his, quæ fidem aliquam dictis facere possint, non omnino debent desiderari, quam in rebus gestis prædicandis, in quibus semper aliquid subesse debet, quod vere gestum inter omnes constet, etiamsi id artibus rhetoricis ornatuque poëtico faciem externam sit nactum a rei veritate abhorrentem. Res ipsas comminisci ne abjectissimus quidem adulator temere audet; quia vel ipsius magnopere interest, cum maxime blandiatur, ab assentandi suspicione liberum videri, ne oratio ironiæ speciem induat; sed in iis explicandis, augendis, deprimendis, exornandis, et amplificandis consilio suo accommodate versari solet. Neque ei idcirco, cum nihil fere sit, de quo in utramque partem disputari nequeat, præsertim si ejus, quod vel laudandum vel vituperandum susceperis, ratio pluribus accurate cognita non sit, manifestum vanitatis crimen potest intendi. Quapropter, carmina Claudiani, quanquam ad historiæ fidem ea scripsisse existimandus non est, quandoquidem nemo sanus ei, qui vel prædicatoris vel vituperatoris vices tuendas susceperit, injungere potest, ut sine studio et ira res commemoret: tamen in iis monumentis, ex quibus temporum ratio, qualis sub Theodosio M. ejusque filiis fuerit, possit constitui, vel gravissima sunt existimanda. Nec parva sane est utilitas, quæ ex eorum lectione ad historiam illius ævi condendam possit redundare; modo intelligas ornatum poëticum detrahere fucumque oratorium abstergere, ut nuda veritas possit apparere.

Quo rite facto, nescio sane, cur Zosimo, Zonaræ compilatoribus, jejunisque annalium consarcinatoribus, et patribus ecclesiæ ipsis, quibus ea tantum probari solebant, memoratuque digna videbantur, quæ ipsorum superstitionibus essent accommodata, plus auctoritatis tribuatur, quam Claudiano. Uberior autem de fide Claudiani disputatio aliena est a nostro proposito, qui id agamus, ut constituatur, quemadmodum ille poëtæ vices defenderit; de illa autem omnino tacere noluimus propterea, ut non ignorarent juvenes, poëtam nostrum vel hoc nomine non plane esse negligendum. Ceterum carminibus in Stilichonem scriptis id assecutus est Noster, ut illius auctoritate senatus Romanus ipsi statuam cum titulo in foro ponendam decreverit, qui honor et illis temporibus non vulgaris fuisse censendus est. Eadem facultate poëtica multos præterea sibi proceres devinxit, ut Probinum et Olybrium juvenes, Mallium Theodorum, Gennadium, quos etiam in epistolis satis familiariter tractat. De iis, quæ post Stilichonis cædem, (interfectus autem est A. C. 408.) Claudiano acciderint, nihil omnino memoriæ est proditum. Alia quæstio eruditos exercuit, utrum Claudianus sacris Christianis initiatus fuerit, nec ne. Probabile quidem videtur, cum Imperatores cum proceribus plurium Deorum cultu abdicato ad puriorem religionem se transtulissent, jamque sacerdotum instinctu veteres cærimonias, quibus ante fuerant addicti, partim circumscribendas partim tollendas curarent, etiam poëtam in retinendis ritibus pristinis non fuisse pervicacem, sed lubenti animo ad nova sacra se contulisse, ut gratiam Imperatoris et sacerdotum, qui jam tum magnos spiritus sumere cœperant, vel hoc nomine iniret. Sed Augustini et Orosii testimonia contrarium perhibent, quorum ille poëtam nostrum 'a Christi nomine alienum,' hic 'gentilem pervicacissimum' nominat; atque in his acquiescendum esse censeo. Reliqua argumenta, quæ Gesnerus ex carminibus ipsis ducit, levissimi sunt momenti, aut potius nihil probant; etenim quid prohibeat, quominus vel sanctissimus poëta veterum loquendi formulis uti possit? Contra, Christianæ disciplinæ asseclam

Nostrum fuisse ex carminibus Græcis disputare velle, quæ sub ejus nomine circumferuntur, nihil aliud est, quam litem lite dissolvere; prius enim est probandum, quod probari nequit, illa ingenio Claudiani deberi. Sed satis jam de vita Claudiani disputatum est: videamus nunc, quali fuerit ingenio, quæque scribendi ejus ratio, quibus virtutibus illa inclaruerit, quæ vitia notanda videantur.

Tenendum est igitur, Claudianum fuisse Alexandrinum, in ea urbe natum, in qua etiam illis temporibus literarum studia vigebant, quibus sub Ptolemæis per omnem terrarum orbem nobilis erat et clara. Ibi scholæ geographorum, mathematicorum, astronomorum, seu potius astrologorum, philosophorumque discendi cupidis erant apertæ; qui, nisi omnino naturæ et ingenii dotibus destituti essent, variis doctrinis et multiplici rerum cognitione animum poterant locupletare. Diu autem jam ante perversus ille mos apud scholarum magistros reliquosque homines doctos invaluit, ut omnibus studiis a rerum actu et vera vita ad umbram et otium revocatis, finem scribendi et orandi delectationem solam statuerent, illamque non in gravitate rerum et utilitate, sed in figmentis et exornatione oratoria collocarent. Præterea vigebat in illa urbe grammaticorum multitudo, qui operam suam in fabulis subtiliter explicandis ponebant, qui multa veterum lectione erant imbuti, ingeniumque illarum rerum pervestigatione acuerant. Ex his facile potest colligi, qualis fuerit poëtarum habitus. Ingenia exculta et elegantia non deerant; sed omnes fere inventionis, quæ summa poëtices est, laude carebant, illaque simplicitate cum sublimitate conjuncta, quam tantopere in antiquioribus admiramur, erant destituti. Oratio eorum et nitida et tersa palæstram et oleum sapiebat; eamque commendare solebant ingenti doctrinæ copia, magno mythorum et historiæ antiquæ studio, et numeris versuum maxime exactis, omninoque naturali venustate repudiata artis illecebris placere cupiebant. In hac communi poëtarum Alexandrinorum imagine a nobis adumbrata prima quasi lineamenta jam ducta sunt, ex quibus Claudiani ingenium scriben-

dique genus, quod secutus est, cognosci possit, quippe qui similitudinem ejus familiæ, in qua natus est et educatus, in omnibus suis carminibus præ se ferat.

Adhuc juvenis in Græcorum scriptis versatus, quorum sermone etiam hactenus in carminibus faciendis usus esse videtur, nescio quo casu et quo anno Romam est delatus. Ibi Alexandrinum illud ingenium invenit solum, in quo lætius potuit efflorescere. Jam pridem enim sermo Latinus, ad rationem poëtarum Alexandrinorum temperatus, a pristina simplicitate deflexerat, candoremque suum cum ipsa civium libertate amiserat. Non enim amplius patriæ amori, frugalitati, gravitati, atque constantiæ in rebus gravissimis inserviebat, sed publicus ejus usus in adulando erat positus, depravato pulchri judicio accommodatus, atque in rhetorum scholis auditoriisque recitantium troporum figurarumque multitudine, formularum subtilitatibus pronuntiandique mollitia oneratus, obscuratus atque enervatus. Omnia ad aurium voluptatem referebantur; et quo quis magis ostentationem ipsam ostenderet, eo majori plausu excipiebatur ejus oratio. Sed de his uberius alio loco disputavimus.

Diu jam a rhetoribus erat receptum, ut veterum orationibus, præclarissimis naturæ atque ingenii fœtibus, excussis, non solum rerum inventionem, sed et compositionem omnemque elocutionem ad certas præceptiunculas revocarent, indeque artem efficerent, qua quis instructus orationes non illis quidem, ex quibus regulæ erant deductæ, pares, sed earum similitudines imitando expressas posset elaborare. In hac arte perficienda et locupletanda quo magis erant occupati, eo proclivior quidem via videbatur munita ad eloquentiæ laudem, etiam iis quos aditum ad oratorum cœtum natura pæne negaverat, sed eo magis ingenia ipsa, quæ libero cursu forsan summa attigissent, præceptiuncularum angustiis circumscripta, dum locorum copia atque ubertate parata, remoto mentis in inveniendo et excogitando labore, uterentur, torpore quodam exarescebant. Idem fere in poëtices studiis accidisse perquam

est probabile, cum ea partem eloquentiæ constituat, aut saltem cognatione arctissime eam attingat. Quæ tamen res suas habebat difficultates non facile superandas. Orationum enim natura ita comparata est, ut partium descriptio in omnibus fere sit eadem, et ut diversitas, si qua est, a temporum, rerum, personarum, et locorum ratione facile possit repeti, et ad certas regulas, easdemque paucas, revocari. Carminum autem genera non solum infinita sed etiam natura sua tam diversa sunt, ut, si singula quædam excipias, compositio eorum ad præcepta deduci nequeat. Longe aliter autem se res habuit in ratione, qua res et sententiæ poëtarum more possint efferri, seu in dicendi genere et ornatu poëtis proprio, cum ipse sermo, quem antiquissimi Romanorum poëtæ adhibuerant, posterisque adoptandum reliquerant, ex Græco fonte fluxerit, et propterea imitandi consuetudo, antiquitatis auctoritate commendata, apud Romanos inveteravit. Ad eam igitur partis rhetoricæ similitudinem, quæ de enuntiatione agit, acutiores magis quam ingeniosiores totam sermonis poëtici rationem, omnes tropos, figuras, imagines ad certa genera et classes revocare cœperunt, ut totum apparatum poëticum scientia complecti atque in promtu habere unusquisque posset ad sententias quascumque poëtica veste induendas. Ita se res habebat sub serioribus Imperatoribus, ubi, ut monumenta, quæ ætatem ex illo ævo tulere, satis abunde testantur, ex laceratorum et comminutorum carminum ejus ætatis, quam vocant auream, fragmentis satis ridicule interdum comtis, nova carmina componebantur, seu potius Musarum ludibria. Ex quibus ea, quæ optima sunt, externam tantum carminum speciem induerunt, eorumque auctores id modo consecuti sunt, ut verbis sonantibus numeroque et concinnitate versuum auribus colligerent escas, quarum voluptas tamen mentis fastidio vel minuitur vel tollitur. In omni enim carmine, quod non impetu quodam et ardore mentis seu contemplatione seu cogitatione alicujus rei commotæ fusum, sed frigida præceptorum observatione consutum est, nulla vivida vis seu divina quædam aura lectores et auditores

afflat, ut rebus præsentibus quasi emoti arteque magica in novas regiones delati aliam et inusitatam rerum formam sibi videantur aspicere, novosque et insolitos animi motus sentire, quorum perceptione voluptatibus jucundissimis perfundantur, sed, dum aures vel maxime implentur, animus languet, eumque sudoris vestigia, quem anxia et operosa artis observatio expressit, frigore feriunt. Magis etiam hæc locum habent in inventione et compositione, quæ ad certa præcepta revocari nequibat; quam si respicias, facili negotio poëtas, quibus nascentibus Musæ arriserint, ab illis possis dignoscere, qui furorem simulatum quibusvis rebus potius, quam fontium divinorum haustibus debeant, etiamsi id quavis pagina vel verbis conceptis jurent.

Cum omnis poëtices ratio apud Romanos in hunc statum esset delata, ut arte magis quam ingenio regeretur, natum est panegyricum genus carminum, non plane hactenus inauditum, sed specie aliqua, quam origini debuit, singulari novum. Quod si enim naturam illorum carminum solam spectes, huc referri possunt omnia, in quibus laudes Deorum vel heroum vel virorum illustrium celebrabantur non lyrica sed epica ratione, ut Callimachi hymni, ut Theocriti carmen ad Hieronem, Hieroclis filium, ultimum Siciliæ tyrannum. Fortasse etiam in recitationibus poëtarum publicis, quæ in ludis Apollini et Musis Alexandriæ institutis fiebant, laudes Ptolemæorum canebantur. Idem fere factum est Romæ sub Augusto. Illud autem genus, de quo nunc agimus, ortum videtur ex orationibus panegyricis, quibus primum consules suffecti eo die, quo munus adibant, in senatu solebant Imperatoribus gratias agere, quod deinde etiam ab aliis et diversis quidem temporibus esse frequentatum reperimus. Exempla oratorum, præmiis et honoribus ob hanc rem ab Imperatoribus ornatorum, secuti sunt poëtæ, omnemque artem suam ad res gestas illorum celebrandas contulerunt. Et cupide sane ingrediebantur viam, qua sola latranti stomacho possent succurrere; nam omnis laboris fructus, Musarum studiis insumti, jam Ju-

venalis tempore plausus erat et fames. Sed cum non amplius nascerentur poëtæ, sed in rhetorum subselliis et grammaticorum scholis fingerentur, nemini potest mirabile videri, quod in hujusmodi carminum inventione et dispositione rhetor jejunus, in enunciatione et ornatu poëta frigidus agnoscatur. Quo tempore hic mos percrebuerit, non facile dixeris: prima hujus rei mentio, quod equidem sciam, fit sub imperio Pescennii Nigri et Alexandri Severi. Antiquiora autem extant duo carmina, quæ in hunc censum veniunt, alterum in Messalam, quod Tibullo perperam tribuitur, nec definiri potest, a quo et quo tempore sit scriptum, alterum ad Pisonem, quod Lucani nomen falso præ se fert, et Saleio Basso, qui sub Nerone et Imperatoribus sequentibus vixit, a Wernsdorfio assignatur. Forma quidem illorum plane eadem est cum eo genere, de quo nunc quærimus, sed missa sunt ad illos viros, non coram illis in cœtu aliquo solenni recitata.

His præmissis, accedere possumus ad id, quod nobis proposuimus, atque ostendere, quem locum inter poëtas Claudianus obtineat, quod scribendi genus secutus sit, quæ fuerint virtutes ejus, quæ vitia; de his enim omnibus nusquam, quod sciam, accurate disputatum est. Ut recte autem de poëta nostro et de ejus facultate poëtica judicemus, necesse est, ut carminibus, quæ ad nos pervenerunt, in sua genera descriptis, quemadmodum unumquodque tractatum sit, quidque in singulis præstitum, dispiciamus. Scripsit autem et recitavit primum carmina panegyrica in *consulatum Probini atque Olybrii*, in *consulatum Honorii tertium, quartum, et sextum*, in *consulatum Fl. Mallii Theodori*, in *consulatum Stilichonis*, cui tria carmina impendit, quæ quasi unum constituunt. His annumerari potest carmen *Laudes Serenæ* continens. Sequitur alterum genus carminum, non tam forma quam materia a priori diversum, in quo poëta ostendit, quantus in vituperando esset. Sunt autem carmina *unum et alterum in Rufinum, unum et alterum in Eutropium*. Illud, quod tertio loco ponimus, ab iis, quæ præcedunt, disjunctum, complectitur duo carmina, alterum *de*

bello Gildonico, alterum *de bello Getico* inscriptum. Quarto genere continentur duo epithalamia, alterum *de nuptiis Honorii et Mariæ*, alterum *dictum Palladio et Celerinæ* inscriptum. Omnia illa hoc habent commune, quod ad epicum genus pertinent. Genus autem carminum prorsus peculiare constituunt ea, quæ *præfationum* titulos in fronte gerunt, quibusque majoribus carminibus, quibus sunt præfixa, prolusum est, et *Fescennina*, quorum sunt quatuor. Scripsit præterea Claudianus carmen epicum; *De raptu Proserpinæ*, cujus tres libros priores fortuna servavit; porro aliud ejusdem generis, *Gigantomachia* inscriptum, cujus principium tantum extat, et fragmentum e carmine Græco, quo, ut volunt, bellum Deorum contra Gigantes erat expositum. Sequuntur epistolæ quinque, *Deprecatio ad Hadrianum Præfectum Prætorio, ad Serenam, ad Olybrium, ad Probinum ut scribat, ad Gennadium ex Proconsule*. Tum Eidyllia septem, *Phœnix, Hystrix, Torpedo, Nilus, Magnes, Aponus, De piis fratribus et eorum statuis, quæ sunt apud Catinam*. Tandem quinquaginta epigrammata, hoc enim titulo parva carmina varii argumenti et pretii, etiam Græca quædam, comprehenduntur, quorum pleraque Claudiano prorsus indigna sunt. His omnibus adjungi solet fragmentum poëtæ anonymi, quod *Laudes Herculis* continet.

Primum igitur agemus de carmine panegyrico, videamusque, quomodo poëta in eo adornando versatus sit, ita tamen, ut eum non ad certas leges et formulas, ex notione carminis in hoc genere perfecti, quam mente forsan et cogitatione conceperis, deductas, exigamus. In hoc carmine ejus, in cujus honorem scriptum est, genus et natales laudantur, institutio et disciplina puerilis, studia juventutis, mores, res gestæ, dignitatis gradus, per quos ad summos honores ascenderit. Principia solent ex iis duci, quæ carminibus occasionem præbuerunt, et illuc etiam fines spectare. Eædem igitur res argumentum constituunt, quæ in orationibus panegyricis, omnisque materia ex locis rhetoricis, in scholis ad nauseam usque decantatis, petita est. Disputatio autem de hoc scripturæ genere et charactere,

ejusque causis, si, quæ ante dicta sunt, memoria tenes, haud est difficilis. Totum est declamatio, quæ carminis speciem assumsit. Atque hoc præcipue inde est factum, quod illa carmina, ex orationibus panegyricis nata, naturam originis suæ traxerunt. Sermo enim solutus, numero poëtico adhibito, comparationibus et imaginibus crebrius inductis, in poëticum, a quo tunc temporis in orationibus, si numerum excipias, haud multum abhorrebat, mutatus est; libertateque assumta, qua in rebus exponendis poëtæ soli uti possunt, species quidem carminis nata est, cui tamen, si illius naturam spectes, hujusmodi argumentum parum est accommodatum. Etenim carminis ratio hæc est, ut diversa, quæ illo contineantur, totum aliquod conficiant in suo genere perfectum atque absolutum, cujus illa partes sint atque membra, quorum nullum salva conspiratione totius possit deesse. Illa autem rerum varietas, quæ hujusmodi carmine complectenda est, hoc uno cohæret, quod ad unum spectat, seu ad laudes unius pertinet. Etiam ille, qui laudat, nullum habet in rebus celebrandis liberum delectum, neque quicquam ad consilium suum minus accommodatum sine offensione potest relinquere, præsertim in rerum gestarum inopia, et, etiamsi hoc possit, tamen non semper res vel per se vel ex hominum sensu et consuetudine maxime memorabiles, eæ quoque sunt, quæ poëticam tractandi rationem facillime admittant. Simul cogetur sæpius poëta illius, quem laudat, existimationem cogitandi sentiendique rationem sequi, quam rei naturam et carminis, ita ut iis potissimum utatur, quibus ille maxime superbire soleat. Poëta porro, nisi magnitudine rerum et amplitudine ipse incaluerit, animos eorum, a quibus vel auditur vel legitur, non potest accendere. Sed quid esse poterat in puero, vix duodecim annos nato, magnopere laudandum, quæ virtutes Stilichonis in admirationem sui rapere, cum nihil eorum, quæ faceret, ad publicam utilitatem, nihil non ad sua commoda referret? Id igitur solum restabat poëtæ, ut animi motus, quibus ipse carebat, arte simularet. Non potest autem fieri, ut omnis artis ostentatio eos sensus excitet,

quos animi affectus veri eliciunt, ad quos loquendi ratio ea, quæ optima et fidelissima mentis interpres est, sponte se accommodare solet. Ceterum laudandi consuetudine semel inducta, certamineque poëtis, præsertim famelicis, injecto, cum alter alteri in captanda Imperatorum et procerum benevolentia cedere nollet, accidit, ut in rebus citra omnem veritatis verecundiam augendis et amplificandis probabilitatis modum prorsus excederent. Quæ cum legimus, mirari licet, quanto stolidæ arrogantiæ callo frons illorum fuerit obducta, quorum aures hujusmodi recitationibus paterent. Sed omnis exaggeratio, quæ primum animos pungit, consuetudine vim suam amittere, atque in inanem loquendi formulam solet abire, ita ut semper nova impudentia opus sit, ad veterem audaciam superandam. Atque, si semel a naturæ veritate in laudando discessum est, non potest consisti nisi eo, ubi verborum et rerum discrepantia ea demum facta est, ut vel fungis et stipitibus risum excutiat. Inde quoque narratio nascatur necesse est, non quæ simplicitate, proprietate, et venustate sensim in animos se insinuat, eosque molli quidem sed tamen efficaci imperio, quocumque velit, flectit; verum quæ inani verborum pompa sententiarumque strepitu aures tantum implet seu potius obtundit, et doctrinæ multiformis ostentatione ornatuque undique conquisito onerata riget. Ut actione aliqua inducta colorem epicum carmina trahant, ad fastidium, quod in perpetuis declamationibus et descriptionibus auditores capere possit, leniendum, Claudianus ratione utitur non semper felici, interdum jejuna, in qua magnæ inprimis Romæ Deæ partes sunt, interdum plures terræ in personas mutatæ et fluvii in scenam prodeunt, non ut agant, sed ut orationes, in quibus, quicquid figurarum et flosculorum scholæ rhetoricæ collegerint, consumtum esse videtur, cum artis ostentatione tanquam in auditorio aliquo recitent. In tanta sæpe rerum, quæ vera laude dignæ essent, inopia, est sane, quod mireris, qua ratione poëta parvis et interdum futilibus verborum et sententiarum pompa dignitatis speciem conciliarit, et quædam, non admodum honorifica, virtutis et sapientiæ splen-

dore dicendo induerit, et easdem sæpe res quanta varietate exposuerit. Cujus rei exempla in promtu erunt carminibus in tertium et quartum Honorii consulatum inter se comparatis; et quam studiose laudis et ostentationis materiam undique collegerit, specimen luculentum carmen in sextum ejusdem consulatum suppeditabit. Ceterum ad rectum de toto hoc carminum genere judicium ferendum hoc in universum tenendum est. Omnis laudandi ratio, quæ quidem non solum ei, qui laudatur, sed etiam aliis, qui legunt vel audiunt, placeat, non magis ab imaginandi vi et Musarum dotibus, quam a sensu quodam exquisito et judicio poëtæ subacto pendet, ut intelligat, quo quis maxime ex sui ipsius et vulgi opinione ornetur, et quid alii, cum audiant, vel inviti probent seu rei veritate adducti, seu verborum et sententiarum lenociniis invidiam mitigantibus. Oportet enim carmen, quo laudes alicujus celebrantur, ut statua in honorem posita summaque arte expolita, omnium oculos cum voluptate non solum in se convertere, verum etiam jucunde detinere; quo frequentiores enim lectores invenerit, eo majus et perennius erit laudis monumentum. Nihil igitur in eo debet desiderari, quod in carmine politissima arte perfecto requiri solet; ut lector operis præstantia commotus summa voluptate perfruatur, itaque dulcedine captus teneatur, ut nullus in illo invidiæ sensus oriri, nec ipse ad historiæ veritatisque calculos possit confugere. Quod ut fieri possit, genuinus et sincerus animi sensus in eo spiret necesse est, quem artis ostentandæ et ornatus laboriose quæsiti suspicio non minus refrigerat, quam commodi alicujus aut accepti aut expectati. Subesse etiam debet vel vera et justa laudandi materia, vel saltem ea, quæ aliqua ex parte speciose possit commendari, et vel leviter tractata naturali fulgore exsplendescere. Errant quoque, qui arbitrentur, præcepta in hanc rem posse a rhetoribus peti; cum oratio, ut semel audiatur, componenda sit, carmen repetitæ lectioni vel auditioni scribendum. Neque quicquam magis Claudiano fraudi fuisse unusquisque fatebitur, quam forma ipsa carminum a poëtices natura utique aliena, unde natum

est aliquid, quod mixtas virtutes habet et rhetorices et poëseos, locumque obtinet inter orationem atque carmen; cujus ratio hybrida eo tempore tantum poterat placere, quo sensus pulchri exquisitus et perversæ magnificentiæ studio et exaggerandi audaciæ cessit. Probabile quoque est, Claudianum non animi voluntate et judicio hanc formam elegisse, sed consuetudine et more semel recepto ad illam esse delatum. Inter omnes poëtas, qui laudandi partes susceperunt, primum sane locum obtinet Horatius; neque fere quisquam est, qui majore cum dignitate illam provinciam sustinuerit. Sed rationes, quibus usus est ingenio limatissimo et judicii sensusque subtilitate ex consuetudine virorum elegantissimorum contracta dignissimis, haud scio an lyrico generi sint propriæ, atque temporibus et institutis, quibus Claudiano indulgendum fuit, alienissimæ. Quotus enim quisque tunc illa blandimenta, ad quæ percipienda et teretes aures et sensus omni humanitate expoliti requirebantur, poterat intelligere, quotusquisque sibi persuadere, sæpius in una sententia, in unico, prope dixerim, verbo, majorem laudandi vim inesse, quam in oratione panegyrica vel verbosissima. Etiamsi igitur Claudianus, si eum ad illa, quæ ars desiderat, revoces, minus probari possit; tamen excusatio illi est parata, si morem et consuetudinem, cui erat litandum, auresque obtusas et corruptum ætatis ejus judicium, quibus erat placendum, apud animum reputes. Progrediamur ad illud carminum genus, quod secundo loco posuimus.

Hujus generis ratio eadem est cum priori, materia diversa. In illo laudandi, in hoc vituperandi partes sustinet; atque, si utrumque compares, invenias illum plus valuisse in hoc quam in illo. Scilicet in hostibus Honorii et Stilichonis lædendis, quicquid in eum finem utile putaret, eo poterat impune uti, cum sciret, ne monstra quidem inferna quenquam esse offensura; nam malos genios esse, eosque se rebus humanis immiscere mortalesque in fraudem agere, vel Christianæ fidei doctoribus tunc erat persuasum. Etiam fingendi et comminiscendi quæque libera erat potestas. In priori genere, ad meram ostentationem comparato, nulla

erat orationis varietas; omnia vel in summa rerum tenuitate splendida erant et magnifica; in altero lascivia interdum gravitati admista est, et dignitas subinde in petulantiam abit, indeque sermo modo cothurno incedit, modo soccis inambulat. In hoc Furiarum et Bellonæ instinctu et auxilio pleraque fiunt; in illo magnopere erat cavendum, ne Deorum interventu et ope gloriæ ejus, quem laudaret, detraheretur. Ceterum in vituperando eandem viam ingreditur, quam in laudando; totam inimici vitam percurrit, omniaque ad odium, invidiam, infamiam excitandam idonea occupat, et carpendo, ridendo, calumniando vel vera vel ficta omni verborum turpitudine exagitat. Magis etiam ingenio indulget in inveniendo, epicaque ratione frequentius utitur, quam in prioribus, ut ostendunt carmina in Rufinum, quorum prioris prima pars, omisso principio, quod declamatoris est sermone poëtico utentis, Claudiano satis feliciter cessit. Alecto felicitatis, qua homines sub Theodosii M. imperio fruebantur, invidia corripitur. Quam felicitatem ut conturbet, convocat monstrorum infernorum concilium. Sententiæ dicuntur. Megæra censet, sufficere Rufinum Constantinopolim mittendum. Ipsa se accingit operi, illumque, cujus pueritiam ipsa finxerat, lucri cupidine et spe potentiæ futuræ concitat. Bene hominis astutia et calliditas exaggeratur, ne mireris Theodosium istius insidiis succubuisse. Hactenus bene; sed statim ad ingenium et consuetudinem poëta redit, declamationemque interponit frigidam, de cupiditate habendi, quam longa scelerum recensio excipit ab illo improbo commissorum, in qua satis prudenter pleraque tantum significat poëta, ad quædam alludit, ne invidiam faciat manibus Theodosii, quod nebuloni tantum indulserit. Quanquam autem poëta, si, quæ composuit, ad artem referas, in hoc genere magis probatur: displicere debet, si consideres vel levitatem ejus in laudando vel in vituperando cupiditatem. Sed patriæ vitiis inquinatus, Romamque profectus, Stilichonem patronum nactus est, prudentem quidem et callidum, sed et genere et moribus barbarum, cujus voluntati erat inservien-

dum. Inde quoque factum est, ut in spectaculis et immanibus et abominandis cum voluptate immorari videatur, dummodo Stilichonis vindictæ satisfaciat. Quis enim ab humanitatis sensu non plane alienus illam Rufini dilacerationem, tanquam in tabula picta propositam, sine horrore et oculis irretortis potest aspicere! Valet tamen ad poëtam ex parte excusandum, quod illorum hominum, quibus scribebat, oculi et animi consuetudinis callo erant obducti, nihilque gratius iis esse poterat, quam iram suam ulciscendique cupidinem expletam videre. Propterea quoque miser ille in frustula dissectus et dissipatus Rufinus nondum dimittitur, sed ad inferos deductus pœnæ traditur sempiternæ. Quid in vituperando possit efficere, videtur expertus esse in carmine XVIII. et XX., in quibus Eutropium spadonem, gravissimum Stilichonis adversarium, eversum et in exilium actum, in patroni sui gratiam non solum æqualibus sed etiam posteris abominandum reddere tentavit, nomenque illius æterna infamia aspergendum. Iste Eutropius, quod hactenus inauditum fuerat, et spado et consul, largam sane materiam maledicendi præbere potuit, etiamsi res ejus gestæ non magnopere fuissent culpandæ, atque illam rem quasi cardinem constituit, in quo utrumque carmen verteretur. Hac indignitate veluti vehementer percussus omnia monstra et portenta, quæ semper gravissima sunt habita maximeque dira, principio recenset, quorum tamen nullum tam fœdum et immane fuerit, quam consul spado. Omni deinde verborum pondere utens eos, quorum est monstra procurare, Deorumque iram avertere, compellat, ut explorent, quæ tanta calamitas turpissimo illo omine portendatur, quove piaculo possit depelli. Cum fortuna expostulat, quod, si omnino voluerit servum facere consulem, non probum et frugi, sed abjectissimum, sed infinitorum dominorum elegerit, qui non amplius vendi, ne dono quidem cuiquam obtrudi potuisset. Verba et sententiæ, quibus hæc expressit, hujusmodi sunt, ut vehementius et contumeliosius nihil possit excogitari. Potuisses expectare, jam satisfactum esse maledicendi officio, quod assen-

tandi studium poëtæ imposuerat, verum illa omnia exordii tantum vices sustinent, statimque cognoscimus, poëtam in animo habere, nihil prætermittere, quod memoriam istius hominis aliqua ratione possit diffamare. Incipit enim a prima pueritia, eaque etiam, quæ fortunæ fuerant, suaque natura miserationem potius quam invidiam movere solent, summa inhumanitate vel potius crudelitate in ludibrium istius adhibet, dumque ea vel mente recolit vel effingit, velut lætissimo spectaculo frui videtur. Ex his rebus sæculi mores cognoscas, quibus talia placere potuerint. In sequentibus, ubi vitam spadonis usque ad ætatem ejus exoletam prosequitur, talem verborum, sententiarum, et similitudinum delectum habet, ut ex altera parte ingenium mireris, ex altera doleas, donum illud naturæ in re tam turpi esse consumtum. Imaginem enim miseri hominis videmus omnibus numeris absolutam, ut ad fœditatem et obscœnitatem nihil possit addi. Quæcumque mala senectus decrepita et neglecta afferat, in istam aucta etiam et amplificata congesta sunt. Sed piget istis rebus diutius immorari, in quibus, quantum arti tribuit poëta, tantum ab humanitate discessit; et quæ dicta sunt, possunt sufficere ad ostendendum, quibus lineamentis et coloribus usus sit in adversariis describendis, qua in re non dubitat, omnem probabilitatis legem migrare, dummodo curet, ne turpitudine aliqua vulgari insignes conspiciantur.

Progrediamur ad tertium genus, quo bellum Gildonicum et Geticum continetur. In quo cum persona vel laudanda vel vituperanda non sit proposita, sed res gesta exponenda, jure potuisses expectare, rationem epicam potissimum fuisse adhibitam. Verum multum falleris; nam in duobus illis carminibus actionis est parum, nimiumque declamationis. Dii quidem et homines complures in scenam prodeunt, sed plerumque ut pueri, qui orationes memoriæ mandatas ante magistri cathedram recitant. Hoc præcipue locum habet in carmine XV., quia illa pars, quæ narrationem expeditionis continebat, fato intercidit. Mirari quoque hoc possis, quod in carmine XXVI. Claudianus illud ad

Pollentiam prælium, quod præ ceteris debuisset verbis exornare, leviter tantum attigit. Forsan consultius existimavit, paucis in illa re describenda defungi, quæ accurate exposita gloriam Stilichonis vel minuisset vel obscurasset. Hujus rei suspicionem ipsum quoque poëtæ studium movet in laudando Stilichonis consilio (v. 90. seqq.), quo pulsum Alaricum, quem, si adulatori fides est, vel vivum capere vel penitus delere potuisset, salvum et incolumem ex Italia decedere passus est. Hujusmodi eloquentiæ specimina sæpius nostra memoria in eo bello sunt edita, quo Germania, non virtuti et armis, sed Principum discordia proditioni et perfidiæ cessit. Ceterum cum indoles et natura hujus generis carminum a prioribus non magnopere abludat, eaque vitia, quæ supra notata sunt, huic quoque insint; ad ea properemus, quæ restant.

Quartum genus, quod carmina in nuptias Honorii et Mariæ atque Palladii et Celerinæ complectitur, cum materia ipsa tum tractatione majorem lectoribus voluptatem præbebunt. In hoc videmus poëtam, quanquam illis vinculis nondum plane exsolutum, quibus eum consuetudinis vis existimatioque publica de pulchro et honesto, qualis tunc temporis erat, innexum tenebat, liberius tamen incedere, et ex suo ipsius ingenio materiam petere, quam in prioribus vel virtutes amicorum vel vitia adversariorum præbuerant. Cum enim laudes alicujus persequi aut vitia aut rem aliquam gestam exponere magis sit oratoris vel historici quam poëtæ, quia tot tamque diversa, quæ simul prædicanda sunt, vix ita possunt componi, ut membra quasi unius pulchri corporis videantur, neque rerum delectus liber est, neque omni verborum et sententiarum pompa ille ardor excitari potest, quo liberi ingenii, sensuum et imaginum veritate accensi, fœtus agnoscuntur: noli mirari, quod in prioribus declamatorem tantum sentias poëtico ornatu incedentem, teque ipsum in tanto artis apparatu nihil commotum. Nuptiarum cogitatio copiam rerum et imaginum venustarum poëtæ menti suggessit, quas inventione ingeniosa ita conjunxit, ut naturali vinculo inter se cohæ-

rere videantur. Compositio atque adumbratio poëtam prodit; quanquam in singulis partibus expoliendis popularium magis judicium, quam naturæ veritatem atque simplicitatem secutus sit, neque omnino liber fuerit ab iis vitiis, quæ temporum et morum corruptela in artem poëticam invexerat. In carmine x. fingit poëta Honorium amoris desiderio correptum de nuptiarum dilatione queri. Cupido, auctor vulneris, astat; et ubi vidit Honorii pectus telo misso inflammatum, statim ad matrem avolat tantam victoriam nuntiaturus (x. 1—48.). Mores quidem ejus, qui, primo amore accensus, omnium rerum, quibus ante delectaretur, tædio afficitur animoque nequit consistere, in Honorio naturæ accommodate sunt expressi; sed in querimoniis, quæ illi tribuuntur, plura sunt intexta, quæ abesse malis, præcipue dignitatis imperatoriæ mentionem ab amoris simplicitate prorsus alienam. Hoc tamen Imperatoris reverentiæ poëta dandum putavit; nec Stilicho poterat in malam partem accipere, quippe qui, quo tutius ipse dominatum exerceret, speciem majestatis Honorio relinquendam existimaret. Sedes Veneris in insula Cypro ita describitur, ut agnoscas, Claudianum ingenio non fuisse destitutum, sed ævi vitiis, quibus rerum magnificentia plus quam simplex gratia placebat, illud fuisse inquinatum. Inde nata est auri et argenti copia gemmarumque pretiosissimarum multitudo, quibus omnia exstructa atque distincta narrantur. Sed hæc compensantur pulchro loco, quo Venus in cultu corporis occupata Gratiæque illi ministrantes inducuntur (v. 97—109.); et illo non minus venusto, quo Venus Cupidini, quem victoria superbientem, remque gestam festinanter et concise narrantem gremio exceperat, præ gaudio nihil respondet, sed statim, ornatu corporis accelerato cestoque arrepto, ad littus properat, Amoresque aliò alium ad Tritonem arcessendum præmio proposito dimittit. Pulchra quoque est illa scena, quam poëta carminis xxxi. principio oculis proponit. Venus in umbraculo vitibus contexto super flores molliter reclinata somnum capit ad solis æstum vitandum. Nymphæ et Gratiæ sub ingenti quercu

juxta requiescunt. Cupidines suspensis per ramos arcubus pharetrisque vel colludunt, vel avium nidos investigant, vel mala legunt dominæ, vel volitant per summas ulmos, vel in statione sunt ad arcendos Faunos reliquosque Deos sylvestres, ne nimis curiosi Veneris somnum conturbent. Sed non æque bene Venus, ubi chori ex urbe vicina auditi somnum illi excusserunt, Amores dimittit ad quærendum Hymenæum, et cum ipsa in illum incidisset, ex eo quærit, cujusnam nuptiæ celebrentur. Ceterum motus animi, quos sentit Hymenæus Venere visa, egregie sunt expressi (v. 40. seqq.). Minus placet declamatio, qua ille generis nobilitatem et Palladii et Celerinæ celebrat (v. 56—99). Apte in priori (x. 135. seqq.) Triton Cymothoën reluctantem ambiens deprehenditur, qui, ubi audivit, si properasset, facilem sibi dehinc illam Deam fore, ad littus festinat, in illum corporis habitum compositus, quo Venerem per mare vehens a plasticis et pictoribus fingi solet. In itinere describendo poëta ingenio luxurianti nimis indulsit, nec margaritæ, a Nymphis marinis e maris fundo in dona nuptialia petitæ, satis probantur. In altero (XXXI. 103. seqq.) curru vehitur Venus floribus ornato et a columbis tracto; Amores avibus insidentes per auras iter faciunt. In oratione Veneris (x. 190—227.), qua comitibus partes cuique agendas distribuit, rerum opulentia, nimis studiose oculis exposita, offendit. Tandem ad Mariæ ædes pervenitur, quæ puella tum maxime ex veterum Græcorum et Latinorum poëtis, et quod mireris, ex Sapphus carminibus, pudicitiæ exempla discebat. Pulchritudo matris et filiæ Veneris stupore exprimitur adjectis similitudinibus haud ineptis; sed sequens oratio, quæ Veneri tribuitur (v. 252—281.) quanquam non omnino displicet, oratorios magis lecythos sapit, quam simplicitatem et venustatem Venere dignam. Etiam in altero (XXXI. 116—138.) Venus ad ædes Celerinæ tendit easque floribus ornat et balsami odoribus implet, tum, puella ad juvenem e matris gremio deducta, junctisque illorum manibus, illum, ut precibus po-

tius quam vi puellam aggrediatur, hanc, ne nimis juveni repugnet, adhortatur.

Ad quintum genus pertinent ea carmina, quæ in Mss. epithalamio Honorii et Mariæ vel præmittuntur vel postponuntur. Inscripta quidem vulgo sunt *Fescennina;* cum autem in Mss. hæc inscriptio variet, num ea genuina sit, potest dubitari. Carmina sunt quatuor, nec, ut vel ex argumento patet, inter se cohærentia, ut quidam tamen statuerunt, in quorum primo Principis pulchritudo celebratur, quæ tanta sit, ut omnes Deas amore accendat et vel Scythas et Hippolyten domet. In toto hoc carmine ne levissima quidem significatio occurrit, illud in Honorii laudem esse scriptum, sed potest ad quemcumque pulchrum Principem trahi. Ceterum non invenustum est, et inter meliora Claudiani potest censeri. In secundo totus terrarum orbis ad concelebrandas nuptias invitatur. Priori forsan est postponendum. Tertium, quod scriptum est ad Stilichonem, frigidam continet sententiam, nec a virtute poëtica potest commendari. Venustius est quartum, nec solum ingenium Catulli, sed etiam lasciviam ejus spirat, verumque epithalamii titulum sibi potest vindicare. Barthius, quem secutus est Gesnerus, existimavit, illa carmina primo nuptiarum die a Claudiano esse recitata, quæ cum minus placuissent quibusdam severioribus, illum, ut ostenderet, se posse etiam altius quiddam et gravius canere, septimo die attulisse epithalamium, quod nostro ordine decimum est. Verum enim vero omnia hæc nituntur conjectura, cui ansam dederunt vrs. 9. seqq. carminis IX. quam nec infringere nec confirmare operæ pretium videtur.

Porro illa carmina, quibus prælusit majoribus Claudianus, novum genus constituunt, in quorum nonnullis ostendit, quid præstare potuisset, si Musis tantum, non Honorio et Stilichoni, cecinisset. Forsan suum quodque carmen e majoribus præfatiunculam habuit, sed quædam, cum colligerentur in unum fasciculum Claudiani carmina, jam interciderant; ut, contra, quædam præfatiunculæ extare viden-

tur, quæ ad illa carmina, quibus nunc præfigi solent, nullo modo pertinent. Carmen quidem IV. quod in fronte secundi in Rufinum carminis collocatum videmus, ad hoc minime spectat, quemadmodum jam Barthius recte observavit, neque magis ad aliud quodcumque eorum, quæ servata sunt. Quo, nisi omnia nos fallunt, ei carmini prælusum est, quod victoriam de Getis a Stilichone in Græcia reportatam celebrabat, ad quam non uno in loco Claudianus alludit. Nec credibile est, poëtam, qui victos ad Pollentiam barbaros cecinit, illam cladem Getis illatam silentio prætermisisse, cum tam amplam laudandi Stilichonis materiam præbere potuisset. In hoc Musas invocat, et Apollinem ipsum, ut suæ sedis defensorem coronent, deinde argumentum carminis majoris, quod subinde recitaturus est, proponit, Stilichonemque rogat, ut canenti sibi aures præbeat. Sermo purus est et comtus, neque ornatu neque doctrina molestus; sententiæ non operose quæsitæ, sed ab ipsa re suggestæ. Propter nimium tumorem minus placet carmen II. quod forsan interpolatione laborat. Jucundam quoque similitudinem continet VI. modo obliviscaris, Deum illum Honorium fuisse, puerulum, undecimum vix ætatis annum agentem. Dignitas cum suavitate egregie juncta est in carmine IX. et, si quid judico, ipsi epithalamio, cui præfixum est, illud est anteponendum. Minus placet carmen XVI. propter similitudinem nimis longe quæsitam neque satis convenientem. Præfatio carminis XVIII. non amplius extat, qua tamen, ut ex Claudiani consuetudine colligere possumus, destitutum non fuit. Etiam secundum in Eutropium prælusionem habet ipso carmine longe meliorem. Carmen XXIII. non tertio libro in Stilichonem, sed primo, præfigendum videtur, et ad omnes tres pertinuisse, nec ex XXII. 286. seqq. possis colligere, Stilichonem nondum Romæ fuisse, cum illa scriberentur. Non quidem invenustum est carmen XXV. sed venustius XXVII. si illud ipsum, non eum simul, in quem scriptum est, consideres. Elegantissimum sane XXXII. habendum, quod principia, incrementa, et perfectionem navigationis paucis versibus complectitur, sed ad librum, in

cujus fronte nunc legitur, vix pertinet, neque magis XXXIV. Nihil enim in illis est, quod ad ea, quibus præmittuntur, possit trahi. Hoc autem omnes fere habent præfatiunculæ, ut iis aliquid insit, ex quibus tuto colligas, quorsum pertineant. Ceterum hæc duo carmina illi epico, etiamsi integrum ad nos pervenisset, virtute poëtica palmam præripiunt, nisi dignitatem carminis decempeda metiaris.

Carmen epicum, quod vulgo *De raptu Proserpinæ* barbare, ut existimat Heinsius, qui *raptus Proserpinæ* corrigendum censet, inscriptum est, ab actione, quam voluit primariam poëta esse, titulum traxit, quem etsi nemo facile contendet esse genuinum, tamen similem illud carmen in fronte gessisse, docent verba Sidonii Apollinaris IX. 271. sqq. Omnem disputationem ex illa quæstione ortam, num fabula de Cerere et Proserpina præbere potuerit materiam carmini epico satis idoneam, vanam puto et inanem, cum, quid ingenium aliquod felix et a natura benigne instructum possit efficere, definire nequeas, nec, si vel pluribus conata haud prospere cesserint, non inde sequetur, argumentum, quod incassum toties tentatum sit, ab hujusmodi tractatione prorsus abhorrere. Recte quidem dixeris, quo uberior res sit, quam tibi proposueris, eo faciliorem reddi laborem, quippe quia in rerum copia electione tantum opus sit et diligenti compositione: ingenium tamen fons est rerum inexhaustus, unde semper depromi possunt, quæ argumento desint, ita ut nihil tam simplex sit et tenue, quod non tractatione fieri possit uberius. Quid? Iliade penitus incognita, si quis iram Achillis cum Proserpinæ raptu animo contenderet, utram rem et graviorem et uberiorem judicaret? Quæ cum ita sint, neminem movere debent, quæ Walchius contra disputavit. Quin, qui neget, actionem illam non tam quidem per se, quam propter ea, quæ secuta sunt, esse gravissimam, arbitror esse neminem. Quid enim magis, non ad certam aliquam gentem, sed ad omne genus humanum potest pertinere, quam agriculturæ inventio, unde semina simul omnis humanitatis vitæque cultioris et sparsa sunt et effloruere? Hanc rem ita tractare, ut admiratio inde et delectatio audi-

tores et lectores capiat, poëtæ est ingeniosi. Num autem hoc omnino fieri potuerit in actione, in qua Deorum tantum partes sunt, nec affirmaverim nec negaverim. Quid fieri potuerit, nemo facile dixerit; quid factum sit, facilius dijudicabitur. Sed mihi propositum non est, ad præcepta, quæ artis scriptores excogitaverunt, Claudianum exigere, et ut alter Procrustes, quæ lectuli modulo minus conveniant, vel amputare, vel dilatare; verum ut unus de multis, non de schola neque a magistro, quæ mihi probentur, quæve minus, candida mente profitebor. Sunt quædam principia veri et pulchri in animis hominum insita, quibus ut quique proxime accedunt ad naturæ simplicitatem, ita maxime quasi impetu quodam cæco reguntur, quanquam illorum ab omni rerum copulatione remotorum sibi conscii non sint. Illa citra rerum complexum animo sibi proponere, aliaque ex illis ratiocinatione deducere, accurate definire, ad genera et classes revocare, artemque inde efficere, recentioris, et nostræ maxime, erat ætatis, judiciique maturitatem requirebat et quasi principatum, quem temporibus antiquis imaginandi vis et ardor aliquis animi obtinuerat. Quæ quidem ante oculos habere, cum veterum monumenta legas, ad multas res utile est, præcipue autem id præstat, ut intelligas, tenerum et incorruptum naturæ sensum in hominibus, certum aliquem ingenii cultum rerum quadam felicitate nactis, sed pristina morum simplicitate nondum amissa, plus efficere potuisse, quam subtilissimas de arte disputationes, quibus nostra ætas onerata est et laborat. Videamus jam, quemadmodum poëta argumentum sibi propositum persecutus sit.

Contra Horatii, eorumque qui Horatium secuti sunt, de carmine epico præcipientium, normam atque regulam non moderate et modeste Claudianus orditur, sed spiritu quodam vehementiore animi, divino afflatu concitati, principio statim incedit et speciem potius vaticinaturi, quam narraturi, præ se ferre videtur. Quæ ratio cum acriter sit a quibusdam notata, dispiciendum est, num habeat, quo se quodammodo tueatur, aut num aliquid sit, quod poëta sequi

potuerit. Nempe ea erant canenda, quæ magnam partem apud inferos fuerant gesta. Hæc sine monitu divino scire poëta non poterat; animum igitur ab Apolline occupatum fingit, mentemque priorem penitus expulsam, seque inter earum rerum species repente delatum, quas erat expositurus. Hanc animi concitationem subitique furoris accessum exprimit imaginum obscura et confusa significatio, quæ oculis de improviso sunt obortæ, atque illa fictio, qua in templum Cereris Eleusiniæ delatus sibi videtur, iisque sacris interesse, in quibus actione quadam oculis ea proponebantur, quæ argumentum carminis constituunt. Jam sibi redditus, quanquam mente adhuc commota, Deorum inferorum veniam precatur, ut sibi, quæ viderit, cum aliis liceat communicare. Hoc enthusiasmo, quo poëta consilium atque argumentum carminis proponit, lectoris animus necesse est vehementer commoveatur, expectatioque intendatur, quam deinde ne destituat narratio ipsa, etiam atque etiam cavendum est. Verum nequaquam illa frustrabitur lectores, si rerum expositio ita est temperata, ut admirationem moveat, sustentet, sensim augeat, animum spe et timore suspensum teneat, novaque semper voluptate permulceat, etiamsi impetus, quo opus est incœptum, in sedatiorem narrationis habitum, rebus exponendis aptum, abierit. Cogitemus igitur poëtam repentino numinis instinctu mente solita emotum, novisque rerum imaginibus, quæ ei aliæ post alias suboriuntur, stupentem et conturbatum, rerum novarum multitudine et mole plane oneratum, conditionemque suam in universum tantum indicantem, potioraque capita eorum significantem quæ ante oculos versantur. Narratio, quæ sequitur, videri potest ejus, qui resipuerit, aliisque, quæ viderit, animo rursus composito et quieto exponentis. Hanc rationem secutus esse videtur inter alios Wielandus noster, in carmine *Oberon* inscripto, quem nemo sanus, nisi qui veterum exemplis prorsus acquiescendum, Horatiique præceptum semper et ubique sequendum putat, nulla rerum naturæ ratione habita, hoc nomine vituperabit. Quæ quidem veteres in ratione et disciplina pulchri instituerunt at-

que sanxerunt, plerumque sunt ejusmodi, ut ipsius naturæ dictata, a quibus non sit recedendum, existimari debeant; quorundam autem ratio ea est, ut certis tantum rebus astricta perperam ad omnia quæcumque transferantur. Quemadmodum nemo negabit, veteres in pulchro et venusto dijudicando plus vidisse et sensisse acutius quam nos, qui a naturæ simplicitate remotiores variisque opinionibus et institutis, pravo more receptis, corrupti sumus; sic stolide antiquitatem admirantis est, arbitrari, veteres omnem rerum naturam exhausisse, novisque commentis nullum locum reliquisse. Hæc sufficiant ad carminis epici procemium contra eos defendendum, qui, ut frigidi grammatici, non rationibus pugnant, sed præceptis tantum nituntur, quæ apud veteres legerunt. Cum autem per se intelligatur, principium carminis, illa ratione constitutum, quanquam natura sua lyricum sit, lyricumque dicendi genus postulet, non ita tamen comparatum esse debere, ut a reliquo corpore, tanquam pannus inscite assutus, dissideat, sed transitum mollem atque facilem habere, ut quasi genuinum totius membrum videatur; Claudianus in hoc minus ferendus est, qui, ut alia, quæ ad dictionis genus pertinent, omittam, non probanda, clivo molli seu per gradus non descendit, sed plane ab alto in lutum, ut aiunt, se præcipitat. Quis enim ex hoc principio hujusmodi narrationis initium (v. 32.), quo anus auspicari solent nænias suas, æquo animo potest ferre? Sed satis de procemio; videamus totius carminis dispositionem.

Inducitur statim Pluto ira commotus, quod solus ex Diis connubio egeat, ejusque jussu monstra inferna contra superos bellum parant (v. 32—41.). Cum jam omnium rerum confusio ex hac contentione immineret, Parcæ, ad pedes illius abjectæ, rogant et obtestantur, ut a Jove conjugem petat, nam repulsam eum laturum esse negant (v. 41—67.). Verecundia precantium motus, per bonam gratiam obtinere statuit, quod vi sibi conciliare paraverat (v. 67—75.). Jam quæritur, cur ira Plutonis tam repente et tantopere excanduerit. Num jam precibus ante, et sæpius, rem tentaverat

incassum? Et, si tentaverat, quod tamen nusquam significatur, quanam re motus Jupiter, siquidem omnino id negare potuerit, negavit? Deinde, si Parcarum arbitrio omnia subjecta sunt (v. 51—53.), cur ad pedes Plutonis accidunt supplices? Possis dicere, non Deorum res, sed hominum, omniumque rerum, quæ in terris sunt, ad arbitrium Parcarum ex mente poëtæ pertinere (v. 55—63.); sed si dissolutionem *legum pacis firmatarum* (v. 64.), quarum auctores Parcæ se profitentur, cum ex iis, quæ statim sequuntur, tum ex superioribus (v. 42—47.) explices, rerum omnium complexum ab nutu et arbitrio Parcarum pendere Claudianus finxit. cf. v. 215—217. Tandem, si futuri erant consciæ, quid omnino belli apparatu erat opus, quandoquidem eæ tantum a Plutone fuissent consulendæ? Quæ cum ita sint, apparet, totam rem non satis accurate a poëta fuisse expensam. Sunt præterea, quæ notatu digna videantur: præcipue displicet comparatio (v. 69—75.) per se satis bona, sed loco inepto.

Mercurio propere accito declamationem Pluto, ex rhetorum subselliis petitam, detonat, qua satis superbe Jovem increpat, bellumque minitatur, nisi obtemperet imperataque faciat (v. 89—116). Jupiter, perlatis mandatis, terrore forsan perculsus, postulatis annuit; illo tantum angitur, quæ tandem illud conjugium sit secutura. Sed ecce, cogitanti, animumqne in omnes partes versanti, pulcherrimum scilicet suboritur consilium (v. 117—121). Quæ sequuntur de Cerere et Proserpina (v. 122—140) satis bona sunt, quibus indicat poëta, unicam Cereris filiam Proserpinam esse matrique carissimam, jam ab Apolline et Marte in matrimonium petitam, quos tamen mater repudiaverit, illamque puellam, cum raptus ejus tum maxime timeretur, in Sicilia loco aliquo ante præparato a matre fuisse absconditam. Sequitur locus communis de Sicilia ejusque insulæ natura, cujus descriptione, velut gemmula, carmen poëta distinguere studuit, non quidem omnino aliena, sed tamen frigidiuscula (v. 140—157). Ætnæ montis descriptio (v. 158—168) alienior est, aptiorique fortasse loco (III. 330.

sq.) potuisset inseri; sed sequentes versus, quibus physices doctrinam ostentare videtur, mihi quidem non solum frigidissimi, sed plane absurdi videntur. Ceterum vix attinuit, Siciliæ nobilitatem tantopere celebrare, cum obscurus aliquis angulus Cereris consilio accommodatior fuisset, id quod Ceres ipsa sentit seroque profitetur (III. 120. sqq.).

Filia, ut putabat Ceres illa quidem, bene abscondita, iter facit per aërem ad Cybelen in Phrygiam (v. 170—211.). Quod cum Jupiter vidisset, Venerem arcessit, eamque jubet postero die Proserpinam, dolis circumventam, in campum deducere, simulque hortatur, ut fines imperii sui etiam apud inferos proferat, ita ut vel Furiæ amoris vim sentiant (v. 212—226.). Mirationem quidem, verum minime epicam, hoc loco facit consilium a Jove initum, quod a Venere perficitur ita, ut Pluto, in cujus gratiam omnia fiebant, ne minima quidem significatione certior fieret; quodque ille iter statim ad illum locum molitur, in quem Proserpinam Venus erat deductura, quem ut scire posset tantum aberat, ut plane etiam ignoraret, quid Jupiter statuisset. Qui potest poëta epicus illa prætermittere, quibus omissis vel vulgaris narratio manca fiat!

Venus in Siciliam properans adjunxerat sibi comites Minervam et Dianam totius consilii ignaras. Cur hoc factum sit, docemur infra (III. 209.) ex mente nutricis (v. 229—236.). Expectari poterat, poëtam descriptionem ædium, in quibus Proserpina delitescebat, non esse omissurum, idque potissimum commemoraturum, quantopere latuerint consilio Cereris accommodate; sed palatium a Cyclopibus structum finxit cum opere firmissimum tum materia magnificentissimum (v. 237—245.). In illis Proserpina telam texebat, in cujus artificio describendo Claudianus Ovidii more luxuriatur (v. 246—265.). Lacrymæ subito obortæ faciunt omen (v. 266—268.). Deæ cardine verso intrant, subitusque rubor, in quo describendo quatuor versus impenduntur, Proserpinæ faciem tingit (v. 269—278.). Jam aures cupide arrigimus, ut percipiamus, quomodo Proserpina deas exceperit, quam fraudem Venus molita sit, ut

miseram illam et comites falleret; sed frustra, reticentur hæc, et ruboris descriptioni hoc tantum adjungitur: noctem venisse. Quæ hoc loco desideres, infra (III. 207. sqq.). Electra ex parte narrat. Contra miraberis, Plutonem, qui de Jovis consilio nondum erat edoctus, nec sciebat, Proserpinam sibi destinatam, nec ubi gentium illa moraretur, nihilominus tamen iter ad superos parare, equosque curru junctos jam paratos ante fores habere.

Sequitur liber secundus. Luce nondum orta Proserpina cum deabus Hennam petit monstris nequicquam monita (v. 1—10.). Frustra quæris, qua re sit adducta, ut matris præcepta negligeret. Quo divinationi lectorum relicto, in cultu, quo Proserpina et deæ fuerint ornatæ, describendo non invenuste Claudianus occupatus fuit (v. 11—54.). Euntibus additur Nympharum agmen, inter quas Cyane eminet (v. 55—70.). Henna, cum vidisset illas adventantes, Zephyrum rogat, ut vallem, per se jam amœnam, arboribus, herbis, floribus exornet exquisitissimis (v. 71—117.). Satis bene hunc locum tractavit Claudianus, sed singulis ex sæculi ingenio nimis operose persequendis simplicitatem neglexit. Dum virgines in floribus legendis sunt occupatæ (v. 118—150.), subito fragore terrentur. Pluto nempe, cujus currus misero Encelado, vix Ætnæ molem sustinenti, altos sulcos imprimit (quale phantasma!), exitum cum quærit nec invenit, trabali sceptro terram ferit, omniaque gravi motu concutiuntur (v. 151—185.). Terror occupat supera (v. 186—192.). Equi primum in sole caligant, mox lucis patientes et verbere incitati iter celeriter perficiunt (v. 192—203.). Proserpina in currum rapta Minerva et Diana raptorem invadunt, illa minaciter eum increpat, jamque missura erat hastam, sed fulmine a Jove misso deterretur (v. 204—233.). Quidnam Veneri acciderit, utrum cum reliquis aufugerit, an partes mutas egerit, in dubio est relictum. Oratio, qua Proserpinæ valedicit Minerva, dolores habet nullos sed multum artis (v. 234—246.). Sic quoque docte lamentari vicemque suam lugere Proserpina didicit (v. 247—272.). Tandem Pluto,

nunc quidem primum amoris accessum sentiens, lacrymisque Proserpinæ commotus, eam solatur et elysii descriptione et spe potestatis futuræ (v. 273—306.). Tandem nuptiæ apud inferos omni, qua par est, lætitia et festivitate celebrantur (v. 307—366.); nec pronuba deest, cujus vices Nox suscepit, nec epithalamium.

Librum tertium Deorum concilio Claudianus orditur, quod frequenter occurrit apud poëtas. Jupiter convocaverat Deos, ut eos vetaret minis gravissimis adjectis, raptorem Proserpinæ matri filiam quærenti indicare, ut coacta omnes terras peragraret, votique compos tandem facta indicioque læta hominibus fruges impertiret. Se nempe olim auream ætatem sustulisse, ne homines otio et torpore conficerentur, corporisque et animi vires in quærendis vitæ necessitatibus exercerentur. Nunc autem naturæ almæ precibus, ut sibi liceret, egestati humanæ opibus suis subvenire, sese cedere (v. 1—65.). Comminatione igitur Plutonis Jupiter cogitur suam ipsius filiam prodere, hancque rem malam in bonam vertit hominibus, Cereremque erroribus insuper fatigat, ut illis melius tandem sit. Jam quoque quæras, quorsum tandem tot tantique errores? Nonne et sine his, præmio judicii statim proposito, Ceres fruges terræ dare poterat? Equidem habeo, quod ex antiqua illa fabula respondeam; vellem tamen me a poëta vel verbo esse monitum. Sunt præterea plura, quibus elucet, poëtam de consilii ratione non nimis fuisse solicitum, et ingenio, quatenus in rebus inveniendis se exserat, acumen defuisse. Interim Ceres somnia videt complura ex ὀνειροπόλων disciplina quasi subnata, quorum alia aliis clariora et significantiora erant. Ceterum numen aliquod somnians ab aliquo poëta fuisse inductum, nunc quidem, cum hoc scribo, legere me non memini. Tandem ipsius filiæ imago oboritur cubanti, matrisque incuriam, non quidem immerito, sed paulo tamen vehementius, quam filiæ par esset, incusans, macie confecta catenisque onerata (v. 66—110.). Quibus rebus excitata Ceres, ut, quemadmodum ipsa profitetur, securiorem filiæ locum prospiceret, animo calamitatem jam præsagiente,

Cybelem matrem reliquit, et in Siciliam itinere per aërem facto festinat (v. 111—136.). Moræ omnis impatientia anxiusque matris animus bene est expressus (v. 137—145.); nec minus ipsa attonita gravissimoque dolore subito oppressa, ubi ædes apertas et desolatas invenit (v. 146—164.). Comparatio, quæ sequitur, minus est apta (v. 165—169.). Incidit tandem in Electram, nescio cur, latentem, quæ lectori non nunc demum innotescere debuit; qua visa Cereris dolor in exclamationes et interrogatiunculas, ostentationi comparatas, erumpit (v. 170—192.). Longam Electra narrationem incipit earum rerum, quæ partim in scena jam erant actæ, partim agendæ potius, quam narrandæ, fuissent, partim novæ sunt, ut Cyanes in fontem mutatio, fata Sirenum, quæ adeo obscura proferuntur, ut ex illo quidem loco vix possint intelligi (v. 193—253.). Ceres, quæ cum tigride, cui catuli sunt erepti, comparatur, Olympum adit; primoque vehementer vociferando et increpando, deinde misericordia Deos, inprimis Latonam, commovere studet, ut, ubi Proserpina sit, indicent. Qua re ubi nihil perfici vidit, omnes terras se pererraturam esse minatur (v. 260—329.). Quo facto vadit ad Ætnam, ejusque igne duas pinus excisas accendit, iterque meditatum ingreditur. Hæc ad alia, vel graviora, relata fusius tractata sunt. Reliqua desunt.

Ex hac brevi carminis totius descriptione cuique erit perspicuum, multa esse, quæ ad narrationis perfectæ atque absolutæ facti cujusdam notionem, animo et mente conceptam, exacta reprehendi possint; non pauca enim adeo manca sunt, ut putes, quædam in duobus primis libris intercidisse, aut poëtam, ut fieri solet, quasdam tantum partes prima statim cura, prout vel in hac vel in illa re opus facilius succederet, perfecisse, ceteras secundis curis reliquisse, sed vel morte vel aliis rebus præpeditum ad incudem revocare opus non potuisse. Nec dispositio admodum placet; etiamsi id vitio verti non possit, quod præcepta, quæ ex rerum ordine et collocatione ab Homero et Virgilio adhibita, deducta sunt, Claudianus non sit secutus. Illa enim collo-

catio pro argumenti ratione varia esse potest; semperque probatur, si virtutes habet illas, quibus expositio epica destituta esse omnino non debet, ut expectationem et excitet et augeat et teneat. Ipsæ quoque personæ, quæ inducuntur, quanquam et indole et moribus diversæ sint, actionis varietatem nihil fere augent, prodeunt tantum, ut oratiunculas declamitent, quas nisi respicias, statuæ plerumque sunt inanimes in scena ornatus causa positæ, non actores fabulæ. Partes quoque, quas poëta illis tribuit, et mores, quos affinxit, dignitati, qualem quidem poëtæ antiquiores singulis statuerunt, non satis convenire videntur. Jupiter ille pater Deum Plutonis minis anxius et confusus displicet, multo magis timoris turpitudinem falsa oraculorum necessitate celans, et principio tertii libri Thrasonem in Deorum concilio agens. Quid de Plutone dicam ira æstuante sine ulla causa idonea, bellumque non indictum et quasi ante res repetitas superis movente? Proserpina pulchra quidem puella et simplex, sed nulla re, qua animos in se convertat atque aliqua ratione sibi conciliet, insignis, telam texit, flores legit, et rapitur; verum nisi rapta clamasset, fidemque deorum et matris implorasset, vix tandem esset, quod vices ejus doleremus. Mater sola lectoris mentem occupat, proculque dubio primas actionis partes sustinet, variæque animi commotiones, quibus agitatur, convenienter sunt expressæ. Illa sola est, cujus caritate, qua ducitur in filiam, suaviter afficiamur, cujus conditio, etiamsi incogitantiam ejus culpamus, nobis curæ sit, quacum indignemur et irascamur, quamque libenter per orbem terrarum errantem secuti essemus, nisi illa carminis pars, quæ errores ejus continebat, intercidisset. Ceterum in toto carmine nulla inest animi magnitudo cum ipsius fati necessitate colluctans, qui animus justus et propositi tenax ne oppressus quidem flectatur, cujus vivo quasi exemplo discamus, quantum valeant vires humanæ; nullum certamen virtutum cum vitiis, quod vehementer ad nos pertinere arbitramur; nullæ insunt difficultates aliæ post alias continuo obortæ, quæ, quamvis putasses eas insuperabiles, tamen ratione improvisa superan-

tur; nulla Deorum miracula et interventus, quibus res humanæ subito subvertuntur, exitusque novos et inexpectatos nanciscuntur; nulla denique oracula, quæ ambiguitate sua primum homines in fraudem agunt, deinde aliis ejusdem argumenti illustrata rursus in rectam viam eos deducunt, tandemque rerum fide probantur. Hujus generis quidem aut plura aut omnia argumenti ratio, in quo Dii tantum partes sustinent, non admittit; nihilominus tamen inde non potest colligi, illud epicæ tractationi omnino fuisse ineptum, cum hoc tantum exploratum habeamus, finem epici carminis et admirationem esse et delectationem, parum autem intersit, quibus rebus ea efficiantur, nec, quia vulgaris ratio, in Homero et Virgilio adhibita, locum habeat nullum, sequetur, nulla omnino id fieri potuisse, nisi aliorum ingenia nostro modulo metiri sustineamus. Iniquius, mea quidem de sententia, comparationem Claudiani cum Ovidio instituit Walchius, cum hic diversum plane consilium sit secutus, ad quod si ea, quæ tradidit, exigas, totam Ovidii rationem optime constare mecum senties. Nihil sane in illa de Cereris et Proserpinæ fatis narratiuncula, cujus in summa facilitate, non in epica dignitate, laus consistit, occurrit, cujus causam non videas, adeo, ut non solum res gestæ legantur, verum etiam intelligantur, nihil omissum deprehendes, quod ad rerum gestarum illustrationem pertineat. Ingeniosa certe, ut hoc solo utar, et naturalis est illa ratio, qua Pluto apud Ovidium in amorem incidit; apud Claudianum cæcus ille est et subitus impetus, qua præceps agitur, cujus nec causa nec ratio nec incrementa cognita sunt. Frugum quoque repertio est illa quidem res maximi momenti, unde omnis ingeniorum cultus, omnes cœtus civiles, omnisque humanitas originem duxit. Sed gravitas ejus summaque dignitas non cuivis satis obvia est, sed perpendenti tantum, et eorum, quæ inde secuta sunt, seriem animo consideranti. Quæ cum paulo remotiora sint, nec poëta id egerit, ut hæc lectori succurrerent, factum est, ut tota res minorem ad animum vim haberet. Omnino fabula est ejusmodi, ut tractantem copia rerum magis quam inopia urgeat;

est enim multorum poëtarum perpolitione trita atque decantata, variique mythi cum illa conjuncti sunt, qui non solum ad argumenti dilationem atque amplificationem, sed etiam ad ornatum et varietatem pertinere possint. His Claudianus quidem usus est, minus tamen ad actionem variandam et multiplicandam, quam ad rerum descriptiones facultatisque oratoriæ ostentationem. Quod enim ex omnibus carminibus, paucis tantum exceptis, constat, etiam ex hoc elucet, Claudianum neutiquam ingenio destitutum, sed totum illud consumtum esse in elocutione, ita ut inventioni vacare non posset.

Sequuntur epistolæ, quarum dignitatem reliquis carminibus inferiorem putat Gesnerus adeo, ut existimet, sibi rogandum esse lectorem, ne ex illis virtutes Claudiani ponderet, seu ne arbitretur, quoniam superiora egregia fuerint, etiam has sibi esse imitandas. Moverunt illum virum doctissimum ea, quæ olim solebant cum de universo epistolarum genere, tum de epistolis poëticis disputari, omnibus ad Ciceronis et Horatii epistolas relatis. Sed nec Cicero tenui et incomto scribendi genere semper usus est, verum ad res, personas, et tempora accommodato; neque Ovidius, qui illud genus præcipue exornavit, nusquam exsurgit sermoneque utitur exquisitiore. Quæ cum ita sint, Gesnero assentiri non possum; quanquam non is sum, qui putem, in illis epistolis poëticis luculenta facultatis poëticæ specimina Claudianum edidisse. Si a scribendi genere recedas, quod nimis quæsitum interdum adeo tumet, illa carmina minime in postremis ejus sunt habenda; et illud ad Olybrium, in quod inprimis censoris severitatem destringit Gesnerus, mihi quidem non admodum displicet, cum reputem, epistolam esse ad poëtam et oratorem copiosum et grandiloquum (v. 3. sqq.), cujus judicio et voluntati vel in literis conscribendis esset serviendum. De prima epistola, seu carmine XXXIX. jam supra locutus sum: quæ restant, ad dicendi genus Claudiani universum pertinent, de quo infra sermo erit.

Veniamus jam ad illa carmina, quæ *Eidyllia*, nomine satis indefinito, vocantur, narrationes et descriptiones similes

quibusdam, quæ Statii Sylvis continentur, illisque Au carminibus, quæ sub eodem nomine venduntur, contine Habent hoc peculiare, quod rem aliquam, vel minus no vel memorabilem, exponunt, aut aliquid vel a natura ve arte profectum describunt. In toto hoc genere sæpius a dit, ut poëtæ pictorum officia et munus occupent, in e nequicquam laborent, quod poëseos ratio non possit effic Descriptio enim alicujus rei verbis instituta, quæ nece rio fit partibus aliis post alias descriptis, quarum prio imagines vel deletæ sunt vel obscuriores factæ prius, qu ordine ad posteriores veneris, tam vivida et luculenta e nullo modo potest, quam ejusdem imago lineamentis et loribus in tabula aliqua expressa oculisque exposita. I ginandi vis in ordinem quasi coacta et coërcita, facult libere agendi exclusa, incassum laborat ea repetere seu r nere, quæ jam extincta sunt seu evanescunt, atque i frigus animis oboritur, quod vel splendidissimæ dictio non possunt defendere. Videntur hæc carmina ad ea p tinere, in quibus plerumque ingenii periculum facerent, c versibus scribendis operam dare instituerent, aut jam ex citati in hac re otium fallerent. Fortasse etiam hoc gen in grammaticorum scholis natum est, cum magistri discipu rem aliquam, a vetere aliquo poëta paucis tantum versib tractatam, imitandam, variandam, omnique ratione locupl tandam proponerent. Hinc a poëtis recentioribus, ingen non admodum abundantibus, sed sermonis poëtici arte probe edoctis, retentum est studioque singulari excultu Narrationem continet primum carmen, quod inscriptum e *Phœnix;* et septimum, in quo exponitur pium facinus du rum fratrum, qui parentes suos senes in Ætnæ montis erup tione humeris sublatos servarunt. Reliqua vel rem aliqua describunt, vel narratiunculam descriptioni adjunctam ha bent. Quanquam acumen quæsitum, doctrinæ ostentatio, e miraculorum studium in omnibus se exserat: tamen, s verum fatendum est, hæc parva carmina illis longioribus, i quibus rhetor se jactat, longe præstare videntur. Colorem quo scholæ infecerunt poëtam, etiam in his videas; præci-

pue in secundo et quinto, quibus principia obtigerunt magis ab oratoris quam a poëtæ facultate profecta; sed in hoc Martis et Veneris, quorum ille ex ferro, hæc ex magnete erat facta, connubium eleganter est descriptum, nec sine voluptatis sensu legetur. Quartum carmen in fine mancum est, pannumque, ni fallor, stulte assutum habet. Pars ultima, quæ periit, descriptionem Nili exundantis, faciemque Ægypti inferioris in mare, insulis innumeris consitum, mutatæ, continuisse videtur. In descriptione Aponi fontis, quod argumentum est sexti carminis, passim virtutes et vitia Ovidii agnoscuntur: est tamen ex omnibus thermarum descriptionibus, quæcumque apud veteres leguntur, et multæ ad nos pervenere, longe optima. In ultimo, quod ex piorum fratrum, quorum statuæ apud Catinam fuisse dicuntur, contemplatione natum est, Claudianus poëtis recentioribus exemplum proposuit, quomodo pulchrum artis statuariæ opus pulchre possit describi. Sed de hoc carminum genere hactenus: properemus ad reliqua.

Carmina minora varii argumenti variæque dignitatis, quæ communi epigrammatum nomine vulgo complectuntur, adhuc restant. Ex his salem habent et urbanitatem XXIV. in Alethium quæstorem, et XXVII. in Jacobum Magistrum equitum. Illius versus Claudianus riserat, rationeque ironica iram ejus deprecatur; hunc per omnes sanctos, superstitionem forsan Christianorum ridens, rogat, ne criticum agere velit versuum suorum. Item XXIX. satis lepidum est, ex ambiguitate vocis *pedis* in podagricum de versibus claudicantibus judicantem. Aculeum quoque habet XXX. in Theodorum et Hadrianum. Mordacia sunt, sed lasciva obscœnitate, XXV. et XXVI. in Curetium. Ex his omnibus et Alexandrinum Nostrum fuisse et dicacem tuto colligas, quæ sane Martialis carminibus non sunt inferiora. Huc pertinet quoque XLII. nimis obscurum. Brevem sententiam continent et acutam XXXIX. XL. et XLI.

Ex illo genere, quod rei naturam lepide exprimit, sunt VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. Latina, et XIII. XIV. Græca de Crystallo inscripta, a diversis forsan auctoribus profecta.

In quibusdam acumen nimis quæsitum est, et XVII Sphæram Archimedis. Inventio est venustissima. Ju sphæram illam admirans inducitur.

Elegans sententia continetur carmine V. in concha qua Serena lavatur. Huc pertinet quoque XXXIV. de neis Quintianis.

Pro epigrammatum natura nimis forsan longum est II. quorum primum mulas Gallicas describit barbaræ Galli actoris obtemperantes, ut mirum non amplius Orpheum cantu pecudes demulsisse: alterum in senem ronensem, qui suburbium nunquam egressus est; in quo tura ejusmodi hominis, rerum cognitione, quam peregr tiones afferre solent, plane destituti, summaque vitæ sim citas vigorque corporis nullis vitiis imminutus, quæ in m no hominum cœtu et nasci et disci solent, egregie describi Acumen latet in duobus versibus supremis, ubi ille c peregrinatore comparatur.

Armentum describit IV. in tabula forsan pictum, XXXVII. quadrigam marmoream acumine operose quæsi

Carminibus XX. XXI. XXII. XXIII. munera Serenæ Honorium missa prosecutus est; non invenusta illa quid muneribus tamen ipsis commendanda.

Frigida sunt III. XXXI. XXVIII. et XLIII.; nec r Græca XVI. et XVII.

Fragmenta sunt XXXII. XXXV. XXXVIII. XLIV. L. XV. Græcum, seu non satis liquet, quid sibi voluerit poë Forsan amore correptus Apollinem, qui ipse quoque amo vim senserat, rogat, ut sibi canturo adsit.

A pia quidem mente, sed ab omni gratia poëtica des tuta, XLV. XLVIII. XLIX. Latina, et XLVI. XLVII. Græ sunt profecta, ut mireris fuisse, qui arbitrarentur, illa Cla diani ingenio deberi.

Plane obscurum est XIX. *de Polycaste et Perdice* inscri tum. Spectat enim rem aliquam, quæ nobis plane est i cognita.

Demonstratis iis, quæ Claudianus in inveniendo, qu primaria poëseos virtus est, et in disponendo præstiter

veniamus tandem ad enuntiationem seu ad indolem sermonis, quo est usus. Scripta ejus vel obiter perlustranti statim apparet, illum adhibuisse dicendi genus copiosissimum. Ornatum petivit cum ex rebus tum ex sententiis. Ad rerum copiam, qua semper vel in argumento maxime tenui et exili solet abundare, pertinet doctrinæ ostentatio, qua nemo fere poëtarum Latinorum ante eum tantopere sibi placuisse videtur, quanquam jampridem eam adhibere cœperant, eoque majori semper studio, quo magis ingenii defectum, cujus sibi conscii essent, illis subsidiis cuperent supplere. Quod quidem studium, cujus fons in natura animi humani, non veræ utilitati, sed famæ inani, servientis partim, partim in ipsa imitandi ratione situs est, nulla alia civitas magis alere atque excitare poterat, quam Alexandria, et virorum omni literarum genere doctorum copia, et monumentorum scriptorum multitudine, ubi summa omnium artium ac disciplinarum, quas quidem tunc hominum solertia excogitaverat, brevi et nullo fere negotio poterat colligi. Quo amplior autem et diffusior erat rerum cognitio, qua memoriam locupletabant, eo minor suberat facultas mente et cogitatione eam digerendi, ejusque acumini subjiciendi. Qua utilitate, quæ ad subigendum formandumque ingenium unica est, plane tandem neglecta, illa sola est relicta, per se nullius pretii, quam in ostentatione scientiæ collocabant. Hac quoque usi sunt poëtæ, nec in postremis Claudianus. Solent quidem vulgo, in quibus poëtis illud studium se exerit, eos doctos vocare, eorumque doctrinam magnopere admirari: verum, etiamsi sumas, non omnia, quæ scirent, eos effudisse, sed longe plura retinuisse, solidæ tamen eruditionis gloriam hujusmodi poëtæ nequaquam merentur; quandoquidem omnia, quæ venditant, puerili studio in scholis erant comparata, aut aliunde facili negotio quæsita, ut memoria tantum opus esset mediocri ad ea complectenda, nullaque fere mentis contentione ad ea intelligenda. Quam ob rem nescio, an vanitas illorum potius ridenda, quam doctrinæ ubertas suspicienda sit. Claudianus in iis rebus, quæ ad philosophicas disciplinas pertinent, cum Mallii prudentiam laudaret, suam ipsius lectoribus jactitasse vi-

deri potest; nam omnis divinarum humanarumque reru scientiæ potiora capita, diversasque de iis philosophoru opiniones maxime memorabiles exposuit. Etiam astron miæ exquisitioris, non poëticæ, cognitionem ostendit mult in locis, quæ tamen ex Claudii Ptolemæi inde tempo Alexandrinos, qui quidem doctrina vel leviter essent imbu fugere non poterant. Quæ etsi sint per se egregia, tame poëseos naturæ parum accommodata esse dici possun etenim illa res tantum ita prosequitur, ut in sensus incu runt, respuitque subtiles illas rationes, quæ calculo tantu posito aut mente et ratiocinatione colliguntur. Nemo san frequentior fuit Claudiano in fabulis antiquis proferendis coacervandis, quas mutare solet interdum et variare et ra tioni philosophicæ accommodare Stoicorum, qui hoc inpri mis instituerunt, et popularium suorum exemplo; ita, u non necesse sit in iis, in quibus a vulgari consuetudin recedit, ad obscuram Heraclidis disciplinam confugere, au alios auctores circumspicere, quos secutus sit. Terrarur quoque et regionum descriptionibus abundat; quod mirur esse nequit, cum Alexandriæ geographiæ studia florerent Qua in re simul apparet, eum illorum, quæ versus septen trionem sita sunt, vel imperfectam vel nullam habuisse cog nitionem; et in quibusdam aliis, quorum verum situm igno raret, ut passim alii quoque fecerunt, ingenio indulsisse Præcipue splendidissimorum urbium, montium, et fluminum vel mythis celebratorum, vel rerum annalibus memorabilium frequens fit ubique mentio, nulla fere habita in urbibu ratione, utrum extarent adhuc, an ruinæ tantum superessent In exponendis quoque rebus suo tempore gestis colore solet petere ex antiquorum et Græcorum et Romanorum moribus atque institutis, id quod in promtu debet esse carmina ejus legenti, ne ea, quæ diu jam in desuetudinem venerint, Claudiani adhuc temporibus obtinuisse existimentur Qua re hoc est consecutus, ut iis dicendi formulis posset uti, quas prisci poëtæ adhibuerant, suæque orationi antiquitatis dignitatem conciliaret. Sed inde interpreti difficultates ortæ sunt ad dissolvendum plerumque difficillimæ. Ritus enim, instituta, religiones Græcorum, Ro-

manorum aliarumque gentium ita erant ea tempestate confusa, ut ex illa colluvie nova plane rerum facies exorta esset, quæ rursus subinde variis ex causis mutabatur, aliamque speciem quotidie pæne induebat. In his et publicæ et privatæ vitæ vicissitudinibus tantum abest, ut definire possimus, quæ cuique tempori fuerint propria, quidque postea vel demtum vel additum vel immutatum sit, ut ne eam quidem rerum formam, qualis Claudiani ævo fuerit, cognitam perspectamque habeamus. Ita fit, ut in ejus carminibus voces quidem audiamus et legamus in priorum poëtarum monumentis satis obvias, rerum autem ratio per illas expressarum interdum nos fugiat, quando ex adjunctis cognoscimus, eam ab antiqua illa et vulgari diversam fuisse. Admirabilis porro erat morum Romanorum in homine Alexandrino cognitio, eorum præsertim, qui locum habuerant in libera republica; hanc quoque quavis pagina ostentat, exemplaque et comparationes inde alias super alias repetit, quasi id egerit, ut dominatum inanibus libertatis verbis commendaret; nec in omni historia Romana vix factum aliquod seu res accidit memoratu digna, cujus ille loco plerumque apto mentionem non faciat, passimque rebus præsentibus ingeniose accommodet.

Præterea dicendi genus, quo Claudianus usus est, similitudinum, comparationum, figurarum, troporum est refertum, quorum in iis carminibus, quæ in laudem vel in vituperationem alicujus scripta sunt, iis plerumque gaudet, quibus res supra modum vel augentur vel deprimuntur. Oratio non ex mentis conditione sponte nata, ita ut ex ejus colore suum colorem traheret, sed arte quæsita est, singulaque ad præceptiones quasi composita sunt. Unde factum est, ut illa imaginis sit instar, ad picturæ quidem leges delineatæ, pigmentis non naturalibus, sed exquisitissimis quibusque, obductæ, vitam stolide ludentis, non oculos animosque contemplantium, sibique imponi libenter patientium, fascinatione suavissima perstringentis. Quemadmodum omnes res ad ostentationem comparatæ sunt et congestæ, non ut admirationem moveant, quippe in quo declamator raro

soleat acquiescere, sed ut attonitos homines reddant, m
culoque stupentes; ita etiam in elocutione nullæ s
luminum et umbrarum gratæ vices, suavesque mistu
colores non ad veritatem temperati rerumque naturæ c
venientes; nullæ partes sapienter neglectæ recedunt,
quæ potiores sint, sponte emineant, sed ad mod
picturarum Sinensium magna est rerum varietas s
ulla copulatione et consilio, lumina ardent tenebris
jectis, pigmentorum fulgor oculos graviter ferit, omnia
plana et in eadem superficie jacentia deprehendunt
Cum animus poëtæ rebus ipsis non magnopere moveret
nihilominus tamen affectus vehementes essent simulan
ad eas confugit rationes, quas veræ mentis commotio
antiquioribus poëtis et oratoribus suggesserant, iisque
instrumentis usus est ad sensus simulandos, quas i
habere non posset. Neque sane mirum est, illum inflat
passim et tumidum esse factum, ubi grandis et subli
videri vellet, cum ipsa ostentandi ratio ita sit comparata,
quæ in medio posita sunt transeat, et extrema semper sec
tur. Quando enim veri sensus desunt, ideoque nihil est,
quod verba et dictiones referas; fieri non potest, quin tu
da fiant, quæ sublimia velles, improba, quæ audentia,
nimia, quæ plena. Omnes præterea, qui ingenio, vel nat
vel consuetudine circumscripto, utuntur, ut totum me
complecti, partesque inter se ad convenientiam totius a
commodate disponere non valeant, in singulis membris,
præsertim, quæ amplissimas descriptiones admittant, orna
dis occupati esse solent. Cujus rei exempla cum pluri
apud recentioris temporis poëtas, tum etiam apud Nostr
occurrunt; adeo, ut interdum videantur illis locis non p
luminibus esse usi, quibus totum distinguerent, sed carmi
sua scripsisse, ut fila haberent, quibus gemmulas istas, a
comparatas et politas, ordine quasi continuarent. Il
descriptiones etiam hoc habent proprium, quod omnis fe
cura consumta est in materiis exquisitissimis et pretiosis
mis undique colligendis, ratio autem, qua composita su
omnia, vel omnino interdum neglecta est, vel tam insul

designata, ut statim videas, pulchri et venusti sensum, qui ordine rerum aptaque illarum copulatione cernitur, ineptæ et puerili cessisse magnificentiæ, quæ imperitorum tantum oculos pascat, nauseam vero moveat genuinæ elegantiæ assuefactis. Ne tamen iniquam de Claudiano sententiam feramus, hoc tenendum est, in illo carminum genere, ad quod necessitas magis illum compulit, quam animi voluntas adduxit, et in quo, quod profecto dolendum est, ingenium suum haud mediocre consumsit, plurimum illorum judicio erat dandum, quorum laudes essent sibi celebrandæ. In his enim, non quod tibi magnificum et præclarum videatur, dicendum est, non eo modo, qui solus recto rerum judicio possit probari; sed ea, quorum causa maxime sibi plaudant, eaque ratione, qua obtusus eorum sensus et judicium, nulla fere politiori humanitate excultum, lætetur. Barbarorum autem oculos venusta rerum forma raro in se solet convertere; aut, etiamsi naturæ beneficio molliores sensus nacti sint, tamen materia ipsa formam commendet necesse est, quam sint admiraturi. In iisdem carminibus nimio artis ostentandæ studio laborant etiam omnes fere comparationes et similitudines, quæ, cum ad ornatum, cui in illo scribendi genere maxime inservitur, pertineant, frequentius occurrunt. Plane nova invenire in tanta poëtarum, qui præcesserant, multitudine, difficile erat et omnino arduum ei, qui a pueris ad imitationem aliorum ingenium suum composuerat; decantata autem repetere non erat poëtæ, ingeniosi nomen sibi vindicantis: omnis igitur opera in variandis, exornandis, et dilatandis erat impendenda, in quo etiam omnem dicendi copiam exposuisse Claudianus videri potest. Quanquam enim sæpius eandem rem profert, tamen semper fere tanto verborum delectu, tam nova sententiarum conversione utitur, ut, nisi penitius attendas, vix repetita te legere sentias; atque id non solum fecit in iis, quæ hoc natura habent, ut variandi copiam ultro præbeant, verum etiam in vulgaribus atque tritis, quæ minus in exornandi studio exercitatus, aut minori ingenii ubertate instructus, vix semel splendide extulisset, sine tædio iterare se posse desperasset. Atque,

quod difficillimum in hoc genere est, ut et satietatem l rum evites, et in puerorum ludibria non incidas, hoc semper providit inexhausta ingenii sui copia. Mihi dem, carminum lectionem per intervalla repetenti, ol semper est ea cogitatio, ut statuerem, Claudianum nor sententiarum copiæ studuisse, etiamsi et his abundat, q singulis novo semper modo variandis, atque in hac re mam elocutionis collocasse. In verbis semper sum adhibitus est delectus, ita ut in rebus laudandis gravis quæque et ornatissima et maximam vim habentia del rit; in vituperandis haud raro quidem ad turpia descend quibus tamen vel acumen vel elegantiam, siquidem il istiusmodi rebus possit locum habere, agnosces, neque quam ornatum poëticum desiderabis. Inprimis ad i lem Claudiani sermonis pertinet gravissimorum epitheto copia, nusquam fere temere, sed magna cum dilige positorum, quæ quidem interdum nimio studio quæ pauloque altius petita sunt, ut vix possis dispicere, c poëta sit secutus. Illis potissimum usus est pro gemm quibus orationem distingueret, et splendorem, non tam g lumine fulgentem, quam scintillantem, per totum ejus de sum diffunderet, qui quoque eam vim habuit, ut vel docti morum et elegantissimorum virorum oculos adeo delini ut in reliquis sermonis vitiis cœcutirent, aut judices es nimis dissoluti. Omnes enim propemodum ita existima runt, Claudianum poëtam esse inter Latinos Virgilio tant postponendum, ejusque lectione vehementer delectati s Nec, si sermonis cultum et splendorem, verborum sua collocationem, versuum numerum et diligentiam conside habes sane, quod illorum judicium magnopere deprehen quippe qui in illis, quæ ad instrumenta tantum artis poët rectius referenda sunt, quam ad veram ejus indolem et turam, omnem illius facultatis vim sitam esse arbitraren Sunt tamen verborum et enuntiationum complexiones, qu quam suam suavitatem habent, auribusque concentu blandiuntur, oratoriæ magis quam poëticæ. Modo sent tiæ per plurium membrorum, numerose et concinne inte

copulatorum, continuationem devolvuntur; modo eadem res bis, ter, interdum quater alia sententiarum conversione aliisque verbis iteratur: sed membris concisis, nullaque copulatione junctis, ut in summa dicendi copia species aliqua brevitatis ostendatur. Interdum non membra solum membris, sed verba etiam verbis respondent; concinnitasque non sponte oblata, sed curiose quæsita, apparet: id quod omnino indolem sermonis panegyrici ostendit, quæ non solùm in Plinio juniore, sed etiam in illis, qui eum secuti sunt, deprehenditur, et remansit in carminibus panegyricis, ut vel ex hoc fontem agnoscas, unde illa sunt derivata. Frequentissime occurrunt duæ enuntiationes, eandem sententiam complectentes, quarum, quod altera per affirmationem expressit, altera per negationem effert numeris priori respondens. Ad communem versuum, quibus Claudianus utitur, indolem referas, quod graves sunt, et sonori et splendidi; non semper quidem tanta arte inter se contexti, quantam in Virgilio admiramur, cujus rhythmicæ versuum continuationes jure putandæ sunt attigisse summa, ad quæ in illo artificio possit perveniri. Hùic autem rei Claudianus temporis angustiis exclusus non eam poterat curam impendere, qua Virgilius carmina sua perpolivit. Quam limatæ autem aures nostri poëtæ fuerint, et quam elegans ipse in versuum constructione, multa loca ostendunt; inprimis ea, ubi versuum numerus ad sensuum et rerùm rationem attemperatus deprehenditur. Non est igitur, quod negemus, in artificio poëtico Claudianum fuisse maxime exercitatum; sed, si ille nihil præter panegyrica, et epicum illud carmen, quod de raptu Proserpinæ est inscriptum, reliquisset, nihilominus tamen non magis genuinus Calliopes alumnus esset habendus, quàm Seneca tragicus Thaliæ, etiamsi in dialogis hujus spiritum tragicum, et in choris lyricam majestatem non magnopere desideres. Ex parvis autem quibusdam carminibus, ut supra monuimus, tuto possumus colligere, Claudiani ingenium meliori tempore fuisse dignum; gloriæque suæ apud posteros eum melius consuluisse, si vacuus a curis et vulgi securus in antris et umbraculis

Musarum esset versatus, nec invitas eas in domum Hono
et Stilichonis, tanquam in pistrinum, compegisset. In o
nibus autem vitiis, quæ illi jure exprobrari possunt, ta
tamen est, qualem illa tempestate nequaquam expectass
tantam in quibusdam carminibus parvis et in singulis r
quorum locis ostendit ingenii elegantiam, tanta est sern
nis, quem adhibuit, puritas, ut raro sæculi in barbari
inclinantis vestigia occurrant. Quæ cum ita sint, re
dixeris, errorem quendam naturæ Claudiani ingenium, t
quam semen aliquod, non veris tempore apto, sed æst
jam inclinata, terris intulisse, quæ herbam quidem luxuri
tem produxerint et flores fructus ostendentes uberrimos,
tamen ad maturitatem pervenire non potuerint. Acce
quoque, quod carmina ejus pleraque sunt ejusmodi, q
non liber animi impetus fudit, sed quæ debent origin
occasioni subito obortæ, non satis opportunæ ad ment
magnitudinis et admirationis sensu inflammandam; n
etiamsi eum ab aliis negotiis plane vacuum cogitamus fuis
satis mirari possumus, quod tot sæpe carmina, tam proli
in tanta rerum jejunitate, uno eodemque anno confic
potuit. Cum quoque, quæ scripsisset, statim recitanda
in patronorum honorem evulganda essent, Horatiano pr
cepto, ut scripta nonum in annum premantur, non pote
uti, illaque opportunitate, quam optimis quibusque poë
fortuna non negavit, carmina sua retractandi et male cu
ad incudem revocandi, erat destitutus. Etiam post Sti
chonis necem, si modo illi viro superstes, nec calamita
ejus fuerit implicatus, tanta rerum commutatio facta est,
quæ laudibus ante celebrata fuerant, nunc maximo od
premerentur; quo tempore igitur de iis limandis non pote
cogitare, quæ, si sibi consulere vellet, penitus essent ab
lenda. Quæ cum considerem, mihi persuadere non possu
ut statuam, Claudianum unquam carmina sua colligendi
secunda cura edendi consilium agitasse. Ex carminu
etiam, quæ supersunt, ratione et ordine diverso, quo in Ms
juncta deprehenduntur, necnon singulorum mutilatione
defectu, verisimile est, ea post illius mortem, quæ quide

adhuc deprehendi possent, esse collecta, cum jam temporum lapsu non pauca essent vel deperdita vel suppressa. Forsan inde quoque explicari possunt interpolationes haud paucæ, aut, si mavis, loca plane inepta et frigida, quorum culpam poëtæ manes immerito sustinent, et nimia brevitate perplexa, quæ ex lacunis male consutis possunt orta esse. Præcipue in iis carminibus, quæ epigrammatum nomine circumferuntur, difficile est judicatu, quænam Claudiani sint, quæque alium auctorem habeant: in hoc certe mecum consentient omnes, ea, in quibus res religionis Christianæ celebrantur, ad illum non pertinere, sed lusus esse pii cujusdam ingenii, bene quidem de republica Christiana sentientis, sed ab omni facultate poëtica adeo abhorrentis, ut ne oscitanti quidem Claudiano in mentem venire potuerint, etiamsi sumas, illum vel ad Christianam sectam se convertisse, vel semper fuisse ejus asseclam, cujus tamen rei in reliquis carminibus nullum extat vestigium. Inter reliqua quoque nonnulla sunt dubii auctoris, et hujusmodi, ut operæ non sit, de iis longam disputationem instituere.

G. L. KŒNIG.

TESTIMONIA

DE

CL. CLAUDIANO.

Romæ Tabula Marmorea.

Statuæ basis marmorea, in foro Trajani inter ruir effossa, Claudiano fuit honorificentissima. Hanc, Claverio, 'Pomponius Lætus, ævi sui Quintiliani possedit atque in honore habuit.' Hujus tale fuit el gium: 'Cl. Claudiano V. C. Tribuno et Notario, in ceteras ingentes artes prægloriosissimo Poëtarum, licet memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficia attamen testimonii gratia ob judicii sui fidem DD. N. Arcadius et Honorius, felicissimi ac doctissimi Imperator Senatu petente, statuam in foro Divi Trajani erigi colloc rique jusserunt.' Ubi et hoc Distichum Græcum repertu est:

Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου,
Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

Quod sic ad verbum interpretamur: *Roma et Reges,* s Imperatores, *posuerunt Claudianum,* seu statuam *Claudia* habentis *in* se *uno Virgilii mentem et Musam Home* hoc est hujus fœcunditatem et illius judicium. Qu autem majus, quam in uno et eodem Poëta Claudia agnoscere Virgilii judicium, et Musam seu ubertatem atq

ἐνθουσιάσμὸν Homeri, unde Maro ipse materiam petere, quam ingenio suo præstantissimo confidere maluit. Sunt qui per literas V. C. in statuæ basi marmorea inscriptas *virum Consularem* intelligant, eumque ideo Consulatu functum esse contendant; sed alii per V. C. *quintæ cohortis Tribunum* explicant: id quod Janus Parrhasius damnat inscitiæ; quod, ut opinor, passim legamus, *Tribunos militum*, at cohortis Tribunos non ita legamus. Gutherius tamen refert *Tribunos minorum cohortium:* ubi etiam hoc legitur, *Inter milites clarissimorum honore potiuntur Tribuni, &c.* Ceterum hac et statua et statuæ inscriptione ab Imperatoribus, et petente Senatu, data nihil meo judicio honorificentius fingi potest; et Virgilius ipse, ad quem *dignatus Cæsar scripsisse,* nihil unquam simile adeptus est.

S. Augustinus de Civ. Dei, v. 26.

'Unde et Poëta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.'

Suidas.

Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεῦς ἐποποιὸς νεώτερος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνορίου τῶν βασιλέων: Claudianus Alexandrinus Poëta epicus recentior extitit, aut floruit, *temporibus Arcadii et Honorii Regum*, seu Imperatorum.

Paulus Orosius VII. 23. De Claudiano loquens.

'Unus ex ipsis Poëta quidam eximius, sed paganus pervicacissimus, hujusmodi versibus et Deo et homini testimonium tulit, quibus ait: O nimium dilecte Deo,' &c.

Paulus Diaconus, lib. XII.

'Ad cujus laudem ob insignem victoriam, Poëta quidam eximius, sed infidelis, inter cetera hos versiculos cecinit: O nimium dilecte Deo,' &c.

Sidonius Apollinaris ad magnum Felicem, Carm. IX. 2

'Non Pelusiaco satus Canopo,
Qui ferruginei thoros mariti,
Et Musa canit inferos superna.'

Prosper Aquitanicus in Chronico Consulari, secundum I
tionem Scaligeri.

'Anno II. Honorii et Arcadii Claudianus Poëta adm
tione dignus habetur.'

Cassiodorus Chronico, sub Consulatu Probini et Olybr

'Hoc tempore Claudianus Poëta insignis habetur.'

Jovianus Pontanus.

'Ponam versus aliquot e Proserpina Claudiani Poët tum summi quidem studii, tum magni etiam exercitatic ingenii.'

Philippus Beroaldus vocat Claudianum *luculentum P tam;* Joannes Pierius Valerianus, *luculentissimum;* J. Pius, *utriusque linguæ consultissimum;* Durantius, *diserti mum;* Casaubonus, *facundissimum;* Muretus, *optimum sui Poëtam;* P. Faber, *clarissimum, elegantem, et politu* Bucananus, *summo ingenio, summaque doctrina Poëtam;* J nius, *recondito et minime vulgari usu verborum gaudente* Fr. Modius, *ingeniosum et tersum;* B. Rhenanus, *culti mum;* Vincentius Contarenus, *Poëtam bonum et grande* Hieronymus Cagnolus Jureconsultus, quædam Claudia *Carmina literis aureis putavit inscribenda.*

Hæc omnia testimonia brevitatis causa congessim sed qui sequentes auctores omitti queant?

Petrus Crinitus de Poëtis Latinis, l. v. c. 85.

Cl. Claudianus Poëta insignis Arcadii et Theodosii te poribus, 'floruit....ingenio excellenti fuit, maximeq apto ad carmen componendum. Nam et assurgit felicit

variisque figuris ac sententiis mirifice delectat; ut videatur a natura ipsa instructus ad Poëticam facultatem. Verisimile est eum Romæ diu versatum, multasque Italiæ urbes peragrasse; quod cum alia multa testantur, tum hi versus, quos de balneis Aponi composuit. Opera illius satis nota sunt: sed præcipuam laudem sibi, multorum judicio, vindicat his carminibus, quibus principes viros summis laudationibus seu Panegyricis extulit....Augustinus et alii veteres plurimum commendarunt ingenium atque eruditionem Claudiani.'

J. Vadianus.

'Jam Raptus Proserpinæ adeo insignibus montium, urbium, lacuum, amnium locis refertus est, ut piaculum mihi videatur, si quis Geographiæ expers tam eruditum Poëma attingat, nedum evolvat, profiteatur.....quem alium, quam Geographum Claudianum dixeris. Transeo encomia in Stilichonem, ob hoc maxime erudita, quod locis Geographiæ explicandis referta sunt.'

Zazius Jureconsultus.

'Quam totam rem Claudianus ad Honorium elegantissimo, imo aureo, carmine complexus est. Quam bene haberet, si celeberrima hujusmodi carmina divino ingenio scripta Principibus Romanis tam operose ingererentur!'

Ludovicus Vives, l. III. De Tradendis Disciplinis.

'Ausonius Gallus ubique argutus et excitans, nec lectorem sinit dormitare. Claudianus melior, ac ingenii et spiritus plane Poëtici.'

Idem in Comm. ad S. Augustinum, de Civ. Dei, l. v. 26.

Claudianus 'ad carmen natus fuit, quod elegantissime scripsit Poëtico vir ingenio.'

Janus Parrhasius Neapolitanus in vita Claudiani.

'Si nihil aliud ad claritatem sui nominis Alexandria protulisset, illustraretur, Hercule, vel uno Claudiano; qui

præter ingenii monumenta, quæ de se prædicant, in. v tantus fuit, ut Arcadio Honorioque gratus, amplissimis utroque muneribus honestaretur et statua,' &c.

Piso et Picus puer apud Gyraldum.

'Istius ego Poëtæ a primis usque annis studiosus fi ejus enim mihi carmen non sonorum modo et elegans, s et floridum semper visum est: idem dicere velle videbat puer Picus.'

Stephanus Claverius in Præf. ad Claudiani Annot.

Claudianus Poëta, 'qui non injuria maximus, altus, animosus audiat....Poëta, quem in osculis habebat Jac bus ille Cujacius' Jureconsultorum aquila.

Justus Lipsius, De Magnitudine Romana, l. I. 2.

'Habes pleraque versibus iis ab alto et animoso Poë (talis fuit Claudianus) inserta.'

Joannes Borcholten et Vinnius Jurisconsulti.

'Huc pertinent elegantissimi et antiquitatis pleni versı Claudiani in quarto Consulatu Honorii, Aspice mox la tum,' &c. Sed idem Borcholten male tribuit Ausonio h(Distichum, 'Direptas quid plangis opes,' &c. Nam Claı diani nostri est, cui, ex Vinnio Jurisperito, *lepidi joci* in Eı tropium materiam *tribuit* parentis appellatio.

Julius Cæsar Scaliger, Poët. l. VI. 5.

'Maximus Poëta Claudianus, solo argumento ignob liore oppressus, addit de ingenio, quantum deest materiæ Felix in eo calor, cultus non invisus, temperatum judiciun dictio candida, numeri non affectati, acute dicta multa sin ambitione....Libri de Raptu Proserpinæ sunt candidi, culti tersi, numerosi.'

Idem, l. V. 6.

Idem ait quædam Claudiani carmina 'speciosiora ess(quam Ovidiana....Cereris currum tam Claudianus, quan

Ovidius descripsere: verum hic levissime, non suo more; ille ambitiosius,' &c.

Josephus Scaliger.

'Claudianus in eruditissimo carmine ad Mallium.'

Idem de fratribus Catanæis.

'Claudianus, qui eos egregio carmine celebravit.'

Angelus Politianus.

'Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi....
Gaudentem Stygio dominam junxisse marito.'

Ex Petro Collutio.

Claudianus cecinit,
'Infernos raptus Cereris, pugnasque Deorum,
Cæsareas laudes, necnon Stilichonis honores,
Natalis Comes,' &c.

Natalis Comes Myth. l. II. 9.

'Claudianus rem totam de Plutone elegantissimo carmine complexus est.'

Gaspar Barthius.

Barthius, qui plurima nobis suppeditavit testimonia, inter alias laudes Claudianum vocat, 'Nobilissimum et literatissimum ex omni fere antiquitate Poëtam, et ingenio ad omnia summa nato.'

Idem de Panegyri Mallii Theodori.

'Eruditissimum, eloquentissimum, tantumque non divinum hunc librum, humanæ sapientiæ mysteria magnam partem indicantem, si enarrare ex merito velis, Græciæ Latiique penetralia omnia necesse erit ut excutias.'

Nicolaus Heinsius de Claudiano.

'Musarum ocellus, summus artifex fandi,
Salubribusque plenus ora præceptis,

Quo Nili alumna nil venustius jactat,
Lagea tellus, civitasque Alexandri,
Sive arma verbis, atque adoreas magni
Herois æquat, inque laude virtutis
Pulchre occupatus, tollit indolem Augusti,
Infantis altam,' &c.

Gerardus Joannes Vossius, de Poëtis Latinis, cap. 4

'Claudianus Poëta magni spiritus, ab Arcadio et Ho rio statuam meruit in Foro Romano.'

Malherbæus et Hallæus, Cadomi et Literariæ Reip clarissima lumina.

Malherbæum illum Lyricorum Galliæ nostræ Poëtai facile principem dicere solitum accepimus, se crebra Cl diani lectione delectari, seque ex hoc Poëta, tanquam uberrimo fonte, semper haurire aliquid consuevisse, u præclare cogitatis foret fœcundior. Id a nobilissimo M herbæo sæpius se audivisse dictitabat, idemque sentieb vir clarissimus Antonius Hallæus, summus et Poëta Orator, et dum viveret, nostri lux prima Lycei. Talii virorum illustre testimonium pro coronide adjiciemus, que omisisse piaculum esse duceremus.

Sequuntur Inscriptiones duæ honori Stilichonis posit quarum in nostris Annotationibus mentio facta est.

Prima Inscriptio reperta Romæ in basi marmorea pr grandi.

Fl. Stilichoni, V. C.

'Fl. Stilichoni illustrissimo viro, Magistro equitum p ditumque, Comiti Domesticorum, Tribuno Prætoriano, ab ineunte ætate per gradus clarissimæ militiæ ad colum gloriæ sempiternæ et Regiæ affinitatis evecto, Progene Divi Theodosii, Comiti Divi Theodosii Augusti in omnib bellis atque victoriis, et ab eo in affinitatem Regiam coo tato, itemque socero D. N. Honorii Augusti, Africa co siliis ejus et provisione liberata, ex S. C.'

Secunda Inscriptio ibidem reperta in basi marmorea superne fracta.

'Viro bis Consuli, ordinario Magistro utriusque militiæ, Comiti Domesticorum et stabuli sacri, atque ab ineunte ætate per gradus clarissimæ militiæ ad columen Regiæ affinitatis evecto, socio bellorum omnium et victoriarum, affini etiam Divi Theodosii Augusti, itemque socero Domini nostri Honorii Augusti, Populus Romanus pro singulari ejus circa se amore atque providentia statuam ex ære argentoque in Rostris ad memoriam gloriæ sempiternæ collocandam decrevit. Exequente Fl. Pisidio Romulo V. C. Præfecto urbis.'

I.

CL. CLAUDIANI

IN

SEX. ANICII PROBINI

ET

SEX. ANICII HERMOGENIANI OLYBRII

FRATRUM CONSULATUM

PANEGYRIS.

ARGUMENTUM.

SOL invitatur ad aperiendum annum lætiorem sub Consulatu duorum Fratrum, quibus id munus debetur ob generis nobilitatem, ob illustrem Patrem eorum Probum, quem Filii superant. Quibus Roma ipsa petit Consulatum a Theodosio, et propter eorum virtutem et doctrinam obtinet. Ergo Proba Mater, Heroinarum instar, parat vestes Consulares : plaudit Cœlum, exultat Tiberis, fluvios indigenas ad convivium invitat : annus fortunatus portenditur.

SOL, qui flammigeris mundum complexus habenis

Sol, qui circumcingens mundum habenis igneis ducis annos revertentes cursu

Titulus Poëmatis in Excerptis Pomponii Læti, *Panegyris in Probum et Probinum atque Olybrium fratres.* in primo Vaticano recentissima manu ascriptum erat hoc Carmen. in Farnesiano legebatur post libros in Rufinum. in primo Leidensi inseritur post librum I. in Eutropium.—1 *Flammigeris* princeps Vat. et chartaceus ejusd. Bibl. Pal. Farn. Leid. pr. Pric. Petav. Med.

NOTÆ

Panegyris] Est elogium in cœtu omnis populi pronuntiatum : etenim πᾶν significat *omne*, ἄγυρις *cœtum ;* et simul πανήγυρις, *cœtum populi universi*, aut laudationem celebratam in cœtu populi universi.

1 *Sol*] Solem invocat, ut principem astrorum, patremque lucis ; idque ex

Volvis inexhausto redeuntia sæcula motu,
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato surgant temone jugales,
Efflantes roseum frænis spumantibus ignem.
Jam nova germanis vestigia torqueat annus
Consulibus, lætique petant exordia menses.
Scis genus Auchenium, nec te latuere potentes
Anniadæ: nam sæpe soles ductoribus illis

perpetuo, sparge lucem radiis nitidioribus, et tui *equi juba repexa surgant su jucundius curru, emittentes flammam rubentem ore spumante. Jam* novus *c vertat novos passus* pro *Fratribus Consulibus, et grati menses capiant princip Cognoscis,* o Sol, *Auchéniorum gentem, nec tu ignoras potentiam Anniorum: et sæpe consuevisti, illis Consulibus, renovare annos, et dare nomen curriculo* eo

duo et ed. Vicet. *Flammiferis* al. *ab annis* pro *habenis* Vat. pr.—2 *et exh* Moret. *sidera* Pal. et Med. pr.—3 *Crinesque* multi codd.—4 *Surgunt* V et Parm. *rubeant* Isingr. quod placet Heinsio: ita et ed. Bipont.—6 *Fas* conj. Heins.—8 *Auchenium* Leid. pr. Vicet. Ald. *Auchenium* pro *Auchenio* Isingr. *Auchemium* Petav. pr. et Pal. *Alchenum* Vat. opt. *Alchenium* cod. Gyr. Farn. et Exc. Lucens. *Anthemium* Pric. Pal. a m. sec. *Anchemium* Med. dein *parentes* Exc. Læti. *potentes* Moret. vet. Gyr. Farn. Pric. Vat. Med. pr. Leid. pr. et Petav.—9 *Anniadæ* Med. duo. *Aumadæ* Vat. opt. *Auni* Farn. Vicet. Parm. Ald. Gryph. Isingr. *Aniadæ* Pric. *Haniadæ* Exc. L

NOTÆ

vetere superstitione: veteres quippe lætiora omnia fore ex cœli serenitate sperabant. Et præterea quidam populi, præsertim Poëtæ, Solem ut numen aliquod præcipuum venerabantur, et in laudandis Principibus, serenitatem diei rem non levis momenti esse judicabant.

Mundum complexus] Universam rerum naturam sol complectitur luce, radiis, fulgore. Nullus enim locus est quo non ista penetrent.

2 *Redeuntia sæcula*] Optime exprimit anni in se redeuntis vicissitudinem; et hinc annus dictus, quasi annulus, quia redit in se. Virgilius: 'Atque in se sua per vestigia volvitur annus.'

3 *Coma*] Id est, radiis: radii enim solis sunt ejus comæ, seu crines.

5 *Roseum ignem*] Rubentem in rosarum, qualis solet esse Auroræ pectus.

6 *Vestigia*] Alii legunt, *fastig* id est, annus torqueat fastigia; annus, sese torquendo ac volven det Consulatum seu supremi honc fastigia duobus Fratribus.

8 *Auchenium*] Auchenium et A cium genus unum et idem esse He sius probat; Probinus autem et O brius Consules orti erant ex gen Aniciorum.

9 *Anniadæ*] Anniorum gens illu tris fuit Romæ, et cum Aniciorum familia matrimoniorum affinitate co juncta simul coaluit.

Ductoribus] Ducibus, regentibu que Consulibus, anni renovabant sub novis titulis.

Instaurare vias, et cursibus addere nomen.
His neque per dubium pendet Fortuna favorem,
Nec novit mutare vices: sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos. Quemcumque requires
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.
Per fasces numerantur avi, semperque renata
Nobilitate virent, et prolem fata sequuntur,
Continuum simili servantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum tentat, licet ære vetusto

Fortuna horum Anniorum *non pendet a favore incerto, et nescit pati inconstantiam; sed dignitates stabiles transeunt ad omnes cognatos. Quemcumque virum quæres* ortum *ex hac familia, constat* eum *nasci ex* aliquo *Consule.* In hac gente *avi numerantur per Consulatus, et* illi *semper florent nata nova nobilitate; et fata servantia seriem perpetuam pari ordine favent nepotibus. Ac nullus optimatum,*

Huniadæ Exc. Ruben.—11 *pendi* Vat. quint. dein *pavorem* id. Vat. et Pal. *favorem* Vat. opt. Petav. Farn. Pric. Med. quart. Exc. Lucens.—12 *finis* pro *fixus* Vat. quint.—13 *require* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. Med. duo, Moret. Leid. pr. Exc. Lucens. *requires* Vat. quint. Heinsius margini primæ editionis suæ ascripserat, *f. requiras.*—15 *retenta* Med. quart.—16 *vigent* Plant.—17 *continuo* id. *signantia* Med. pr. et Pal. qui pro *tenorem* exhibet *nepotem.* —18 Heinsius conjecerat *tentet. ore* Pric. et al. *venusto* Leid. a m. pr.—

NOTÆ

10 *Cursibus addere nomen*] Sol facit annos, Consules dabant ipsis nomina; seu potius anni numerabantur per Consules atque nominabantur. Dicebatur quippe hoc anno, *Probino et Olybrio Consulibus.*

12 *Fixus honos*] Honores velut fato fixi et stabiles, ordine non interrupto transeunt ad omnes cognatos hujus gentis. *Fixus procedit:* acumen est in verbo, quod scilicet et procedat ad cognatos, et fixus remaneat in familia cognatorum.

15 *Fasces*] Fasces duodeni a lictoribus ferebantur ante Consules, velut insignia Consulatus: unde et pro ipso Consulatu sumuntur, signum pro re signata.

Semperque renata nobilitate virent] Iisdem Consulum titulis identidem redeuntibus, ac velut renascentibus, novus quidam nobilitatis splendor renascitur atque elucet: novus quidam ramus additur, atque in dies revirescit. Et re ipsa ab initio principatus Constantini Magni, multum effloruit familia Proborum, ex qua orti sunt Probinus et Olybrius.

16 *Et prolem fata sequuntur*] Eadem scilicet fata sequuntur prolem; hoc est, Anniorum posteri habent eadem fata, eandem felicitatem.

18 *Procerum*] Proceres sunt trabium capita in ædificiis eminentia: inde sic appellati Principes civitatis, quod emineant in civitate.

Ære vetusto floreat] Antiquis imaginibus æreis: nam imagines apud antiquos fiebant ex cera, sed fiebant etiam ex ære. Statius: 'Quid referam veteres ceræve ærisve figuras? Si quid Apellæi gaudent animasse colores?' Et Juvenalis: 'Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria,' id est, cereæ imagines.

Floreat, et claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem: sed, prima sede relicta
Aucheniis, de jure licet certare secundo.
Haud secus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sidereæ cedunt acies, cum fratre retuso
Æmulus adversis flagraverit ignibus orbis.
Tunc jubar Arcturi languet: tunc fulva Leonis

quamvis illustretur antiquis imaginibus *æreis, et Roma compleatur Senat* *illustribus, audet gloriari se* esse *æqualem: at permittitur* his *contendere* *cunda dignitate, primo gradu concesso Aucheniis. Quemadmodum ignes ste* *cedunt Lunæ dominanti per tranquillum Septentrionem, cum* ejus *orbis* *æqualis illuminatur flammis oppositis solis repercussi. Tunc lux Arcturi d*

21 *Aucheniis* Moret. Leid. pr. et ed. Vicet. *Anchenii*s Pal. Med. pr. *Al* cod. Gyr. Vat. opt. Farn. Exc. Lucens. *Achenii*s Pric. *Ancheis* Vat. quin *themiis* Med. quart. mox *ne* pro *de* Pal.—22 *Hanc s. hanc* Pal. *ad* Med. q *aut tacitam* et emend. *Atraciam* Leid. pr. *Abraciam* corrector aliquis ap. E —23 *retuso* Vat. duo Farn. Petav. pr. Med. quart. ed. Parm. et Vicet. *r* conj. Scal. *reviso* Vat. quint. *recusso* Mss. Barth. Pal. Petav. pr. Med. pr ret. et Leid. pr. *recurso* Pric.—25 *attractu* Pric. *languens* Pal.—27 *regi* pr

NOTÆ

19 *Floreat*] Statuæ dicabantur illustrioribus viris, qui inter alios, florum instar, enituerant.

Cingatur Roma Senatu] Roma abundet clarissimis atque amplissimis Senatoribus, qui, cum varias urbis partes habitent compleantque, eam veluti cingere dici queant.

22 *Haud secus*] Similitudo duas habet partes; ut, sicut sol semper lucet, ita et virtus. At Poëtæ unam partem sæpe reticent, ut in hac comparatione, quæ integra sic breviter institui potest. Sicut alia sidera cedunt Lunæ tanquam reginæ, sic ceteræ familiæ cedunt genti Aucheniorum tanquam primariæ.

Tacitam per Arcton] Intelligit partem mundi Septentrionalem, in qua est Arctos seu Ursa, signum cœleste. Dicitur autem Arctos tacita, cum cœlum serenum est, et venti silent.

Luna regnante] In Septentrione Luna lucidior apparet, ideoque ibi regnum illustrius habere, seu magis nare dicitur, quod magis acced nostrum *Zenith*.

23 *Sidereæ cedunt acies*] Cedun næ velut reginæ, ordines stella aut acies intelligi debet fulgo acuminatus, qui in sideribus app

Fratre retuso] Id est, Sole r cusso: etenim radii Solis contr næ corpus retunduntur atque r cutiuntur, et ab hoc radiorum r cussu Luna, instar speculi, verbe emittit lucem reflexam, minu vivam quam Solis, quia radii r sunt atque debilitati.

24 *Æmulus orbis*] Quasi p splendorem dignitatemque affect et tum plena Luna intelligenda e

25 *Arcturi*] Dicitur ἄρκτου *Ursæ cauda;* est enim Arcturus caudæ majoris Ursæ.

Leonis] Est signum cœleste in diaco, alias Leo Nemæus victu Hercule.

Ira perit: Plaustro jam rara intermicat Arctos,
Indignata tegi: jam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inermem.
Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probini
Nesciat? aut nimias laudes ignoret Olybri?
Vivit adhuc, completque vagis sermonibus aures
Gloria fusa Probi, quam nec ventura silebunt
Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas.
Illum fama vehit trans æquora, transque remotas
Tethyos ambages, Atlanteosque recessus.

tunc furor Leonis fulvi evanescit: jam stellæ *Ursæ recusantes occultari, rarius* per intervalla *lucent* in *Plaustro: jam Orion languidus stupet manum exarmatam telis obscuratis. Quem primo suscipiam* laudare? *Quis nesciat actiones natu majoris Probini, aut ignoret laudes infinitas Olybrii? Fama Probi sparsa vivit adhuc, et replet aures verbis diffusis;* fama, *quam anni futuri non tacebunt, nec antiquitas sepeliet sub tenebris obscuris* oblivionis. *Fama fert illum* Probum *trans maria, et trans circuitus ultimos Tethyos, ac latebras Atlantis. Ille etiam*

Moret. Vat. opt. Farn. Med. quart. et ed. Vicet.—29 in Petav. pr. pro glossa ascriptum erat. *Stat. Quem prius Heroum Clio dabis? facta* id. Petav. Med. duo, vet. ed. Parm. et Vicet. *futa* Exc. Læti, Ald. Ising. Pulman. Claver. et alii. vid. Barth.—30 *ignorat* Pric. Pal. *Olimbi* Vat. opt. Moret. Petav. pr. Med. duo et ed. Vicet. *Olimbri* Vat. quint. Leid. pr. et Farn.—32 *quem* Med. pr. et Moret. *non* id. Moret. et Pal.—33 *ignotam* legit Gronov. ad Barthianam Claud. edit. *obscura* Isingr.—35 *Athalanteosque* Varr. LL. e margine ed. Parm. *Atlantidosque* Med. quart. margini edit. Lugd. ascripserat Heinsius,

NOTÆ

26 *Plaustro*] Hoc est signum itidem celeste, et dicitur Ursa, cujus stellæ septem ita dispositæ sunt, ut Plaustri speciem quodammodo referant: adde quod illæ stellæ septem dictæ sunt Triones, aut Terriones rustico vocabulo, id est, boves; et inde sidus quod proximum est, dicitur ἀρκτοφύλαξ, sive *Custos Ursæ;* dictum etiam Βοώτης, id est, *Bubulcus;* et inde quoque Septemtrionis appellatio manavit.

Arctos] Id est, stellæ majoris Ursæ. Arctos fuit olim Calisto Lycaonis filia, a Jove amata, a Junone in Ursam mutata, et ab eodem Jove relata inter sidera.

28 *Orion*] Eum nonnulli dicunt contra Scorpionem fortissime pugnantem in cœlum cum armis translatum esse: alii alia sentiunt, ut de re fabulis involuta: quicquid sit, semper armatus fingitur.

30 *Nimias*] Immensas, infinitas.

31 *Vagis sermonibus*] Qui sparguntur ab iis, qui ultro citroque vagantur.

32 *Probi*] Is erat pater Probini et Olybrii, et ad summas pervenerat dignitates, et iis optime functus erat in regenda Africa aliisque provinciis.

35 *Tethyos ambages*] Qua longius Tethys, seu mare, per varios circuitus flexusque evagatur. Tethys est conjux Neptuni, mater Nympharum marium, at hic ponitur pro ipso mari.

Atlanteosque recessus] Atlas est mons Mauritaniæ in Africa.

Audiit et, gelido si quem Mæotia pascit
Sub Jove, vel calido si quis conjunctus in axe
Nascentem te, Nile, bibit. Virtutibus ille
Fortunam domuit: nunquamque levantibus alte
Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio servare rigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris;
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut densos currentia munera nimbos
Cernere semper erat: populis undare penates;

audivit, si quem terra *Mæotica alit sub aëre frigido, vel si quis vicinus Zonæ t ridæ, bibit te orientem,* o *Nile. Ille* Probus *superavit fortunam virtutibus* su *et nunquam superbivit prosperitatibus attollentibus* homines *alte. Sed animus* e *cinctus divitiis sciebat conservare severitatem puram* a *crimine. Hic* Probus *occultavit nummos* in *cavernis nigris, nec condemnavit divitias* latere *in tenebr sed abundantius pluvia solebat locupletare multos cœtus hominum. Nam* fac *erat semper videre dona volantia, quasi nubes copiosas: domum* ejus *repleri popul*

forte *Atlantiacosque.*—36 *Audit et* Juntin. *quis Mæotida* Med. quart. *Mæot* ed Gesn. et al.—37 *concinctus* Vat. pr. *cognatus* al.—38 *bibet* Vat. pr. Fa dein *venientibus* pro *virtutibus* Palat.—39 deest *τὸ que* in Med. duob. et P *numquam relevantibus* Vat. opt. Farn. et vet. Gyr. qui tamen et vulgat habet.—40 *Fluxu* in quibusdam.—41 *intactumque uutat regnare* Moret. *regn* Leid. pr. Petav. pr. Med. duo et Pal. *regnare* vel *servare* Vat. quint. *vigor* id. Vat. Pal. Pric. *rigorem* Vat. opt. Farn. vet. Gyr.—42 *addidit* Med. pr. I tav. pr. Vat. quint. Pal. *umbris* et *alis* Moret.—43 *imber* pro *imbre* Pric. 45 *densos curr. m. nimbos* Petav. pr. Med. quart. *denso nimbo* Vat. duo, P Farn. Pric. *numina* Pal. Heinsius conjecerat *torrentia.*—46 *proprios* Pal. *nud*

NOTÆ

36 *Mæotia*] Terra est vicina Paludi Mæotidi, quæ Europam ab Asia separat.

Gelido sub Jove] Id est, sub aëre frigido; terra enim illa est frigoribus obnoxia.

38 *Nascentem te, Nile*] Fons Nili quondam incognitus: 'Et gens si qua latet nascenti conscia Nilo.' Hodie detectus est: oritur nempe ex fonte duplici ultra lacum *Dambea*, in extremis Æthiopum finibus, ad Lunæ montes.

40 *Mens circumflua*] Animus, licet cinctus deliciis circumfluentibus, e tamen 'rigidi servator honesti.' A mianus Marcellinus aliter tamen s tit de hoc Probo.

43 *Tenebris damnavit*] Probus n imitatus est avaros, qui ita damn divitias tenebris, ut inde nunqu eas exire patiantur.

Largior imbre] Alludit ad Impe tores, qui larga manu numn spargebant: appellant Missilia.

46 *Undare penates*] Id est, dom Probi ita plenam esse populis, velut exundet, nec eos capere pos

Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluvios superabat Iberos,
Aurea dona vomens. Sic quis tellure revulsa
Solicitis fodiens rimatur collibus aurum:
Quantum stagna Tagi, rudibus stillantia venis,
Effluxere decus: quanto pretiosa metallo
Hermi ripa micat: quantas per Lydia culta
Despumat rutilas dives Pactolus arenas.
Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,

homines *pauperes continuo intrare* in eam, *et exire divites. Illa manus prodiga* Probi *spargens munera aurea, superabat fluvios Hispanos: ita aliquis effodiens, terra proscissa, quærit aurum* in *montibus molestis; quantas divitias fluvius Tagus fluens rivis impolitis effundit; quanto metallo ripa dives Hermi nitet; quantas arenas radiantes Pactolus locuples evomit per agros Lydiæ. Si os meum emittat*

Med. pr.—47 *assiduis* Petav. pr. a m. pr. *beato* Pric.—49 *vovens* Med. quart. *si quid* Raph. *si quis* duo Med. Vat. pr. Pal. Farn. Pric. et ed. Vicet. *si quis* et emend. *quantum* Leid. pr. *sed* Petav. pr. qui post *aurum* signum interrogationis exhibet. Heinsius conjecerat *sic qui* in margine suæ editionis—50 *solicitus miratur* Leid. pr. *sollicitus miratus* Moret. *miratur* Vat. duo, Med. duo, Pal. Farn. Pric. et ed. Vicet.—51 *fallantia* et a m. sec. emend. *pallentia* Vat. pr.—52 *detur* pro *decus* Moret. *quanto p. metallo* Petav. pr. Med. quart. *quantum* Med. pr. Pal. *metalli* Pal. Farn. Pric.—53 *Lydia* Vat. duo a m. pr. sed in primo Vat. a m. sec. emendatum erat *pinguia*. *gelida* Farn.—54 *rutilans* pro *rutilas* Med. quart. Pric.—55 *Nec* Vat. quint. *Non* Exc. Læti. *pateant* Leid. pr. duo Med. Petav. pr. Vat. quint. Pal. Farn. Pric. ed. Parm. et Vicet.

NOTÆ

47 *Beatos*] 'Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse.' *Ulpianus* Jurisc. l. xl. D. de verb. signif.

48 *Præceps*] Ita liberalis erat Probus, ut ejus manus prodiga ad dandum motu celeri ac præcipiti ferretur.

49 *Sic quis*] Manus Probi prodiga spargit tantum auri, quantum aliquis invenit fodiens in collibus; quantum Tagus, Hermus, &c.

50 *Solicitis collibus*] Id est, molestis: nam multæ sunt devorandæ molestiæ in auro effodiendo, ob labores gravissimos, aëremque pestilentem. Vel, *solicitis*, id est, anxium et solicitum reddentibus hominem.

Rimatur] Id est, quærit, investigat. Alii legunt, *miratur*, nec male; et sensus est: Nos admiramur manum Probi dona spargentem, et tantum auri, quantum aliquis fodiens in collibus admiratur, &c.

51 *Tagi*] Tagus est fluvius Hispaniæ; Hermus, Asiæ minoris; et Pactolus Lydiæ; omnes auriferi. Pactolus ideo aurifer, quia ex fabulis Midas totus auratus, et omnia in aurum vertens, hic ablutus est.

Rudibus venis] Id est, ramentis impolitis, sine ornatu, ut nata sunt.

54 *Despumat*] Spumando volvit atque emittit.

55 *Non, mihi centenis*] Familiare est Poëtis optare sibi centum ora in

Multifidusque ruat centum per pectora Phœbus,
Acta Probi narrare queam; quot in ordine gentes
Rexerit, ad summi quoties fastigia juris
Venerit, Italiæ late cum fræna teneret,
Illyricosque sinus, et quos arat Africa campos.
Sed nati vicere patrem, solique merentur
Victores audire Probi. Non contigit illi
Talis honor, prima cum parte viresceret ævi:
Non consul cum fratre fuit. Vos nulla fatigat
Cura, diu majora petens: non anxia mentem
Spes agit, et longo tendit præcordia voto.
Cœpistis, qua finis erat: primordia vestra
Vix pauci meruere senes: metasque tenetis

centum voces, et Apollo multiplex exeat mihi *ex centum pectoribus, non poss numerare facta Probi; quot gubernaverit prudentia* sua *populos, quoties ascend rit ad culmen supremæ dignitatis, cum moderaretur habenas Italiæ, et* oras *ma Illyrici, et terras quas Africa colit. Sed filii superaverunt Patrem, et soli mere tur reputari victores* ipsius *Probi. Talis dignitas* Consularis *non accidit illi* P bo, *cum floreret prima parte ætatis: non Consul fuit cum Fratre. Nulla cura as rans diu* ad *altiora vos cruciat: spes solicita non agitat animum* vestrum, n *suspendit corda* vestra *longo desiderio. Incepistis, ubi finis erat* aliorum; *sen pauci vix habuerunt principia vestra: et attingitis terminum, priusquam flos ado*

paribus cod. Moreti, unde jam Heinsius conjecerat *pateant*, quod et in Ex Ruben. postea invenit. *sub* Pal. Med. pr.—56 *Multifideque* Leid. pr. et More quod arridet Barthio.—57 *Numerare* al.—58 *vestigia* Leid. pr. Moret. Me pr. Pal.—60 *quot* Pric.—61 *Et* pro *Sed* Ald. Vicet. Parm. Junt. Col.- 62 *nunc contigit* Pal. Med. pr. Heinsius conjiciebat *num. attigit* Vat. p Farn.—63 *orbi* Leid. pr. a m. pr. Pric. *orbus* Moret.—64 *Nec* Med. pr. P tav. pr. Vat. quint. Pal. Pric. pro *vos nulla* Vat. pr. exhibet *non ulla.*—65 d *m. petis* Pal. *di* Moreti.—66 *lento* al.—67 *qua* Barth. *qua* Vat. duo, Pal. Far

NOTÆ

rebus magnis. Virgilius: 'Non mihi si voces centum sint oraque centum, Ferrea vox,' &c.

57 *Ordine*] Rexit gentes ordine, id est, vel prudentia sua, vel servato quodam ordine, ut alias post alias regeret, successione continua, et sic foret perpetuus rector populorum.

58 *Summi juris*] Id est, Consulatus, qui est summa potestas.

59 *Fræna teneret*] Id est, regeret Italiam.

60 *Illyricosque sinus*] Teneret, r geret.

61 *Nati vicere*] Optabile gratum que est parentibus se vinci a fili suis.

63 *Viresceret*] Prima ætas dicitı viridis, instar arborum aut fructuum altera deinde ætas dicitur matura.

66 *Tendit*] Spes solicita non di suspensos tenet animos vestros lo gis desideriis, aut non diu tenet ii tentos et expectantes.

Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbret,
Oraque ridenti lanugine vestiat ætas.
Tu, precor, ignarum doceas, Parnassia, vatem,
Quis Deus ambobus tanti sit muneris auctor.
Postquam fulmineis impellens viribus hostem
Belliger Augustus trepidas laxaverat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas persolvere grates,
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. Famuli currum junxere volantem
Impetus, horribilisque Metus, qui, semper agentes
Prælia, cum fremitu Romam comitantur anhelo,
Sive petat Parthos, seu cuspide turbet Hydaspen.
Hic ligat axe rotas: hic sub juga ferrea mittit

scentiæ tegat genas teneras, et ætas prima *cingat mentum vestrum barba grata.* O *Musa, rogo* te, ut *tu doceas Poëtam imperitum, quis Deus auctor fuerit duobus* fratribus *tanti doni? Postquam Augustus bellicosus fugans hostem manu fulminante aperuisset Alpes timentes, Roma exoptans agere gratias dignas Probo, parat ire diligenter evictura Principem precando pro filiis* suis. *Servi junxerunt currum celerem,* qui servi sunt *Impetus et Timor terribilis, qui moventes semper bella comitantur cum gravi anhelitu Romam, seu aggrediatur Parthos, seu terreat Hydaspen armis. Hic* Impetus *alligat rotas axi: ille* Metus *jungit equos jugo ferreo, et docet*

Pric. *præcordia* pro *primordia* Pal.—71 *Te* Vat. quint. *Parnasia* alt. Voss. Cod.—76 *gnatis* unus Pulmanni.—77 *Jure parat* Mercil. *vexere* Med. quart. —79 pro *Romam* Gronov. ad edit. Barth. legit *Dominam.*—80 *turpet* Pric. *subdet* Vat. quint. *Hydaspen* duo Vat. duo Med. Petav. pr. ed. Parm. et Vicet. *Hidaspem* Leid. pr.—81 *vertit* Vat. opt. *nectit* Petav. pr. Vat. quint.

NOTÆ

69 *Inumbret*] Flos juvenilis seu lanugo sunt prima barba, quæ obumbrat genas.

71 *Parnassia*] Id est, Musa Parnassi, Calliope scilicet, quæ præest Poëtis Heroas canentibus.

74 *Augustus*] Theodosius Magnus, pater Honorii et Arcadii. Augusti nomen Octavio primum a Senatu tributum est, ductum ab eo, quod loca, in quibus augurato quid consecratur, Augusta nominantur: alii Augustum ab augendo Imperio dictum putant: post Octavium Augustum, ceteri Imperatores Augusti appellati sunt.

Trepidas Alpes] Non quod trepidæ essent Alpes, sed quod trepidi essent accolæ Alpium.

76 *Dominum*] Antiqui Imperatores parce appellabantur Domini: hoc nomen Augustus ut maledictum exhorruit; sed post, gliscente adulatione, crebrius usurpatum est in gratiam Imperatorum.

77 *Famuli*] Impetus et Metus sunt famuli Martis: hos tribuit Romæ, quæ a Romulo Martis filio condita est.

80 *Cuspide*] Alludit ad imaginem urbis Romæ, quæ hastata pingebatur.

Hydaspen] Id est, regiones quas alluit Hydaspes, fluvius Asiæ, qui per Parthos Medosque fluit.

Cornipedes, rigidisque docet servire lupatis.
Ipsa, triumphatis qua possidet æthera regnis,
Assilit, innuptæ ritus imitata Minervæ.
Nam neque cæsariem crinali stringere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto;
Dextrum nuda latus, niveos exerta lacertos,
Audacem retegit mammam, laxumque coërcens
Mordet gemma sinum. Nodus, qui sublevat ensem,
Album puniceo pectus discriminat ostro.
Miscetur decori virtus, pulcherque severo
Armatur terrore pudor, galeæque minaci
Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum,
Et formidato clypeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.

obedire frænis duris. Ipsa Roma, *qua* parte *occupat aërem, subactis imperiis, e*
tat imitans ornatum Palladis innuptæ. Nam non patitur comas compressas or
mento crinali, nec collum cinctum torque tortili: habens *nudum latus dextrum,*
nuda brachia candida. Fibula *gemmea detegit mammam generosam, et nectit*
tem laxam, constringens illam. *Baltheus qui attollit ensem, illuminat pectus c*
didum purpura rubra. Virtus miscetur pulchritudini, et modesta verecundia arı
tur severitate timenda; et galea terribilis præfert umbram horribilem cristar
sanguinearum; ac clypeus, quem Vulcanus variaverat omni artificio, provocat sol

Pal. Farn. Pric.—83 *triumphatis qua* Vat. quint. *triumphantum* Exc. La Junt. *triumphatum* Vat. opt. Pal. Farn. Pric. Med. duo, Petav. pr. Mor Exc. Ruben. ed. Parm. Vicet. *quæ* Pal. *qua* Leid. pr. Petav. pr. Ald. et Parm.—85 *non* Med. pr.—87 *cohercens* pro *lacertos* Moret. in quo versus quens non comparet.—88 *tetigit* vitiose Vicet.—89 *nodum* Moret.—90 *miceo* Leid. pr. *pectus discriminat* ed. Parm. *rectus* Ald. Junt. *disterminat* V opt.—93 *protenditur* Med. pr. Pal.—95 *tota variarat* Lov. *variabat* Pal.

NOTÆ

84 *Ritus*] Habitum, cultum, armaturam Palladis imitatur Roma.

86 *Ornatu retorto*] Satis indicat esse monile seu torquem; torquis enim est ornamentum colli tortum.

87 *Nuda latus*] Talis erat imago Romæ; talis Amazonum; talis Heroinarum in pugnam euntium.

90 *Puniceo*] Id est, rubenti. Purpura tingebatur Tyri apud Phœnicas, qui et dicti Pœni, unde Punicus et Puniceus.

92 *Armatur*] Ea figura maxime convenit Palladi, ut pulchra sit simulque terribilis.

Galeæ minaci] Nam monstra galeis infixa, Dracones, Lupi, min videntur.

93 *Prætenditur umbra*] Non gal præfert umbras, sed præfert cris quæ faciunt umbras; et sic effec ponitur pro causa. Virgilius: 'F ce seces umbras,' id est, frondes q faciunt umbram.

94 *Titana*] Clypei fulgor imitat fulgorem Titanis seu Solis. Sol fili Hyperionis, qui unus fuit e Titanib

95 *Mulciber*] Sic dictus a mulce

Hic, patrius Mavortis amor, fœtusque notantur
Romulei: pius amnis inest, et bellua nutrix.
Electro Tiberis, pueri formantur in auro.
Fingunt æra lupam: Mavors adamante coruscat.
Jam simul emissis rapido velocior Euro
Fertur equis, stridunt Zephyri, cursuque rotarum
Saucia dividuis clarescunt nubila sulcis:
Nec traxere moras, sed lapsu protinus uno,
Quem poscunt, tetigere locum; qua fine sub imo
Angustant aditum curvis anfractibus Alpes,

fulgore formidabili. In *hoc* clypeo *amor Martis patris, et filii* ejus *designantur Romulus* et Remus: *fluvius pius inest* pictus, *et lupa nutrix. Tibris pingitur* in *electro, pueri in auro: lupa* ex *ære fingitur: Mars fulget adamante. Jam subito* Roma *trahitur equis laxatis, promtior vento levi: Zephyri flant, et aër, sectus vestigio rotarum, splendet* velut *sulcis separatis: nec* equi *tardaverunt cursum, sed statim uno impetu attingunt locum, quem petunt; qua* parte *Alpes arctant aditum,*

Med. pr. *hoste* pro *arte* Exc. Voss.—96 *patris* Med. quart. *patrii* Var. LL. e margine Parm. *erat* pro *amor* Med. pr.—97 *pius amnis inest* Vat. quint. Leid. pr. Med. quart. Put. Petav. pr. Pric. *prius* Med. pr. Vat. pr. Pal. Farn. *post amnis* vulg. *iners* Sixtin.—98 *pinus* ed. Vicet.—99 *Fingunt* Vat. opt. *Pingunt* vet. Gyr. Petav. pr. a m. sec. *Tingunt* Pal. Farn. Pric. Exc. Læti, Leid. pr. qui et *adamate* habet pro *adamante.*—101 *stridunt* Vat. pr. et Pal. *strident* Pric. Med. quart. *cursusque* Vat. pr. Farn.—103 *Non* Pal. *imo* Vat. pr.—104 *qua f. s. imo Angustant* Petav. pr. *quin* Lov. et vet. Gyr. corrupte. *qua* Med. duo. *uno* Vat. pr. Pal. Farn. Pric.—105 *Angustare* ed. Parm. et

NOTÆ

do, quia mulcet mollitque ferrum et alia metalla Vulcanus, et vertit ad quos voluerit usus.

96 *Patrius Mavortis amor*] In hoc nempe clypeo pingitur Mars amans Rheam Sylviam: pinguntur et Romulus et Remus, pueri Marte sati.

97 *Pius amnis*] Tiberis, qui quasi pius fuerit in pueros expositos, retraxisse aquas dicitur, ut iis parceret.

Bellua nutrix] Lupa scilicet, quæ Remum et Romulum aluisse dicitur. Hos vero aluit Acca Laurentia meretrix, Faustini pastoris uxor. Meretrices autem dictæ sunt Lupæ. Id quod fabulæ dedit occasionem. Porro Lupam Poëtæ puerorum nutricem fingere maluerunt, quod Heroas a feris educatos inducere non displiceret: sic Cyrus a Cane nutritus: sic Achilles medulla Leonis pastus: et illi fortissimi evaserunt.

98 *Electro*] Electrum vel est succinum, vel metallum aureum, in quo miscetur quinta pars argenti.

101 *Zephyri*] Notum omnibus Deos ferri ventis afflantibus.

105 *Alpes*] Montes sunt altissimi inter Galliam et Italiam, et utrique regioni velut communia claustra, atque repagula variis rupibus salebrosa. Hos montes, ruptis igne et aceto saxis, superavit Annibal.

Claustraque congestis scopulis durissima tendant,
Non alia reseranda manu, sed pervia tantum
Augusto, geminisque fidem mentita tyrannis.
Semirutæ turres, avulsaque mœnia fumant.
Crescunt in cumulum strages, vallemque profundam
Æquavere jugis. Stagnant immersa cruore
Corpora: turbantur permisto funere manes.
  Haud procul exacto lætus certamine victor
Cespite gramineo consederat, arbore fultus
Acclines humeros: dominum gavisa coronat

*vario circuitu, in extremo angulo, et opponunt obstacula asperrima saxis cumulati*s obstacula *non aperienda manu alterius, sed patentia Augusto soli,* postquam n*o* *servarunt fidem duobus tyrannis. Turres eversæ, et urbes incensæ fumant: cad*a*vera surgunt per acervos, et adæquant vallem cavam monti: corpora mersa sangui*n*e natant: Dii inferi turbantur infinita clade. Non longe* Theodosius *victor læt*u*s bello perfecto, sederat* in *cespite viridi, fulciens arbore humeros inclinantes. Ter*r

Vicet. Colin. et Junt. *Angustant* Ald.—106 *conjectis* Med. quart. *congest*is Vat. opt. Pal. Farn. Pric. *conjestis* Vat. quint.—107 *referenda* pro *reserand*a Med. pr.—110 *tumulum* Med. pr. Pal. *culmum* Farn. Med. quart. *culmine* ed. Vicet. corrupte.—111 *inmersa* Ald. Cod. Barthii, quem vide. ed. Clave*r* *immensa* duo Vat. Pal. Petav. pr. Med. quart. et ed. Vicet.—112 *turbantu*r duo Med. Leid. pr. Petav. pr. Pal. et Vat. quint. *traduntur* Vat. sec. Farn *trahantur* Moret. *truduntur* ed. Parm. Vicet. Lugdun. et Basileens. et Paris atque ita correxerat Heinsius, et ascripserat locum Lib. I. in Rufin. 381 'imo barathri condere recessu:' ubi ex Vat. sec. reposuit *trudere*, et illud a*d* hunc locum referri oportere monuit.—113 *exausto* Vat. quint. *exhausto* Leid pr. et Moret.—114 *fluctus* pro *fultus* Med. quart.—115 *acclines* Petav. pr

NOTÆ

108 *Augusto*] Theodosio: vide vs. 74. supra.

Geminis fidem mentita tyrannis] Quæ claustra Alpium fefellerunt duos Tyrannos, Maximum, et Eugenium e Grammatico ab Arbogaste factum exercitus Imperatorem. Isti, cum Alpes pepigisse quodammodo viderentur ipsis facilem transitum esse concessuras, re vera admissi sunt quasi fide data, sed non transmissi, ideoque contra fidem et spem decepti, et simul oppressi sunt a Theodosio.

109 *Semirutæ*] Describuntur breviter ea, quæ vel Romæ vel Theodosii fulminantis currum sequuntur, incendia scilicet, sanguis, strages, &c.

112 *Turbantur*] Tam immensa est cadaverum simul permixtorum multitudo, ut cum tumultuaria sepultura captim acervatimque congerantur, ipsi turbentur terreanturque manes.

114 *Cespite gramineo*] More veterum Heroum sellas spernentium, et in cespite sedentium, Duces olim in terra aut gramine, in antro aut specu, saxo impendente ac tegente, dormiebant. Sic Plinius de Trajano.

115 *Dominum*] Quasi terra agnoscat eum esse suum Principem legitimum, eumque natum esse, ut dominetur, ut terræ imperet universæ: quod coronandi aut flores fundendi

Terra suum, surguntque toris majoribus herbæ.
Sudor adhuc per membra calet, creberque recurrit
Halitus, et placidi radiant in casside vultus.
Qualis, letifera populatus cæde Gelonos,
Procubat horrendus Getico Gradivus in Hæmo.
Exuvias Bellona levat, Bellona tepentes
Pulvere solvit equos; immensaque cornus in hastam
Porrigitur, tremulisque ferit splendoribus Hebrum.
Ut stetit ante ducem discussas Roma per auras,

lætata coronat Principem suum, et lecti herbarum crescunt altiores. Sudor calet adhuc per corpus, et anhelitus repetitus redit, et vultus lenis nitet sub galea. Sicut Mars, postquam *vastavit clade mortali Gelonos, quiescit horribili* modo *in Hæmo Getico: Bellona attollit spolia: Bellona liberat equos pulvere* prælii *calentes; et cornus altissima assurgit in hastam, et verberat Hebrum fulgore tremente. Statim atque Roma stetit ante Principem, per aërem dissipatum, saxum conscium ter reso-*

Med. pr. Ald.—117 *creber* Petav. pr. Leid. pr. duo Med. Moret. vet. ed. Parm. Ald. Exc. Læti et Ruben. *crebri* ed. Vicet. et Parm. *crebro* al.—119 *populatos* Vat. opt. *prælatus Gelono* Pric.—120 *arvo* Vat. duo, Pal. Farn. Pric. *horrendum* Leid. pr. *Hæmo* Med. quart. *auro* vel *Hæmo* Petav. pr.—121 *gerit* Vat. opt. Farn. Med. quart. *bellique* Vat. quint. Exc. Læt. *bellisque* ed. Parm. *Bellona* Med. pr. *Exutas vias Bellona leva, Bellona repentes* Vicet.—122 *inmensum* Vat. quint. *astra* Sixtin. quod probare visus Heinsius, qui in edit. Antverp. ascripserat locum ex Lib. II. de laud. Stilichon. 372.—123 *fremit* pro *ferit* Med. quart.—124 *auras* Moret. et Exc. Læti. *aures* ed.

NOTÆ

officium a Poëtis terræ ascribitur, in gratiam Principum. 'Quicquid calcaverit hic rosa fiat.' Persius.

118 *Placidi*] Etiam dum galeam gerit, spiratque bella Theodosius, præfert in vultu lenitatem atque clementiam.

119 *Qualis*] Talis sedet Theodosius, qualis Mars.

Gelonos] Hi sunt Scythiæ populi, qui faciem in prælio ad terrorem pingebant, et sanguinem equinum cum lacte permistum, premente siti, bibebant.

120 *Gradivus*] Sic Mars vocatur, vel a *κραδαίνειν, κραδεύειν, vibrare;* vel a gramine, cujus corona in bello honorifica; vel a gradiendo, quod gradum inferant qui pugnant, vel impigre gradiantur, ex Servio; vel quod bellum a parvis initiis ortum, velut per gradus assurgat.

Getico Hæmo] Hæmus mons est inter Thraciam et Thessaliam, Getis vicinus: in cujus vertice Martis erat domicilium: ibi quippe post bella quiescere solebat.

121 *Bellona*] Belli Dea, et Martis soror.

122 *In hastam*] Alii legunt, *in actam,* nec male. Id est, hasta ex corno arbore facta extenditur in actam, seu ripam fluminis. Virgilius: 'At procul in sola secretæ Troades acta.' Id est, in littore.

123 *Hebrum*] Hic fluvius est Thraciæ aurifer, et ideo fulgore hastæ magis repercutitur.

124 *Ducem*] Imperatorem Theodosium.

Conscia ter sonuit rupes, et inhorruit atrum
Majestate nemus. Prior hic, O numen amicum,
Dux ait, et legum genitrix, longeque regendo
Circumfusa polo, consors adjuncta Tonanti,
Dic agedum, quæ causa viæ? cur deseris arces
Ausonias, cœlumque tuum? dic, maxima rerum.
Non ego vel Libycos cessem tolerare vapores,
Sarmaticosve pati medio sub frigore Coros,
Si tu, Roma, velis: pro te quascumque per oras
Ibimus, et nulla sub tempestate timentes
Solstitio Meroën, bruma tentabimus Histrum.

nuit, et sylva nigra reverita est majestatem. Primus hic Princeps *dixit, O* Ro *numen gratum, et mater legum, et cincta late cœlo gubernando, addita socia* J *dic ergo, quæ causa* est *viæ* tuæ? *cur relinquis urbes Italas, et sedem tuam? Regina mundi. Non ego desinam vel perferre calores Libyæ, vel pati ventos* S *maticos sub hyeme media, si tu, Roma, optes; pro te ibimus per omnes regiones per nullum timentes tempus, aggrediemur Meroën æstate, Danubium hyeme.* T

Vicet. *ter* Moret. *tunc* Vat. duo, Pal. Farn.—125 *concita* pro *conscia* L pr. *atrum* vet. Gyr. Petav. pr. duo Med. vet. ed. Parm. *artum* Pal. *acri* E Læti. *acriter* ed. Vicet.—126 *hæc* Petav. pr. Moret. Med. quart. *hoc* I —127 *longeque* Med. quart. et ed. Vicet. *longoque* Med. pr.—128 *addi Tonantis* Leid. pr. *addita* vet. ed. Parm. *addicta* Vat. opt. Farn. Pric. Pet pr. ed. Vicet. Isingr. *adducta* Vat. quint. Pal. Junian. *Tonantis* Med. pr. Vat. Farn. Pric. Pal. et Moret. Junian. Heinsius conjecerat *consorsque juncta Tonanti.*—129 *cura* Med. pr.—131 *labores* Vat. duo, Farn. Pric. Pal 132 *medios* Med. pr.—133 *per horas* Vicet. Ald. Junt.—135 *Meroem* duo M

NOTÆ

Per auras] Familiare Diis erat nebulis tegi. Horatius: 'Nube candentes humeros amictus Augur Apollo.'

125 *Conscia, &c. inhorruit*] Rupes ter resonuit, quasi sciret et cognosceret adventum Romæ; et sylva inhorruit, ac reverita est tanti numinis accessum.

128 *Circumfusa*] Hoc ex fastu Romanorum, qui consortem Jovi Romam faciebant ad regendum mundum; et ideo conjunctum cum Jovis templo templum Roma habebat in monte Palatino.

130 *Cœlumque tuum*] Id est, tuum templum, in quo ut numen cœleste habitas: vel tuam urbem, ex qua velut ex cœlo, regis orbem terrarum

131 *Libycos*] Libya est regio A cæ, maximis caloribus adusta.

132 *Sarmaticos*] Sarmatia est re frigidissima, eaque partim in A partim in Europa.

Coros] Corus sive Caurus, sem spirans frigora, flat ab occasu sol tiali.

135 *Solstitio*] Solstitium dici quasi Solis statio, quod Sol non cedat ad nos amplius; id quod ubi attigit Tropicum Cancri, et tu est dies anni longissimus.

Meroën] Meroë, vulgo *Gueguе* est Insula quam facit Nilus, et ma imis est obnoxia caloribus.

Bruma] Dies est anni brevissim

Tum regina refert: Non me latet, inclyte rector,
Quam tua pro Latio victricia castra laborent:
Nec quod servitium rursus, Furiæque rebelles
Edomitæ paribus sub te cecidere triumphis.
Sed, precor, hoc donum cum libertate recenti
Adde, precor, si vera manet reverentia nostri.
Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
Pignora cara Probi, festa quos luce creatos
Ipsa meo fovi gremio: cunabula parvis
Ipsa dedi, cum matris onus Lucina beatum
Solveret, et magnos proferrent sidera partus.

Regina Roma *respondet: Haud ignoro, Princeps illustris, quantum tuus victor exercitus laboret pro Italia: nec* ignoro, *quod iterum servitus et furiæ rebelles superatæ ceciderunt sub te, simili victoria: sed rogo* te, ut *addas hoc munus cum libertate nova, si est tibi verus amor nostri. Fratres juvenes sunt mihi illustri de gente, filii dulces Probi, quos complexa sum* in *sinu meo genitos die felici: ipsa dedi cunas infantibus, cum Lucina liberaret matrem* ab *onere felici, et astra producerent ingen-*

et Petav. pr. *Merapen* Moret. qui et pro *Istrum* exhibet *Hebrum*, ut et Barth. —136 *Tunc* Vat. quint. Pric. Med. pr.—137 *Quam* Petav. pr. Med. quart. *Quod* Vat. quint. Pal. Farn. Pric. *laborant* Leid. pr. Junian.—138 *Servitium* Vat. opt. a m. pr. *Servicii* Pric. Voss.—140 *retenta* Med. quart.—141 *Adjicias* Vat. quint. Pric. *Adde* Vat. opt. Farn. *Adde, tibi* Vat. id. a m. sec. *Adde, precor* vet. Gyr.—143 Heinsius conjiciebat *clara.*—146 *proferrent* duo Med. Petav. pr. Leid. pr. *præberent* vet. Gyr. *præferrent* al. *proderent cum* Farn. *perderent*

NOTÆ

qui fit, cum Sol attingit Tropicum Capricorni.

Histrum] Danubium, qui fluvius Europæ maximus in Pontum Euxinum se exonerat.

138 *Servitium*] Quod servitium minabantur, instar furiarum, Eugenius et dux ejus Arbogastes, Gallus audacissimus, qui sub Eugenii nomine imperium se recturum esse pollicebatur.

139 *Paribus triumphis*] Quia simul devicti sunt Eugenius et Arbogastes.

140 *Libertate*] Quasi reddita sit libertas, quam erepturus videbatur Arbogastes.

142 *Pubentes*] Seu puberes, id est, juvenes, adolescentes, vigentes.

143 *Pignora*] Filii, qui dicuntur pignora, quia re vera sunt quædam pignora amoris, fideique conjugalis.

Festa luce] Id est, fortunato die: erant enim dies nonnulli, quos felices putabant, et ex quibus bene ominabantur veteres.

144 *Fovi*] Parentes liberos recens natos sinu complectebantur: id quod Roma ait se fecisse.

145 *Lucina*] Dea parientium præses, quæ et Juno et Diana dicitur.

146 *Proferrent sidera partus*] Pueros illustres, velut de cœlo demissum munus veteres aspiciebant. Virgilius: 'Jam nova progenies cœlo demittitur alto.'

His ego nec Decios pulchros, fortesve Metellos
Prætulerim: non, qui Pœnum domuere ferocem,
Scipiadas, Gallisque genus fatale Camillos.
Pieriis pollent studiis, multoque redundant
Eloquio: nec desidiis, dapibusve paratis
Indulgere juvat: nec tanta licentia vitæ
Abripit, ut mores ætas lasciva relaxet:
Sed gravibus curis animum sortita senilem
Ignea longævo frænatur corde juventus.

tes filios. Ego non antepono his Decios fortes, aut Metellos generosos: non Scipi nes, qui superaverunt Carthaginenses crudeles; non Camillos, prolem funestam Ga lis. Illi Fratres *excellunt disciplinis Pieriis, et abundant multa eloquentia: n delectantur vacare otio et conviviis magnificis: nec talis libertas vitæ trahit ho aut adolescentia effrænata remittit mores: sed juventus fervida nacta mentem m turam* pro *magnis negotiis, retinetur sapientia senili. Rogamus* te, o Theodos

cum sed a m. sec. emend. *peterent* Vat. opt.—147 *nec* duo Med. Petav. pı *non* Vat. quint. *fortesque* Pric.—148 *nec* Med. quart.—149 *lethale* Leid. pı Pric. et Cod. Jun. *letale* Vat. quint. Pal. Med. pr. Pric. Moret. *Catullos* Vi cet. *fortesque* Pric.—151 *non* Vat. opt. Farn. *deliciis* Pric. *dapibusque* Vat quint. *desidiæ* Heins.—152 *juvat* Exc. Læti. *parant* Vat. opt. vet. Gyr. Farn Med. quart. et ed. Vicet. Colin.—153 *Arripit* Vat. duo, Pal. Farn. Pric. *arri puit* Junt. *aut...relaxat* al. *ut...relaxet* duo Med. et Pal. *aut* vel *ut* Vat. quint.—

NOTÆ

147 *Decios pulchros*] Id est, fortes. Virgilius: 'Satus Hercule pulchro, Pulcher Aventinus:' id est, fortis, &c. Decii autem se pro patria devoverunt: pater bello Latino, filius bello Hetrusco, nepos bello Tarentino, et omnes sua morte Romanis victoriam pepererunt.

Metellos] Metelli fuere illustres: inter hos Macedonicus, Numidicus, Celticus, a devictis provinciis sic appellati.

149 *Scipiadas*] Scipiones multi fuere; at illustriores Africanus major, et Africanus minor, a devicta Africa, deletisque Carthaginensibus.

Camillos] Camillus Romam a Gallis liberavit, unde et alter Romulus dictus est.

150 *Pieriis*] Pieria est urbs monsque Bœotiæ, Musis sacer: vel Pieri est regio Macedoniæ, in qua Musa ex Jove et Mnemosyne, seu Memoria, natæ sunt: hinc Pierius, pertinens ad Musas.

Pieriis pollent studiis] Excellunt cognitione artium quas docent Musæ Pieriæ, hoc est, artium ingenuarum.

151 *Dapibus paratis*] Conviviis magno apparatu extructis.

153 *Mores ætas lasciva relaxet*] Ætas juvenilis, lasciviæ jocisque obnoxia, non relaxat eorum mores severos, et ad virtutem intentos.

155 *Longævo corde*] Cor sumitur pro sapientia; quia veterum nonnulli ejus sedem in corde esse reputabant. Unde 'egregie cordatus homo,' id est, sapiens. Ennius. *Lon-*

Illis, quam propriam ducunt ab origine, sortem
Oramus præbere velis, annique futurum
Devoveas venientis iter: non improba posco:
Non insueta dabis: domus hoc de more requirit.
Annue: sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per utrumque latus: Medisque subactis
Nostra Semiramiæ timeant insignia turres:
Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges.
  Ductor ad hæc: Optata jubes, ultroque volentem,
Diva, rogas: non hæc precibus tentanda fuissent.

ut digneris dare illis fratribus *munus, quod* velut *debitum trahunt a gente* sua, *et destines* illis *cursum venturum anni sequentis: non peto injusta: non dabis extraordinaria: familia postulat hoc* munus *ex consuetudine. Concede. Sic Araxes Scythiæ serviat nobis: sic Rhenus per ripam geminam* serviat: *et Medis superatis arces Babylonis metuant signa nostra: sic Ganges admirans fluat per urbem Romanam. Princeps* respondit *ad illa: Imperas quod opto,* o *Dea, et precaris* me *cupientem* id *sponte. Non preces adhibendæ fuissent* ad *illas* res. *An oblivio sepelit*

156 *qui propriam* Moret.—159 *Hoc* Leid. pr. atque ita ex Petav. pr. legit Heinsius. *hæc* Vat. quint. Farn.—160 *vobis* pro *nobis* Vat. quint. Exc. Læti et Ald. Parm. Junt. Colin. *Oraxes* Moret. *Artaxerxes* Vicet.—161 *Mediisque* Med. pr.—162 *stupeant* Pulm.—164 *adhuc* Vicet.—165 *hic* Ald. ed. Parm.

NOTÆ

gævo corde, id est, sapientia, qualem habet longævus, seu senex. Illi itaque erant *νεογέροντες*, *juvenes-senes*, quia in ætate juvenili senilem prudentiam habebant.

Frænatur] Egregium est fervidæ ætatis frænum sapientia, sine qua ruit atque pessundatur hæc ætas.

156 *Sortem*] Consulatum, qui velut sorte ita proprius atque debitus est genti Proborum, ut illi nascentes, ab ipsa origine ducere videantur felicitatem hæreditariam tantæ dignitatis adipiscendæ. Unde S. Hieronymus: 'Nunc mihi Proborum et Olybriorum repetenda sunt nomina, et illustre Anicii sanguinis genus: in quo aut nullus, aut rarus erit, qui non meruerit Consulatum.'

158 *Devoveas venientis iter*] Designes hos futuros Consules; simulque duces ac rectores anni sequentis.

159 *Domus*] Familia Proborum ea est, ut hoc ipsi munus debeatur; quod Probi pro more tanta cum laude gerere consueverunt.

160 *Sic nobis famuletur Araxes*] In gratiam ejus muneris, quod Probis concedes, optamus, ut adjiciantur imperio eæ omnes regiones remotæ, quas alluit Araxes, quas alluit Rhenus, &c.

Scythicus Araxes] Araxes est fluvius Armeniæ, vicinus Scythiæ, et ideo dicitur Scythicus. Rhenus est ingens Europæ fluvius, magnam Germaniæ partem et Belgium alluens.

161 *Medisque*] Medi sunt populi Asiæ, apud quos est Babylon Parthorum Metropolis, quam ex Ovidio, 'Dicitur olim Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.' *Semiramiæ* autem, id est conditæ a Semiramide.

163 *Ganges*] Est fluvius aurifer

Usque adeone meam condunt oblivia mentem,
Ut pigeat meminisse Probi, quo vindice totam
Vidimus Hesperiam, fessasque resurgere gentes?
Ante dabunt hyemes Nilum; per flumina damæ
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus;
Ante Thyesteis iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,
Quam Probus a nostro possit discedere sensu.
Dixerat, et velox jam nuntius advolat urbem.

meum animum usque adeo, ut nolim recordari Probi, quo liberatore, aspexi omnem Italiam, et populos afflictos recreari? Prius regiones *Nili patientur* *mem:* prius *damæ vagabuntur per fluvios, et Indus niger constringetur gelu; p Sol denuo territus conviviis Thyesteis, interruptus redibit ad Orientem refugient quam Probus possit removeri ab animo nostro.* Sic *locutus erat; et statim nun*

Junt. et Vicet.—166 *condant* Livin. quod præfert Heins.—167 *pudeat* Med. Pal. *bonis* Pric. *judice* Farn. Pric. *vindice* Leid. pr. Moret. et vet. G *coram* pro *totam* Med. quart.—168 *falsasque* Palat. *turres* vel *gentes* Moret 169 *damne* Vicet.—171 *modo territa* Petav. pr. a m. pr.—172 *intersc* Moret.—173 *Nossit* Vicetin. *discendere* Parm. Jun. *discedere* Exc. Læti. He sius conjecerat *descendere*, quod exstat in edit. Vicet. *et velox* Exc. La Heinsius correxerat, *at. Jam* omittit Vicet. *axem* pro *urbem* Vat. pr. M

NOTÆ

Indorum. Fluvios depictos in triumphum ferri jubebant Imperatores; ideoque *sic fluat*, id est, fluens feratur in triumphum, quod designaret Indos victos.

167 *Vindice*] Barthius legit *judice*, id est, præfecto; quia Probus Præfectus erat Prætorio in Italia, et severis judiciis populos regebat; vel *vindice*, id est liberatore, quod Italiam vindicarit, seu liberaverit a moribus pravis.

168 *Hesperiam*] Sic dicitur ab Hespero, stella occidentali, quia Italia Græcis, qui eam dixerunt Hesperiam, est occidentalis: Hesperiam magnam vocat Virgilius, quia Hispania dicitur quoque Hesperia.

169 *Ante dabunt*] Id est, prius regiones Nilo finitimæ obnoxiæ erunt hyemi, seu Aquiloni hybernas tempestates ferenti. Hypallage. A Nilus emittet Aquilonem et hyeme vel, prius per hyemem exunda Nilus. Quod falsum, quia sem æstate exundat.

170 *Glacieque niger*] Heinsius pr fert, *glacieque piger*, constringe atque damnabitur, vel *niger In* dicitur propter Indos coloratos s nigros.

Indus] Fluvius est maximus India.

171 *Thyesteis*] Atreus constup tam a fratre Thyeste uxorem indi nans, ejus ipsi filium dedit epula dum: quod convivium Thyesteum Sol videret, retrorsus cursum co vertisse dicitur.

174 *Dixerat*] Dixerat talia The dosius Imperator, et statim nunti equo citato advolat in urbem Roma

Extemplo strepuere chori, collesque canoris
Plausibus impulsi septena voce resultant.
Lætatur veneranda parens, et pollice docto
Jam parat auratas trabeas, cinctusque micantes
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres,
Frondea lanigeræ carpentes vellera sylvæ:
Et longum tenues tractus producit in aurum,
Filaque concreto cogit squalere metallo.
Qualis purpureas præbebat candida vestes
Numinibus Latona suis, cum sacra redirent
Ad loca nutricis jam non errantia Deli.

celer accurrit Romam. Statim cœlus plausere, et colles agitati acclamationibus sonoris remittunt septem voces. Mater Proborum *venerabilis gaudet, et jam præparat perita manu trabeas textas auro, ac vestes nitentes vellere, quod Seres depectunt ex trunco molliculo, colligentes in foliis vellera nemoris lanigeri. Ac* mater *protendit laminas subtiles in* filum *aureum longum, et cogit fila rigescere metallo conglutinato. Quemadmodum pulchra Latona dabat vestimenta Diis* ex se *natis, cum reverterentur ad regionem sacratam Deli altricis, non jam fluctuantem. Illa*

quart. Farn. ed. Vicet.—175 *fremuere* Vat. quint.—176 *pulsibus* ed. Vicet. Parm. Junt. et Colin. *plausibus* Ald. *impulsu* Pric.—178 *cinctusque* Leid. pr. Moret. duo Med. Petav. pr. vet. Gyr. *Jam parat auctoritas, currusque* Vicet. *auratus trabeas* Parm.—179 *tundent* Vicet. *condent* Ald. *tondunt* Vat. pr. Pal. Farn. *condunt* Vat. quint. *cespite* Med. pr. Palat.—182 *concreto* vel *conserto* Petav. pr. *conserto* Barthii libri. *cogit incalere* Vicet.—184 *Luminibus* Pric.

NOTÆ

qui Probino et Olybrio deferret insignia Consulatus.

Urbem] Cum Urbs dicitur, intelligitur Roma per excellentiam.

175 *Strepuere chori*] Chori Nympharum plausere, quasi Probino et Olybrio delatum honorem gratularentur.

176 *Plausibus*] Universæ urbis acclamationibus, septem Romæ colles resonant, et ideo septem remittunt voces.

177 *Parens*] Mater Probini et Olybrii, quæ filiis parat vestes ex prisco more, quo matres filiis Heroibus vestimenta concinnabant. Successus liberorum, parentum lætitia est.

178 *Trabeas*] Trabea est vestis Consularis.

179 *Molli tondent de stipite Seres*] Hi populi ad Orientem habitant supra Sinenses: ‘perfusam aqua depectentes frondium canitiem.’ Plin. Unde molli de stipite, quia materia stipiti hærens aqua molliebatur.

182 *Filaque concreto*] Fila Serica ita involvit filis aureis, ut utrumque simul concrevisse videatur.

183 *Qualis*] Qualis est Latona, talis est Proba: sicut Latona dat vestes filiis suis Apollini et Dianæ, sic Proba vestes parat filiis suis Probino et Olybrio.

184 *Numinibus suis*] Diis ex se natis; nam Apollo et Diana ab ipso ortu Dii erant.

185 *Ad loca sacra Deli*] In insula Delo Latona peperit Dianam et

Illà feros saltus et desolata relinquens
Mænala, lassato certis venatibus arcu:
Phœbus adhuc nigris rorantia tela venenis
Extincto Pythone ferens. Tunc insula notos
Lambit amica pedes, ridetque Ægæus alumnis
Lenior, et blando testatur gaudia fluctu.
Sic Proba præcipuo natos exornat amictu;
Quæ decorat mundum: cujus Romana potestas
Fœtibus augetur: credas ex æthere lapsam
Stare Pudicitiam, vel sacro thure vocatam

Diana *deserens sylvas sævas, et Mænala direpta, sagitta fatigata venationibus tis: Apollo portans jacula adhuc stillantia tabe mortifera, Pythone occiso:* Delos *insula grata volvitur* ad *pedes cognitos* Numinum, *et Ægæus mitior adul alumnis* suis, *ac significat lætitiam* suam *undis blandientibus. Ita Proba dec filios veste singulari:* Proba *quæ ornat orbem; cujus* Probæ *fœcunditate pot Romana amplificatur. Putes Pudicitiam ex cælo demissam adesse, vel Junc*

—186 *ferox* pro *feros* Vat. opt.—187 *certis venatibus* Petav. pr. duo M vet. Gyr. *venantibus* Ald. *Cretam venantibus* Ald. Junt. *Cretam* ed. Vi *centum* al. *cunctis venantibus* Pric.—191 *lætior* Petav. pr. *luctu* Med. *fletu* Leid. pr. a m. pr. et Moret. Cod. Jun. a m. pr.—192 *præcipuos* Mo *exornet* Pal. Med. pr.—193 *Et* pro *Quæ* Med. quart.—196 *avertere* Mo

NOTÆ

Apollinem: Apollo insulam fluctuantem antea atque 'Errantem Mycone celsa Gyaroque revinxit, Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.' Virgilius.

187 *Mænala*] Mænalus, Arcadiæ mons est, Dianæ sacer, ejusque venationibus notus.

Lassato certis venatibus arcu] Id est, arcu certo, qui semper prædam certo ferit, fatigato in venatibus.

189 *Pythone*] Vide Carm. II. in Ruf.

190 *Lambit*] Insula, velut canis blandiens, lambit pedes Numinum redeuntium.

Ægeus] Neptunus Ægæus, qui sic appellatur a Virgilio et aliis, quod Ægæ Euboicæ sint urbs, ubi templum est Neptuni; vel Ægæus dicitur a scopulo prope Tenedum insulam, quæ Capræ, αἰγὸς, spec refert. Alii alias afferunt etym gias, de quibus nos alibi.

Alumnis] Dianæ et Apollini, nati et educati in Delo insula m Ægæi.

192 *Proba*] Hæc mater Probin Olybrii, nobilitate, doctrina, at castitate fuit insignis, ut altera C nelia.

Præcipuo amictu] Veste Consul quæ singularis et præcipua erat.

193 *Decorat*] Proba dedit n mundo ornamenta, dum peperit minos Consules, eosque illustres.

Romana potestas] Consulatus.

194 *Augetur*] Amplificatur, ornat

195 *Stare Pudicitiam*] Adst præsentem, et ex cœlo descendis cœlum enim petierat, abominata c des, raptus, &c.

Junonem Inachiis oculos advertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Graia vetustas:
Conjuge digna Probo: nam tantum cœtibus extat
Fœmineis, quantum supereminet ille maritos:
Ceu sibi certantes, sexus quid possit uterque,
Hunc legere torum: taceat Nereida nuptam
Pelion: o duplici fœcundam Consule matrem,
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis!
Ut sceptrum gessere manu, membrisque rigentes
Aptavere togas, signum dat summus hiulca

invocatam thure sacrato convertere oculos in *delubra Inachia. Nulla monumenta* in *scriptis veteribus tulerunt talem* matrem, *neque Musæ Italicæ laudaverunt, neque antiquitas Græca. Digna* est *Probo marito: nam tantum superat choros muliebres, quantum ille superat viros: quasi uterque sexus pugnans, quid valeat, elegit sibi hunc thalamum. Pelion* mons *sileat Thetida nuptam. O matrem fæcundam duobus Consulibus, ventremque fortunatum, qui peperit* Consules *annum nominantes! Posteaquam* Probinus et Olybrius *tulerunt manu sceptrum, et induerunt corpus vestibus concretis* auro, *Jupiter supremus mittit signum, nubibus dehiscentibus, et*

et Med. quart. *in aliis* Vicet.—198 *non Græca* Pal. *grata* Vat. opt. Farn. Moret. pro *Graja*, atque ita correxerat Heinsius.—199 *instat* pro *exstat* Vat. opt. Farn.—200 *illa* duo Med.—201 *Ceu sibi cert.* Hi quatuor versus sequentes desiderantur in Vat. duobus, ut et in Pal. Farn. Pric. Med. duob. Leid. pr. Petav. pr. necnon in ed. Parm. et Vicet. quales hic sunt, debentur Claverio. —206 *togam* Med. quart.—207 *genitamque* in duob. Med.—208 *Aspera vibrati*

NOTÆ

196 *Junonem*] Hæc Saturni et Opis filia, Jovis soror et conjux, Dea regnorum divitiarumque habita.

Inachiis] Juno post spretam a Paride formam, Græciam sæpius frequentabat, et potissimum Inachium, seu Argos Hippium in Peloponneso. Plinius.

Oculos advertere] Aspectus Deorum, mortalium est felicitas.

197 *Talem*] Non legimus apud antiquos talem extitisse, qualis Proba est.

198 *Tubæ*] Vel Musæ, quæ tubas citharasque animant; vel tubæ, id est, versus vatum Heroicorum non cecinerunt talem, qualis est Proba.

201 *Sexus quid possit uterque*] Quasi sexus uterque pugnarit, hoc ut Probi Probæque matrimonium celebraretur.

202 *Nereida*] Thetidem matrem Achillis, quæ in Pelio Thessaliæ monte, Peleo nupsit.

204 *Nomina parturit annis*] Diximus supra Consules nomen annis dare solitos.

205 *Sceptrum*] Statim atque Probinus et Olybrius inceperunt gestare sceptrum eburneum, seu insigne majestatis Consularis; cui sceptro insidens Aquila, Romanæ virtutis index, depicta erat.

206 *Signum dat*] Dat emittitque

Nube pater, gratamque facem per inane rotantes
Prospera vibrati tonuerunt omina nimbi.
Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris
Ima valle sedens, arrectisque auribus hæsit,
Unde repentinus cœli fragor: ilicet herbis
Pallentes thalamos, et structa cubilia musco
Deserit, ac Nymphis urnam commendat herilem.
Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu,
Cœruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum: crispo densatur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis arundo;
Quam neque fas Zephyris frangi, nec sole perustam

poli volventes lumen jucundum, concussi, tonando emiserunt *auguria felicia. Tibı audivit murmur in caverna curvata,* Tibris *sedens* in *profunda valle, et aurib erectis obstupuit, unde sonitus subitus cœli* proveniret: *statim relinquit alveu squalentem graminibus, et lectum stratum musco, atque tradit Nymphis urna dominam. Oculi cœrulei, facie hispida, distincti maculis viridibus, similes paren Oceano fulgent* in *ipso* Tibri: habet *cervicem crispatam herbis spissis.* In *to capite* Tibris *canna viget* pro *crinibus, quam* cannam *rumpere non licet ventis, n*

Vat. quint. et ed. Vicet. *tenuerunt* Vat. duo, Pal. Farn. Pric. Vicet. Parn Barth. *sonuerunt* edd. Amstel. Blaw. et Elzev. *temuerunt* Petav. pr. *omn* Pal. *omina* duo Med. et vet. Gyr.—209 *Accepit s. curvis Tib.* Heinsius a cripserat loca Ovid. (Lib. I. Fast. 561.) 'Accipio revocamen, ait.' et Metan in fab. Æaci (Lib. VII. 620.) *Accipio,* de tonitru. *curvisque Tribunus* Junt. Ex Læti, unde Heinsius conjecerat *Tiburnus. curvusque Tribunus* Vicet. Parm.—210 *arrectisque* Ald. et Var. Lect. e margine ed. Parm. *arrectis auribus,* sin copula, Exc. Læti, Vat. duo et Farn. *erectis* Vat. quint. Pal. Leid. pr. Peta pr. duo Med. *vallibus* unus Barth. *hausit* etiam duo ejusdem. Pric. *amnibı* Vat. quint.—211 *cœli* Var. Lectt. e marg. Parm. *proprii* Pal. *populi* duo Va Farn. Pric. *scopulis* Sixtin. quod Heinsio probatum, qui hæc ascripsera *leg. scopulis.* de Roma alibi, *Quæ septem scopulis zonas imitaris Olympi.*—212 Heinsius legit *Squallentes. structa* Vat. duo, Pal. Farn. *stracta* pro vari lectione Pal.—213 *aut* Med. duo. *urnam* Vat. pr. Leid. pr. Moret. vet. Gy Petav. pr. duo Med. *dominam* vulg. *domum* al.—214 *illa* pro *illi* Med. duo.—215 *Cœruleisque* Isingr. Ed. Gryph. *cœruleisque refecta* Junt. Colin. *Cœri leis* absque copula, Petav. pr. Med. duo, ed. Parm. et Vicet. *membris* unu Barth.—216 *Oceani* Med. quart. *densatur* Leid. pr. a m. sec. *densantur* Va

NOTÆ

fulmen secundum, seu prosperum, ex quo omnia fortunata fore credantur.

209 *Tiberinus*] Fluvius scilicet Romam alluens, qui et Tibris et Tiberis dicitur.

210 *Arrectis auribus hæsit*] Attentius audivit, observavit: homines non erigunt aures audituri, sed erigun caput in quo sunt aures.

213 *Urnam herilem*] Ipse Tiberis qui Herus seu Dominus est, commendat urnam suam Nymphis. Urna, cubile, barba, et alia ejusmodi, fluvii tribuuntur.

Æstivo candore mori: sed vivida frondet
Æquævum complexa caput: taurina levantur
Cornua temporibus raucos sudantia rivos.
Destillant per pectus aquæ: frons hispida manat
Imbribus: in liquidos fontes se barba repectit.
Palla graves humeros velat, quam neverat uxor
Ilia, percurrens vitreas sub gurgite telas.
 Est in Romuleo procumbens insula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alveus urbes
Discretas subeunte freto, pariterque minantes
Ardua turrigeræ surgunt in culmina ripæ.

soli extinguere eam *adustam calore æstatis: at* illa *rigens frondescit, cingens verticem coævum: cornua tauri* cornibus similia *attolluntur effundentia* ex *temporibus fluvios sonoros: aquæ fluunt per sinum: frons hirsuta stillat pluviis: barba se componit in fontes claros: pallium tegit humeros ingentes, quod* pallium *conjux Ilia texuerat, conficiens telas crystallinas sub vortice* suo. *Insula est sita in Tibri Romuleo, qua fluvius interpositus irrigat* velut *duas urbes separatas aquis interfluentibus, et littora excelsa æqualiter* et *turrita attolluntur in moles altas.* Con-

duo, Farn. Pric. *gramina* Pric. a m. pr. *gramina collo* Moret.—219 *invida spondet* ed. Vicet. *frondent* Moret. et Vat. quint.—221 pro *raucos* Heinsius conjiciebat *flavos* vel *glaucos.*—222 *distillant* Vicet.—223 *repectit* Moret. duo Vat. duo Med. Farn. Petav. pr. *reflectit* al. *resolvit* unus Barth. et Palmer. *recepit* Vicet. Parm. Ald. Isingr.—225 *Ilia* Vat. opt. Moret. Petav. pr. et ed. Vicet. *Illi* Vat. quint. Leid. pr. Pal. Pric. Exc. Læti. *procumbens* pro *percurrens* Pal.—226 Heinsius in margine primæ suæ edit. legit *procurrens.*—227 *Quo* Ald. Junt. Colin. *medias geminus* Petav. pr. *interfluit* Vat. quint.

NOTÆ

221 *Cornua*] Hæc tribuuntur fluviis, vel ob fremitum aquarum mugientium, vel quia finduntur aliquando in cornua.

Temporibus sudantia] Emittentia rivos ex utroque capitis latere.

224 *Neverat*] Ex more matronarum veterum, quæ vestes maritis conficiebant.

225 *Ilia*] Romuli mater, uxor Tiberis, qui ideo ab Horatio dicitur, 'Uxorius amnis.'

226 *Romuleo*] Tibris dicitur Romuleus præsertim, quia Maritus Iliæ, quæ mater erat Romuli; et quia, Romulo et Remo expositis, dicitur aquas retraxisse, ne pueris noceret.

Procumbens] In planitiem porrecta insula; sic apparet ob fretum arctum.

Insula] Tarquiniis ejectis, populus furens eorum segetes in campo Martio avulsas in Tiberim conjecit: inde nata insula in carinæ formam coaluit, quæ sacrata est Æsculapio, et quæ serpentis Epidaurii appulsu famosa est.

227 *Geminas urbes*] Tiberis ita permeat Romam, ut inde velut duas urbes efficere videatur.

228 *Minantes*] Res altiores minari dicuntur a Poëtis. Virgilius: 'Geminique minantur In cœlum scopuli.'

229 *Culmina*] Villæ nimirum seu prætoria amœnissima turres altius attollunt ad ripam utramque Tiberis.

Hic stetit, et subitum prospexit ab aggere votum,
Unanimes fratres, juncto stipante Senatu,
Ire forum, strictasque procul radiare secures,
Atque uno bijuges tolli de limine fasces.
Obstupuit visu, suspensaque gaudia vocem
Oppressam tenuere diu; mox inchoat ore:
Respice, si tales jactas aluisse fluentis,
Eurota Spartane, tuis: quid protulit æquum
Falsus olor, valido quamvis decernere cestu
Norint, et ratibus sævas arcere procellas?
En nova Ledæis soboles fulgentior astris.

stitit hic Tibris, *et e colle aspexit statim desiderium* suum, *fratres* scili *amicissimos incedere* in *forum*, *Senatu conjuncto comitante*, *ac longe secures dist tas fulgescere*, *et fasces geminatos afferri ex una domo : admiratus est videns*, *lætitia incerta cohibuit longum vocem compressam ; tum incipit loqui :* O Eur *Lacedæmoniensis*, *vide an glorieris tulisse similes* viros prope *fluvium tuum*. C *nus simulatus quid æquale edidit? Etsi* filii ejus *sciant pugnare cestu duro*, *removere tempestates perniciosas* a *navibus: ecce proles recens*, *clarior sideri*

Heinsius emendat *interluit*.—230 *conspexit* Leid. pr. Moret. Jun.—231 *jun* Moret. Petav. pr. a m. sec. Med. pr. ed. Parm. et Vicet. *juxta* *junctos* Vat. quint. *junctum* conjecerat Heinsius. *cuncto* Barth.—233 *i* Vat. pr. Vicet. *uno* Exc. Læti. *bijuges* vel *binas* Vat. quint. *lumine* Mor Med. pr. Pric.—234 *Obstipuit* Pric. Petav. pr. qui tamen a m. sec. *obst puit* habet. *suppressa* unus Barth. *ostensa* alter.—236 *fluentis* Vicet. 237 *Eurotas* Med. quart. *Eurotas Spartasve* Med. pr. Pal. Moret. *Eur* Ald. *Spartave* duo Vat. *Sparteque* Pric. *Sparteve* Farn. *Eurotas Spart* Leid. pr. Cod. Junt. Vicet. Isingr. Parm. Ald.—239 *Norint* Exc. Læti. *H ruit* duo Med. et ed. Vicet. *Norit et a rat.* Leid. pr. *Noverit* Vat. duo, Fa Pric. *Noverit a ratibus* Moret. *Novit et a* Cod. Jun. *norunt et* Exc. Voss 240 *En* Exc. Læti. *Et* duo Med. *Tu* edit. Vicet. *fulgentibus* Pric.—241 *ap*

NOTÆ

230 *Votum*] Aspexit fratres unanimes, qui erant causa votorum suorum, seu desiderii sui.

232 *Secures, &c. fasces, &c.*] Sunt insignia Consulatus, quæ a lictoribus ante Consules gestabantur.

233 *Bijuges*] Fasces geminatos; sex scilicet pro uno Consule, et sex pro altero, qui tamen ex una domo attollebantur, quod rarum.

234 *Suspensa gaudia*] Incerta, res enim tanta tamque singularis erat, ut dubitaret an re vera duo fratres essent simul Consules.

237 *Eurota*] Hic notus est Laconiæ fluvius, quem Tiberis alloquitur, f vius fluvium; Romanus Græcum.

238 *Falsus olor*] Jupiter in Olor conversus cum Leda Tyndari conju concubuit, et inde nati Helena Pollux frater Castoris, qui inde l dæi dicuntur.

Decernere cestu norint] Castor Pollux, qui magni pugiles extitere.

239 *Ratibus arcere procellas*] N nunquam in mari apparent duo ign qui vocantur Castor et Pollux, inde nautæ præsagiunt tempesta sedatum iri.

240 *Ledæis astris*] Castore et P

Ecce mei cives: quorum jam Signifer optat
Adventum, stellisque parat convexa futuris.
Jam per noctivagos dominetur Olybrius axes
Pro Polluce rubens, pro Castore flamma Probini.
Ipsi vela regent: ipsis donantibus auras
Navita tranquillo moderabitur æquore pinum.
Nunc pateras libare Deis, nunc solvere multo
Nectare corda libet: niveos jam pandite cœtus
Naides, et totum violis prætexite fontem.

Ledæis: en cives mei; quorum adventum jam cupit Zodiacus, et præparat cœlum iis *futuris sideribus. Nunc Olybrius regnet per cœlum noctu volutum, pro Polluce fulgens, et ignis Probini pro Castore. Illi* fratres *gubernabunt naves: illis dantibus ventos, nauta reget navem mari placido. Jam juvat sacrificare vina Diis, jam liberare animos vino copioso:* o *Naides explicate nunc choros candidos, et cingite fontem totum floribus. Sylvæ producant mella: fluvius nunc currat* faciens *ebrios*

Moret. quod probare visus Heinsius, qui in vs. seq. legebat *Adventu*, ut sc. Signifer eorum adventu convexa aptare et parare videatur stellis futuris.—243 *Olimbrius* Moret. Vat. opt. Leid. pr. Pal. Farn. Pric. Petav. pr. Med. duo et ed. Vicet.—245 *regant* Pal. Med. duo. *donantibus* Moret. Petav. pr. Med. duo, Ald. et ed. Vicet. unde Heinsius conjiciebat *ipsisque domantibus. dominantibus* vulg.—246 *pinus* pro *pinum* Med. quart. Pal. et Pric.—247 *patrias* Vicet. *libare Deis* Exc. Læti. *libate* Vat. pr. *Deo* Pric. *Deum* Med. quart. —248 *niveo cœtu* Vat. opt. Pal. Farn. ed. Vicet. *niveo pangite cœtu* Med. duo, et Pal. a m. sec. *pergite* Med. quart. a m. sec. *niveo jam plaudite cœtu* Pric. *cinctus* conj. Scal.—249 *Naiades* duo Vat. Pal. Farn. Pric. Cod. Jun. ed. Vicet. *et* desideratur in duob. Med. Leid. pr. Petav. pr. et Cod. Jun. *violis totum* Vat. quint. *totam frontem* Pal. Pric. *totum fontem* vel *totam frontem*

NOTÆ

luce Ledæ filiis, qui inter astra relati sunt, dicunturque gemini, quibus Tibris ait illustriores esse Probinum et Olybrium suos cives.

241 *Signifer*] Zodiacus qui fert signa duodecim: 'Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.' Zodiacus porro dicitur, *ἀπὸ τῶν ζώων, ab animalibus*, quia signa omnia, excepta Libra, speciem gerunt alicujus animalis.

242 *Convexa*] Id est, Cœlum parat, ut choris Astrorum Probinus et Olybrius ascribantur. Ceterum non cœli *convexa*, sed concava videmus, verum Poëtæ non concava, sed convexa dicunt.

243 *Per noctivagos axes*] Per cœlestes orbes, qui diu noctuque volvuntur.

247 *Solvere*] Liberare, recreare animum a curis, unde Bacchus dicitur Lyæus, *ἀπὸ τοῦ λύειν, solvere*, quod exsolvat animum curis.

248 *Niveos*] Candidos, quasi ob restitutam libertatem; quin et dies festos lætosque Romani colebant togis candidis.

249 *Naides*] Nymphæ aquarum, *ἀπὸ τοῦ νάειν, fluere*.

Mella ferant sylvæ : jam profluat ebrius amnis
Mutatis in vina vadis : jam sponte per agros
Sudent irriguæ spirantia balsama venæ.
Currat, qui sociæ roget in convivia mensæ
Indigenas fluvios, Italis quicumque suberrant
Montibus, Alpinasque bibunt de more pruinas :
Vulturnusque rapax, et Nar vitiatus odoro
Sulphure, tardatusque suis erroribus Ufens :
Et Phaëthonteæ perpessus damna ruinæ
Eridanus, flavæque terens querceta Maricæ
Liris, et Œbaliæ qui temperat arva Galesus.
Semper honoratus nostris celebrabitur undis
Iste dies : semper dapibus recoletur opimis.
Sic ait : et Nymphæ patris præcepta secutæ

aquis conversis in vinum : nunc per campos rivi limpidi emittant balsama odorifera. Aliquis *currat qui invitet ad epulas mensæ amicæ flumina hic nata, quæcumque vagantur sub collibus Italiæ, et potant pro consuetudine nives Alpium, et Vulturnus rapidus, et Nar infectus sulphure maleolenti, et Ufens retardatus flexibus suis, et Padus passus mala casus Phaëthontis, et Liris proculcans querceta Maricæ flaventis, et Galesus qui alluit agros Tarentinos. Ille dies semper cultus honorabitur aquis nostris : usque renovabitur conviviis lautis. Ita loquitur, et Nymphæ obedientes*

Petav. pr. *prætexere* Med. quart.—252 *spumantia* Pal. Pric. deest seq. v. Vicet.—255 *Curat* Moret. *reget* Vat. opt. Farn. Moret. *reget* et emend. *regat* Leid. pr. *riget* vet. Gyr. Heinsius ad firmandam lectionem *roget in convivia* ascripserat sequentia. *roget.* sic *rogare ad convivium* Capitol. pag. 55. l. 39. in Pertinace. Spartian. init. Sever. pag. 64. p. 111. l. 7. D. Ambros. apud Casaub. pag. 124. 6.—256 *olore sulfureo* Exc. Voss. *et vas* Vicet.—257 *Oufens* Cod. Barth. *Ulfens* Vicet. *utens* Moret. qui et *Phetonteæ* exhibet.—259 *flavisque* duo Med. *tenens* Vat. pr. Farn. *terens* Moret. Petav. pr. Vat. quint. Pal. Farn. Med. duo. *Mariscæ* Leid. pr. Moret. item duo Med. Vicet.—260 *temperat arva* duo Med. Petav. pr. Livin. ex Virgilio, 'scatebrisque arentia temperat arva.' de Galeso. Hæc Heinsius ad oram ed. Antverp. qui et in margine primæ suæ edit. ascripserat locum Minuc. Felic. pag. 17. ed. Leid. *Ægypti siccitatem temperat Nilus. reparat* al. *ora* Pric.—261 *celebretur in undis* Pal. Pric. Med. duo.—262 *recolatur* Exc. Voss.—264 *epulis*

NOTÆ

250 *Mella ferant sylvæ*] Quasi sæculum aureum renovetur, Consulibus Probino et Olybrio, quæ magna certe laus est.

254 *Indigenas fluvios*] In eadem terra, scilicet Italia, natos, vel Italiam alluentes.

256 *Vulturnus*] Campaniæ fluvius.

Nar] Fluvius Umbriæ. Virgilius, 'Sulphurea Nar albus aqua.'

257 *Ufens*] Fluvius prope Tarracinam, fluens per Pontinas paludes.

259 *Eridanus*] Seu Padus, fluvius in Italia Cisalpina, in quem Phaëthon fulminis ictu dejectus est.

Maricæ] Hæc Nympha fuit uxor Fauni.

260 *Liris*] Fluvius Campaniæ.

Œbaliæ qui temperat arva Galesus] Galesus est fluvius agri Tarentini in

Tecta parant epulis: ostroque infecta corusco
Humida gemmiferis illuxit regia mensis.
O bene signatum fraterno nomine tempus!
O consanguineis felix auctoribus anne,
Incipe quadrifidum Phœbi torquere laborem.
Prima tibi procedat hyems, non frigore torpens,
Non canas vestita nives, non aspera ventis,
Sed tepido calefacta Noto: ver inde serenum
Protinus, et liquidi clementior aura Favoni
Pratis te croceis pingat; te messibus æstas
Induat, autumnusque madentibus ambiat uvis.
Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit, exactum nunquam memorata per ævum,
Germanos habuisse duces: te cuncta loquetur

imperio patris Tibris, *præparant domum convivio, et Palatium udum, ornatum purpura nitenti, refulsit mensis gemmatis. O tempus feliciter designatum nominibus fratrum! o anne fortunate, auctoribus fratribus, aggredere volvere opus quadripartitum Solis. Hyems prior effluat tibi non rigens glacie, non cincta nivibus albis, non infestata ventis, sed calens Austro tepenti. Inde Ver tranquillum statim, et flatus lenior Zephyri sereni illustret te* in *pratis floridis. Æstas vestiat te frugibus, et Autumnus cingat racemis* vino *fluentibus. Honos clarior toto quinquennio,* honos *nusquam narratus per annos præteritos, accidit tibi uni, habuisse ductores fratres:*

Leid. pr. duo Vat. Pal. Farn. Pric. *peplis* Raphel. e conj. Scal. *refecta* ed. Parm. Vicet. Isingr. Gryph. Colin. al. *referta* marg. Isingr. *infecta* Ald. —265 *Horrida* pro *Humida* Pric. a m. pr.—267 *annus* Vat. quint. Pal. Pric. Exc. Læti. *annæ* ed. Vicet. *anne* vet Gyr. Vat. opt. Farn. Var. Lectt. e marg. Parm. et Exc. Putean.—269 *procedit* ed. Vicet. Parm. Colin. *nec* Med. quart. pro *torpens* Heinsius conjecerat *torrens.*—271 *tepido* Petav. pr. Med. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. *trepido* Pal.—273 *ætas* Pric.—274 *imbuat* Vat. duo, Pal. Farn. *ambiat* Petav. pr. et Ald. *inbiat* Leid. pr. a m. pr.—

NOTÆ

Italia. Tarentum dicitur autem esse in Œbalia, quia conditum est a viris qui ex Œbalia, seu Laconia, duce Phalanto, profecti erant.

266 *O bene signatum*] Tempus annorum designabatur per Consules.

267 *Consanguineis auctoribus*] Fratribus, quibus auctoribus, atque ducibus, annus procedit, atque denominatur.

271 *Noto*] Ventus est, qui flat a Meridie.

273 *Croceis*] Pulchris, picturatis. Croceum vocant Poëtæ quod est grati aspectus.

275 *Lustro*] Lustrum hic significat spatium quinque annorum; quia quinto quoque anno, sacrificiis urbs lustrabatur atque purgabatur.

277 *Germanos habuisse duces*] Poëtice, nam et alii fratres fuere Consu-

Tellus, te variis scribent in floribus Horæ,
Longaque perpetui ducent in sæcula fasti.

terra universa celebrabit te, Horæ depingent te in frondibus diversis, et historiæ sempiternæ deducent te *in ætatem venturam.*

276 *exhaustum* cod. Jun.—277 *loquatur* Vat. quint. Pal.—278 *scribunt* et *ducunt* Pal. Pric. et Med. pr.

NOTÆ

les; quanquam et mirum certe illud est, duos fratres simul Consules extitisse.

278 *Horæ*] Hæ virgines esse fingebantur, temporum moderatrices.

279 *Fasti*] Erant libri, in quibus describebantur Consules, et eorum acta.

II.

CL. CLAUDIANI

IN RUFINUM.

LIBER I.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut post occisum ab Apolline Pythonem, Parnasso liberiore, Dii Poëtas audire dignati sunt: sic post Rufinum ab Imperatore interemtum, Claudianum audiunt Romani Proceres.

Phœbeo domitus Python cum decidit arcu,
 Membraque Cirrhæo fudit anhela jugo:

Cum Python victus arcu Phœbeo dejectus est, et extendit artus expirantes in

In Rufinum] Hi libri primo loco sunt in Codicibus Moreti, Lovaniensi, et Excerptis Gevartii. in Rottendorphiano legitur: *Incipit magnum opus Cl. Claudiani. præfatio in librum primum.* in Vaticano sec. erat: *De perfidia Rufini et laudibus Stiliconis liber primus incipit.* Codex Dominicanorum Florentiæ ad D. Marci exhibet, *Fl. Claudiani Panegyricon. Incipit liber primus de gestis Theodosii.* in Petav. pr. a manu recente ascriptum: *Cl. Claudiani in Rufinum liber primus incipit.* in Codice S. Salvatoris Bonon. est, *Præfatio in librum Cl. Claudiani.* Exc. Læti habent *Cl. Claudiani V. C. Prologus in Lib.* I. *bell. civil.* Var. Lectt. e margine Parm. similiter inscribunt, *Cl. Claudiani V. C. Belli Civilis liber primus.* in primo Leidensi erat, *Incipit propositio libri de Rufino.* in Vaticano tertio deest liber primus et pars secundi.

1 *Pytho* Vat. quart. *Phiton* Lov. qui sic semper exhibet. Vicet. et Parm. *ut dec.* unus Barth. *concidit* Bonon. Oxon. sec. et Sched. Gud.—2 *solo*

NOTÆ

In Rufinum] Rufinus ex Gallia Aquitanica oriundus, gratia adeo valuit apud Theodosium Imperatorem, ut et præfectus prætorii factus fue-

Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu
  Flumina, sanguineis tangeret astra jubis:
Jam liber Parnasus erat, nexuque soluto
  Cœperat erecta surgere fronde nemus.
Concussæque diu spatiosis tractibus orni
  Securas ventis explicuere comas.

monte Cirrhæo: qui Python *operiret montes flexibus, absorberet fluvios hianti* gutture, *attingeret Cœlum cristis rubicundis: Parnassus jam erat liberatus, et vinculis remotis, sylva inceperat assurgere foliis elatis, et orni quassatæ jamdudum*

Petav. tert. qui et *jugo* habet.—3 *Rogo* marg. Isingr. *Quis* Leid. sec. a m. pr. cum interrogationis nota. *Et* vel *Qui* Leid. pr. *spinis* Var. Lectt. ed. Antv. *tegeret spiris* Farn. Petav. tert.—4 *tangeret astra* duo Vat. Pal. Rott. Pat. Ambr. tert. Moret. sec. qui et *cingeret* habet, Exc. Læti et lib. Lucens. *tingeret* Bonon. Reg. Oxon. sec. Thuan. Leid. duo, Ambr. duo, Petav. sec. Tholos. Farn. Ald. ed. Vicet. Exc. Gevart. Var. Lectt. ed. Antv. *cingeret* Sched. Gud. *tingeret* vel *tangeret* Vat. quint. ambo Moret. *tergeret* vel *tangeret* Vat. quart. *tangeret, tingeret* vel *tergeret* Oxon. pr. quod Heinsio probatum. in Lov. erat... *.gueret astra* et *t* videbatur deletum; dein inter lineas *tangeret* rescriptum. ut fuerit *tergueret*. Heinsius ascripserat locum ex Lib. II. de laud. Stilich. 272. 'summæ tangunt laquearia cristæ:' ubi ex Med. pr. reposuit *terguunt*.—5 *Parnasus* Lov. Leid. duo, ambo Moret. Put. Petav. tres, Reg. Thuan. Mazarin. Florent. Ald. *soluto* vel *solutum* Moret. pr. *solutum* legit Heinsius. *solutum* cod. Barth. in margine.—6 *erepta* Petav. tert.—7 *spatiosis* vel *squamosis* Vat. opt. *fractibus* vel *frondibus* Put. *frondibus* Med. sec. a m.

NOTÆ

rit, et Consul, et tutor Arcadii a Theodosio patre designatus. Hic Alaricum Gothorum Regem ad arma capienda solicitavit; ut aut bello, aut dolo Arcadium pupillum tolleret, Orientisque Imperium occuparet. Stilicho ab eodem Theodosio Honorii alterius filii tutor relictus, fraudem detexit, Rufinum cum sociis factionis oppressit, ejusque caput hastæ affigi jussit.

1 *Python*] Serpens erat immanis, natus post diluvium Deucalioneum; totum orbem infestabat, sed sagittis Apollinis confossus est; et ideo ludi Pythii ab ipso instituti in victoriæ monumentum. Python ἀπὸ τοῦ πύθειν, *putrefacere*, designat putredinem quandam natam ex aquis diluvii, terrasque infestantem, sed quæ radiis Solis dissipata evanuit.

2 *Cirrhæo*] Cirrha, unde Cirrhæus, est urbs Phocidis ad radicem Parnassi, ad quam stratus est famosus ille Python.

3 *Spiris*] Tractibus atque voluminibus sinuosæ caudæ, totiusque corporis.

4 *Sanguineis*] Coloris rubri, et sanguinem imitantis.

Jubis] Cristis, quas Poëtæ, imo et Oratores, serpentibus tribuunt. 'Jubatus Draco,' dicitur a Cicerone.

5 *Parnasus*] Mons Phocidis, Apollini et Musis sacer, quem serpens ille vexabat.

Nexuque soluto] Dissolutis ac remotis serpentis morte flexibus, quibus velut vinculis pestiferisque nexibus implicabat, et vitiabat arbores.

Et qui vipereo spumavit sæpe veneno
Cephisos, liquidis purior ibat aquis.
Omnis, Io Pæan, regio sonat: omnia Phœbum
Rura canunt. Tripodas plenior aura rotat.
Auditoque procul Musarum carmine ducti,
Ad Themidis coëunt antra severa Dei.

longis tractibus serpentis, *porrexerunt ventis frondes tutas. Ac Cephisus, qui sæpe exundavit veneno Draconis, fluebat nitidior aquis limpidis. Totus tractus resonat, io Pæan: omnes agri cantant Apollinem: ventus liberior agitat Tripodas. Et Dii impulsi cantibus Musarum longe exauditis, conveniunt ad cavernam asperam*

pr. Petav. tert. Mazar. Rott. Pric. Oisel. *fractibus* Petav. sec. *ictibus* Exc. ex Pat. rec. *tractibus* vel *frondibus* Ambr. sec.—8 *explicuisse* Put. a m. sec.—9 *fumavit* Rott. Thuan. Oisel. Sched. Gud. *spumavit* vel *fumavit* Put. *fumavit* vel *spiravit* Ambr. sec. *spiravit* Petav.—10 *Cephisos* Reg. Ambr. tert. Lov. Bonon. Tholos. Leid. sec. Moret. sec. duo Oxon. tres Vat. item Petav. tres et incert. Heins. *Cephisus* Pat. Florent. Put. Rott. Oisel. Pal. Farn. Pric. Moret. pr. Ambr. sec. Vat. sec. duo Med. Ald. Exc. Læti et Lucens. *liquidis* Flor. Med. duo, Rott. Oisel. Pat. Ambr. sec. Put. reliqui omnes *nitidis*, quod et habet Ald. ed. Vicet. et Exc. Gevart. *liquidis* vel *nitidis* Moret. pr. in Schedis Gud. hæc scripta erant. *Cephisus liquidis*—Isingr.—*nitidis*, quod lineola subduxerat, ut moneret in suo codice ita fuisse.—12 *rura* vel *regna* Oxon. pr. *notat* Vicet. Vien. et Colin.—13 *ducti* Florent. *dulci* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *dulci* vel *ducti* Vat. pr. Moret. pr. Med. sec. Rott. Put. Petav. pr. *docti* Isingr. —14 *severa Dei* fere omnes scripti. *Dei* vel *Deos* Vat. quint. *Dei* Cujac. *Dea*

NOTÆ

8 *Ventis explicuere*] Porrexerunt frondes liberius atque patentius per aërem.

Comas] Frondes comantes, quæ in arboribus videntur habere similitudinem comarum.

10 *Cephisos*] Græce, qui et Cephisus dicitur Latina terminatione, est fluvius Bœotiæ, fatidicas habens aquas, propter Oraculum Themidis. Est et Cephisus fluvius Phocidis, de quo hic loquitur Poëta.

Purior] Nam ante nigræ erant aquæ, quod eas bibendo fœdaret Python.

11 *Io Pæan*] Io, interjectio, quæ aliquando indicat tristitiam, aliquando gaudium, ut in hoc loco. Pæan est hymnus in laudem Apollinis ob devictum serpentem: nonnunquam accipitur pro ipso Apolline.

12 *Tripodas*] Sacerdos seu Phœbas vaticinatura sedebat super Tripodem, qui inde dictus fatidicus.

Plenior aura] Liberior ventus, cui obstabat serpens, redit, agitatque Tripodem, et Sacerdotem desuper insidentem. Nimirum ex Justino, 'In Delphicæ rupis anfractu, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam, velut vento, in sublime expulsus mentes vatum in vecordiam vertit, impletasque Deo, responsa consulentibus dare cogit.'

13 *Musarum*] Quæ conticuerant propter metum Pythonis.

14 *Themidis*] Themis seu Astræa in urbe Delphis ante Apollinem colebatur.

Nunc alio Domini telis Pythone peremto
  Convenit ad nostram sacra caterva lyram,
Qui stabilem servant Augustis fratribus orbem;
  Justitia pacem, viribus arma regunt.

Astrææ. Rufino velut *altero Pythone occiso sagittis Imperatoris, cœtus sacratus* procerum *confluit ad cantus nostros, qui* proceres *conservant mundum firmum, fratribus Imperatoribus, et regunt pacem æquitate, bella fortitudine.*

al. Heinsius conjecerat *sonora.*—16 *vestram* Vat. quint. unus Barthii.—17 *servans* Farnes.—18 *pacis* Ambr. tert. qui et *cadunt. tegunt* vel *cadunt* Ambr. sec. Oisel. Petav. tert. *regit* Exc. Lucens. Farnes. a m. sec. *gerunt* Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

15 *Domini*] Imperatoris. Domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit Augustus; sequentes Imperatores, etiam boni, receperunt.

Pythone] Rufino, qui ut alter Python omnia infestabat. Neque novum est hominem pessimum comparare serpenti. Cicero de Vatinio: 'Te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.'

16 *Sacra caterva*] Procerum, Senatus scilicet, qui canenti Claudiano favent.

17 *Qui stabilem servant, &c.*] Proceres Senatus conservant Orbem, veluti tutores Imperatorum Arcadii et Honorii, qui pupilli relicti fuerant a Theodosio patre.

Augustis fratribus] Arcadio et Honorio. Octavius Cæsar primus Augustus vocatus, ab eo ceteri omnes Imperatores Augusti sunt appellati.

III.

CL. CLAUDIANI IN RUFINUM. LIB. I.

ARGUMENTUM.

PROSPERITAS improborum Claudianum inducebat de Providentia divina dubitare, vetuit pœna Rufini. Hujus hæc origo Poëtice describitur. Alecto, convocatis sororibus, indignatur de Orbis tranquillitate. Furiæ assentiunt; Megæra promittit monstrum se dignum, Rufinum scilicet, hominem teterrimum. Ergo ipsa in senem conversa, hunc evocat ex Gallia, immittit in Palatium Theodosii. Hic exercet ambitionem, fraudes, avaritiam, luxum, crudelitatem, et omnia scelera. At monstrum invadit Stilicho, Marte fretus, et illud accitis licet barbaris munitum profligat. Megæra ejus sceleribus exultans, insultat Justitiæ; hæc vicissim Megæram irridet, prævidens monstrum mox esse mactandum, et inde sæculum aureum promittit.

In Rufinum] de Rufino Theodorit. Lib. IX. Tripert. Hist. Suidas in *Theodosius* et *Rufinus.* Gyr. *Rufinus Aradius, Comes Orientis* memoratur Ammiano

SÆPE mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, et incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosque mari fines, annisque meatus,
Et lucis noctisque vices: tunc omnia rebar
Consilio firmata Dei, qui lege moveri

Frequenter dubitatio tenuit animum meum ancipitem, an *Dii regerent mundum, an nullus gubernator foret, et res humanæ moverentur fortuna dubia. Etenim cum perpendissem ordinem mundi constituti, et terminos mari præfixos, et cursus* datos *annis, et vicissitudines diei atque noctis, tum cogitabam omnia* esse *constituta providentia divina, quæ voluerit astra volvi* certo *cursu; quæ* voluerit *messes prove-*

Lib. XXIII. initio. NB. In Excerptis vetustissimi Libri Lucensis hæc in margine notata sunt. *Hic cœpi conferre cum vetustissimo Codice amici cujusdam Lucensis. geminis punctis .. notata sunt, quæ illinc emendabo.* Apparet ergo duobus Codicibus usum, cum jam ante diversas lectiones adnotavit. Ceterum nos quoque, ubi duo puncta invenimus, ea expressimus. Idem monet, ubi tale signum + ascriptum fuerit, veterem lectionem abrasam aut interpolatam ab improbis correctoribus fuisse. Hæc Heinsius ad edit. Lugd. 1551.

1 *Sæpe mihi, &c.*] de providentia his similia disputantur apud Minuc. Felic. Octav. pag. 5. ed. Leid. vid. illic interpretes. Senec. Hippol. 960 et seqq. de iis, qui Deos non esse crediderunt apud veteres, vide Minut. Felic. l. c. Elmenhorst. in Arnob. pag. 29. 30. Lucian. p. 672. 673. 681. 687. 728. 729.—3 *an certo* Cujac. ad Isingr. *certissima* pro *mortalia* Exc. Voss.—4 *Jam* Vat. quint. *secula* Med. sec. a m. pr.—5 *Perscriptosque* ed. Vicet. et Var. Lect. e marg. Parm. *mari* Oxon. pr. Reg. Thuan. Tholos. Pal. Farn. Ambr. pr. tres Vat. duo Heins. Med. pr. Leid. pr. et Ald. *maris* Vat. pr. Farn. a m. sec. Oisel. Rott. a m. sec. Ed. Vicet. et Parm. *mari* vel *maris* Ambr. sec. *annisque* Thuan. a m. pr. *annoque* Vat. quint. *annique* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *amnisque* Med. tert. et vet. Gyr. *animique* Med. sec. a m. pr. Heinsius ascripserat locum ex IV. Cons. Honor. 'Ne pete præscriptos homini transcendere fines.'—6 *luci noctique* conj. Heins.—7 *Conscilio* Farn. Heinsius con-

NOTÆ

1 *Dubiam*] Pagani, bonos cum affligi videbant, de Deo divinaque providentia impie dubitabant. Lucanus: 'Cum cæco rapiantur singula casu, Mentimur regnare Jovem.'

3 *Fluerent*] Incerto atque dubio casu hinc atque inde ferrentur, aquæ fluentis instar, quæ has illasque ripas alluit. Manilius: 'Hinc et opes et regna fluunt.'

4 *Fœdera*] Illum rerum ordinem, quo partes omnes inter sese, velut quodam fœdere, vinciuntur.

6 *Vices*] Vicissitudinem, qua lux et nox sibi invicem succedunt. Minutius Felix: 'Quid tenebrarum et luminum dicam recursantes vices, ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio?'

7 *Lege*] Certo constitutoque cursu, qui lex dicitur; nam 'In cœlo nihil fortuitum, nihil temerarium provenit,

Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno jusserit igni
Compleri, Solemque suo: porrexerit undis
Littora: tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volvi
Aspicerem, lætosque diu florere nocentes,
Vexarique pios: rursus labefacta cadebat
Religio, causæque viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quæ currere semina motu
Affirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte, regi: quæ Numina sensu
Ambiguo vel nulla putat, vel nescia nostri.

nire variis temporibus; quæ voluerit *Lunam instabilem lucere alieno lumine, Solem suo: extenderit littora aquis, suspenderit terram* in *orbe medio. At cum humanas viderem involvi tanta obscuritate, et improbos longum fortunatos vig[e] et probos affligi; opinio de Diis iterum eversa ruebat, et invitus consectabar vesti[g] opinionis alterius, quæ ait principia moveri cursu inani, et formas rudes per vacu[um] amplum, gubernari casu, non sapientia:* opinionis, *quæ ancipiti ratione, vel exi[sti]mat nullos esse Deos, vel non solicitos* pro *nobis. Supplicium Rufini tandem li*

jecerat *formata*.—8 *diviso* Florent. Med. sec. *diviso* vel *diverso* Reg. Ox[on.] pr.—9 *Jusserat* Med. quart. et Exc. Lucens. *igne* Vat. sec. Farn. Med. qua[rt.] Exc. Lucens. ed. Parm. et Vicet. ceteri omnes *igni* exhibent.—10 *Comp[...]* pro *Compleri* Mazar. *porrexerat* et *libraverat* Med. quart. et Exc. Luce[ns.] *vibraverit* Tholos.—12 *Et* Florent. *At* Farn. Med. quart. Exc. Lucens. *E[t]* m. pr. *At* a m. sec. Med. sec.—13 *conspicerem* codex, quem vidit Dorvilli[us.] —16 *vano* Cujac. ad ed. Isingr. *qui* vet. ed. Parm. Put. pro Var. Lect. Isin[gr.] et Gryph. *quæ* Reg. Thuan. Mazar. Moret. Lov. Exc. Gevart. et Ald. Schedis Gud. erat, vacuo *qui* currere. Lego, *qui*. al. *quæ*. *semina currere* V[...] pr. Pat. Incert. Heins. ed. Vicet. Parm. Junt. Colin. *sæcula* Thuan. Heins[ius] ascripserat, *semina*, ἀτόμους. vid. Ouzel. in Minuc. pag. 26.—18 *censet* ma[rg.] Isingr.—19 *Ambigua* Vat. quint. marg. Isingr. *sensus Ambigui* vel *sensu Am[...]*

NOTÆ

sed universa illic divinis legibus, et stata ratione procedunt.' Macrobius.

9 *Variam Phœben*] Lunam toties cornua mutantem.

12 *Caligine*] Quæ non sinit rerum ordinem videri humanæ mentis acumine.

14 *Vexarique pios*] Rex etiam David sic videtur cum Deo expostulare, Psalmo LXXII. 'Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.' Quod sic vertit Buchananus: 'Fervebat ira pectus et æmulo Livoris æs[tu,] cum scelerum omnium Contami[na]tos sordibus impios Florere cun[ctis] conspicerem bonis,' &c.

17 *Per inane figuras*] Atomos, [...] tenuissimas particulas, quæ sec[ari] nequeunt, quarum turbulenta conc[ur]sione Mundus coalescit, et casu re[gi]tur, secundum Epicurum. Atom[os] autem dicitur ab ἀ *sine*, et τέμνω *se[co]* quia secari non potest.

19 *Nescia nostri*] Sic et Epicu[rus]

Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Absolvitque Deos. Jam non ad culmina rerum
Injustos crevisse queror. Tolluntur in altum
Ut lapsu graviore ruant. Vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
Invidiæ quondam stimulis incanduit atrox
Alecto, placidas late cum cerneret urbes;
Protinus infernas ad limina tetra sorores,
Concilium deforme vocat: glomerantur in unum
Innumeræ pestes Erebi, quascumque sinistro

ravit me ab *hac confusione* mentis, *et absolvit Deos. Nunc non conqueror improbos ascendisse ad dignitates mundi: illi evehuntur in altum, ut cadant ruina majore. Vos o Musæ, aperite Poëtæ*, ex *quo loco tanta pestis emerserit. Olim Alecto crudelis exarsit furore zelotypiæ, cum aspiceret undique urbes pacatas. Statim* illa *advocat cœtum turpem sororum Tartarearum in aulam nigram: furiæ innumerabiles congregantur simul; quas Nox* conjux *Erebi peperit partu infelici:*

****

guo Moret. *sensu Ambiguo* reliqui omnes. *probat* marg. Morin. *nostri* Ambr. Tholos. Reg. Mazar. Med. tert. Incert. Heins. Petav. duo, ed. Parm. et Vicet. *veri* duo Med. Heins. Pal. Pric. Vat. sec. Rott. Oisel. Leid. pr. *veri* vel *nostri* Vat. duo, Farn. Florent. Med. pr. Mazar. Put. Lov. duo Petav. Exc. Lucens.—22 *querar* Farn. Florent. Moret. pr. Med. duo et Exc. Lucens.—23 *majore* Exc. ex Pat. rec. ed. Parm. et Vicet. *lapsu* vel *casu* Rott. Heinsius ascripserat locum Minuc. Fel. cap. 37. *in hoc altius tolluntur, ut decidant altius.* marg. Morin. *plaudite.*—24 *quæ* pro *quo* Pat.—25 *Præcanduit* Pulman. Cod.—26 *Allecto* omnes fere Mss. *tales* pro *late* Farnes. Tholos.—27 *lumina* unus Heins. et Exc. Lucens. *culmina* Farn. *sæva* Isingr. marg. 28. *consilium* Tholos.—29 *Innumeræ pestes, Erebi* Mss. omnes.—30 *flexu* Var. LL. ed. Antv. *belli*

NOTÆ

credebat Deos non curare res humanas.

20 *Tumultum*] Supplicium Rufini *abstulit hunc tumultum*, id est, hanc pugnam dissidentium cogitationum, quibus modo putabam Deos esse, nunc non esse.

21 *Absolvitque Deos*] Quos ego meo judicio condemnassem, veluti humana non curantes, nisi Rufinum puniissent.

24 *Pierides*] Musæ sic dictæ, vel a Pieria regione Macedoniæ, vel a monte Pierio amœnissimo, quem illæ habitabant.

Lues] Pestis: nam homo improbus sævit instar morbi perniciosi.

Eruperit] Instar vomicæ, quæ ex corpore ægroto erumpit.

25 *Stimulis incanduit*] Ut furiosa bestia calcaribus accensa.

26 *Alecto*] Una ex furiis, sic dicta ab, ἀ, *sine*, et λήγω, *cesso*, quod sit sine quiete, quodque non cesset vexare homines.

Placidas] Nam placidis ac lætis successibus Alecto offenditur, gaudetque adversis.

29 *Erebi*] Erebus, obscurior inferorum locus, est conjux Noctis. Dig-

Nox genuit fœtu: nutrix Discordia belli,
Imperiosa Fames, leto vicina Senectus,
Impatiensque sui Morbus, Livorque secundis
Anxius, et scisso mœrens velamine Luctus,
Et Timor, et cæco præceps Audacia vultu,
Et Luxus populator opum, quem semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur Egestas,
Fœdaque Avaritiæ complexæ pectora matris
Insomnes longo veniunt examine Curæ.
Complentur vario ferrata sedilia cœtu,
Torvaque collectis stipatur Curia monstris.
Alecto stetit in mediis; vulgusque tacere

Discordia altrix belli, Fames dominatrix, Senectus propinqua morti, Morbus m sus in *se, Invidia inimica prosperitatis, et Luctus tristis vestibus laceratis, et Ti et Audacia temeraria, facie cæcata, et Luxus prædator divitiarum, quem Eg infausta perpetuo* ipsi *affixa sequitur pedibus supplicibus, et Curæ pervigiles plectentes sinum turpem Avaritiæ parentis* suæ, *conveniunt longa caterva. S ferreæ replentur caterva diversa, et aula densatur congregatis portentis crudel Alecto media stetit, et imperavit plebem silere, atque rejecit post dorsum serp*

vel *rixæ* Oxon. pr. *nutriit* Cujac. ad Isingr.—31 *lecto* Ambr. sec. Farne 32 *secundi* Farnes.—34 Heinsius conjecerat *Tumor*. *vultus* Farnes.—35 Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. vet. ed. Parm. *quoi* ed. Vicet. vel *quem* alter Moret. *quem* reliqui omnes, ut et Var. LL. ed. Antv. in] extat 'quem semper Egestas Infelix humili gressu comitatur euntem.' H sius ascripserat locum Ovid. Met. XII. in Fab. Cygni: 'Cedentique seq instat.' sic in optimo Cod. legitur. vulgo *Cedentemque.* dein alia manu n tum erat, *adhærere aliquem*. vid. Giphan. Ind. Lucret. *populator* vel *spol* Reg.—37 *viscera* Med. pr. Pal. unus Heins. *pectora* vel *viscera* Pric. Mc sec.—38 *veniunt longo certamine* Pric. *ex ordine* ad Isingr. Cujac.—39 *fe* vel *secreta* Vat. opt. *cubilia* Incert. Heins. a m. pr.—40 *totaque* Pat. Moret Leid. a m. sec. ed. Claver. marg. Isingr. *torvaque* reliqui omnes, Exc. Luc ed. Parm. et Vicet. *torvaque* vel *totaque* alter Leid. *tetraque* Cujac. ad Isi —41 *Allecto* omnes scripti fere. *medio* Pat. Pric. Moret. pr. ed. Vicet. *in medio* Farnes. *mediis* Tholos. Exc. Lucens. *medios* Vat. pr. *vultuque* C

NOTÆ

num patella operculum. Ex hoc conjugio natæ Furiæ, et pestes omnes, quæ genus humanum infestant.

32 *Impatiensque sui Morbus*] Qui tam morosos ac difficiles reddit ægrotantes, ut se vix pati possint.

33 *Anxius*] Nam 'Invidus alterius marcescit rebus opimis.'

Scisso velamine] Antiqui in luctu lacerabant vestes.

39 *Ferrata*] Inferorum habita ferrea sunt. Virgilius: 'Ferre Eumenidum thalami.' Id quod gitur, quia nihil non durum in inf

40 *Torva Curia*] Non quod torv Aula, sed quia continet monstra va atque crudelia.

41 *Vulgus*] Parvas pestes, et

Jussit, et obstantes in tergum repulit hydros,
Perque humeros errare dedit: tum corde sub imo
Inclusam rabidis patefecit vocibus iram:
Siccine tranquillo produci sæcula cursu,
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Quæ nova corrumpit nostros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania prosunt
Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?
Heu nimis ignavæ, quas Jupiter arcet Olympo,
Theudosius terris. En aurea nascitur ætas.
En proles antiqua redit. Concordia, Virtus,
Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur,

efficientes sibi, *ac permisit* iis *vagari per humeros: tunc ostendit verbis insanis furorem clausum sub alto pectore. An ita sinemus annos elabi motu placido? Ita* sinemus *populos vivere felices? quorsum indulgentia insueta depravat nostros animos? quorsum feritas naturalis desinit? quid flagella vana prosunt? cur frustra armamur tædis nigris? ah! nimium inertes* sumus, *quas Jupiter expellit* ex *cœlo, Theodosius* ex *terris. Ecce sæculum aureum oritur: ecce priscum genus revertitur. Concordia, Virtus, et Pietas cum Fide incedunt erecto capite, et cantant vic-*

ad Isingr.—42 *errantes* Var. LL. ed. Antv. a m. pr. *a pectore* Farn. *angues* Vat. quatuor, Pal. Farn. Pric. Rott. et Oisel. *hydros* Oxon. pr.—43 *jubet* Exc. Cod. Rhem. *tum* Moret. *tunc* ceteri omnes, et Exc. Lucens. *dum* ed. Claver.—44 *rabidis* tres Vat. duo Ambr. duo Med. Pric. Thuan. vet. ed. Parm. et Vicet. *rapidis* reliqui. *rabidis* vel *rapidis* Put. *faucibus* Cujac. ad Isingr.—45 *tempora* Ambr. pr. *fœdera* Thuan. *sæcula* vel *tempora* Oxon. pr. *luxu* Farn. *cursu* Rott.—47 *Quo* Bonon. Tholos. Vat. quart. Lov. duo Petav. Vat. Livin. et Leid. sec. a m. pr. item Exc. Gevart. ita edidit Gesn. *Quæ* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. *Quæ* vel *Quo* Oxon. pr. Put. Petav. pr. *corrupit* Ambr. pr. duo Med. Vat. sec. Pric. vet. ed. Parm. et Pulm. reliqui *corrumpit*. *corrumpit* vel *corripuit* Vat. quint. *dementia* pro *clementia* Bonon. et Tholos.—48 *Quid* Med. quart. et Exc. Lucens.—49 *stringimur* vel *cingimur* alter Moret. *accingimur* Thuan.—50 *minus* ed. Vicet. *ignaræ* Moret. alt. *ignave* Ald. *Jupiter arcet Olympo* Exc. Lucens. *cœlo quas J. arcet* Moret. pr.—51 *Theodosius* Mss. *Theudosius* Exc. Læti. Θευδόσιος Gyr.—52 *En* omnes Mss. *Et* Ald. Claver. marg. Isingr. *ætas* pro *proles* Exc. ed. Antv.—53 *vagantur*

NOTÆ

bem ipsa Alecto tanquam Imperatrix tacere jussit.

42 *Hydros*] Quos Furiæ habent pro crinibus. Furiis autem tribuuntur serpentes, ob consilia pestifera, quæ suggerere finguntur.

46 *Sic fortunatas*] Dolent Furiæ, cum populos vident felicem vitam agere.

49 *Verbera*] Credebantur Furiæ verberibus agitare homines conscelelatos. Id quod designat conscientiæ stimulos.

50 *Olympo*] Olympus est mons Thessaliæ altissimus, qui pro Cœlo sumitur.

51 *Theudosius*] Sub principatu Theodosii refloruit resp. Romana.

Insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
Pro dolor! ipsa mihi liquidas delapsa per auras
Justitia insultat, vitiisque a stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus ævo
Omnibus ejectæ regnis. Agnoscite tandem
Quid Furias deceat: consuetas sumite vires;
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Jam cupio Stygiis invadere nubibus astra,
Jam flatu violare diem, laxare profundo
Fræna mari, fluvios ruptis immittere ripis,
Et rerum vexare fidem. Sic fata cruentum

torium illustrem de catervis nostris. O tristitiam! Justitia ipsa descendens pe aërem serenum illudit mihi, et criminibus revulsis a radice, educit ex *ergastuli obscuris jura obruta. Sed nos degeneres cessabimus* tam *longo tempore, expulsæ imperiis cunctis? Discite tandem quid dignum sit Furiis? accipite robur solitum et statuite crimen conveniens tanto cœtui. Jam desidero occupare cœlum tenebri infernis, jam polluere lucem anhelitu, immittere habenas alto mari, emittere flumin littoribus abruptis, atque turbare ordinem mundi. Alecto ita locuta reboavit crude*

est in plurimis Mss. *vagatur* Claver.—54 *nostra de* duo Vat. *de nostra* Lov Reg. Bonon. Tholos. Incert. Heins. duo Oxon. duo Leid. Petav. duo, Med tert. et Exc. Gevart. *gente* Farn. et Moret. sec. *gerunt* vel *canunt* Lov. e Vat. Livin.—55 *Pro dolor* Put. Rott. Vat. duo. *Proh* Lov. Farn. Vat. duo ambo Moret. duo Oxon. item Leid. *Proh pudor* Med. pr. Pal. Incert. Heins *delapsa* Ambr. sec. reliqui fere omnes *dilapsa.*—56 *exultat* Pal. *vitiis,* sin copula, Farn. Petav. pr. *vitiis ab stirpe* Oxon. pr. *rescissis* Pat. Ambr. pr Vat. sec. *revulsis* marg. Morin.—57 *tenebroso a carcere* Med. sec. a m. pr. *carcere* Isingr. Gryph. et al. edd. *in carcere* Florent. Med. duo, Vat. pr. Pal Rott. unus Heins. Ald. ed. Parm. et Vicet. *tenebroso carcere* reliqui omne sine præpositione.—58 *Et* Moret. alter. *Ac nos* Leid. pr. *dedecores* Exc. Cod Rhem. *torquebimus* Florent. *torquebimur* vel *torpebimus* Moret. sec.—59 *ob jectæ* Mazar. *terris* vel *regnis* Lov. et Vat. Livin. *terris* Pulmanni cod. post *r regnis* signum interrogationis exhibet Gesner.—60 *Quid deceat Furias* Ambr sec. *fasces* vel *vires* Moret. sec. *suetas consumite* Var. LL. ed. Antv.—61 *tan dem* pro *tanto* Rott. *discernite* Med. pr. *discrimine* ed. Vicet.—62 *viribus* marg Morin.—63 *Deum* Vat. quint. a m. pr. *Deos* a m. sec. *lapsare* Florent.— 64 *raptis* Leid. sec. et Exc. Gevart. *rivis imm. ruptis* Vat. sec. Pric. *emitter* Petav. duo a m. sec. et Pat. *dimittere* Cujac. ad Isingr. *rivis* unus Heins.— 65 *vexare* Reg. Med. pr. Heins. Exc. Lucens. sec. *lapsare* Med. sec. Pric

NOTÆ

54 *Canunt triumphum*] Propter voces acclamantium. Ovidius: 'Miles io, magna voce, triumphe canet.'

62 *Stygiis*] Styx fons est veneno frigidissimo scatens in Arcadia: fluvius est Inferorum ἀπὸ τοῦ στυγεῖν *odisse, horrere,* quod sit fluvius odi atque horroris. Inde Stygius, id est Infernus.

65 *Vexare fidem*] Vexare, turbar

Mugiit, et totos serpentum erexit hiatus,
Noxiaque effudit concusso crine venena.
Anceps motus erat vulgi: pars maxima bellum
Indicit Superis: pars Ditis jura tuetur.
Dissensuque alitur rumor: ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc sævitque tumor, dubiumque per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.
 Improba mox surgit tristi de sede Megæra,
Quam penes insani fremitus animique profanus

liter, et extulit dracones omnes hiantes, atque excussa coma, sparsit virus pestiferum. Fremitus plebis erat dubius: pars maxima infert bellum Diis: pars conservat leges Plutonis, et murmur augetur dissensione sententiarum: *quemadmodum requies turbata maris profundi strepitat; cum, ventis positis, æstus remanet adhuc et furit, ac reliquiæ fatigatæ tempestatis abeuntis agitantur per fluctus ancipites. Statim Megæra scelerata exsurgit ex solio horrendo; in cujus* Megæræ *potestate*

laxare tres Vat. Rott. Oisel. *laxare* vel *vexare* Put. Moret. pr. Leid. pr. *laxare* vel *lacerare* Exc. Læti, *turbare* Ms. Vat. N°. 1660. *vexare* vel *turbare* Oxon. pr. *vetare* et emend. *turbare* Vat. Livin. unde Heinsius jam conjecerat *vexare*. *luxare* Barth. *lassare* al. *cruente* vel *cruentum* Lov.—66 *totos* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *tortos* Petav. sec. a m. sec. Leid. pr. Exc. Cod. Rhem. ita edidit Gesn. *totos* vel *tortos* Oxon. pr.—68 *anxia* Exc. Voss. —69 *tuetur* Put. Thuan. Ambr. sec. et pr. a m. sec. vet. Gyr. duo Med. duo Vat. Pal. Rott. Oisel. item unus Heins. *veretur* Vat. duo, Pric. Exc. Læti. *tuetur* vel *veretur* Lov. Vat. pr. Put. Med. sec. ambo Moret. Florent. Mazar. Petav. tert. et Exc. e Pat. rec. *tuentur* Med. quart. Exc. Lucens. Sched. Gud. ita Gesn. *verentur* Farn.—70 *Assensuque* Pric. *commurmurat* Med. quart. Exc. Lucens. sec. *seu* Moret. pr. ed. Delr. *ceu* Lov.—71 *implacata* Med. sec. duo Ambr. *flamine* Vat. opt. et Farn. *flamine* vel *flumine* Leid. pr. Oxon. pr. Pric. Lov. ceteri omnes *flumine*.—72 *timor* Med. quart. Leid. pr. a m. pr. ed. Vicet. *dubiumque per æstum* vel *dubiosque per æstus* Moret.—73 *laxa* vel *lassa* Med. sec. *fluit ad vestigia* Farn.—75 *gemitus* Vat. pr. *prophatus Terror* Ambr.

NOTÆ

ordinem, qui tanto consensu res omnes vincit atque colligat, ut fidem dedisse putes, se eo ordine esse remansuras.

66 *Mugiit*] Reboavit, clamavit, fremuit atrociter instar tauri furentis.

68 *Anceps motus erat vulgi*] Quia aliis alia placebant.

69 *Pars Ditis jura tuetur*] Quia sub ejus imperio vis Furiarum constat: Dis, autem dicitur Latine, et Pluton, Græce, ἀπὸ πλούτου; utrumque a divitiis; quibus, quia in terræ visceribus includuntur, præsidet Pluton.

70 *Dissensuque alitur rumor*] Sonus quidam tumultuosus nutritur et augetur varietate sententiarum.

72 *Tumor*] Reliquiæ tempestatis in immenso æquore habent adhuc aliquid sævitiæ murmurantis.

74 *Megæra*] Furia dicta, ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, *invidere*.

75 *Animique profanus error*] Insania

Error, et undantes spumis furialibus iræ.
Non nisi quæsitum cognata sede cruorem,
Illicitumve bibit, patrius quem fuderit ensis,
Quem dederint fratres. Hæc terruit Herculis ora,
Et defensores terrarum polluit arcus:
Hæc Athamantheæ direxit spicula dextræ:
Hæc Agamemnonios inter bacchata penates
Alternis lusit jugulis: hac auspice tædæ

sunt iræ vesanæ, et vecordia impia mentis, ac furores exundantes spumis rul *Illa non sorbet sanguinem, nisi prohibitum et manantem ex strage cognatoı* *quem* sanguinem *gladius paternus sparserit, quem fratres effuderint. Hæc* gæra *perterruit vultum Herculis, et infecit sagittas liberatrices orbis: hæc dir* *tela manus Athamantis: hæc furens in Regia Agamemnonis, lascivit* jugula

pr. *tumultus* vel *profanus* Florent.—76 *Terror* Oxon. sec. *spinis* Vat. se 77 *Nec* Vat. quart. ed. Gryph. *cede* Farn. et duo al. *cæde* edidit Gesn. L *Non si* Sched. Gud.—78 *Illicitumque* duo Vat. Rott. Pal. ed. Vicet. Pa Ald. Isingr. Gryph. Delr. al. *Illicitumve* Pat. Thuan. Put. Petav. tert. Ma Moret. Exc. Voss. *Illicitumque* vel *Illicitumve* Moret. sec. *patris* Vat. qu *fuderat* Florent. et Exc. Lucens.—79 *torruit* ed. Vicet.—80 *Et* Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *Hæc* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *defens* Leid. sec. alter Moret. a m. sec. et Exc. Gevart. *terruit* Vat. sec. Pric. F Farn. *polluit* vel *terruit* Vat. pr. *artus* Pal. duo, Ambr. duo, Med. Petav. d Exc. Gevart. Sched. Gud. ed. Vicet. Ald. Colin. marg. Morin. *arcus* vel *ar* Put. alter Moret. Med. quart.—81 *Athamantheos* Vat. quart. et quint. a pr. unde Heinsius conjiciebat *Athamantiados*. Leid. *Athamanteos*. Farn. *Ac manteæ*.—82 uno verbo *interbacchata* cod. Barth.—83 *Alternis lusit jug* Exc. Lucens. *Alternis jugulis lusit* Vat. quint. *Alterius* Leid. pr. a m. pr. ed. Vicet. *luxit* Petav. sec. cod. Farnes. *Thebæ* Med. pr. Vat. pr. Pal. Fa

NOTÆ

animi furentis, qui nihil sanctum habet, sed omnia spectat facitque ut profana.

77 *Cruorem illicitum bibit*] Non hostilem bibit cruorem, sed patrum, filiorum, fratrum, amicorum, sese invicem occidentium.

79 *Terruit Herculis ora*] Cum eum vertit in tantum furorem, ut se rogis ardentibus injecerit.

80 *Defensores terrarum arcus*] Nam Hercules purgavit orbem monstris.

Polluit] Parricidio, quod admisit in suos, occidendo uxorem et liberos.

81 *Athamantheæ*] Athamas, Rex Thebarum, Learchum filium interfecit.

82 *Bacchata*] Furens more Ba chantium.

Penates] Sunt Dii domestici: a cipiuntur pro domo.

83 *Lusit*] Eo adducens Ægisthu adulterum, et Clytæmnestram, conjugem Agamemnonem ex bel Trojano redeuntem occiderent: adducens Orestem, ut Agamemnon patris cædem ulturus, matrem Cl tæmnestram mactaret: et sic M gæra, horum scelerum causa, lusi jugulando alternos conjuges.

Auspice] Nefas olim erat contra here nuptias, nisi prius exploraretu Deorum voluntas: ideo prima luc

Œdipoden matri, natæ junxere Thyesten.
Quæ tunc horrisonis effatur talia dictis:
  Signa quidem, o sociæ, Divos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor: sed lædere mundum
Si libet, et populis commune intendere letum,
Est mihi prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride mobilius fœta, violentius Austris
Acribus, Euripi refluis incertius undis,

alterna guttura: hac duce faces copulaverunt Œdipoden matri ipsius, copulaverunt *Thyesten filiæ* ipsius: *quæ* Megæra *tum dixit hæc* verba *voce terribili: O Comites* Furiæ, *haud certe licet efferre vexilla contra Deos, neque puto* nos *posse: at si placet* vobis *vexare orbem, atque immittere mortem generalem hominibus, habeo monstrum crudelius serpentibus omnibus, celerius Tigride enixa, turbulentius Notis inquietis, inconstantius aquis reciprocantibus Euripi;* et monstrum illud

Thebæ vel *tædæ* Leid. pr. *tedæ* vel *dextræ* Mazar.—84 *Œdipoden* Ambr. sec. alter Moret. Lov. Incert. Heins. Exc. e Pat. rec. Ald. ceteri Mss. *Œdipodem* et *Thyestem* exhibent.—85 *nunc* Farn. Ambr. pr. *affatur* Farn. Leid. pr. *affatur* vel *effatur* alter Moret.—86 *Digna* Exc. ed. Antv. *bella* marg. Morin. *O sociæ* Med. tert. Exc. Lucens. et ed. Vicet. τὸ *O* deest in Vat. opt. Pal. Rott. Florent. tribus Med. et Vat. Livin.—87 *hæc fas* Farn.—88 *immittere* Pal. Med. pr. Exc. e Pat. rec. *vulnus* Thuan. ad vulgatam tuendam Heinsius ascripserat in marg. ed. Lugd. 1551. locum l. II. in Ruf. 371. 'intendere longos A tergo amplexus.' et Albinov. (ad Liv. 361.) 'Ecce necem intentam cœlo terræque fretoque.' sic 'intendere spicula' Noster alibi.—89 *natis* vel *notis* Pric. *immanior* Petav. sec. a m. pr.—90 *mobiliusque fera* Rott. *velocius* Isingr. *Euris* vel *ursa* Moret. pr.—91 *Acribus, Euripi refluis* Exc. Lucens. sec. *Acrius Harpyis* Vat.

NOTÆ

Auspices auguria captabant, seu aves observabant, ut rescire conarentur, an gratæ nuptiæ forent Diis. Auspex dicitur ab avium inspectione. Ast, *hac auspice*, id est, hac duce.

Tædæ] Hæ ex spina alba factæ præferri solebant in novis nuptiis. Hic sumuntur pro ipso conjugio.

84 *Œdipoden*] Laius Rex Thebanorum, cum ex oraculo didicisset se a filio occisum iri, eum pastori dedit perimendum: pastor, perforatis pueri plantis, ideoque tumentibus (unde Œdipi nomen, *οἰδέω*, *tumeo*, et *πούς*, *pes*), ex arbore suspendit: Phorbus pastor eum invenit, deditque uxori Polybii Corinthiorum Regis: crescit, adolescit; discit ex oraculo in Phocide se patrem inventurum, hic et reperit, et nato jurgio insciens occidit; matremque Jocastam insciens quoque ducit uxorem.

Thyesten] Qui Pelopeam filiam constupravit, et uxorem fratris sui Atrei.

87 *Fas*] Apud Furias nullum fas, seu jus: immo omnia contra fas et justitiam: sed hic *non fas*, id est, non licet.

90 *Mobilius*] Celerius ad rapinam et perniciem miserorum.

Austris] Auster flat a meridie, ventus floribus inimicus. Virgilius: 'Floribus austrum Perditus, et liquidis immisi fontibus apros.'

91 *Acribus*] Alii legunt, *acrius Har-*

Rufinus: quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio: parvus reptavit in isto
Sæpe sinu, tenero perque ardua colla volutus
Ubera quæsivit fletu, linguisque trisulcis
Mollia lambentes finxerunt ora cerastæ.
Meque etiam tradente dolos artemque nocendi
Edidicit: simulare fidem, sensusque minaces

est *Rufinus, quem* ego *prior recepi* in *sinu meo nascentem ex matre:* ille *infans reptavit frequenter in hoc gremio, atque vagitu molli repens per cervicem altam vestigavit mammas, et serpentes adulantes* ipsi *linguis trifidis formaverunt os tenellum. Et præterea didicit fraudes, modosque malefaciendi, docente me; didicit*

quart. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Acrius Hirpiis* Vicet. *Actrius* Farn. *refluis* Var. LL. ed. Antv. ed. Isingr. *fulvis* vet. Gyr. Pal. Farn. *fulvis* vel *flavis* Exc. Lucens. *flavisque* Med. quart. Leid. sec. Exc. Gevart. reliqui libri *flavis. incertior* Pal. Thuan.—92 *Quæ* Vicet. Parm.—93 *parvus reptavit* omnes scripti, Exc. Gevart. et Lucens. Ald. ed. Parm. et Vicet. *reptavit parvus* ed. Gesn. *raptavit* al.—94 *teneroque per ardua* omnes fere Codd. Mss. Heins. et Gesn. *tenero perque ardua* Vat. sec. Farnes. ed. Parm. Vicet. Delr. Gryph. Isingr. et Claver. qui *sinu tenero* conjungit. *volata* vel *volutus* Vat. quart.—95 *Oscula* Pric. Oisel. Thuan. Moret. pr. *Ubera* vel *Oscula* Leid. pr. Med. quart. et alter Moret. *flexu* Vat. quint. a m. pr.—96 *fixerunt* Reg. Petav. sec. Oxon. sec. Farn. ed. Vicet. Parm. Isingr. et Gryph. *finxerunt* vel *fixerunt* Oxon. pr. *ora* duo Vat. Pric. Rott. Oisel. Thuan. Med. sec. Petav. pr. *membra* Vat. quart. et quint. Farn. Pal. *membra* vel *ora* Vat. opt. Put. Florent. *ceraustæ* Farn.—97 *Meque etiam trad. d.* Vat. quatuor, tres Petav. Put. Mazar. duo, Med. duo, Heins. Lov. Moret. Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr. Oxon. sec. Leid. sec. Vat. Livin. Sched. Gud. ed. Vicet. Isingr. *me tradente dolos gestus artemque n.* Farn. Pric. Rott. Oisel. duo Med. Florent. Ambr. sec. Put. a m. sec. Pat. pro var. lect. Exc. Læti et Lucens. sec. Heinsius legebat *astusque artemque nocendi. artesque* Oxon. pr. Leid. pr. Reg. Bonon. duo Petav. duo Med. totidem Heins. et Ambr. Exc. Lucens. pr.—98 *Edidicit* duo Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Vat. sec. a m. sec. *Et didicit* al. ita Gesner. *Cum didicit* Vat. quart. a m. pr. *vultusque minaces* Moret. sec. *minantes* Rott. Med.

NOTÆ

pyiis, flavis, &c.

Euripi] Euripus est fretum inter Bœotiam et Eubœam, septies die, ac nocte, fluctibus invicem versis, tam rapide fluens, ut navigia ventis repugnantibus abripiat. Hinc dicitur *Euripus homo*, id est, inconstans.

92 *De matre cadentem*] Infans natus humi deponebatur, mox tollebatur manu patris, aut matris, quod signum erat legitimæ prolis. Sic Megæra ait Rufinum suam esse prolem legitimam.

95 *Ubera quæsivit*] Alii legunt, *oscula*, nec male.

96 *Finxerunt*] Ursorum instar, qui lambendo rumpunt pelliculas quæ catulos involvunt.

Cerastæ] Genus serpentum, qui sic dicti sunt a quadrigeminis cornibus quæ exerunt, κέρας, ατος, cornu.

Protegere, et blando fraudem prætexere risu,
Plenus sævitiæ, lucrique cupidine fervens.
Non Tartessiacis illum satiarit arenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum,
Ardebit majore siti: quam fallere mentes
Doctus, et unanimos odiis turbare sodales!
Talem progenies hominum si prisca tulisset,
Pirithoum fugeret Theseus; offensus Oresten
Desereret Pylades; odisset Castora Pollux.

fingere sinceritatem, ac tegere minas cogitatas, atque velare dolos facie serena: repletus crudelitate, et ardens cupiditate auri. Exundatio dives Tagi non satiaret illum arenis Tartessiacis: non aquæ aureæ Pactoli micantis: si *absorbeat Hermum integrum, uretur desiderio avidiore: quam peritus* est *decipere animos, et miscere odia* inter *amicos concordes! Si proles antiqua hominum produxisset similem, Theseus aversaretur Pirithoum; Pylades læsus derelinqueret Orestem; Pollux*

sec. *nocentes* Med. quart. et ed. Vicet.—99 *fraudes* Vat. pr. Rott. Florent. duo Med. *protexere* Med. quart. Petav. tert. duo Vat. Oisel.—100 *sævitia* Farn. Put. Mazar. Pat. *sævitie* Lov. Moret.—101 *Tarchesiacis* Var. LL. ed. Antv. *Carchesiacis* duo Med. et Moret. *Charchesiacis* duo Leid. *satiaret* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *satiarit* Rott. Lov. Mazar. Oisel. *satiarit* vel *satiaret* Put.—102 *vel* pro *non* Reg. *si* Ambr. pr. *vel* vel *non* Leid. pr.—103 *si exh.* Med. quart. *totum si haus.* Farn. Ambr. tert. *totum quoque si hauserit* Exc. Luc. sec. *Hermon* Med. tert.—104 *arcebit* Med. quart. *Arebit* in cod. ora Heins. *quam* ambo Moret. *nam* Vat. quint. a m. sec. Claver. et duo Barth. *quam* vel *qua* Exc. Læti. *qua* edd. Isingr. Colin. Gryph.—105 *unanimes* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *unanimos* legit Heinsius. sic alibi, *unanimi fratres.*—106 *hominem* Farn. Vat. quint. a m. sec. et Incert. Heins. *hominum* vel *hominem* Rottend. Moret. pr.—107 *fugit et* Var. LL. ed. Antv. *infensus* in cod. ora Heins. *Orestes* Pat.

NOTÆ

100 *Lucrique cupidine*] Rufinus revera fuit insigniter avarus.

101 *Non Tartessiacis*] Exundatio, seu imber copiosus, Tagi fluvii auriferi non illum satiaret omnibus arenis pretiosis, quæ fluunt non procul a Tartesso urbe Hispaniæ.

103 *Pactoli*] Hic est fluvius Lydiæ aurifer, sicut et *Hermus*, 'auro turbidus,' in Asia minore.

105 *Unanimos*] Qui ita vivunt, ut una tantum anima videantur esse in duobus corporibus.

106 *Progenies prisca*] Id est, antiqua sæcula.

107 *Pirithoum fugeret Theseus*] Hi fuere arctissimo conjuncti amicitiæ vinculo, adeo ut Pirithous secutus sit Theseum ad inferos, nec unquam avelli potuerit. Unde eorum disjunctio non tribuitur nisi pessimis ingeniis. Martialis: 'Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoi destituisset amor.'

Oresten desereret Pylades] Pylades Oresti fugienti, ob matrem Clytæmnestram interfectam, sese comitem perpetuum adjunxit: tantaque inter se amicitia conjuncti sunt, ut alter pro altero mori non recusaret.

108 *Castora Pollux*] Hi fratres amicissimi.

Ipsa quidem fateor vinci; rapidoque magistram
Prævenit ingenio: nec plus sermone morabor.
Solus habet, quicquid scelerum possedimus omnes.
Hunc ego, si vestræ res est accommoda turbæ,
Regalem ad summi producam Principis aulam.
Sit licet ille Numa gravior, sit denique Minos;
Cedet, et insidiis nostri flectetur alumni.
  Orantem sequitur clamor: cunctæque profanas
Porrexere manus, inventaque tristia laudant.
Illa, ubi cœruleo vestes connexuit angue,
Nodavitque adamante comas, Phlegethonta sonorum

abhorreret Castorem. Ego *ipsa confiteor* me *superari; et* ille *vincit* me *magistram indole rapaci. Neque detinebo vos amplius* hac *oratione. Ille solus complectitur ea omnia crimina, quæ omnes unquam habuimus. Si res est utilis cœtui vestro, ego introducam illum in palatium Imperatoris supremi.* Etiamsi Imperator *ille fuerit sapientior Numa,* etiamsi *tandem fuerit Minos* alter, *indulgebit, et vincetur dolis alumni nostri. Acclamatio secuta est loquentem* Megæram, *et omnes* pestes *extenderunt manus impias, et probant inventionem detestandam. Illa* Megæra, *postquam colligavit vestimenta serpente nigro, et nexuit crines adamante, petit Phlegethon-*

—109 *vinci fateor* Farn. Pric. Med. quart. Put. Exc. Lucens. *rabidoque* duo Vat. Petav. pr. Exc. ex Patav. rec. ed. Vicet. Isingr. *rabidoque* vel *rapidoque* Vat. quint. *rapidoque* reliqui Mss. et Sched. Gud. *magistrum* Rott. *Megæram* Pric. Leid. *magistram* vel *Megæram* Oxon. pr.—110 *neque* Mazar. *parabat* pro *morabor* Exc. Voss.—111 *quidquid scelerum* Ambr. sec. Med. quart. Exc. Lucens. *scelerum quidquid* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel.—112 *nostræ* Med. sec. Mazar. Pat. Vat. quart. Heinsius hic ascripserat, *accommoda turbæ.* sic Trebell. Poll. in Claud. p. 207. ' si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præturam.'—113 *summam* Var. LL. ed. Antv. *perducam* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Lov. Oisel. *producam* Med. duo Vat. pr. Rott. et sic legebat Heinsius, qui ascripserat locum Lib. I. in Eutrop. 155. atque adeo notabat Salmas. p. 358. male mutasse τὸ *producere.*—114 *ipse* Vat. pr. Med. quart. Exc. Lucens.—115 *ingeniis* vel *insidiis* Med. sec. *vestri* Pat.—116 *junctæque* Petav. sec.—118 *conexuit* Med. sec. *conixuit* Exc. Lucens. sec. *contexuit* Thuan.—119 *Nodatamque ad. comam* Vat. opt. *Flegetunta*

NOTÆ

109 *Rapido*] Ingenio rapaci, vel præcipiti atque audaci.

113 *Principis*] Theodosii magni.

114 *Numa*] Numa Pompilio secundo Romanorum Rege, cujus fuit magna gravitas, magna vitæ sanctitas.

Minos] Cretensium Rex, adeo justus, ut post obitum creditus sit unus esse ex judicibus Inferorum.

115 *Alumni*] Rufini.

116 *Clamor*] Qui signum est acclamationis et approbationis.

117 *Porrexere manus*] Olim porrigebant manus ad petendum silentium; ad testandam approbationem; ad offerendum auxilium, &c.

118 *Connexuit angue*] Implicavit vestes variis flexibus unius e suis serpentibus.

119 *Nodavitque adamante comas*] Crines rejecit in tergum, ne obstarent, et rejectos adamante colligavit,

Poscit, et ambusto flagrantis ab aggere ripæ
Ingentem piceo succendit gurgite pinum,
Pigraque veloces per Tartara concutit alas.
  Est locus, extremum pandit qua Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, ubi fertur Ulixes
Sanguine libato populum movisse silentem.
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus. Simulacra coloni
Pallida, defunctasque vident migrare figuras.
Hinc Dea prosiluit, Phœbique egressa serenos
Infecit radios, ululatuque æthera rupit

tem mugientem, et ex tumulo ardenti littoris fumantis accendit tædam magnam in *fluvio atro, ac movet pennas celeres per Inferos inertes. Terra jacet, qua* parte *Gallia porrigit littus ultimum;* terra *cincta undis Oceani: ubi Ulysses dicitur evocasse umbras latentes cruore gustato. Hic querela tristis animarum volitantum murmure levi exauditur: agricolæ vident spectra pallentia, et imagines defunctorum evolare. Inde Dea* Megæra *exiliit, et exiens polluit vultum clarum Solis, et com-*

sororum Var. LL. ed. Antv.—120 *Poscit* hic pro *petit* poni, notaverat Heinsius. *angusto* marg. Isingr. *fragrantis* Voss. *flagrantis vertice* alter Moret.—121 *piceum* Vat. pr. *succendat* vel *succendit* Petav. pr.—122 *Nigraque* duo Vat. Ambr. tert. *Nigraque* vel *Pigraque* Vat. quint. *concitat* Thuan. Farnes.—123 *pandit qua* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *qua pandit* Pat. Oxon. pr.—124 *ubi* Exc. Lucens. sec. *quo* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *qua* Ambr. pr. *Ulixes* omnes fere Mss. *Ulysses* Isingr. et Lucens. in vet. cod. *Ulyxes.*—125 *populos* Farn. *novisse* Oisel. Vicet. *silentum* Vat. quatuor, Pal. Pric. Farn. Oisel. Rott. *volantum* Exc. Læti, *silentem* Exc. Lucens. sec. atque ita correxerat Heinsius ascripto loco Lib. II. de Rapt. 237.—127 *auditu* Vat. quart. a m. sec. *auditus* Petav. tert.—128 *errare* Leid. sec. Exc. Gevart. *mugire* Med. sec. *mugire* vel *migrasse* Rott. *catervas* Vat. pr.—129 *Huc* Vat. duo, Voss. *Hic* Petav. tert. *Huc* vel *Hinc* Oxon. pr. Reg. Vat. quint. Petav. pr. *prosiliit* Put. Reg. Mazar. Med. pr. Oxon. pr. Leid. pr. ambo Moret. *pro-*

NOTÆ

hoc est fibula seu tænia, quæ ornata erat adamante.

Phlegethonta] Fluvium inferorum: a *φλεγέθω, ardeo*, quasi fluvius ille sit fluvius ignis.

121 *Pinum*] Tædam factam ex pinu.

122 *Pigraque veloces*] Poëtæ non raro contraria jungunt. Tartara autem, altissimus inferorum locus, dicuntur pigra, quia sunt plena umbris pigris, inertibus.

123 *Gallia*] Ex qua Rufinus oriundus.

124 *Ulixes*] Fabula apud veteres vulgata, Ulyssem excisa Troja in Oceanum Occidentalem advenisse.

125 *Sanguine libato*] Hausto, gustato, id quod necessarium erat ad evocationem umbrarum.

Populum silentem] Umbras inferorum.

127 *Simulacra pallida*] Umbras pallentes mortuorum.

128 *Migrare*] Alii, *mugire*, id est, *gemere*.

Terrifico. Sensit ferale Britannia murmur,
Et Senonum quatit arva fragor, revolutaque Tethys
Substitit, et Rhenus projecta torpuit urna.
Tunc in canitiem mutatis sponte colubris,
Longævum mentita senem, rugisque severas
Persulcata genas, et ficto languida passu,
Invadit muros Elusæ, notissima dudum
Tecta petens, oculisque diu liventibus hæsit,
Pejorem mirata virum. Tunc talia fatur:

movit aërem clamore terribili. Anglia audiit sonum funestum; et clamor concutit campos Senonum, atque mare regressum stetit, ac Rhenus stupuit urna abjecta. Tum Megæra *conversis ultro serpentibus in canos* crines, *fingens senem annosum, et* habens *frontem aratam rugis tristibus, et debilis gressu simulato, intrat mœnia Elusæ, adiens domum cognitam* sibi *jampridem, atque longum constitit oculis invidentibus admirans* Rufinum *hominem tetriorem,* quam putarat: *tum dicit hæc*

siluit tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel.—131 *Tartareo* Thuan. *sentit* Med. sec. Ambr. tert. *ferale* Exc. Læti et Lucens. *lethale* Pric. *fatale* ed. Parm. et Vicet. *ferale* vel *fatale* Exc. ex Pat. rec.—132 *Tethis* Var. LL. ed. Antv. *Thenis* vel *Thetis* Lov.—133 *Rheni* Med. tert. *Rhenus* vel *Rhemus* Florent. Put. Ambr. pr. *remis* Med. quart. *subjecta* Ambr. pr. Med. sec. Put. Rott. *unda* quatuor Vat. Pal. Rott. Oisel. *urna* Pric. a m. pr. Farn. vet. Gyr. Exc. Lucens. marg. Isingr. sec. *urna* vel *unda* Florent. Petav. pr. Ambr. pr. item Moret.—134 *sæpe* Vat. pr. Oisel. Thuan. Rott. Pric. a m. pr. *sponte* vel *sæpe* Florent. Ambr. pr. Vat. sec. *figuris* pro *Colubris* Thuan.—135 *Longævam* et *Longævum* Thuan. *serenas* Ambr. tert.—136 *Persulcata* Exc. Læti et Lucens. *Perfalcata* ed. Vicet. *Præsulcata* Vat. sec. Leid. pr. *persiccata* Exc. lib. Rhem. a m. sec. —137 *Invasit* Rott. *Elusæ* vet. Gyr. Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. Med. sec. Exc. Lucens. sec. Var. Lect. ed. Antv. *Elysæ* Exc. Læti. Ald. *Elisæ* Lov. ambo Moret. tres Vat. Pal. Rott. duo Med. Put. tres Petav. Reg. Pat. Thuan. Mazar. duo Oxon. item Leid. Heins. ed. Parm. Vicet. *Elisse* Farn. *Elisis* Exc. Lucens. pr. *Elises* Med. quart. *Eleusæ* Thuan. [*Elusa* urbs Galliæ in Agennia. Sulpit. Sever. Lib. II. *Elusonem* Paulinus appellare videtur Epist. VI. sub finem.] Hæc Heinsius ad ed. Antverp. Plant. 1596.—138 *petens* Exc. Læti, *petit* ed. Parm. et Vicet. *languentibus* Pat. *lucentibus* vel *liventibus* Reg. Oxon. pr.—139 *tum* Exc. Lucens. sec. Oxon. pr.—140 *Te sine fine*

NOTÆ

131 *Britannia*] Major scilicet, quæ opposita est Galliæ Aquitanicæ.

132 *Senonum*] Senones sunt populi Galliæ; at hic ponitur pars pro toto.

Revolutaque Tethys] Mare retroactum contra æstum. Tethys Tethyos, est mater Nympharum maris, et hic ponitur pro mari: at Thetis Thetidos, est Nympha maris, mater Achillis.

133 *Urna*] Fluviis urnæ tribuuntur, ex quibus aquas effundunt.

134 *Mutatis sponte colubris*] Quasi serpentes ultro sese mutaverint in crines, ut res facilius fieret.

135 *Severas*] Seniles: nam senex severus, difficilis, querulus.

136 *Ficto languida passu*] Fingens se obrepere debilitatis pedibus, instar senis.

137 *Elusæ*] Urbs olim florentissima, Claudiani temporibus, vulgo *Euse en Gascogne.*

Otia te, Rufine, juvant? frustraque juventæ
Consumis florem patriis inglorius arvis?
Heu nescis quid fata tibi, quid sidera donent,
Quid fortuna paret: toti dominabere mundo,
Si parere velis. Artus ne sperne seniles.
Namque mihi magicæ vires, ævique futuri
Præscius ardor inest: novi quo Thessala cantu
Eripiat lunare jubar, quid signa sagacis
Ægypti valeant, qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte Deis: nec me latuere fluentes

verba: O *Rufine*, an *requies tibi placet? Et perdis inutiliter sine gloria florem ætatis* in *agris patriæ* tuæ? *Ah! ignoras quid fata dent tibi, quid cœlum, quid fortuna præparet? Imperabis Orbi universo, si velis obedire. Ne contemnas corpus* debile *senis. Etenim artes Magicæ sunt mihi, et ignis* divinus *cognoscens res futuras. Cognovi quibus incantamentis Saga deducat Lunam micantem: quid prosint characteres Ægypti solertis: qua ratione natio Chaldæa dominetur Diis*

Exc. Voss. Heinsius corrigit *frustrane*.—141 *absumis* Incert. Heins. *patriis* Vat. duo et Exc. Læti. *patriisque* Florent. Rott. Vat. duo, Pat. *armis* Pal. Med. pr. et tert. a m. pr. Exc. Lucens. et ed. Vicet.—142 *donent* duo Oxon. duo Leid. et Vat. Livin. *dedent* Exc. Lucens. sec. *debent* vet. Gyr. Isingr. *donent* vel *debent* Vat. pr. *spondent* vel *donent* Moret. pr.—143 *toti dominabere mundo* tres Med. *toto donabere mundo* Leid. pr. Vat. pr. Rott. Oisel. Thuan. Florent. Petav. tert. Vat. Livin. Moret. pr. a m. sec. et Incert. Heins. *toti dominabere* vel *toto donabere* Reg. Put. Petav. pr. Oxon. pr. *toto dominabere* Vat. quart. duo Leid. *toti* vel *toto* Pat. Lov.—144 *nec* Petav. sec. et Pat.—146 *quo* vel *quid* Oxon. pr. *quod* vel *quo* Reg.—147 *Eripiat* vel *Excipiat* Florent.—149 *Imperet* duo Vat. Rott. Petav. pr. duo Ambr. Exc. Læti et Lucens. sec. Ald. *Imperat* Oxon. sec. duo Leid. duo Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. ita

NOTÆ

142 *Sidera*] Numina quæ cœlum habitant sideribus distinctum. Ceterum Poëta ea attulit omnia, ex quibus Philosophi judicant de rerum eventu. Stoici fatis, Academici astris, Epicurei fortunæ tribuunt rerum omnium causas.

144 *Si parere velis*] Alii legunt, *servire*, nec male: 'Servilia nempe omnia pro dominatione.' Tacitus.

146 *Præscius ardor*] Quædam particula mihi est ignis divini, quæ facit ut præsciam res futuras.

Thessala] Saga, a Thessalia, quæ fœcunda Magis, herbisque veneficis.

147 *Eripiat*] Detrahat, avellatque Lunam ex cœlo. Vetus est Antiquorum error credentium Lunam posse deduci incantamentis, atque avelli Cœlo; ideoque ut tanto malo occurrerent, adhibebant tinnitus sonosque æris.

Signa] Characteres Magici, aut notæ Hieroglyphicæ, quæ varia rerum indicia continebant.

Sagacis] Ægyptus sagax, seu docta appellatur, quia illa diu floruit velut mater omnium disciplinarum.

148 *Gens Chaldæa*] Magicis sacrificiis insignes olim Chaldæi.

149 *Imperet Deis*] Evocet Deos, qui veniunt, tanquam obediant evocantibus.

Arboribus succi, funestarumque potestas
Herbarum, quicquid letali germine pollens
Caucasus, et Scythicæ vernant in gramina rupes,
Quas legit Medea ferox, et callida Circe.
Sæpius horrendos Manes sacrisque citavi
Nocturnis Hecaten, et condita funera traxi
Carminibus victura meis; multosque canendo,
Quamvis Parcarum restarent fila, peremi.

evocatis. Neque ignoro liquores stillantes ex *arboribus, et vires perniciosas herbarum, quascumque Caucasus* alit *turgentes semine mortifero; et* quas *saxa Scythica fundunt herbas, quas Medea crudelis collegit, et Circe astuta.* Ego *frequentius evocavi Manes horribiles, et Hecaten* in *sacrificiis nocturnis, et reduxi figuras* mortuorum *sepultas, revictura incantamentis meis: atque interfeci plurimos cantando, etsi stamina Parcarum* nenda *superessent.* Ego *coëgi quercus erra-*

Pulman. ed. Vicet. et Parm. *neque* Mazar.—151 *germine* Ambr. tert. Exc. Lucens. *carmine* Med. sec. Vat. quint. marg. Isingr. reliqui omnes *gramine.* ita Gesner. *pollet* Pric. a m. pr. et Ald.—152 *Scythiæ* Pat. Farn. Pric. Thuan. Med. duo, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. *Sciticæ* Oxon. sec. *Sitiæ* Oxon. pr. a m. sec. *gramine* Ambr. duo et Tholos. Vicet. et Parm. *vernanti gramine* Bonon. *gramine* etiam habent omnes Vat. Pal. Farn. Rott. Pric. Oisel. *gramina* Exc. Lucens. sec. *carmina* et emend. *gramina* Florent. *rupes* vel *cautes* Vat. pr. Heinsius legit *vernant in carmina.* ita Gesner. *carmine* Isingr.—153 *Quasque legit* Florent. a m. sec.—154 *latices* pro *Manes* marg. Isingr. *vocavi* Bonon. a m. sec. *levavi* Exc. Lucens. sec. *litavi* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *litavi* vel *levavi* Pric. *litando* Vat. pr. pro varia lect. *litatis* Med. tert. *litatam* legit Heinsius, qui ascripserat locum Ovid. Met. XIV. 364. 'sacrisque ex more litatis.' sic *sanguine litare* Capitolin. p. 168. l. 27. alia vero manu, ut videtur, notatum erat, *sacrisque citavi* vet. cod. Claverii. vid. Val. Flacc. Lib. III. 520. loco corrupto, 'Furias Ditemque ciebo.' male *movebo* v. c. Carr. quod præcessit. *citavi* autem jam conjecerat Gronov. ad edit. Barth. *conditaque* Vat. quart. et quint.—158 *Et revagas* Med. quart.

NOTÆ

150 *Succi*] Funesti ac pestiferi liquores ex arboribus manantes.

152 *Caucasus*] Mons Asiæ versus Septemtrionem, Magicis herbis abundans: efficacissima porro ad veneficium gramina montium. Et duplex est Magia, una fit per carmina, altera per herbas: utramque sæpius Poëtæ conjungunt.

Scythicæ rupes] Rupes Scythiæ, regionis in Asia; sed et Scythia est Europæa.

153 *Medea*] Filia Æetæ Regis Colchorum; fœmina Magicis artibus, et liberorum cæde infamis.

Circe] Solis et Perses Nymphæ filia, et Æetæ Colchorum Regis soror, veneficiorum peritissima.

154 *Manes*] Deos Inferorum horribiles visu.

155 *Hecaten*] Tergeminam, quæ nocturnis sacrificiis evocabatur ex Inferis. Hecaten, Dianam, et Lunam eandem esse putant, tergeminamque faciunt ob tres varias Lunæ facies.

Condita funera] Condita funera et sepulta cadavera in lucem reducere; id quod per incantamenta fieri posse credebant. Sic funus ponitur pro cadavere, quod funere effertur.

157 *Quamvis Parcarum restarent fila*] Fila nenda scilicet; hoc est etsi Par-

Ire vagas quercus, et fulmen stare coëgi.
Versaque non prono curvavi flumina lapsu,
In fontes reditura suos. Neu vana locutum
Me fortasse putes, mutatos cerne penates.
Dixerat: et niveæ (mirum) cœpere columnæ
Ditari, subitoque trabes lucere metallo.
Illecebris capitur, nimiumque elatus avaro
Pascitur intuitu. Sic Rex ad prima tumebat
Mæonius, pulchro cum verteret omnia tactu.
Sed postquam riguisse dapes, fulvamque revinctos

undas currere, et fulmen consistere; ac retroëgi fluvios mutatos, cursu averso, reversuros in caput suum: et ne credas forsan me dixisse inania, vide domum mutatam. Senex sic *locutus fuerat; et columnæ candidæ,* rem *admirabilem! inceperunt locupletari, et laquearia fulgere auro repentino.* Rufinus *vincitur* his *lenociniis, et nimis inflatus alitur aspectu cupido. Ita* Midas *Rex Phrygiæ superbiebat ad* dona *prima, cum mutaret cuncta attactu pretioso; at postquam conspexit cibos in-*

flumen Florent. et Exc. Lucens. *fulmen* Exc. Lucens. sec. *fulmina* Livin. marg. Isingr. reliqui Mss. Ald. et ed. Vicet. *flumina* exhibent. *flamina* Isingr. Colin. *stamina* Ed. Elzevir. an. 1650. *flare* marg. Isingr.—159 *tersaque* ed. Claver. *parvo* alter Moret. a m. pr. *repressi fl. cursu* cod. Pulman. marg. Isingr. *curvanti* unus Barth. *curvari* Vat. pr. Farn. *cursu* Pat. et Vat. sec.—160 *Ad* Exc. Læti. *ne* Pat. Farn. Put. Reg. Oxon. pr. Ambr. pr. item Vat. Petav. sec. Exc. Lucens. sec. Voss. *non* Rott. *nec* Med. sec. *locutam* Pal. a m. sec. Med. duo, Petav. sec. a m. sec. et tert. unus Heins. Exc. Læti et ed. Vicet. *locutum* Thuan. pro var. lect. et Exc. Lucens. pr.—162 *Dixit ad hæc* Ambr. sec. *en* conjiciebat Heinsius. *lapidum* pro *mirum* Pat.—164 *nimium* sine copula Farn. *avorum* Var. LL. ed. Antv.—165 *aspectu* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *adprime* Pat. *tumebat* Exc. Læti et Lucens. *timebat* Pal. Petav. sec. *ruebat* ed. Vicet.—166 *tractu* pro *tactu* Oisel.—167 *riguere* Tholos. Ambr. pr. *ful-*

NOTÆ

cæ nondum consumsissent omnia vitæ fila, tamen homines occidi contra fati ordinem, tempusque vitæ præfixum.

159 *Non prono lapsu*] Cursu averso, contrario, qui non pronus seu declivis est, sed redeat versus fontem.

Curvavi] Frænavi, reflexi, retroëgi versus fontem.

162 *Dixerat*] Megæra in senem conversa, sic locuta erat.

Niveæ] Candidæ instar nivis.

163 *Metallo*] Auro, *κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam.*

164 *Illecebris capitur*] Delinitur, vinciturque his magnificentiæ illecebris.

Avaro pascitur intuitu] Pascitur aspectu rerum avaritiæ suæ placentium.

165 *Rex Mæonius*] Midas rex Phrygiæ dicitur *Mæonius* aut Lydius, quod ablutus sit Pactolo Lydiæ fluvio: Lydia quippe et Mæonia promiscue usurpantur.

166 *Pulchro tactu*] Tactu res pulchras efficiente, aureas scilicet.

167 *Riguisse dapes*] Nam Midas quicquid tangebat, vertebatur in au-

In glaciem vidit latices; tum munus acerbum
Sensit, et inviso votum damnavit in auro.
Ergo animi victus, Sequimur, quocumque vocabis,
Seu tu vir, seu Numen, ait: patriaque relicta
Eoas jussu Furiæ tendebat ad arces,
Instabilesque olim Symplegadas, et freta remis
Inclyta Thessalicis; celsa qua Bosporus urbe

duruisse, et vinum constrictum in gelu flavum; tunc animadvertit donum esse *molestum, et condemnavit desideria* sua *in auro odioso. Igitur* Rufinus, *mente superata, inquit, Imus quo jusseris, sive tu* es *homo, sive Deus. Et patria derelicta Rufinus imperio Furiæ properabat ad urbes Orientis, et Symplegadas quondam inconstantes, atque maria celebrata navigationibus Thessalicis: qua* parte *Bosphorus*

vamque revinctos Exc. Læti et Lucens. sec. *flavamque* Leid. pr. Farn. *fulvamque* vel *flavamque* Rott. *revictos* Med. quart. et Exc. Lucens. pr. *reductos* Farn. ed. Parm. et Vicet.—168 *tum* Bonon. Tholos. Lov. Ambr. Thuan. Leid. pr. duo Oxon. et Petav. item Incert. Heins. *tunc* Rott. Oisel. *vidit* Exc. Læti et Lucens. pr. *vertit* Pat. ed. Parm. et Vicet.—169 *invito* Bonon. Oisel. Med. tert. duo Petav. alter Moret. *invicto* Leid. pr. a m. pr. *inviso* vel *invito* Reg. Lov. duo Oxon. *inviso* vel *invicto* Vat. sec. *injusto* Ambr. pr.—170 *animum* Pric. *animum* vel *animi* Vat. quint. *victus* vel *tactus* Oxon. pr. *vocabis* Vat. opt. Farn. Pal. Rott. Oisel. Oxon. *vocaris* Med. duo, Thuan. et duo Vat. *vocatis* Vat. quart.—172 *jussu Furiæ* Mazar. Lov. Tholos. Leid. sec. alter Moret. Petav. pr. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *Furiæ jussu* Vat. sec. Rott. Pal. Oisel. *ductu* vel *monitu* Bonon.—173 *Instabilisque* Exc. Lucens. pr. Vat. pr. et tres al. *Instabiles*, absque copula, Reg. Leid. pr. Vat. pr. Rott. *diu* duo vet. *diu* vel *olim* Moret. pr. *Simplegades* Oxon. pr. *Symplegades* Rot. Pal. unus Heins. duo Vat. item Med. ambo Moret.—174 *Indita* Lov. Med. sec. Exc. Voss. *Indita* vel *Inclita* alter Moret. *qua celsa* Med. quart. *celsa qua* Vat. duo, Pal. Farn. Rott. Pric. *arce* Exc. ex Pat. rec. a m. sec. et ed. Vicet.

NOTÆ

rum: et sic ex Ovid. 'Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur Urit, et inviso meritus torquetur ab auro.'

170 *Animi victus*] Virtute scilicet, seu mente animi victus; ἀκρατὴς θυμοῦ, Arist. *Impotens animi*, qui resistere non potest.

172 *Eoas ad arces*] Orientis urbes, versus Auroram: ἠὼς, vel ἕως, *Aurora*: ἑῷος, *pertinens ad Orientem.*

173 *Instabilesque olim Symplegadas*] Cyaneos scopulos trans Bosphorum Thracium, instabiles dictos, quod inter se collidi viderentur: unde Symplegades vocantur, ἀπὸ τοῦ συμπλήττεσθαι, *collidi, concurrere.*

Freta remis inclyta Thessalicis] Maria celebrata navigationibus Minyarum seu Argonautarum, cujus expeditionis Dux Jason erat Thessalus.

174 *Bosporus*] Thracius, qui sic dicitur a bovis meabili transitu, seu quod bos hoc fretum transnare possit: βοῦς, *bos*, πόρος, *transitus*, πορεύομαι, *vado, eo*; unde et dici deberet potius, *Bosporus.*

Urbe] Byzantio, Constantinopoli, quæ sedes erat Imperii Orientis, non procul a Bosphoro Thracio.

Splendet, et Odrysiis Asiam disterminat oris.
Ut longum permensus iter, ductusque maligno
Stamine fatorum claram subrepsit in aulam,
Ilicet ambitio nasci, discedere rectum;
Venum cuncta dari. Profert arcana, clientes
Fallit, et ambitos a principe vendit honores.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, et exiguum stimulando vulnus acerbat.
Ac velut innumeros amnes accedere Nereus

refulget ob *urbem altam, et separat Asiam a finibus Thraciæ. Postquam* Rufinus *peragrata longa via, et conductus filo pessimo fatorum, insinuavit* se *in Regiam illustrem, statim ambitio oriri, æquitas recedere; omnia vendi* cœperunt. *Divulgat secreta, decipit clientes, et vendit dignitates petitas ab Imperatore: duplicat scelera; alit flammam cordis iracundi, et asperat plagam parvam excitando. Et quemadmodum Neptunus ignorat fluvios infinitos ad se venire, et licet hinc sorbeat*

urbe vel *arce* Oxon. pr. ceteri Mss. *urbe.*—175 *Otrisiis* Exc. Lib. Lucens. sec. *Odrysiis* ed. Vicet. *Otrysiis* vel *Othrysiis* ceteri. *Orthrysiis* Parm. Ald. al. *Othrisiis* multi codd. *discriminat* Vat. quatuor, Pal. Pric. Oisel. Rott. *disterminat* vel *discriminat* Moret. pr. et Farn. *horis* Var. Lect. ed. Antv. Farn. Oxon. Leid.—176 *Et* Vat. quart. *dimensus* Pric.—177 *subrepit* Incert. Heins. —179 *præfert* Bonon. *proferre* Exc. Lucens. quod probat Heinsius, unde et vs. seq. *fallere* et *vendere* eodem modo legebat. In Excerptis Barthianæ Claud. editionis, ad quam ex Schotti Codicibus quædam notaverat Gronovius, hæc leguntur: *ambitos a principe*] Juvenal. Sat. VIII. 128. Lamprid. in Sever. p. 230. 251. Cic. Philip. II. cap. 32. Tacit. XIV. Ann. 52. Dio de Cænide in Vespasiano. Hoc est vendere fumos Martial. IV. Ep. V. ubi male interpres. Cic. Lib. XIII. Ep. Fam. 36. et IV. in Verr. cap. 34. Liban. Orat. de Assessor. pag. 193. Cic. I. ad Q. Frat. c. 4. Cassiod. Ep. IX. 24. Lact. lib. V. c. 11. *auditos* marg. Isingr.—181 *commoti* vel *quo moti* Oxon. pr. *criminis* Florent. Vat. sec. Exc. Lucens. *ignes* Oxon. sec. Pal. Med. duo, Bonon. Petav. tert. duo Ambr.—182 *cumulando* Vat. pr. Pric. Oisel. Thuan. Petav. pr. a m. sec. *Stimulando* vel *cumulando* Put. et Vat. quart. *stimulando* vel *simulando* Oxon. pr. *pectus* Incert. Heins. hunc vers. ignorat Vicet. ed.—183 *Ac velut* Reg.

NOTÆ

175 *Odrysiis*] Thraciis, ab Odrysis populis Thraciæ.

176 *Ductusque maligno stamine fatorum*] Quasi fata mala eum filo deduxissent in aulam Theodosii: alludit ad filum Theseo datum ab Ariadne.

177 *Subrepsit*] Malis artibus.

179 *Venum cuncta dari*] Venumdari cuncta: id quod fit ambitione ingruente.

Profert arcana] Pecunia corruptus vulgat secreta sibi commissa, fallit clientes, &c.

181 *Ingeminat crimen*] Apud Principem delator improbus crimen exaggerat, duplicat suis mendaciis.

Ignem nutrit] Alit iracundiam Theodosii Principis ad iram propensi.

182 *Exiguum stimulando vulnus acerbat*] Exiguum vulnus, id est, parvum malum reddit acerbius, Principem malis stimulis excitando.

183 *Nereus nescit*] Deus maris, non sentit accedere tot fluvios.

Nescit, et undantem quamvis hinc hauriat Histrum,
Hinc bibat æstivum septeno gurgite Nilum,
Par semper similisque manet. Sic fluctibus auri
Expleri sitis ista nequit: cuicumque monile
Contextum gemmis, aut prædia culta fuissent,
Rufino populandus erat: dominoque parabat
Exitium fœcundus ager: metuenda colonis
Fertilitas. Laribus pellit, detrudit avitis
Finibus, aut aufert vivis, aut occupat hæres.
Congestæ cumulantur opes, orbisque ruinas

Danubium exundantem, *inde* per *æstatem potet Nilum*, cum *septem alveis*, *remanet usque idem*, *et æqualis: ita sitis illa* Rufini *non potest satiari undis aureis. Cuicunque torquis erat ornatus lapillis*, *aut agri uberes*, ille *spoliandus erat Rufino: et campus fertilis pariebat perniciem domino* suo: *fœcunditas* erat *timenda agricolis*. *Ejicit* eos *domo; deturbat fundis patriis; vel eripit viventibus iis*, *aut hæres invadit. Congregantur divitiæ immensæ*, *et domicilium unicum recipit furta terrarum:*

Put. Mazar. Med. quart. Oxon. sec. Leid. pr. *velud* Pat. et Moret. sec. *At veluti* ed. Vicet. ceteri omnes *veluti*.—185 *effusum* Vat. quint. qui tamen et vulgatam habet. *litore* Isingr.—186 *meat* Med. quart. Florent. Exc. Læti et Lucens. ed. Parm. *manet* vel *meat* Put. Ceteri Mss. et ed. Vicet. *manet*. in Med. quarto erat, *Par est persimilisque meat*.—187 *suis ista* Pric. vulgo *calor iste*. male. *calor ille* Gesner. *circumque* et emend. *cuicumque* Moret. sec. *circumque* Var. Lect. ed. Antv. a m. pr.—188 *Contextum* Exc. Læti. *Prætextum* Pric. *ac* duo Vat. Petav. pr. a m. pr. *prælia* Exc. Lucens. sec.—189 *ferebat* ed. Vicet. *parabat* Exc. Lucens. *parabat* vel *ferebat* Exc. Pat. rec.—191 *vellit* vet. ed. Parm. *amicis* Ambr. pr.—192 *unus* pro *vivis* Leid. pr. a m. pr. *virus* Farn.—193 *conjectæ* Voss. *ruinas* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *rapinas* Pat. Heinsius primo conjiciebat *ruinam*: sed tandem legit, ' orbisque rapinas Accipit una manus.' et ascripsit. *rapinas* est in Isingrini Codice. sic et locu-

NOTÆ

184 *Histrum*] Danubium, maximum Europæ fluvium, orientem ex vico Vittembergensi, et se exonerantem in Pontum Euxinum.

185 *Æstivum Nilum*] Fluvium Africæ celebratissimum. Oritur ex duobus parvis fontibus trans lacum *Dambea*: alluit et fœcundat Ægyptum, solutis montium nivibus exundans, mensibus Junio et Julio.

Septeno gurgite] Septenis ostiis in mare Mediterraneum se olim exonerabat, unde septemgeminus dicitur.

186 *Similisque manet*] Magnitudine et figura.

187 *Sitis*] Ardor sceleratus habendi, nullis undis aureis restingui potest.

Monile] Sordida prorsus avaritia, quæ vel mulierum ornamentis non parceret.

191 *Laribus*] Lares sunt Dii domestici: hic ponuntur pro domo.

192 *Occupat hæres*] Rufinus hæres in testamento scriptus vel vere vel falso, invadit bona. Porro miserum olim erat istud adulandi genus, quo moribundi, Principem virosque potentes partim hæredes scribebant, ut illi reliqua bona suis liberis conservarent.

Accipit una domus: populi servire coacti,
Plenaque privato succumbunt oppida regno.
  Quo, vesane, ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur solium Crœsi Cyrique tiara:
Nunquam dives eris, nunquam satiabere quæstu.
Semper inops, quicumque cupit. Contentus honesto
Fabricius parvo spernebat munera Regum,
Sudabatque gravi Consul Serranus aratro,

gentes coactæ sunt servire, et urbes ditissimæ cedunt imperio hominis *privati. Quo raperis, insane* Rufine? *Quamvis possideas geminum Oceanum,* licet *Lydia aperiat tibi fontes aureos, solium Crœsi et tiara Cyri conjungantur, nunquam eris locuples, nunquam satiaberis pecunia. Semper pauper* est, *quicumque desiderat. Fabricius contentus exiguis* opibus *et honestis, contemnebat dona Regum, et Serranus Consul laborabat* affixus *duro vomeri, et parva domus operiebat Curios*

tus est Lib. I. in Eutrop. 'nunc uberiore rapina Peccat in orbe manus.' *Prædam* vocat similiter Lamprid. in Commodo de Perenni p. 47. l. 35. sic II. in Rufin. 442. 'Illa manus, quæ sceptra sibi gestanda parabat.' et alibi, 'Quidquid amas, dabit illa manus.' Hæc Heinsius ad edit. Lugd. 1551.—194 *manus* Med. sec. Florent. *domus* vel *manus* Put. Rott. et pro varia lect. Florent. *sunt jure* pro *servire* Vat. quart. *pressi* vel *populi* Florent.—197 *licet India* Farn.—198 *jungatur* Put. Farn. Moret. pr. Exc. Lucens. *Et jungant Tyri Cræsique thyræ* Vicet. *Cyrrhi Cræssique* Parm. Med. sec. *Cræsi Cyrique* Florent. quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Moret. pr. Exc. Lucens. *Cyri Cræsique* reliqui Mss. *tiaræ* Vat. sec. Pal. Farn. Rott. duo Leid. Oxon. sec. reliqui omnes *tiara*. *tiara* vel *corona* Moret. pr. Heinsius corrigebat *tiaras*. ut IV. Cons. Honor. 215.—201 *regis* marg. Isingr. *regnum* Parm.—202 *Sar-*

NOTÆ

194 *Una domus*] Rufini, quæ erat velut spelunca latrocinii.

Populi servire coacti] Redacti in servitutem, et velut venditi a Rufino, qui præfecturas vendebat Provinciarum præsidibus. Hi ideo ita vexabant, et obruebant vectigalibus populos, ut velut servi gemerent oppressi.

195 *Plenaque*] Plenæ urbes divitiis cedunt Rufino dominanti.

196 *Utrumque Oceanum*] Opes utriusque Oceani Eoi et Occidentalis.

197 *Lydia*] Minoris Asiæ regio, in qua Pactolus aurifer fluit.

198 *Crœsi*] Qui Rex erat Lydiæ, et Regum ditissimus.

Tiara] Ornamentum capitis, Persicarum prius mulierum; sed quo postea usi sunt Reges Persarum, et Sacerdotes.

201 *Fabricius*] Civis Romanus fortissimus, frugalitate conspicuus, tenuissimo censu contentus vivebat, et Samnitum et Pyrrhi Epirotarum Regis dona repudiabat.

202 *Serranus*] Civis Romanus sic dictus a serendo: quidam putant eum esse Cincinnatum, qui ab aratro ad Consulatum, deinde ad Dictaturam vocatus est.

Et casa pugnaces Curios angusta tegebat.
Hæc mihi paupertas augustior: hæc mihi tecta
Culminibus majora tuis: tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos: mihi donat inemtas
Terra dapes: rapiunt Tyrios tibi vellera fucos,
Et picturatæ saturantur murice vestes:

generosos. Hæc pauperies, o Rufine, *affluentior* videtur *mihi: hæc domus* videtur *mihi magnificentior turribus tuis: luxus perniciosus consectatur tibi dapes inutiles: terra dat mihi liberaliter cibos: illic lana sorbet liquores Tyri, et vesti-*

ranus Put.—203 *pugnantes* Med. sec. Rott. *pugnaces* vel *pugnantes* Moret. sec. *tenebat* Farn. Pric. Thuan. Med. quart. Oxon. pr. Ald. Isingr. ed. Parm. et Vicet. *tegebat* vel *regebat* Med. sec. *tenebat* vel *tegebat* Put. reliqui Mss. *tegebat*.—204 *augustior* tres Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. *angustior* Vat. quart. Farn. *opulentior* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Isingr. Helmæst. Var. Lect. ed. Antv. ita Gesner. *augustior* vel *opulentior* Put. Petav. tert.—205 *si quærit* Ambr. pr. *hic quærit* Leid. pr. *ibi* vel *tibi* Put. *inanis* Exc. Lucens. sec. *quærat*, *rapiant*, et *saturentur* legebat Heinsius.—206 *tibi donat* Vat. pr. *hic donat* Put. et Leid. pr. *ineptas* Tholos. Heinsius ad oram primæ suæ edit. ascripserat. [*tibi quærit inanes*] Tota hæc digressio ex Virgilio depromta Lib. II. Georg. v. 458. et seqq.—207 *rapiant* Thuan. *tibi* Pric. Rott. Oisel. *ibi* Leid. pr. ita Gesner. *tibi* vel *ibi* Put. Oxon. sec. *sucos* Vat. quatuor, Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Lucens. *fucos* Florent. Pat. Tholos. Petav. pr. *fucos* a m. pr. et emend. *succos* Lov. *fucos* vel *succos* duo Oxon. Heinsius ascripserat locum Corippi lib. II. 'Curaque puniceis induxit regia vinclis, Parthica Campano luerant quæ tergora fuco.' et Mattii in Mimiambis apud Gell. Noct. Att. lib. XX. c. 9. 'Jam tonsiles tapetes ebrii fuco.'—208 *Hinc* Vat. sec. Florent. Oisel. Med. sec. ed. Parm. *satiantur* Med. pr. Mazar. Pal. Pric. *saturentur* Thuan. *fucantur* Exc. Lucens. sec. *signantur* marg. Isingr.

NOTÆ

203 *Curios*] Curius Dentatus, vir etiam notæ frugalitatis fortitudinisque, Samnitum aurum contemsit, dicens eum qui rapis vesci posset (nam rapas in foco torrebat) auro non indigere: Romanosque malle imperare aurum habentibus, quam aurum habere.

204 *Opulentior*] Alii legunt, *augustior;* sanctior, venerabilior, splendidior, felicior. Auctor Panegyrici ad Pisonem: 'Ipsaque possesso meus est opulentior auro.'

205 *Culminibus*] Turribus, domibus excelsis atque magnificis.

Quærit] Magno labore consectatur.

206 *Luxuries nocitura*] Ex luxu quippe, et epularum varietate morbi creantur: 'Ipsæ voluptates in tormenta vertuntur.' Seneca.

207 *Rapiunt Tyrios tibi vellera fucos*] Lana tingitur purpura Tyria, seu qualis est Tyri incolarum. Fucus est id quo lana mutatur, atque fucatur. Tyrus est urbs Phœniciæ, nota purpura.

208 *Picturatæ*] Variis picturis distinctæ; acu pictæ.

Murice] Murex est genus piscis, quo utebantur ad tingendam purpuram, sicque ponitur pro purpura. Alii dixerunt Muricem esse Florem ad eosdem usus aptissimum, et inventum a cane Herculis.

Hic radiant flores, et prati viva voluptas
Ingenio variata suo: fulgentibus illic
Surgunt strata toris, hic mollis panditur herba,
Solicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latas ibi perstrepit ædes:
Hic avium cantus, labentis murmura rivi.
Vivitur exiguo melius: natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti:
Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu:
Classica non fremerent: non stridula fraxinus iret:
Non ventus quateret puppes, non machina muros.

menta picta tinguntur purpura: hic flores micant, atque deliciæ naturales pratorum, distinctæ suapte natura: illic cubilia attolluntur lectis nitentibus; hic gramina tenera premuntur, non turbatura somnum anxium solicitudinibus; illic caterva clientum personat domum spatiosam: hic concentus volucrum, susurri fluvii fluentis me delectant. *Vivitur* ex *parvis* bonis *placidius: natura concessit cunctis esse felicibus, si aliquis sciat* bene *uti* bonis. *Hæc si essent cognita, contenti essemus victu tenui; tubæ non clangerent, sagittæ sonantes non vibrarentur, venti non everterent naves, non tormenta* bellica everterent *urbes. Avaritia improba auge-*

vitiantur Exc. Voss.—209 *Hinc* Med. sec. Florent. Moret. pr. *Hic* vel *Hinc* Exc. Læti. *hic prati* Vat. pr. *hinc prati* Vat. sec. et Rott. Heinsius ascripserat: vid. Catalecta Pithœi, pag. 34. 35. Senec. Hippol. 483. et seqq. et in Herc. Œt. 643. &c.—210 *surgentibus* Thuan. *illinc* Med. sec.—211 *structa* ed. Parm. et Vicet. *strata* vel *structa* Exc. Pat. rec. *hinc* Rott.—212 *abraptura* Leid. pr. *abreptura* Rott. *obrutura* Farn. unde *obruitura* conjiciebat Heinsius. —213 *lætus* Vat. sec. *ibi* Leid. pr. Exc. Læti. *ibi* vel *tibi* Reg. Put. reliqui omnes *tibi.* ut et ed. Vicet.—214 *Hinc* Rott. Med. sec. *Hic* Vat. pr. *lambentis* Farn. m. pr. Med. tert. item Ambr. tert.—215 *exiguis* Oxon. pr. *beatos* Floret. Rott. Petav. tert. Leid. sec. Exc. Læti et Gevart. *beatos* vel *beatis* Med. sec. Oxon. sec.—217 *foret* Vat. quatuor, *fruerentur* Farn. *cultu* Vat. pr. *victu* Oxon. pr.—218 *gemerent* Vat. Livin. marg. Isingr. *gemerent* vel *fremerent* Vat. pr. et sec. *nec* Med. quart. Incert. Heins. Exc. Lucens. *stridola* Farn. —219 *Nec—nec* Oxon, pr. Med. quart. unus Heins. Exc. Lucens. *ventis* Med. sec. *puppis* Oisel. *trabes* Med. quart.—220 *sceleratus amor* Pat. *fames* conjicie-

NOTÆ

209 *Viva voluptas*] Vivum dicitur quicquid est nativum, nec fuco inquinatur.

210 *Ingenio suo*] Naturali venustate, suapte natura.

212 *Solicitum*] Somnum habere vacuum curis et solicitudinibus, magnæ est felicitatis.

218 *Fraxinus*] Tela facta ex fraxino.

119 *Non ventus quateret puppes*] Navigando, id quod fit avaritia impellente, quæ avaritia reposita est inter pestes humanæ felicitatis inimicas.

Non machina muros] Non essent bella hominum quietem turbantia.

Crescebat scelerata sitis, prædæque recentis
Incestus flagrabat amor, nullusque petendi
Cogendive pudor: crebris perjuria nectit
Blanditiis: sociat perituro fœdere dextras.
Si semel e tantis poscenti quisque negasset,
Effera prætumido quatiebat corda furore.
Quæ sic Gætuli jaculo percussa leæna
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,
Aut serpens calcata furit? jurata Deorum

batur in Rufino, *et cupiditas impia novæ pecuniæ ardebat; nulla* erat *moderatio poscendi et exigendi* aurum, *implicat perjuria multis lenociniis: conjungit manum jurejurando futili. Si aliquando aliquis denegasset petenti* quiddam *ex tot* rebus, *accendebat pectus crudele rabie turgida. Quæ leæna icta telo* venatoris *Gætuli*, *vel fera Hyrcana persequens Parthum prædatorem, vel serpens attrita, ita sævit?*

bat Heinsius.—221 *Incertus* Vat. pr. a m. pr. *incastus* Parm.—222 *cogendique* Exc. Lucens. *nectit* omnes Mss. fere exhibent, uti et Ald. ed. Parm. et Vicet. Cujac. ad Isingr. Var. Lect. ed. Antv. *nutrit* Pat. Med. quart. Exc. Lucens. *nutrit* vel *nectit* alter Moret. *miscet* vulg.—223 *periturus* Vat. pr. a m. sec. *perituras* vel *perituro* Reg. Oxon. pr. *perjuro* Med. quart.—224 *ex* Mazar. Flor. Rott. Oisel. Vat. sec. Med. sec. Petav. tert. *negavit* Pat. a m. pr. *negaret* Vat. duo. Pric. Tholos. Petav. pr. *negabat* vel *negasset* Oxon. pr. *præ tumido* Tholos. Put. et duo Petav. *præ nimio* Pric. *prætimido* Reg. *quaciabat* Leid. pr. *membra* Exc. Wolf. *veneno* pro *furore* Farn.—226 *Non sic* Vat. pr. Bonon. a m. sec. *Getulis* Rott. a m. pr. *Getuli* Vicet. *Gætula* incert. Heins. Cod. Med. *Gætulum* Putean. *Gætuli* vel *Gatulum* Florent. *gentili* Bonon. Heinsius legebat *Gætulo*.—227 *Aut quæ Hyrc.* Rott. Vat. duo. *Parthum* vet. Gyr. Put. Leid. pr. a m. pr. Exc. Cod. Rhem. et Lucens. sec. ita Gesner. *Partum* Med. sec. *partus* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *partus* vel *Parthum* Vat. pr. *Partum* vel *partus* Lov. *Parthum* vel *partu* Florent.—228 *calcata* Pal. Med. pr. unus Heins. a m. pr.—229 *premitur* Vat. pr. Pric.

NOTÆ

220 *Sitis*] Impia et abhorrens a communi vita cupiditas pecuniæ habendæ.

221 *Incestus*] Sacrilegus, profanus, impius amor, qui impellat ad sacrilegia, ad templa expilanda, ad violandas res omnes sacratissimas.

222 *Cogendi*] Exigendi a populis.

Perjuria nectit blanditiis] Promittit, quæ non facturus esset, sicque pejerat, sed miscet blanditias, ut facilius decipiat.

223 *Sociat dextras*] Dat fidem, promittit, sed jurejurando futili, inutili futuro: manus olim jungebant in fide danda, seu promittendo.

226 *Gætuli*] Gætulia regio est Africæ, sævis leonibus insignis. Alii legunt, *Gentili jaculo*, id est, jaculo populari, seu popularium venatorum, ejusdem regionis.

Leæna] Sæviores leænæ, quam leones esse creduntur.

227 *Hyrcana bellua*] Tigris est. Martialis: 'Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo.'

Raptorem] Eum qui rapuit catulos.

228 *Jurata*] Rufinus jurat per

Majestas teritur: nusquam reverentia mensæ,
Non conjux, non ipse simul, non pignora cæsa
Sufficiunt odiis: non extinxisse propinquos,
Non notos egisse sat est, exscindere cives
Funditus, et nomen gentis delere laborat.
Nec celeri mittit leto: crudelibus ante
Suppliciis fruitur: cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat. Pro sævior ense
Parcendi rabies, concessaque vita dolori!
Mors adeone parum est? causis fallacibus instat:

Majestas Deorum juramento decepta *violatur: veneratio mensæ nunquam* redditur: *haud uxor, haud* maritus *ipse una, haud liberi interfecti satisfaciunt furori: haud sufficit occidisse cognatos, haud expulisse amicos: tentat destruere penitus cives, et abolere nomen nationis. Neque* Rufinus *occidit* eos *morte promta: delectatur prius cruciatibus immanibus: differens gladium, præparat tormenta, catenas, carcerem. O furor ignoscendi crudelior ferro, et vita data pœnis* ferendis! *an mors tantilla res est? urget* innocentes *sceleribus falsis; reprehendit territos,*

trahitur Exc. Lucens. *nusquam* Reg. Thuan. Med. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. *numquam* Vat. sec. Leid. sec. Farn. Pat. Rott. Oisel. *numquam* vel *nusquam* Put. *postquam* et emend. *nusquam* Petav. pr.—230 *ipsa* vet. cod. *cæsi* Vat. pr. et Exc. Lucens. *cæsa* vel *læsa* Oxon. pr. Heinsius suspicabatur hic versum deesse, quia τὸ *ipse* arguit de aliquo actu.—231 *extendisse* Vat. quart. Petav. pr. a m. pr. *exstinxisse* vel *extendisse* Oxon. pr. Heinsius conjiciebat *excidisse*.—232 *natos* Med. quart. Ambr. tert. *notis* Isingr. Marcilius in ora libri. *exstinguere cives* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. et ed. Parm. *exscindere* Vat. opt. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Isingr. Debrii cod.—233 *numen* Exc. Voss.—234 *Non* Med. sec. Vat. sec. Oisel. Farn. *perimit* duo Vat. Rott. Florent. Med. sec. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Isingr. *mittit celeri* Exc. Lucens. pr. *mittit* vel *perimit* Put. et Vat. pr. reliqui scripti *mittit*. Heinsius ascripserat locum Ovid. Met. III. 695. 'Stygiæ demittite morti.' *pereunt* Farn.—235 *cruciatum* Vat. pr.—236 *pro* Put. Petav. pr. *proh* duo Vat. *scævior* ed. Parm. *ipsa* pro *ense* Ambr. tert.—237 *portenti* marg. Isingr.—238 *parum est* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *est* ignorat

NOTÆ

Deorum majestatem, moxque eam contemnit ac violat.

229 *Nusquam reverentia mensæ*] Rufinus non retinetur veneratione mensæ debita, quin allectos etiam jurato numine in mensam homines, cum liberis, et uxoribus occidat, eos ut spoliet bonis; quod immane est, nam post templa arasque, magnus mensæ cultus deferebatur.

230 *Pignora*] Filii, qui sunt pignora fidei conjugalis.

232 *Notos egisse*] Ejecisse in exilium notos, amicos scilicet et clientes.

235 *Tenebras*] Carcerem obscurum ac tenebricosum. Supra v. 57. 'Oppressas tenebroso carcere leges.'

236 *Dilato mucrone*] Differens supremum supplicium, quod gladii mucrone seu cuspide jubet peragi.

237 *Parcendi rabies*] Dum vitæ parcit ad tempus, crudelior est ac furiosior, quam si vitam adimeret.

238 *Mors adeone parum est*] An

Arguit attonitos se judice, cetera segnis,
Ad facinus velox; penitus regione remotas
Impiger ire vias: non illum Sirius ardens,
Brumave Riphæo stridens Aquilone retardat:
Effera torquebant avidæ præcordia curæ,
Effugeret ne quis gladios, neu perderet ullum
Augusto miserante nefas: non flectitur annis;

se quæsitore, lentus quoad *alia, promtus ad crimen; diligens est adire regiones distantes longe* ab hoc *tractu. Sirius calidissimus, aut frigus sibilans* ob *Boream Thracium, haud retinet illum. Solicitudines cupidæ vexabant cor* Rufini *barbarum, ne aliquis evitaret enses; neve amitteret aliquod scelus, commiseratione Imperatoris.*

Pulman. cod. *fallentibus* Pric.—239 *attonito* Vat. pr.—240 *remota* Rott. Med. sec. *penitus a regione* Med. quart. unde Heinsius conjiciebat *penita.*—242 *stringens* Vat. quart. Leid. et Pulm. Cod. *stringens* vel *stridens* Petav. pr. Oxon. pr. *Brumaque* Med. pr. Moret. pr. unus Heins. *Riphæo* Reg. Put. Mazar. Thuan. tres Petav. et ed. Parm. *Rhipæo* Gesner. et Bipont. *Typhæo* margg. Marcil. et Isingr. Heinsius legit *retardet.*—243 *nudæ* Exc. Pat. rec. et Lucens.—244 *neu* Vat. pr. Pal. Farn. Med. sec. Bonon. Put. Ambr. sec. Petav. tert. Oxon. sec. et unus Heins. *ne* tres Vat. Pric. Rott. Oisel. Leid. *proderet* Livin. *perderet* alter Moret.—245 *miserande* Leid. pr. *nec* duo Vat. Farn.

NOTÆ

mors Rufino videtur esse tam leve supplicium?

Causis fallacibus] Per delatores, qui scelera commentitia objiciant, persequitur innocentes, ut videri possint jure spoliari.

239 *Attonitos se judice*] Arguit innocentes, qui cum sciant sibi periculum creari, Rufino judice, attonitis percelluntur animis.

240 *Ad facinus velox*] Promtus ad scelus patrandum. Proverb. VI. 'Odit Dominus pedes veloces ad currendum in malum.'

Penitus] Quidam alii legunt, *penita regione*, id est, longinqua. Plautus: 'Ex Arabia penitissima.'

241 *Sirius*] Stella in ore Caniculæ, quæ æstum duplicare olim credita est.

242 *Bruma*] Est dies anni brevissimus: hic ponitur pro frigore.

Riphæo] Thracio, nam Riphæi montes sunt in Thracia, et in iis domum Aquilonis reponunt Poëtæ. Alii legunt Rhipæo, ἀπὸ τῆς ῥιπῆς, *a vi flatuum.*

Aquilone] Ventus qui flat a Septemtrione.

Retardat] Nec æstas, nec hyems, nec venti impediunt avarum Rufinum, quominus vel media hyeme properet, quocumque lucrum vocat.

243 *Avidæ curæ*] Cupiditas pecuniæ: et sanguinis ac cædis, quo facilius pecunia raperetur.

244 *Neu perderet ullum*] Scelus; quasi scelera et cædes in lucro ponerentur a Rufino.

245 *Augusto miserante*] Theodosio Imperatore; nam post Cæsarem Octavium Augustum, ceteri Imperatores Augusti dicti sunt.

Non ætate labat: juvenum rorantia colla
Ante patrum vultus stricta cecidere securi.
Ibat grandævus, nato moriente superstes,
Post trabeas exul. Quis prodere tanta relatu
Funera, quis cædes possit deflere nefandas?
Quid tale immanes unquam gessisse feruntur
Vel Sinis Isthmiaca pinu, vel rupe profunda
Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?

Non tangitur annis florentibus, *non movetur senectute. Cervices stillantes adolescentum abscissæ sunt bipenni districta, coram oculis parentum. Senex remanens, filio occiso, progrediebatur* in *exilium post consulatum* suum. *Ecquis valeat narrare mortes tam miserabiles dictu? Ecquis* valeat *lugere strages impias?* An tortores *crudeles dicuntur aliquando fecisse aliquid simile, aut Sinis* cum *arbore* in *Isthmo Corinthio, aut Sciron* ex *saxo alto, aut Phalaris* cum *bove, aut Sylla*

Petav. pr.—247 *vultum* Vat. pr.—250 *possit* Reg. Put. Thuan. Mazar. tres Petav. duo Med. Florent. duo Oxon. duo Leid. incert. Heins. Bonon. Pat. tres Ambr. Lov. Tholos. Exc. Lucens. sec. et Ald. *posset* Med. pr. Pal. vet. ed. Parm. *numerare* alter Moret.—252 *Sinis Isthmiaca* recte ed. Vicet. *Sinon Thinica* Reg. duo Petav. incert. Heins. *Sinon Thimica* Tholos. Med. tert. duo Oxon. duo Leid. Exc. Wolf. *Cynon thinica* Rott. *Synon timica* Vat. quart. Petav. pr. *Cyclops thynica* Florent. Med. pr. et sec. a m. pr. *Cyclops Thimica* vel *Irunca pinu* Leid. pr. *Ciclops thimica* Pal. *Cyclops Sicula* Thuan. *Cyclops hamata* marg. Isingr. *cimix Thimica* Farn. *Si non timea* Pat. *Si non tunica* Vat. quint. *Si non Timica* alter Moret. *Cyclops tunica* unus Heins. *Schiron timica* Med. quart. *Sinis trunca* Exc. Lucens. sec. signo + apposito, quo erasam esse veterem lectionem notatur. *Cenis thimica* Vat. sec. *Scynis Hismiaca* Moret pr. *Sinon timica* vel *hamata* Pric. *Sinon Timica* vel *Cinis* vel *Synon* Lov. *cinostinica* vel *cinis istmiaca* Put. *Scinis* ed. Parm. Isingr. Pulm. al. *Cinis Ismiaca* Mazar. *Cinis* Vat. pr. *Sinis* Vet. Gyr. *Scinis* duo Ambr. *Senis* Bonon. *profanda* Leid. *profana* Ambr. pr.—253 *Chiron* Reg. Put. Thuan.

NOTÆ

246 *Non ætate labat*] Non dubitat ob ætatem senilem, an parcere debeat.

247 *Ante patrum vultus*] Patrum vultus filiorum sanguine fœdare, erat ultimæ immanitatis. Sic Priamus Pyrrhum detestatur apud Virgilium: 'Dii debita reddant Præmia, qui nati coram me cernere letum Fecisti, et patrios fœdasti sanguine vultus.'

248 *Nato moriente superstes*] Sceleratissimum habebatur, filium trucidare, vivente patre; nam sic filius rapiebatur, 'In contumeliam fatorum, turbato ordine mortalitatis.'

249 *Post trabeas*] Post consulatum; signum pro re signata: nam trabea primo fuit Regum, et Augurum; at fuit et Consulum, imo et equitum.

252 *Sinis*] Vel *Scinis*. Latro in Isthmo Corinthiaco habitans, qui arborum ramos vi magna curvabat, iisque curvatis hominum captorum brachia et pedes alligabat, ut iisdem ramis sursum nitentibus atque redeuntibus, alligati homines crudelissime discerperentur: ipse, supplicio quod invenerat, a Theseo et cruciatus et sublatus est.

Pinu] Pro qualibet arbore.

253 *Sciron*] Latro qui proximis

O mites Diomedis equi! Busiridis aræ
Clementes! jam Cinna pius, jam, Spartace, lenis
Rufino collatus eris. Dejecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitique sepultos
Suspirant gemitus, indignarique verentur.

cum *ergastulis? O equi Diomedis mansueti!* o *altaria Busiridis mitia! Nunc Cinna* est *religiosus, nunc* tu o *Spartace, comparatus Rufino, eris clemens. Timor insanus conflictaverat* homines ob *secreta odia: et silentes suffocant suspiria oppres-*

Mazar. Leid. sec. duo Oxon. ambo Moret. Lov. tres Petav. Exc. Gevart. Farn. *Chyron* Florent. quatuor Med. *Silla* ambo Moret. Lov. duo Oxon. duo Leid.—254 *equis* vel *equos*, item *aras* incert. Heins.—255 *Parthace* Mazar. Put. Lov. Petav. sec. duo Leid. *Parthare* Oxon. *Partaco* Leid. *Pastare* vel *Spartace* Moret. sec.—256 *omnes* Ambros. tert. quatuor Vat. Pric. a m. sec. *omnis* Exc. Lucens. *omnes* vel *amens* Vat. sec. Put. Moret. pr. Leid. sec. Med. sec. reliqui magno numero *amens:* ita Gesner. *erit* Isingr. ed. Debr.—257 *occultus* Farn. Exc. Lucens. sec.—258 *indignatique* Florent. Thuan. Pal. Farn. Rott. Med. pr. Ambr. pr. Vat. quint. ed. Parm. *indignatique* vel *indignarique* Reg. Moret. pr. Oxon. pr. Heinsius conjiciebat, *tacitoque sepultos*

NOTÆ

Megaræ scopulis insidens, raptos viatores præcipites agebat: ipse a Theseo præceps actus est, et ejus ossa in mare jacta, in saxa versa esse dicuntur a Poëtis. Id quod fictum est ob importunam latronis hujusce duritiem.

Phalaris] Agringentinorum in Sicilia tyrannus, qui taurum habuit æreum, in quem immissi damnati, igneque subjecto, bovis mugitum edere videbantur. Ipse Phalaris aut saxis obrutus est, aut, æreo tauro inclusus, instar Perilli artificis, 'Docuit suum mugire juvencum.' Claudianus.

Sulla] Crudelissimus Romanorum civis, qui proscriptionibus et cædibus Romam infestavit, et eorum etiam, quos occiderat, filios ejecit.

254 *Diomedis equi*] Diomedes Rex Thraciæ, equos carne humana alebat, sed ab Hercule victus, et iisdem equis traditus est devorandus.

Busiris] Ægyptiorum tyrannus, qui hospites Jovi immolabat.

255 *Cinna*] Civis Romæ immanissimus, qui Romam proscriptionibus et cædibus etiam implevit.

Spartace] Spartacus gladiator Thracius, qui effracto Lentuli ludo cum septuaginta gladiatoribus Capua erupit, et Campaniam populans, fasces rapiens, ferro flammaque cuncta vastavit: a Crasso victus est: obiit tamen fortiter dimicans.

257 *Occultis odiis*] Timebant homines versutiam belluæ, occultissime odia sua gerentis.

Terror] Qui turbat homines, et reddit velut mente captos, et amentes.

Tacitique sepultos suspirant gemitus] Suspirant suos gemitus esse sepultos atque oppressos; seu suspirant doleutque vehementer, quod sibi non liceat gemere atque suspirare.

258 *Indignarique verentur*] Metuunt, ne videantur irasci. Alii legunt, *indignati;* secum indignati in pectore verentur, ne quis sit intimarum cogitationum delator.

At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu : solus medio sed turbine rerum
Contra letiferos rictus, contraque rapacem
Movit tela feram, volucris non præpete cursu
Vectus equi, non Pegaseis adjutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic sola pericli
Turris erat, clypeusque trucem projectus in hostem :
Hic profugis sedes, adversaque signa furori :

sa, ac metuunt irasci. Verum fortitudo Stilichonis generosi haud dejecta est timore simili : at ille *unus in ipsa calamitate Reip. cepit arma adversus hiatus mortiferos, et adversus belluam avidissimam, non invectus celeri fuga equi alati, non sublatus frænis Pegasi. Hic* Stilichon erat *omnibus requies expetita ; hic* erat *præsidium unicum* contra *discrimina, et tutela parata contra inimicum crudelem. Hic* erat *perfugium exulibus ;* hic erat ceu *vexillum oppositum rabiei ; hic* erat

Suspirant gemitu, dedignarique verentur.—259 *Stilichonis* Vat. pr.—260 *medio solus* Leid. pr. Vat. quint. Pal. Thuan. duo Med. unus Heins. Moret. pr. Ald. *solus medio* Vat. Livin. *medio se* Vat. duo, Put. et Exc. Gevart. *medio sese sed* Tholos. Bonon. Med. tert. Pat. duo Oxon. Rott. Lov. Vat. quart. tres Ambr. incert. Heins. Sched. Gud. Oisel. vet. Germ. *medio sese* (vel *solus*) *sed* Reg. Mazar. duo Petav. *sese medio de* vet. Gyr. *sese medio sed* Med. quart. ed. Parm. et Vicet. *medio de* Exc. Lucens. sec. *medioque in* Vat. pr. Exc. Læti, Paris. Isingr. et tres Lugdun. *medio solusque in* Woss. *medio solus in* Farn. *medio qui* Florent. *socius medio se* Leid. sec.—261 *pestiferos* Vat. pr. pro varia lect. ut et *rictus* vel *tractus*. *ictus* Med. quart. *rapacem* vel *capacem* Moret. pr. *rapacem* vel *ferocem* Oxon. pr. *minacem* Vat. sec.—262 Heinsius conjecisse videtur, *non præpete cursu Tectus equi :* nam provocaverat ad vs. 280. *sed tutior alis.*—264 *Hic* tres Vat. Farn. Pric. duo Ambr. Exc. Lucens. ed. Vicet. reliqui omnes *Hæc*. *Hic* vel *Hæc* Vat. pr. Petav. pr. Med. sec. *periclis* legit Heinsius. *aptata* Claver.—265 *protectus* Farn. *porrectus* Gesner. —266 *Hic* Vat. duo, item duo Ambr. *Hic* vel *Hæc* Vat. pr. *Hæc* reliqui omnes. *aversaque* Moret. pr. a m. sec. *adversaque* Vat. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. *regna* tres Vat. Farn. Pric. *regna* vel *tela* Put. *adversa hæc regna*

NOTÆ

259 *At non magnanimi*] Rufini timor invaserat omnes, præter unum Stilichonem. Hic ad altissimos honores ascendit, adeo ut Imperatoris Honorii socer extiterit, et Rector Occidentis : sed tandem Honorii ab Olympio Stilichonis inimico impulsi jussu obtruncatus est.

260 *Turbine rerum*] Calamitate publica, quæ velut turba tot miseros quatiebat.

261 *Rictus*] Quasi contra guttur immane belluæ, quæ omnium bona rapiebat.

263 *Pegaseis habenis*] Cursu Pegasi, equi aligeri, qui natus est ex sanguine Medusæ, dicitur, ἀπὸ τῆς πηγῆς, *a fonte*, quod natus sit prope fontem ; vel quod ungula fontem Castalium Musis sacrum fuderit.

264 *Optata quies*] Stilichon omnibus pariebat quietem, et velut turris ac clypeus erat, velut perfugium, asylum, vexillum contra improbos.

Servandis hic castra bonis: huc usque minatus
Hærebat, retroque fuga cedebat inerti:
Haud secus, hyberno tumidus cum vortice torrens
Saxa rotat, volvitque nemus, pontesque revellit.
Frangitur objectu scopuli, quærensque meatum
Spumat, et illisa montem circumtonat unda.
Qua dignum te laude feram, qui pæne ruenti
Lapsuroque tuos humeros objeceris orbi?
Te nobis, trepidæ ceu sidus dulce carinæ,
Ostendere Dei, geminis quæ lassa procellis

ceu *vallum probis tutandis.* Rufinus *intentans minas huc usque coërcebatur, et refugiebat retrorsum effugio ignavo. Non aliter torrens, dum turgens pluvia hyemali, volvit lapides, et trahit sylvam, et avellit pontes; rumpitur opposita rupis, et vestigans transitum spumescit; et mugit circum collem aqua refracta. Quo encomio extollam te merentem,* o Stilicho, *qui opposueris tuam potestatem mundo fere cadenti, et casuro? Superi miserunt te nobis, tanquam astrum propitium navi timenti, quæ fatigata verberatur tempestatibus duabus, et jam dubia rapitur, guber-*

vel *signa* Oxon. pr. Petav. pr.—267 *Servandisque* Pric. Farnes. *hæc* Put. Petav. pr. Rott. Oisel. Vat. sec. duo Med. et unus Heins. *hic* Florent. et Med. tert. *claustra* Pal. Med. pr.—268 *fugam* Pal. *tendebat* Farn. *rectorque* Med. quart. —269 *vortice* Reg. Vat. quint. Ambr. pr. duo Oxon. duo Leid. Exc. Gevart. *vortice* vel *vertice* Tholos. reliqui omnes *vertice.*—270 *pontemque* Ambr. sec. *pontisque* Exc. Lucens. sec. *vertitque nemus, postesque* marg. Isingr.—271 *scopulis* pro *scopuli* Pal.—272 *elisa* Vat. opt. *illæsa* Leid. pr. *circumtonat* Vat. Livin. ceteri *circumsonat.* Heinsius conjiciebat *molem*—273 *indignum* pro *qua dignum* Exc. Wolf.—274 *subjeceris* Pric.—275 *trepidis* Rott. pro var. lect. *sidus ceu* Vat. Livin. et Exc. Lucens.—276 *lassa* Vat. pr. Med. quart. Ambr. tert. Leid. sec. a m. sec. Exc. Cod. Rhem. *lapsa* tres Vat. Pal. Farn. Rott.

NOTÆ

267 *Huc usque minatus hærebat*] Rufini minæ et terror late pervadebant, sed cum ad Stilichonem pervenerunt, hærebant, velut contra propugnaculum ineluctabile.

269 *Vortice*] Vortex est turbo rapidissimus aquarum præcipitantium.

Torrens] Est fluvius temporarius, natus ex subitis imbribus.

272 *Circumtonat*] Mugit, ut tonitru.

274 *Lapsuroque tuos humeros*] Imperium caducum erat, et certe lapsurum, nisi tuos humeros, seu tuam potestatem subjecisses: alludit ad Atlantem, cœlum sustentantem humeris, quos si substraheret, cœlum ruere diceretur.

275 *Sidus dulce*] Castoris et Pollucis, quod navigantibus propitium est.

276 *Ostendere*] Subito obtulere Superi, quod orbi necessarium esse videretur.

Geminis lassa procellis] Venti et undarum agitationibus fatigata navis: alii legunt, *lapsa*, id est, labans, in exitium ruens.

Tunditur, et victo trahitur jam cæca magistro.
Inachius rubro perhibetur in æquore Perseus
Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis.
Te non penna vehit. Rigida cum Gorgone Perseus:
Tu non vipereo defensus crine Medusæ.
Illum vilis amor suspensæ virginis egit;
Te Romana salus. Taceat superata vetustas,
Herculeos conferre tuis jam desinat actus.

natore superato. Perseus Inachius dicitur superasse monstra Neptuni in mari rubro, sed adjutus pennis: alæ haud ferunt te, o Stilicho. *Perseus* vicit *cum capite rigenti Gorgonis: tu haud munitus capillis anguiferis Medusæ. Amor abjectus puellæ captivæ impulit illum: conservatio Romæ* impulit *te. Antiquitas victa sileat: nunc cesset comparare facta Herculis* factis *tuis. Unus lucus nutriebat*

Oisel.—278 *rubro* tres Petav. Reg. Tholos. Bonon. duo Ambr. duo Medic. duo Heins. Moret. sec. Vat. Livin. Sched. Gud. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. *quondam* Mazar. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Leid. sec. Pat. Ambr. tert. et Exc. Lucens. pr. Ald. Isingr. Gryph. et al. *rubro* vel *quondam* Putean. *Proteus* Bonon.—279 *Securior* Leid. *set tucior* alter.—280 Hic versus non comparet in Cod. Mazar. *pinna* Exc. Lucens. sec. *trahit* Med. sec. *tegit* marg. Isingr. *tygrida* pro *rigida* Rott.—281 *viperea* Tholos. *vipereo* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Heinsius legit *viperea*—282 *virginis* Exc. Læti et Lucens. *conjugis* ed. Vicet. *virginis* vel *conjugis* Exc. Pat. rec.—284 *Herculei* Vat. sec. *actis* Thuan. Petav. sec. Moret. pr. Med. pr. duo

NOTÆ

277 *Cæca*] Obscura, non videnda, fere aquis sepulta.

278 *Inachius*] Perseus filius Jovis et Danaës: quæ Danaë erat filia Acrisii originem ducentis ex Inacho, qui primus Argivorum Rex fuisse dicitur.

Rubro æquore] Æthiopico mari, rubro ob repercussum radiorum solis.

279 *Neptuni pecus*] Monstra marina, quorum pastor erat Proteus. Horatius. 'Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.'

Tutior alis] Perseus a Mercurio falcatum ensem et talaria obtinuerat, et ideo aliger, seu alis defensus, volabat per aërem.

280 *Rigida cum Gorgone*] Perseus habebat caput Medusæ a se victæ, quæ erat una ex Gorgonibus, et cujus caput vertebat in saxa spectatores: unde *rigida Gorgone*, cujus aspectu homines saxorum instar obrigescerent.

281 *Vipereo crine Medusæ*] Medusa in templo Minervæ cum Neptun concubuit; unde Dea indignata, aureos ejus crines convertit in serpentes.

282 *Vilis amor*] Abjectus, et Heroë non satis dignus.

Suspensæ virginis] Pendentis ex alta rupe Andromedes: hæc fuit Cephe Æthiopum Regis, et Cassiopes filia, ob matris se Nereidas forma superare gloriantis superbiam, a Nymphis saxo alligata, ceto marino monstro exposita, et a Perseo ceti interfectore liberata.

284 *Herculeos actus*] Facta Hercu-

Una Cleonæum pascebat sylva leonem:
Arcadiæ saltum vastabat dentibus unum
Sævus aper: tuque o, compressa matre rebellis,
Non ultra Libyæ fines, Antæe, nocebas:
Solaque fulmineo resonabat Creta juvenco,
Lernæamque virens obsederat Hydra paludem.
Hoc monstrum non una palus, non una tremebat
Insula: sed Latia quicquid ditione subactum
Vivit, et a primis Ganges horrebat Hiberis.

Leonem Cleonæum: aper crudelis vexabat dentibus sylvam unam Arcadiæ, et tu, o *Antæe intractabilis,* complectens terram *parentem haud incommodabas trans regionem Libyæ. Creta unica remugiebat bove ignifero, et serpens cæruleus occupaverat solum lacum Lernæ. Haud lacus unus timebat hoc portentum,* Rufinum, *haud una insula: at quicquid superatum imperio Romano vivit, et Oriens ab ultima*

Vat. duo Leid. Farn. Oisel. *actis* vel *artus* Vat. quart.—286 *uncis* pro *unum* Ambr. sec.—287 *tu qui* Moret. pr. a m. sec. *tu quoque* Farn. *oppressa* Med. quart. *comprensa* Raphel. e Scal. conj. *rebellas* Vat. pr. a m. pr.—288 *Libyes* Pric. *fines Libyæ* Rott. *jacebas* Thuan.—289 *capta* Med. sec. *flumineo* Leid. pr. *flamineo* Ambr. pr.—290 *consederat* incert. Heins.—291 *tremebat* Med. duo. *timebat* Vat. sec. Med. sec. Rott. Oisel. Florent. Oxon. *tenebat* Farn. Ambr. pr. Petav. pr. Med. quart. Leid. et Exc. Lucens. *tremebat* vel *timebat* Put. *tenebat* vel *tremebat* Reg. Oxon. pr. Heinsius ex Vat. quart. *tremebas* vel *tremebant* legisse videtur.—292 *regione* ed. Vicet. *ditione* vel *regione* Exc. Pat. rec. *Jam quidquid*

NOTÆ

lis, qui filius fuit Jovis et Alcmenæ, quique orbem monstris purgavit.

285 *Cleonæum*] Cleonæ urbs est inter Argos et Corinthum; prope quam sylva erat, in qua Hercules confecit portentosum Leonem, inde dictum Cleonæum.

286 *Arcadiæ*] Arcadia est regio Græciæ in Peloponneso, sic dicta ab Arcade filio Calistus.

287 *Aper*] Dictus Erymantheus, ab Erymantho Arcadiæ monte, in quo stabulabat.

288 *Libyæ*] Regio est Africæ ad mare Mediterraneum, in qua erat Antæus.

Antæe] Antæus fuit Gigas terræ filius, qui quoties complecti poterat terram matrem, exsurgebat viribus duplicatis: id colluctans Hercules tandem animadvertit, ideoque alte eum extulit, et in aëre suffocavit.

289 *Creta*] Insula maris Mediterranei celeberrima.

Juvenco] Bovis fulminei, hoc est flammas vomentis, mugitu Creta resonabat.

290 *Lernæam*] A Lerna quæ est lacus in agro Argivo, Hydra notissimus.

Virens Hydra] Nigra, cærulea bellua, quæ habebat capita quinquaginta, quorum unum si quis amputaret, duo pullulabant. Hercules prout unum amputabat, ignem admovebat, et sic omnia capita sustulit.

293 *A primis Hiberis*] A ultima Hispania, vel a principio Hispaniæ versus Oceanum, hoc est a primo Occidente.

Hoc neque Geryones triplex, nec turbidus Orci
Janitor æquabunt, nec si concurrat in unum
Vis Hydræ, Scyllæque fames, et flamma Chimæræ.
Certamen sublime diu, sed moribus impar
Virtutum scelerumque fuit. Jugulare minatur:
Tu prohibes: ditem spoliat: tu reddis egenti.
Eruit: instauras. Accendit prælia: vincis.
Ac velut infecto morbus crudescere cœlo

Hispania abhorrebat hoc. *Non Geryon tergeminus, neque custos Inferorum furiosus adæquabunt hoc* monstrum, *neque furor Hydræ, ac rabies Scyllæ, et ignes Chimæræ, si coëant simul. Pugna* inter te et Rufinum *fuit longum suspensa, at dissimilis inæqualitate virtutum ac vitiorum.* Ille *minatur* se *occisurum* homines, *tu impedis: exuit locupletes, tu restituis pauperi: evertit, reædificas: inflammat certamina,* tu *superas. Quemadmodum pestis inchoans ingravescere, aëre corrupto,*

Latia Ambr. sec. *subaustum* Farn. *subactum* Exc. Læti.—294 *Geryones* Vat. opt. *Geriones* ed. Vicet. *Geryon* tres Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. Ald. Exc. Læti. *Gerion* duo Oxon. duo Leid. *tu Geryon* Med. sec. Pal. *Geryoni* Bonon. Lov. Petav. sec. Heinsius conjiciebat *Geryonesve. non turbidus* Tholos. Petav. pr. a m. pr. duo Vat. *neque* Mazar. Thuan. Pal. Pat. Oisel. Ambr. sec. Vat. et Med. sec. *Orchi* Farn.—295 *Cerberus* Exc. Læti, *æquabunt* Tholos. Lov. Vat. pr. Ambr. tert. ambo Moret. Thuan. Leid. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *æquabit* duo Vat. Leid. Farn. Petav. pr. Pric. Rott. *æquabat* Pal. tres Med. Exc. Læti, et ed. Parm. *æquabant* reliqui Mss. *non si* Med. sec. Rott. Ald. *conjurat* duo Vat. *conjurat* vel *concurrat* Petav. pr. *concurrat* vel *conjuret* Oxon. sec. *conjuret* Leid. m. pr.—296 *canes* vel *fames* Reg. et Oxon. pr. *Siclæque* Vicet.—297 *fuit* pro *diu* Vat. quint. a m. pr. *motibus* Pal. Med. pr. et unus Heins. qui conjecerat *molibus*, sed ad firmandum τὸ *motibus* ascripserat vs. 68. hujus libri; 'Anceps motus erat vulgi.'—299 *vilem* Exc. Wolf. *spoliet* Pal.—300 *attentat* Rott. et Med. sec.—301 *At* ed. Vicet. *veluti* Med. pr. Pal. et unus Heins. *infesto* Vat. duo. Med. quart.

NOTÆ

Ganges] Oriens qui designatur a Poëtis per fluvium illum, quod versus Indicas regiones, quas alluit, Sol oriatur.

294 *Geryones*] Vel Geryon, habere dicebatur triplex corpus. Unde Virgilius: 'Et forma tricorporis umbræ.'

Orci Janitor] Cerberus Janitor Inferorum, Orcus dicitur, ἀπὸ τοῦ ὅρκου, *a jurejurando*, quod sacratissimum erat, si Dii jurarent paludem Stygiam.

296 *Scyllæ*] Hæc fuit filia Phorci; in fonte a Circe zelotypa infecto se lavans, vidit inferiores corporis partes versas in canes; hinc pudibunda se in mare præcipitans, mutata est in saxum, quod nautas absorbet, inter Siciliam et Italiam.

Chimæræ] Monstrum, 'prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.' Mons nempe est Lyciæ, ignem evomens; cujus culmen leones habitant, medium capræ, radicem serpentes.

297 *Certamen sublime diu*] Pugna inter Stilichonem et Rufinum diu fuit sublimis, et velut in alto ac suspenso

Incipiens, primos pecudum depascitur artus;
Mox populos urbesque rapit, ventisque perustis
Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes:
Sic avidus prædo jam non per singula sævit,
Sed sceptris inferre minas, omnique peremto
Milite, Romanas ardet prosternere vires.
Jam gentes Histrumque movet, Scythiamque receptat

corripit primo membra animalium, et post statim invadit homines et oppida, et ardentibus ventis, velut *sudando* diffundit *pestilentiam infernam in fluvios infectos: ita ardens latro* Rufinus *furit nunc haud in privatas* res, *at flagrat intentare minas imperiis, et militibus cunctis occisis, destruere potentiam Romanam. Jam concitat exteros, et* accolas *Danubii, et recipit Scythiam* in *præsidium, et exponit reliquias*

Ambr. sec.—302 *Impatiens* Leid. *primo* Med. pr. Pal. unus Heins. reliqui omnes *primos.*—303 *populosque* Rott. *urbisque* Exc. Lucens. *ventisque perustis* Exc. Lucens. pr. *membrisque* ed. Vicet. et Colin. *ventisque* vel *membrisque* Exc. Pat. rec. *venisque* Exc. Læti, quod Heinsius probat, qui in edit. Lugd. Gryph. 1548. ascripserat, leg. *venisque:* sc. fluviorum.—304 *desudat* Tholos. Bonon. Moret. sec. Ambr. tert. Vat. pr. Exc. Læti, in quibus etiam est *defundat. insudat* al. *diffudit* Farn. *defundit* Petav. tert. *diffundit* Vat. sec. Pric. Rott. Oisel. Pat. duo Ambr. Med. sec. Mazar. Leid. pr. Exc. Cod. Rhem. Ald. ed. Vicet. Colin. marg. Isingr. *desudat* vel *diffundit* Put. Petav. pr. Med. sec. *desudat* vel *diffudit* Lov. *annes,* aut *annos* cod. Barth.—305 *præda* Vat. sec. *jamjam* Vat. quart. Petav. pr. a m. pr. *non jam* Oxon. pr. *jam nunc* Farn. Med. quart. Exc. Gevart. Leid. *nunc per sæcula vivit* Lov. *singula* vel *sæcula* Reg. Oxon. pr.—306 *ceptis* Leid. sec. *Et* Farn. Petav. pr. a m. pr.—307 *ardet* duo Vat. Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr. Reg. Put. tres Petav. duo Heins. quatuor Med. Mazar. Exc. Pat. rec. et Gevart. Sched. Gud. ed. Vicet. *audet* duo Vat. Rott. Florent. Med sec. Exc. Læti. *ardet* vel *audet* Put. Lov. ambo Moret. *leges* Exc. Pat. rec.—308 *Nam* duo Vat. Oxon. m. s. *Jamque Getos* vet. Gyr. Vat. pr. a m. sec. Exc. Lucens. sec. Pric. et Exc. Læti, *monet* Leid. pr. Exc. Lucens. pr. *Traciamque* Farn. *receptat*

NOTÆ

posita, tenensque omnium animos sublimes atque erectos, quasi avide expectantes eventum certaminis.

Sed moribus impar] Pugna fuit dissimilis, moribus inæqualibus, seu inæqualitate virtutum Stilichonis, ac vitiorum Rufini.

302 *Primos pecudum depascitur artus*] Forsan, quia pecudes ad pastum abjectæ citius pernicioso terræ halitu afflantur.

303 *Ventis perustis*] Austris nimis æstuantibus, et ideo letiferis.

304 *Pestem Stygiam*] Tanta est tamque letalis illa pestilentia, ut ex Styge fluvio Inferorum orta esse credi possit: στὺξ, ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, *odisse,* quasi sit fluvius odii.

308 *Gentes*] Exteras, sacris Romanis non initiatas: hoc autem dicit Poëta, quod Rhadagaisus cum ducentis Scytharum et Gothorum millibus in Italiam a Rufino excitus fuerit: hic a Stilichone captus est, ejusque exercitus deletus.

Histrum] Populos qui accolunt Is-

Auxilio, traditque suas hostilibus armis
Reliquias: mixtis descendit Sarmata Dacis.
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes, cæsamque bibens Mæotin Alanus,
Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,
Rufino collecta manus. Vetat ille domari,

crudelitatis *suæ telis inimicis: Sarmata descendit* cum *Dacis junctis, et Massagetes animosus, qui sauciat equos* suos *ad bibendum, et Alanus potans Mæotida fractam, ac Geloni, qui gestiunt ferro notare faciem* suam; hæ *catervæ* sunt *con-*

Bonon. Ambr. sec. Moret. sec. Florent. duo Med. Farn. Exc. Læt. ed. Vicet. *retemptat* Pat. duo Ambr. Med. tert. tres Vat. Pric. Oisel. Sched. Gud. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *receptat* vel *retemptat* Lov. *retentat* Med. quart. duo Oxon. duo Leid. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Exc. Gevart. *receptat* vel *retentat* Vat. pr. Moret. pr. Petav. pr. Heinsius ad confirmandam vulgatam *receptat* ascripserat locum ex Laud. Seren. 58. 'Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit:' sed mutasse sententiam videtur: nam ascripserat, V. Codd. *Scythiamque retentat:* de quo verbo vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 43. sic 'retentare exercitus' Hist. Aug. p. 82. l. 4.—309 *traditque* Pric. Rott. Exc. Lucens. *traxitque* Oisel. Exc. Læti, et Pat. rec. pro var. lect. ed. Parm. et Vicet.—310 *accendit* Thuan. *decedit* vel *descendit* Petav. pr.—311 *audax* vel *atrox* Rott. *prœlia* vel *pocula* Moret. pr.—312 *cæsamque* Exc. Lucens. sec. *patriamque* duo Vat. Ambr. tert. Tholos. Thuan. Exc. Læti: reliqui *patriumque*. *bibit* Florent. *Mæotin* duo Vat. Med. quart. Exc. Læti et Lucens. pr. Oxon. Leid. *Mæotis Orontem* Farn. Pric. Oisel. m. pr. Moret. sec. Pat. Mazar. ed. Parm. Vicet. et Exc. Cod. Rhem. *Mæotin Alanus* vel *Mæotis Orontem* Put. *Mæotin Alanus* Med. sec. *Mæotina Alanus* Pal. unde Heinsius legit *Mæotida*.—313 *pressisse* Med. tert. unde *punxisse* conjiciebat Heinsius, ut et unus Barth. *Gelonos* Bonon.—314 *collata* tres Vat. Pal. Med. tert. Thuan. Isingr. *cum lata* marg. Isingr. *conlecta* Exc. Læti. *collata* vel *collecta* Reg. Petav. pr. duo Oxon. *collata* probare visus Heinsius, quod firmabat

NOTÆ

trum, seu Danubium, fluvium Europæ maximum.

Scythiam] Vastissima est hæc regio, partim in Europa, partim in Asia.

310 *Reliquias suas*] Reliquias suæ crudelitatis, hoc est Romanos, qui ejus sævitiam evaserant.

Descendit Sarmata] Sarmatæ et Daci sunt populi Septemtrionales, qui regiones montanas habitant, et ideo dicuntur descendere: quid quod ea quæ vergunt ad Septemtrionem dicuntur altiora?

312 *Massagetes*] Massagetæ sunt populi Scythiæ Asiaticæ, ultra mare Caspium: hi sanguinem equinum lacte mixtum bibere solent.

Mæotin] Paludem, quæ est supra Pontum Euxinum.

Alanus] Alani sunt populi accolæ paludis Mæotidis, qui aquas hujus paludis glacie concretas cædunt, franguntque, fractasque bibunt.

313 *Gelonus*] Geloni Scythiæ populi, qui faciem pingebant, et notis seu stigmatis ferro inustis deformabant, ut terribiliores in prælio viderentur.

Innectitque moras, et congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas stravisset dextra catervas,
Ulta ducis socii letum, parsque una maneret
Debilior, facilisque capi: tunc impius ille
Proditor imperii, conjuratusque Getarum
Distulit instantes, eluso Principe, pugnas,
Hunnorum laturus opem: quos affore bello
Norat, et invisis mox se conjungere castris.
  Est genus extremos Scythiæ vergentis in ortus
Trans gelidum Tanain: quo non deformius ullum

vocatæ a *Rufino: ille* Stilicho *prohibet* has *vinci, et implicat moras, ac procrastinat* in *tempus conveniens. Etenim cum manus tua, vindicans mortem ductoris amici, superavisset exercitum Geticum, et una pars esset infirmior, et facilis expugnatu, tunc ille proditor Reip.* Rufinus *sceleratus, et conspirans cum Getis, Imperatore decepto, procrastinavit prælia impendentia, adjuncturus auxilia Hunnorum, quos sciebat venturos ad pugnam, et statim sese juncturos catervis inimicis.* Hunni *sunt natio Scythiæ tendentis in* tractus *ultimos Orientis ultra Tanain frigidum:*

loco Lucani l. I. [477.] 'Ipsum omnes aquilas collataque signa ferentem,' &c.—316 *Jam* Med. quart. qui et *congestas* pro *Geticas* exhibet, *traxisset* vel *stravisset* Oxon. pr. *dextra catervas* Exc. Lucens. sec. *dextera turmas* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—317 *victa ducis s. leto* Petav. sec. a m. sec. *vita* Var. LL. ed. Antv. a m. pr. *cumque una* Moret. pr. a m. pr.—318 *tunc proditor ille Impius* omnes Mss. Exc. Læti, Gevart. Var. LL. ed. Antv. Ald. ed. Parm. Vicet. Ald. et Colin. marg. Morin.—320 *turmas* pro *pugnas* Thuan.—321 *Hunorum* Bonon. Put. Thuan. Petav. pr. Florent. Med. sec. *luturus* Florent. a m. sec. *allaturus* Pal. Med. duo Heins. Petav. tert. Leid. pr. Oxon. sec. Moret. pr. Exc. Gevart. Var. Lect. ed. Antv. *ablaturus* Petav. sec. a m. pr. *opes* Pat. et Farn. qui et *quos* ignorat.—322 *noverat invisis* ed. Vicet. *dextris* Moret. pr. quod probat Heinsius ascripto loco ex II. in Ruf. 368. *conjungeret hastis* vel *conjungere castris* Vat. pr.—323 *Ast* Vat. quart. *gens* Moret. pr. Reg. Petav. sec. *gens* vel *genus* Oxon. pr. et Reg. pro var. lect. *Austros* Var. LL. ed. Antv. a m. pr. *extremum Ortum* Moret. sec.—324 *Tanain* Ald. *Tanaim* Bo-

NOTÆ

316 *Geticas*] Getæ sunt populi in Scythia Europæa: horum opes victoria Stilichonis attritæ sunt; ideoque una illa pars erat debilior, et non difficili negotio poterat penitus deleri, vel uno certamine; sed proditor Rufinus, eluso Imperatore Arcadio, distulit prælium consulto, ut possent Hunni se jungere Getis, eosque clade afflictos recreare.

317 *Ducis*] Dux erat Promotus, Stilichonis amicus, qui impactum sibi a Rufino colaphum modis omnibus ulcisci tentabat.

321 *Hunnorum laturus opem*] Cum Rufinus oppressus est, proximi erant Hunni, et credebantur ab eo acciti.

322 *Invisis castris*] Catervis Getarum, inimicis Imperio Romano.

323 *Est genus*] Hunni scilicet ultra paludem Mæotidem habitantes.

Scythiæ] Ex Scythia venere Gothi, Alani, Heruli, Gepidi, Hunni, Gothuni, Cayci, qui Imperium Ro-

Arctos alit: turpes habitus, obscœnaque visu
Corpora; mens duro nunquam cessura labori.
Præda cibus, vitanda Ceres, frontemque secari
Ludus, et occisos pulchrum jurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformes

qua natione *haud ullam nutrit Ursa crudeliorem: facies* hujus sunt *fædæ, et corpora turpia aspectu: animus nunquam frangendus labore gravi. Alimentum ex rapina: panis fugiendus* est, *et voluptas* est *os lacerari, et gloriosum est* jurare per *patres interfectos. Neque natura gemina magis accommodavit Centauros bimem-*

non. Florent. duo Med. tres Vat. Pal. Farn. Oisel. Mazar. Petav. pr. *liquidum* Pric. Exc. Pat. rec. *qua non famosius* Reg. *famosius* Vat. sec. Pric. quatuor Med. Lov. Moret. sec. Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr. Reg. Put. tres Petav. Thuan. Exc. Gevart. et Lucens. sec. Ald. *animosius* Florent. Vat. Livin. *animosius* vel *famosius* Vat. pr. *formosius* Oisel. *violentius* Mazar. *deformius* ed. Parm. Exc. Pat. rec. a m. sec. et Læti.—325 *Arctos habet* ed. Vicet. et Exc. Pat. rec. *turpes* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *tristes* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti.—326 *gens* Med. tert. *dura* Farn. *dolori* Rott. Florent. Leid. Ald.—327 *secari* Vat. pr. marg. Isingr. Exc. Lucens. *secare* Put. Reg. Mazar. tres Petav. Med. pr. Incert. Heins. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. vet. Gyr. Moret. sec. Oxon. pr. duo Leid. quatuor Vat. Oisel. Exc. Læti, et Var. LL. ed. Antv. *fratremque secare* Pal. Farn. Ambr. pr. Med. pr. unus Heins. Oxon. pr. Thuan. Ald. Exc. Gevart. *frontemque* vel *fratremque secare* Oxon. pr. *frontemque* vel *fratresque secare* Florent. Exc. Læti. *fratresque cæcare* Med. quart. *fratresque secare* ed. Parm. Vicet. *fratremque necare* Vat. quart. Rott. Med. sec. *fratresque necare* Isingr. *frontemque secare* vel *fratremque necare* Lov.—328 *Lusus* Bonon. Exc. Lucens. *occiso* Pal. *vitare* Pric. *jurare* vel *jugulare* Reg. duo Oxon. *per enses* pro *parentes* Moret. sec. a m. pr.—329 *Non* Florent. Med. sec. Pal. Mazar. *biformes* Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Mazar. Lov. duo Ambr. tres Pet. Moret. sec. Ald. et

NOTÆ

manum sæpius afflixerunt.

324 *Tanain*] Hic est fluvius Scythiæ, extremus Asiæ et Europæ terminus, vulgo *Don:* se exonerat in paludem Mæotidem.

Deformius] Genus deformius, et magis infamatum sua crudelitate.

325 *Arctos*] Ursa, signum cœleste, sumitur pro Septemtrione.

Turpes habitus] Facies notis seu stigmatis inustæ ad horrorem. Mos ille notus Barbaris, invisus Romanis, qui notis fœdabant tantum calumniatores, delatores, servos.

327 *Præda cibus*] Vivebant rapto.

Vitanda Ceres] Hæc Dea frugum est, ponitur pro pane, a quo abstinebant, herbarum radicibus et semicruda carne vescentes.

Frontem secari] Frontem notis et stigmatis inurere. Alii legunt *fratresque necare.*

328 *Occisos parentes*] Quos ipsi occiderant; id quod faciebant Scythæ, ut testis Plutarchus in oratione de fortuna Alexandri, qui eos dedocuit tam ferinam crudelitatem.

Jurare parentes] Jurare per defunctorum umbras familiare antiquis. Mos manavit ex Spartanis.

329 *Nec plus*] Non magis Centauri equis juncti erant, quam Hunni assuetudine equitandi.

Nubigenas] Centauros natos ex

Cognatis aptavit equis: acerrima nullo
Ordine mobilitas, insperatique recursus.
Quos tamen impavidus contra spumantis ad Hebri
Tendis aquas, sic ante tubas ferrumque precatus:
Mavors, nubifero seu tu procumbis in Hæmo,
Seu te cana gelu Rhodope, seu remige Medo
Solicitatus Athos, seu caligantia nigris
Ilicibus Pangæa tenent, accingere mecum,
Et Thracas defende tuos: si lætior adsit

bres equis similibus: celeritas promtissima est huic nationi, *et reditus inexpectati. Adversus quos* Hunnos *nihilominus progrederis*, o Stilicho, *intrepidus, prope undas Hebri spumosi, ita orans* Deum *ante clangorem et pugnam:* o *Mars, sive tu habitas in Hæmo alto, sive Rhodope alba nive* possidet *te, sive Athos vexatus* a *Medis remigantibus, sive Pangæa obscurata quercubus opacis habent te, para te mecum, et tutare Thraces tuos: si successus gloriosus veniat, ditaberis quercu ornata*

Exc. Gevart. *biformis* Vicet. et Parm. *bimembres* al.—330 *aptarat* Farn.—331 *nobilitas* ed. Vicet. *inspiratique* Ambr. tert. Leid. pr. a m. pr. *infrenatique* Ambr. sec. *recessus* Florent. *insperatique* legit Heinsius. vid. l. II. in Ruf. 372.—332 *impavidus* ita vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. *impavidos* Amb. tert. Ald. et ed. Vicet. *Ebri* Farn.—333 *tendit* Pal. Leid. sec. Exc. Læti a m. pr. Edd. Ald. Isingr. Colin. Gryph. et al. *tendis* reliqui. *aciemque* Vat. pr. vet. Gyr. Heins. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *ferrumque* vel *aciemque* Put. *profatus* Med. quart. Exc. Lucens. pr.—334 *nubifero* Vat. sec. *pinifero* Ambr. sec. *Hemo* Var. LL. ed. Antv. *Æmo* Gesner.—335 *Seu te* Var. LL. ed. Antv. *Seu tu* Med. sec. duo Petav. *Medo* Put. Mazar. duo Vat. Ambr. pr. Exc. Læti. *nondum* Pal. Med. pr. *Mædo* Ald. *nudo* vel *Medo* Lov. Thuan. Med. sec. Vat. quart. *nudo* reliqui Mss. Exc. Læti et ed. Vicet. Pulm.—336 *apex* pro *Athos* Pric.—338 *Sed* Incert. Heins. *Thrachas* Oxon. *Thrachos* Farn.

NOTÆ

Ixione, et nube supposita a Jove.

Biformes] Formam enim partim hominum, partim equorum habere Centauri dicebantur.

330 *Acerrima*] Hunnis tam promta erat celeritas, etiam sine ordine, ut in pugna cum fugisse crederes, statim præter opinionem redirent.

332 *Hebri*] Fluvius est Thraciæ turbidus et rapidus, ab Hebro Cassandri Regis filio novercam fugiente, ibique merso: olim *Rhombus.*

333 *Ante tubas*] Ante clangorem tubarum.

334 *Nubifero*] Hæmo Thraciæ monte, ita excelso, ut nubes ferre videatur.

335 *Rhodope*] Mons itidem Thraciæ tectus nivibus.

Medo] Medi populi Asiæ, Xerxis imperio subditi.

336 *Athos*] Mons Thraciæ, qui æquatus a Xerxe, et velificatus creditus est; hoc est perforatus, ut hac immisso mari classis in Græciam transiret.

337 *Pangæa*] Pangæus mons inter Thraciam et Macedoniam.

338 *Thracas*] Thracia ferax homi-

Gloria, vestita spoliis donabere quercu.
Audiit illa pater, scopulisque nivalibus Hæmi
Surgit, et hortatur celeres clamore ministros :
Fer galeam, Bellona, mihi, nexusque rotarum
Tende, Pavor : fræna rapidos, Formido, jugales.
Festinas urgete manus : meus ecce paratur
Ad bellum Stilichon, qui me de more tropæis
Ditat, et hostiles suspendit in arbore cristas.

exuviis. Pater Mars *exaudivit has* preces, *et exsurgit ex rupibus gelidis Hæmi atque excitat voce satellites* suos *veloces,* sic loquens : O *Bellona, affer mihi cassidem : et* tu, o *Pavor, accommoda vincula rotarum :* tu, o *Formido, infræna equos præcipites: movete manus celerrimas. En Stilicho meus accingitur ad prælium : qui* Stilicho *pro consuetudine locupletat me tropæis, atque attollit in quercu galeas*

stratos Vat. quint.—340 *ille* Vat. sec. *ista* Farn. Moret. sec. *speculisque* Lov. a m. pr. *scopulosis vallibus* Pric. *spoliisque* Rott. *in vallibus* Moret. pr. a m. pr. duo Vat. Thuan. a m. pr. *Hæmi* Mss. et Varr. LL. ed. Antv. *hærens* Mazar. —341 *Surgat* Med. sec. a m. pr. *celeri* Vat. pr. Ambr. sec. Exc. Læti. *sermone* Pric. *Sinone* Exc. Voss.—342 *nexusque* omnes meliores Mss. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *nexuque* Ald. ed. Parm. Vicet. Isingr. Gryph. al. *nexusque* vel *falcesque* Petav. pr. Leid.—343 *frena* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *frenet* quat. Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. ed. Isingr. *rapidos frenet* Vat. Livin. Exc. Læti, ed. Parm. Vicet. Ald. *tepidos* Vat. pr. a m. pr. *rabidos* Vat. quint. *rapidos* vel *trepidos* Put. *trepidos* marg. Isingr.—344 *festivas* Pat. *urgere* Vat. quart. Vicet. et *paratus.*—345 *ad bella* Petav. sec. a m. pr. *Stilico* Vat. sec. Farn. *Stilichon* Exc. Læti, Rott. Var. LL. ed. Antv. *Stilicho* semper Gesner. *Stilicon* reliqui omnes, Exc. Gevart. et Lucens. sec.—346 *ordine* pro *arbore* Ambr. pr. a m. sec. *dictat* Leid. sec. *ditet* et *suspendat* legit Heinsius, uti et

NOTÆ

num bellicosorum, et ideo Marti sacra credita est, et dicta *Terra Mavortia,* Martis patria.

339 *Vestita spoliis*] Intelligit tropæum, quod erigebant post fugam hostium, decisis quercus ramis, et exuviis superimpositis.

341 *Clamore ministros*] Clamore gaudet Mars, habetque satellites Bellonam, Pavorem, Formidinem.

342 *Bellona*] Hæc auriga, immo aut soror, aut conjux Martis fingitur.

Nexusque rotarum tende] Hoc est, necte vinclis capita extrema axis, et his alliga fræna equorum; sic enim olim alligabantur.

343 *Pavor, Formido*] Sunt famuli comitesque Martis.

Jugales] Equos, qui sub eodem jugo trahunt currum.

344 *Festinas urgete manus*] Urgete et maturate rem manu celeri : hoc est, festinate equos jungere, et aptare, ut Stilichoni ad bella eunti me comitem præbeam.

345 *Tropæis*] Ἀπὸ τῆς τροπῆς, *a fuga hostium ;* post quam fugam, τρόπαιον, *tropæum,* hoc est spolia suspendebantur in arbore aliqua, et præsertim in quercu.

346 *Cristas*] Galeas cristatas ; sed hic designantur quæcumque spolia.

Communes semper litui, communia nobis
Signa canunt, junctoque sequor tentoria curru.
Sic fatus campo insiluit, lateque fugatas
Hinc Stilichon turmas, illinc Gradivus agebant,
Et clypeis et mole pares. Stat cassis utrique
Sidereis hirsuta jubis, loricaque cursu
Æstuat, et largo satiatur vulnere cornus.

inimicas. Tubæ eædem *perpetuo, dant nobis eadem signa* pugnæ, *et curru conjuncto comitor tabernaculum* ipsius. Mars *ita locutus exiluit* in *arenam, et hinc Stilicho premebat cohortes expulsas longe, illinc Mars* premebat, ambo *similes et scutis et magnitudine. Uterque habet galeam horrentem cristis ardentibus, et thorax fervet agitatione, et hasta saturatur multis plagis. Interim Megæra violen-*

vs. 374. ex veteri Cod. ' Qui subigat Medos et cuspide proterat Indos.'—348 *canant* Tholos. *victoque* Petav. tert. *vinctoque* vel *junctoque* Moret. sec. *simul* pro *sequor* Ambr. pr. *sequar* Thuan. et Vat. pr. a m. pr. *vestigia* Petav. pr. Leid. *vestigia cursu* vet. lib. ap. Delr. *tentoria* vel *vestigia* Reg. duo Vat. Oxon. pr. *curru* tres Vat. Med. tert. Læti et Pat. rec. *curru* vel *cursu* Put. *cursu* reliqui omnes.—349 *insiluit* meliores omnes et Exc. Lucens. sec. *insiliit* duo Moret. Exc. Læti et Ald. *fugatas* Exc. Lucens. pr. *fugantes* Exc. Pat. rec. et Læti, ed. Parm. et Vicet.—350 *Stilico* Lov. *Stilicon* Vat. quinque, Florent. Oisel. *Stilichon* Vat. pr. pro var. lect. Mazar. Petav. sec. *turbam* Var. Lect. ed. Antv. *turmas* scripti omnes, Exc. Gevart. Lucens. pr. et ed. Vicet. *illic* ed. Parm. *Grandævus* marg. Morin. *agebat* tres Vat. Farn. Exc. Læti. *agebant* reliqui et Exc. Gevart.—351 *et amore* Thuan. Farn. Pric. Ambr. pr. Moret. pr. et Vat. Livin. *more* duo Vat. duo Pet. Florent. Put. Mazar. Pat. Rott. Oisel. Med. tert. et sec. a m. pr. unus Heins. *mole* vel *more* Reg. Petav. pr. a m. pr. *mole* vel *amore* Med. sec. Petav. pr. Heinsius notaverat, posse quoque legi, *Et clipeis et honore pares.* ut lib. II. de Rapt. Proserp. vs. 38. ' Nec membris nec honore minor.' *in ore* Leid. pr. *utrisque* tres Vat. Lov. Florent. Reg. Put. Oxon. sec. Leid. pr. Rott. Oisel. tres Petav. Tholos.—352 *comis* pro *jubis* Pric. Med. tert. Exc. Cod. Rhem. Exc. Voss. *jubas* Vat. pr. a m. pr. unde Heinsius conjicit *Sidereas hirsuta jubas. cursum* Tholos. *cursu* . . , erasa una litera Vat. pr. ut appareat *cursum* fuisse, quod probabat Heinsius, qui hic monuit, similiter se in Prudentii loco ex Ms. Put. restitnisse *æstuat sitim* p. 142. *curru* Leid.—353 *extuat* Vicet. Parm. et Ald. *longo* Mazar. Exc. Gevart. *sanguine* Thuan.

NOTÆ

348 *Signa canunt*] Dant signa ad pugnam suscipiendam: et id designat Stilichoni Martem semper hæsisse comitem; ideoque non interruptum fuisse ipsius victoriarum cursum.

349 *Campo insiluit*] Mars in campum insiluit, in arenam, in æquor.

351 *Mole*] Magnitudine pares Mars et Stilicho, quasi hic habeat aliquid divinitatis. Deos antiqui humana specie majores exhibebant; ita et viros principes aliis proceriores, ob sapientiam et virtutem.

Stat cassis] Galea stat, hæretque, quasi ipsa minitans: *hirsuta*, nam antiqui galeas pellibus hirsutis ad terrorem armabant.

352 *Sidereis*] Cristis ardentibus, instar sideris.

Cursu æstuat] Fervet ob agitationem cursus.

353 *Satiatur vulnere cornus*] Hasta

Acrior interea voto, multoque Megæra
Luxuriata malo, mœstam deprendit in arce
Justitiam, diroque prior sic ore lacessit:
En tibi prisca quies, revocataque sæcula rursus,
Ut rebare, vigent. En nostra potentia cessit.
Nec locus est usquam Furiis: huc lumina flecte.
Aspice barbaricis jaceant quot mœnia flammis,
Quas mihi Rufinus strages, quantumque cruoris

tior desiderio succedente, *et lasciviens* ob *multas calamitates, invenit in Aula Astræam tristem, et prima ita provocat* hanc *voce crudeli: Ecce florent tibi otia antiqua, et ætas* aurea *renovata iterum, sicut credebas; ecce potestas nostra abiit; nec locus unquam remanet Furiis. Verte oculos huc. Vide quot urbes prostratæ sint ignibus Barbarorum, quantas cædes Rufinus edat mihi, et quantum* det *san-*

Med. quart. Exc. Lucens. pr. Exc. Voss. *satiatur* Exc. Læti. *saturatur* Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *cornus* Rott. Exc. Lucens. pr. *conus* duo Vat. Reg. Petav. sec. et pr. a m. pr. Moret. sec. Leid. sec. Tholos. Med. quart. Heins. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *conus* vel *cornus* Lov. Vat. quart. Moret. pr. *conus, cornus*, vel *currus* Oxon. sec. *curris* Leid. m. pr. *campus* Thuan.—354 *vultu* Reg. *voti* legit Heins. *multisque M. L. malis* Vat. pr. Florent. Exc. Læti et Lucens. pr. *multoque malo* reliqui omnes, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *cultuque M.* marg. Morin.—355 *monstrum* marg. Morin. *dependet* Oisel. *in arcem* duo Vat.—356 *diroque prior* Vat. pr. veterr. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *atque prior* vel *huncque* Moret. sec. *atque prior duro* Leid. sec. *atque p. diro* vel *duro* Pat. et Incert. Heins. *atque prior diro* reliqui Codd. Exc. Gevart. Læti, et Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *atque prior sic illam Dira lacessit* Thuan.—357 *An* Pat. *En* Tholos. *fides* Med. sec. Mazar. Moret. sec. Leid. a m. sec. *quies* vel *fides* Petav. pr. *renovataque* Vat. pr. Reg. Oxon. pr. Med. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec. marg. Isingr. *renovataque* vel *revocataque* Put. Reg. Oxon. sec. *fœdera* Mazar. *tempora* unus Heins. *secula* vel *tempora* Vat. duo, Reg. Oxon. pr. *rursum* Vat. pr.—358 *vestra* Mazar. *cessat* Petav. pr. *certat* vel *cessit* Put.—359 *Non* Rottend. Med. sec. *umquam* Patav. Ambr. pr. Incert. Heins.—360 *barbariis* Farn. *taceant* Pal. Med. pr. *milia* Oisel. Leid. pr. Pat. Mazar. Med. quart. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. a m. sec. *milia* vel *mœnia* Petav. pr. *lumina* Vat. pr. a m. pr. unde Heinsius conjiciebat *culmina*.—361 *cædes* Pat. *clades* Leid. sec. unus Heins.

NOTÆ

facta ex corno arbore satiatur, quasi ipsa hasta avide sanguinem sitiret. Esayas, c. 34. 'Gladius Domini repletus est sanguine.'

354 *Acrior interea*] Megæra facta insolentior ac violentior, quod quæ optaverat de Rufini improbitate succederent, et lasciviens ac triumphans ob scelera, quæ ille patrabat.

355 *Arce*] In Aula Imperatoria: vel in arce virtutum; ut sapientia in earundem virtutum arce esse dicitur. *Platonis ingenium in arce*, quia eminet.

357 *Sæcula*] Aurea scilicet, et Poëta per ipsius Furiæ os blanditur suis Principibus, dum eorum ætati ascribit sæculum aureum.

360 *Barbaricis*] Irruptionibus Hunnorum barbarorum, quos Rufinus ex-

Præbeat, et quantis epulentur cædibus hydri.
Linque homines, sortemque meam: pete sidera: notis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Austrum
Signifer. Æstivo sedes vicina Leoni
Jam pridem, geminæque vacant confinia Libræ.
Atque utinam per magna sequi convexa liceret!
Diva refert: Non ulterius bacchabere demens.
Jam pœnas tuus iste dabit: jam debitus ultor
Imminet: et terras qui nunc ipsumque fatigat

guinis, et quanta strage serpentes mei *pascantur. Desere homines, et meam hæreditatem: ascende cœlum: refer te tractibus cognitis Autumni, qua* parte *Zodiacus inclinat versus meridiem: domicilium finitimum Leoni æstifero vacuum est dudum, sicut et termini Libræ duplicis. Et utinam permitteretur* mibi *persequi te per cœlum supremum. Dea* Justitia *respondet: O insana* Megæra, *haud sævies amplius. Mox iste tuus* Rufinus *afficietur supplicio: jam vindex justus adest,* et

Pulm. Cod. et Exc. Gevart. in Leidensi pr. versus 357. et 358. in margine ascripti erant.—362 *epulantur* Leid. sec. Exc. Gevart.—363 *votis* Bonon. *noctis* Vat. pr. a m. pr. Pric. a m. sec. *noctis* marg. Isingr.—364 *Autumnis* Rott. a m. pr. *tu* Reg.—366 *gelidæ cessant* Vat. duo, Isingr. marg. Morin. *geminæ* vet. Gyr. ed. Vicet. *gelidæque vacant* Exc. Lucens. sec. *gelidæque vacant* vel *gelidæ cessant* Reg. *gelidæ* vel *geminæ* Exc. Læti et Patav. rec. *Jam dudum gelidæ* v. *egelidæ* al. *cessem* Tholos. *cessent* Rott. Med. sec. Exc. Lucens. pr. —367 *connexa* ed. Claver. sed vitiose.—369 *tuus iste dabit* Vat. pr. Rott. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *dabit iste tuus* Vat. duo, Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti. *ille* Farn. Mazar. Tholos. Ambr. pr. cod. Pulman. *iste* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti. *bacchabere: clemens* Vicet.—370 *emi-*

NOTÆ

civerat.

362 *Hydri*] Serpentes, qui pro crinibus ex Megæræ capite pendent.

363 *Sortem*] Terram quæ mihi sorte obtigit.

Notis Autumni te redde plagis] O Justitia, repete tractus Autumni tibi cognitos. Virgo quæ est inter duodecim signa Zodiaci, creditur a nonnullis esse Justitia seu Astræa, et ideo esse inter Leonem et Libram, quia ad bene judicandum opus est fortitudine, quæ per Leonem; et æquitate, quæ per Libram designatur. Autumni autem, quia Virgo, ut pote ultima signorum Æstivorum, ad Autumnum vergit.

364 *Qua vergit in Austrum signifer*] Qua Zodiacus propendet versus Austrum, Meridianum ventum, hoc est versus partem Meridianam.

366 *Geminæ Libræ*] Habentis duas lances a stateræ jugo æqualiter dependentes. Libra forte dicitur, quia Sol in ea existens facit dies æquales. Alii legunt, *gelidæ*, quia tum aër incipit frigescere.

367 *Convexa*] Cœli convexitatem, seu curvationem.

368 *Bacchabere*] Sævies instar Bacchantum.

369 *Iste tuus*] Rufinus, per contemtum.

Debitus ultor] Debitus ac destina-

Æthera, nec vili moriens condetur arena.
Jamque aderit læto promissus Honorius ævo;
Nec forti genitore minor, nec fratre corusco:
Qui subigat Medos, qui cuspide proterat Indos.
Sub juga venturi reges: calcabitur asper
Phasis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Tuque simul gravibus ferri religata catenis
Expellere die, debellatasque draconum
Tonsa comas imo barathri condere recessu.

iste *qui nunc vexat terram et cœlum ipsum, non sepelietur mortuus* etiam *in pulvere abjecto. Mox Honorius promissus sæculo* huic *fortunato veniet;* Honorius *haud inferior patre generoso* Theodosio, *neque* Arcadio *fratre illustri; qui* Honorius *vincat Medos, qui elidat hasta Indos. Reges in servitutem redigendi* sunt. *Phasis glaciatus proculcabitur equo* ejus, *et Araxes adigetur perferre pontem. Et tu,* o Megæra, *revincta vinclis rigidis ferri una ejicieris* ex terra *lucida; et* habens *rasos crines serpentum edomitorum, detruderis* in *latebras profundas Tartari. Tunc*

net Vat. quart. *quæ* Pal.—371 *moriens vili* Thuan. *non ulli* Farn. *non ulla* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *nec vili* vel *nunc sicca* Put.—372 *Namque* Med. tert. —373 *forte* Med. quart. *non fratre* Farn.—374 *subigit* Vat. pr. a m. pr. *et cuspide* Vat. quinque, Pal. Pric. duo Oxon. duo Leid. Exc. Læti. *proterit* Vat. quart. *proteret* Vat. quint. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti, Moret. pr. Oxon. *proteget* et *proteret* tres Vat. *subigat* et *proterat* Exc. Lucens. sec.—376 *pacemque* Vat. sec. reliqui *pontemque. Oraxes* vel *Araxes* Moret. pr.—377 *ferro* Med. quart.—379 *comas* quatuor Vat. Pal. Farn.

NOTÆ

tus fato vindex criminum Rufini.

371 *Æthera*] Æther est superior pars aëris, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, *ardere*, quod a nonnullis ignis ibi reponatur. Hic sumitur pro cœlo.

Nec moriens condetur] Jacebit insepultus, quod ultima infelicitas esse credebatur, nec etiam vili tegetur pulvere. Virgil. 'Nos animæ viles inhumata infletaque turba.'

372 *Jamque aderit*] Quasi divinitus immissus ad liberandos homines a tali portento.

373 *Corusco*] Glorioso fratre Arcadio, illustri, et micante instar sideris.

374 *Medos*] Hi populi sunt in Asia, alias potentissimi.

Indos] Populos Orientis.

375 *Asper Phasis*] Glacie concretus fluvius: ex Armenia nascitur, alluit Colchidem, Euxinum petit: ab hoc dicuntur Phasiani.

376 *Araxes*] Fluvius rapidus Armeniæ: hodie illa pars quam alluit, dicitur *Persis* et *Parthia*.

377 *Religata catenis*] Alludit ad pacem, quam Theodosius ante obitum composuit, et qua vigente velut vincta remansit Megæra. Sic Virgilius: 'Furor impius intus Sæva sedens super arma, et centum vinctus ahenis Post tergum nodis,' &c.

378 *Expellere die*] Expellere, ex orbe lucido, ex locis, ubi dies est.

379 *Tonsa*] Victarum gentium ima-

Tum tellus communis erit: tum limite nullo
Discernetur ager: nec vomere sulcus adunco
Findetur: subitis messor gaudebit aristis.
Rorabunt querceta favis, stagnantia passim
Vina fluent, oleique lacus: nec murice tinctis
Velleribus quæretur honos: sed sponte rubebunt

terra erit communis; tunc campi nullis dividentur terminis: neque ager frangetur aratro curvo: agricola lætabitur spicis subito pascentibus. *Querceta stillabunt melle: vina exundantia fundentur undique, et lacus olei: neque splendor accersetur lanis aspersis purpura: sed greges ultro purpurascent, pastore admirante, et per*

Pric. Rott. Leid. pr. Exc. Læti. *jubas* Oxon. pr. a m. sec. ita Gesner. *uno* Leid. pr. *trudere* Vat. sec. quod Heinsio placuit ad Paneg. Olyb. et Prob. vs. 112. *claudere* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *condere* Florent. Med. sec. Petav. pr. Exc. Cod. Rhem. quod amplecti visus Heinsius, qui ascripserat seqnentia. *condere*, sic et *condere lumina* pro *claudere* apud Ovid. hinc et *condita* posterioris ævi scriptoribus, de qua voce vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 21. et Salmas. p. 26. *condere funus* Capitolin. pag. 30. l. 5. Hæc Heinsius. *condere* vel *claudere* Rott. Put. *barathri longo* Ambr. pr.—380 *Tum* Reg. Oxon. pr. Petav. sec. Exc. Lucens. sec. *tunc—tunc* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti. *communis* vel *immunis* Petav. pr.—381 *discernentur* Leid. pr. *adunco* Vat. quint. Pal. Exc. Læti et Lucens. pr. *obunco* Vat. duo, Med. tert. Oisel. Leid. pr. Ambr. sec. Petav. sec. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *abunco* Tholos. Reg. Petav. tert. *abunco* vel *adunco* Lov. *ab unco* Voss.—382 *scindetur* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *frangetur* Leid. pr. Exc. Gevart. *messor subitis g.* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *gaudebit messor* Pric. —383 *favis* vel *favos* Vat. pr. Med. sec. *passis* pro *passim* Rott.—384 *oleoque* Pat. *olimque* Vicet. Heinsius conjecerat *oleumque*, et provocabat ad notas in Epigr. in Jacobum mag. equit. ubi e septem Codd. legit, 'Et tua perpetuo dolia vina fluant.'—385 *honos* tres Med. Bonon. Tholos. Lov. Ambr. sec. duo Leid. duo Petav. et totidem Heins. *honor* Vat. pr. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *ovis* Moret. sec. *honor* vel *ovis* Reg. Oxon. pr. Vat. quart. *sed ponte*

NOTÆ

gines tonsæ in triumpho ducebantur: et rasura crinium pœna civilis fuit. Quot olim Principes opprobrii causa rasi, et in monasterium detrusi!

Barathri] Barathrum locus Athenis profundus, et cænosus, in quem noxii præcipites agebantur; et inde sumitur pro Inferis seu Tartaro, in quem detruduntur improbi: *βάραθρον* apud Græcos est *fossa profunda*.

380 *Tellus communis erit*] Ut erat per sæculum aureum, cujus imaginem renovandam esse ait, Imperantibus Arcadio et Honorio.

383 *Querceta*] Sylvæ quercubus consitæ. Virgilius: 'Et duræ quercus sudabunt roscida mella.'

384 *Murice*] Purpura, quæ tingitur sanguine Muricis piscis, vel liquore Muricis floris.

385 *Quæretur honos*] Lana enim purpuræ colore videtur esse honorata.

Attonito pastore greges, pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis nascentibus algæ.

totum mare algæ viridantes emicabunt, lapillis orientibus.

Var. LL. ed. Antv.—386 *portumque* Tholos. Pric. Med. quart. *positumque* Thuan.

NOTÆ

387 *Ridebunt*] Gratæ et jucundæ erunt videntibus, quia mixtæ gemmis nascentibus.

Algæ] Alga est herba marina.

IV.

CL. CLAUDIANI

IN RUFINUM

LIBER II.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

RUFINO extincto, liber Helicon, Castaliæ aquæ a Barbaris impollutæ agnoscunt Stilichonem vindicem, Musæque eum invitant ad suos cantus, exemplo Martis, audiendos.

PANDITE defensum reduces Helicona sorores;
Pandite: permissis jam licet ire choris.

Aperite o *Musæ redeuntes Heliconem; aperite: cœtus nunc possunt ingredi* in

****

In Florentino, Mediceo quarto, et utroque Lucensi huic libro præfigitur Præfatio, quæ in aliis ante Bellum Gildonicum legitur, cum hac inscriptione, *Flavii Claudiani Lib.* II. *de Morte Rufini.* in Vaticano optimo, veterrimo Gyraldi, ut et Vaticano Livinei similiter hic inseritur. In Petav. sec. non est distinctio novi libri.

1 *Defessum* Farn. Var. LL. ed. Antv.—2 *demissis* Heins. Oxon. pr. Leid.

NOTÆ

1 *Defensum Helicona*] Helicon est mons Phocidis in Græcia, sacer Musis, quæ sunt novem doctæ sorores, filiæ Jovis et Mnemosynes seu Memoriæ. Defensum autem contra Rufinum, quasi monstrum illud etiam Musis bellum indixerit, cœtusque doctorum prohibuerit.

2 *Permissis choris*] Nullus est Rufinus qui prohibeat.

Nulla per Aonios hostilis buccina campos
Carmina mugitu deteriore vetat.
Tu quoque, securis pulsa formidine Delphis,
Floribus ultorem, Delie, cinge tuum.
Nullus Castalios latices, et præscia fati
Flumina polluto Barbarus ore bibit.
Alpheus late rubuit, Siculumque per æquor
Sanguineas belli retulit unda notas.
Agnovitque novos absens Arethusa triumphos;
Et Geticam sensit, teste cruore, necem.
Immensis, Stilichon, succedant otia curis,
Et nostræ patiens corda remitte lyræ.

hunc Heliconem. *Tuba nulla inimica prohibet clangore sinistro versus per agros Aonios. Tu etiam, o Apollo, Delphis tutis, timore fugato exorna sertis liberatorem tuum* Stilichonem. *Nemo barbarus ore profano potat liquores Castalios, et aquas inspirantes futura. Alpheus undique tinctus est, et aqua per mare Siciliæ ostendit signa sanguinolenta prælii: atque Arethusa remota cognovit victorias recentes, et ex testimonio sanguinis animadvertit cladem Getarum.*. O *Stilicho, quies sequatur*

præmissis Rott. Florent. Med. sec. Colin. *permistis* Pat. Ceteri omnes melioris notæ, Exc. Lucens. Ald. ed. Parm. et Vicet. *permissis*. Heinsius pro *licet* legit *libet*. *choris* vel *rotis* Vat. pr. *choris* vel *comis* Florent.—4 *vetat* vel *canat* Vat. pr.—5 *Te quoque* Mazar.—6 *Delia* Pal. *Dele recinge* Exc. Lucens. sec.—7 *facti* ed. Parm.—8 *bibat* Oisel. Moret. Thuan. Pric. *bibit* Exc. Lucens. pr. *bibet* reliqui magno numero, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet.—10 *ore* vel *unda* Put.—11 *Admovitque* Rott. *Agnoscitque* Pal. Med. pr.—12 *Et Geticam* vet. Gyr. Vat. Liv. Florent. duo Med. unus Heins. Exc. utriusque Lucens. *Gildonis* duo Oxon. duo Heins. totidem Med. et Vat. Farn. Rott. Pric. Vicet. Isingr. *Et Geticam* vel *Gildonis* Vat. pr. Pric. in ed. Antv. Plant. Heinsius notaverat seqq. 'Gildo interfectus in Sicilia. Gyrald. locum male intellexit.' *sentit* Thuan.—13 *Stilicho* Vat. pr. *succedent* Pal.

NOTÆ

3 *Aonios*] Aonia pars est montana Bœotiæ, Musis sacra.

Nulla buccina carmina vetat] Hoc est, nullum bellum vexat doctos.

5 *Delphis*] Urbs hæc est ad radicem Parnassi, Apollinis oraculo celebris.

6 *Ultorem*] Stilichonem.

Delie] Apollo Delius appellatur a Delo maris Ægæi insula, in qua natus est.

7 *Castalios*] Castalius fons est ad radicem Parnassi, Musis sacer. Dicitur a Castalia, quæ Apollinem fugiens, in hunc fontem conversa est.

Præscia fati flumina] Quæ inspirant fatum, seu futurorum notitiam: nam 'fatidici vates:' Ausonius.

9 *Alpheus*] Fluvius Elidis in Græcia, sed qui per secretos maris meatus pervenit ad fontem Arethusam in Sicilia. Unde utriusque amores celebrantur a Poëtis.

11 *Absens Arethusa*] Hæc Dea fontis cognominis cognovit absente se, et forsan Alpheum amatorem invisente, relatas esse a Stilichone novas victorias de Getis, in Græcia, idque judicavit ex strage et fuso sanguine.

Nec pudeat longos interrupisse labores,
Et tenuem Musis constituisse moram.
Fertur et indomitus tandem post prælia Mavors
Lassa per Odrysias fundere membra nives;
Oblitusque sui, posita clementior hasta,
Pieriis aures pacificare modis.

labores infinitos, et relaxa animum audiens citharam nostram. Neque erubescas interpellavisse magna opera, et dedisse Camœnis tantulum temporis. Etiam Mars invictus dicitur post bella demum prosternere corpus suum *fatigatum per glaciem Thraciæ, et immemor* feritatis *suæ, mitior lancea deposita, demulcere aures cantibus Pieriis.*

Pric. et cod. Barth.—14 *corda remitte* vel *carmina mitte* Florent. *carmina nostra* Rott. *verba* vel *membra* Oxon. sec. unus Heins.—15 *Non* Pric. *Ne* Vat. quint. Pal. Put. Thuan. Med. pr. Ambr. sec.—16 *Musis tenuem* Heins. Oxon. pr. *continuisse* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *instituisse* Med. pr. Pal. —18 *Lapsa* Med. pr. *Odrysias* Vet. Gyr. Med. quart. et unus Heinsii. *Othrysias* al. *Otrisias* duo Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *verba* pro *membra* Oxon.

NOTÆ

14 *Nostræ patiens*] Patiens lyram nostram resonare.

18 *Odrysias*] Odrysæ sunt populi Thraciæ, unde Thracia dicta est Odrysia.

20 *Pieriis modis*] Cantibus Musarum, quæ Pieriæ dicuntur a Pieria regione Macedoniæ ipsis sacra.

V.

CL. CLAUDIANI IN RUFINUM LIB. II.

ARGUMENTUM.

Theodosio mortuo, Stilichone orbis tutore, Rufinus pergit orbem vexare, Europam et Asiam vastat per Getas accitos: ipsa Constantinopolis timet: ipse sceleribus et cæde, hostiumque colloquio gaudet. Orbis implorat opem Stilichonis; hic cum variis populis pergit ad Orientem. Barbari timent, Rufinus exanimatur, mox criminatur Stilichonem, et ab Arcadio mandata obtinet, quibus dimittat Stilichonem; hic dolet, queritur de Rufino; milites fremunt, queruntorque, Rufinum execrantur, vindictam ardentes devovent se Stilichoni, quo tamen recedente, Rufinus exultat, sibique promittens imperium, parat convivia, sceleratis plaudentibus: hinc somnio delusus largitur aurum. At milites hunc de sceptro, non de periculo cogitantem adoriuntur,

capiunt, occidunt, lacerant, caput præfigunt in hasta, manum avulsam circumferunt. Ipse detruditur ad Inferos suppliciis omnibus a Rhadamantho cruciandus.

JAM post edomitas Alpes, defensaque regna
Hesperiæ, merita complexus sede parentem
Auctior adjecto fulgebat sidere mundus;
Jamque tuis, Stilichon, Romana potentia curis,

Jam post Alpes subactas, et conservatum Imperium Occidentis, cælum cohonestans loco digno patrem Theodosium, *micabat honorabilius, addito astro* novo: *et jam, o Stilicho, Imperium Romanum, et fastigium mundi traditum* est *curis tuis.*

1 *Alpis* Exc. Læti, *regnis* Med. sec. a m. sec.—2 *media* Leid. sec. Heins. Exc. Gevart.—3 *Altior* Rott. Heins. *Aptior* Bonon. Tholos. Oxon. sec. Med. tert. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. a m. pr. *Auctior* vel *Aptior* Exc. Læti, *Junctior* Oisel. *Auctior* vel *Junctior* Put. *actior* Exc. Voss.—4 *Stilichon* Petav.

NOTÆ

1 *Alpes*] Montes inter Italiam Galliamque, quos cum Arbogaste Gallo Principe occupaverat Eugenius Grammaticus, qui se pro Imperatore gerebat, et cui sic scripsit S. Ambrosius, 'Imperatori Eugenio.' At hic cum suo Arbogaste a Theodosio victus est.

Regna Hesperiæ] Quæ sunt versus Occidentem, habita ratione Romæ. Hesperus est stella Occidentalis: unde Hesperium dicitur, quod est Occidentale.

2 *Merita sede*] Ob virtutem, cujus velut gradibus Heroës in cœlum ascendunt.

Complexus] Velut filium, cui debetur hæreditas.

3 *Auctior mundus*] Cœlum magis auctum et honoratum micabat addito novo sidere, Theodosio scilicet: alludit ad Julium Cæsarem, qui post obitum creditus vulgo est in astrum esse mutatus. Addendum est quosdam Philosophos censuisse Heroum animas e stellis oriundas, ad stellas redire. Porro hic Theodosium canit Apotheosi donatum, seu relatum inter superos: qui honos etiam Orthodoxis Imperatoribus delatus est, ut patet ex nummo, ubi relata Principis effigies cum inscriptione, 'Divus Constantinus;' altera facie ipse quadrigis invectus ad cœlum videtur exsurgere, manum manui cœlesti porrigens. Ceterum ut scias qualis fuerit Theodosius, audi S. Ambrosium de ipso loquentem: 'Manet in lumine Theodosius, et sanctorum cœtibus gloriatur: ibi Gratianum complectitur: dies diei eructat verbum.' Deinde agens de Maximo et Eugenio ait: 'Nox nocti indicat scientiam.'

4 *Stilichon*] Decedens Theodosius Rufinum Arcadio Imperatori Orientis tutorem dedit, Stilichonem Honorio Imperatori Occidentis. Claudianus vero uni Stilichoni omnia ait esse commissa, quia noverat hoc eum affectare; et hanc fuisse Theodosii mentem populus credebat. Immo et Zosimus, et S. Ambrosius id memoriæ prodiderunt. Ultimus de Theodosio sic loquitur: 'Nihil habebat novum, quod conderet, qui filiis totum dederat, nisi ut eos præsenti commendaret parenti, id est Stilichoni.'

Et rerum commissus apex: tibi credita fratrum
Utraque majestas, geminæque exercitus aulæ.
Rufinus (neque enim patiuntur sæva quietem
Crimina, pollutæque negant arescere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Inchoat, et solito pacem vexare tumultu.
Hæc etiam secum: Quanam ratione tuebor
Spem vitæ fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queam? premor hinc odiis; hinc milite cingor.
Heu! quid agam? non arma mihi, non Principis ullus
Auxiliatur amor: matura pericula surgunt

Majestas Fratrum amborum demandata est *tibi, et agmina Regiæ duplicis. Rufinus (etenim scelera atrocia non permittunt requiem, et guttur infectum recusat siccescere)* Rufinus *incipit rursus orbem inflammare præliis nefariis, et turbare pacem seditionibus consuetis. Quin et* Rufinus ait *talia verba secum: Quonam modo conservabo spem debilem vitæ* meæ? *qua industria possim avertere tot tempestates? hinc obruor invidia, inde obsideor a militibus. Ah! quid faciam? non cohortes opitulantur mihi, non ulla benevolentia Imperatoris. Discrimina subita*

sec. Exc. Læti a m. sec. *Stilico* Vat. sec. Rott.—5 *condita* Exc. Voss.—6 *exitus* Vicet.—7 *Ruffinus* Vat. quart. *Ruffini* Tholos. *scæva* Var. LL. e marg. Parm. *nec enim* Pal. Pric. Rott. Put. Pat. Ambr. pr. et tres Med.—8 *pollutasque* Moret. pr. *pollutæque* vel *pollutasque* Reg. *avidæque* v. *avidasque* Oxon. *mansuescere* Med. tert. Petav. tert.—9 *terrasque* Lov. *flammis* Reg. Ambr. pr. Oxon. *terris* Leid. duo. *b. accendere t.* Ms. Pulm. et Barth.—10 *subito* Med. sec. *turbare* Pric. Thuan. Mazar. Petav. tert. Exc. Lucens. pr. *vexare* tres Vat. Pal. Farn. Put. Reg. Patav. pr. duo Oxon. et Leid. Med. duo, ambo Moret. Lov. Bonon. tres Ambr. duo Heins. Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. et ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *turbare* vel *vexare* Rott. Thol. Exc. Læti.—11 *fecit* pro *secum* Florent. *Quanam* vel *Qua nunc* Oisel.—14 *nec Principis* Pric. Med. quart. Exc. Lucens. pr.—16 *impositis* Exc. Læti, Ald.

NOTÆ

5 *Rerum apex*] Fastigium, seu supremæ dignitates utriusque Imperatoris tibi commissæ sunt.

Fratrum] Arcadii et Honorii; et utriusque aulæ, Constantinopolitanæ in Oriente, et Romanæ in Occidente. Quanquam nonnulli dicunt Arcadium viginti annos natum, non opus habuisse tutore.

8 *Arescere fauces*] 'Ut fera quæ gustatum semel sanguinem semper sitit.' S. Hieronymus. Semper fauces madescunt cruore, ac proinde recusant arescere.

10 *Tumultu*] Tumultus dicitur, quasi *timor* vel *tumor multus*. Dicitur proprie de bello Gallico aut Italico.

12 *Spem vitæ fragilem*] Vitæ spem, quæ est exigua, caduca, et fragilis ut vitrum.

Fluctus] Mala ingruentia, et fluctuum ac tempestatis instar, obruentia.

13 *Odiis*] Principis, procerum, populi: nec mirum est sic invisum esse hominem avarissimum.

15 *Matura pericula*] Parata cadere, ut pomum nempe maturum subito cadit, ita et pericula subito casura sunt in caput Rufini.

Undique, et impositi radiant cervicibus enses.
Quid restat, nisi cuncta novo confundere luctu,
Insontesque meæ populos miscere ruinæ?
Everso juvat orbe mori: solatia leto
Exitium commune dabit: nec territus ante
Discedam. Cum luce simul linquenda potestas.
Hæc fatus, ventis veluti si fræna remittat
Æolus, abrupto gentes sic objice fudit,
Laxavitque viam bellis: et ne qua maneret
Immunis regio, cladem divisit in orbem,

imminent undequaque, et gladii collo minantes fulgent. Quid superest nisi perturbare omnia calamitate luctuosa, et permiscere gentes innocentes cum *exitio meo. Lubet perire, mundo labefactato; pernicies communis* omnibus *præbebit consolationem morti meæ: neque prius* ego metu *perculsus obibo: deserenda* est *potentia una cum vita. Locutus hæc* verba Rufinus, *ceu Æolus laxet habenas ventis, ita fractis obstaculis turbavit populos, et aperuit iter prœliis: ac ne quis tractus remaneret expers* belli, *partitus est stragem in oppida, et*

ed. Parm. Vicet. Junt. Colin. *omnes* Leid. pr. Exc. Luc. pr. *enses* vel *omnes* Reg. Oxon. pr. *imbres* Med. sec. a m. pr.—17 *mihi* pro *nisi* Pal. *succendere* Med. tert. *luctu* vel *fluctu* Vat. quint.—19 *everso* Med. quart. *destructo* Exc. Lucens. pr. *fato* Mazar. et Heins.—21 *Decedam* Petav. pr. Isingr. *Discendam* Leid. pr. a m. pr. *Discedam* quatuor Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Decedam* vel *Discedam* Exc. Læti. Heinsius conjiciebat *Dis cedam.*—22 *fatur* Moret. pr. *veluti ventis* Farn. Pric. Rott. Oisel. *resolvat* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec.—23 *sic gentes* Pric. *fundit* Vat. quart. Reg. Petav. pr. Exc. Lucens. pr. marg. Morin.—25 *demisit* Bonon. Ambr. sec. *dimisit* duo Vat. Lov. Leid. pr. Pal. Farn. Oisel. duo Med. item Heins. totidem Petav. Reg. Moret. sec. Mazar. Tholos. Ambr. tert. Ald. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. Vicet. *divisit* Florent. Med. sec. Pat. Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. *demisit* vel *divisit* Oxon. sec. *divisit* vel *dimisit* Oxon. pr. Vat. quint. Petav. pr. Moret. pr. et Exc. Læti, *demisit, dimisit,* vel *divisit* Put. *orbem* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Med. quart. Exc. Læti et Lucens. pr. Vien. et Isingr. *urbis* Exc. Lucens. sec. *urbes* vet. Gyr. Heinsius ad firmandam lectionem *divisit* ascripserat: *divisit*, sic 'dividere equos factionibus' Capitolin. in Gordianis p. 152. et 'porcellum dividere per triduum' Spartian. in Didio Juliano p. 61. l. 22. et 'congiarium populo dividere' Capitolin. in Marco Antonino p. 32. l. 11. sic idem in

NOTÆ

16 *Impositi enses*] Exemplo Damoclis, 'Districtus ensis cui super impia Cervice pendet,' &c. Horatius.

19 *Everso juvat orbe mori*] 'Incendium ruina restinguere,' ut jactabat Catilina apud Sallustium.

23 *Æolus*]. Filius Hippotæ, Deus ventorum creditus ab antiquis, quod ex fumo Strongyles insulæ ventos futuros prænosceret; vel quod Astrologiam, et præsertim ventorum naturam, calleret.

Fudit] Confudit, perturbavit.

Disposuitque nefas. Alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt, expertaque remos
Frangunt stagna rotis: alii per Caspia claustra,
Armeniasque nives, inopino tramite ducti,
Invadunt Orientis opes. Jam pascua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.
Jam rubet altus Halys: nec se defendit iniquo
Monte Cilix. Syriæ tractus vastantur amœni:
Assuetumque choris, et læta plebe canorum,

distribuit scelera. Hi irrumpunt per dorsum glaciatum Istri furentis, et rumpunt curribus aquas ante *tentatas remigiis: illi per aditus Caspios, et per nives Armeniæ, conducti semita improvisa, irruunt* in *Imperium Orientis. Jam prata Cappadociæ fumant* strage, *et Argæus pater equorum celerrimorum. Jam Halys profundus rubescit* cæde: *neque Cilix tutatur se culmine abrupto: gratæ regiones Syriæ diripiuntur, et equus inimicus calcat Orontem inertem, et consuetum choreis, et*

Gordianis: ‘Illos sane xx. senatus ad hoc creaverat, ut divideret his Italicas regiones contra Maximinum pro Gordianis tuendas’ p. 156. et sæpe.—26 *Imposuitque* Tholos. *feracis* Vat. sec. *feroces* Tholos. tamen *ferox Rhodanus* Cons. Manlii vs. 53. nisi ibi legendum *ferax*. alibi, ‘Subvectæ Rhodano Tiberina per ostia classes Nec prius inventas Araris tibi donat aristas.’ Heinsius ad oram Lugd. edit. 1548.—27 *remis* Florent. Thuan. Pat.—28 *castra* Pat. Moret. sec. a m. pr. *lustra* marg. Isingr.—29 *limite* Pric.—31 *Egenus* Lov. a m. pr. *equarum* Vat. sec. Oisel. *aquarum* Oxon. pr. a m. pr.—32 *intus Alis* Oxon. pr. *Alix* Leid. sec. Exc. Gevart. *alis* Vicet. Leid. Lovan. *intus* vel *altus* Vat. quint. *intus* Vat. duo, et totidem Med. Lov. Pat. Tholos. Pal. Farn. Oisel. Reg. Mazar. duo Petav. ambo Moret. duo Ambr. Leid. pr. et unus Heinsii, qui inde conjiciebat *Indus*.—33 *amœna* legit idem Heinsius, qui et post *canorum* versum deesse suspicatur. *montes* pro *tractus* marg. Isingr.—34 *sonorum* Pric. Leid. *phæbe* marg. Morin. *et lotæ* Var. LL. ed. Antv. a m.

NOTÆ

26 *Disposuitque nefas*] Constituit ut scelus suum, seu bellum nefarium a se excitatum, una cum cladibus a Getis, a se accitis, spargeretur per provincias et urbes omnes.

27 *Danubii*] Seu Istri: fluvius est maximus Europæ: oritur ex vico Vittembergensi: se exonerat in Pontum Euxinum.

28 *Caspia claustra*] Aditus Caspiæ regionis, Caspio mari vicinæ: claustra alii vocant κλεῖδας, *claves*, regni alicujus.

29 *Armeniasque nives*] Armenia regio est Asiæ.

30 *Orientis opes*] Id est, Imperium Orientis. Virgilius: ‘inclementia Divum Has evertit opes, sternitque a culmine Trojam.’

31 *Argæus*] Mons Cappadociæ equorum pernicitate celebris: Cappadocia porro, regio Asiæ minoris versus Pontum, optimis et pascuis et equis abundat.

32 *Halys*] Fluvius ex Tauro monte nascens: alluit Cappadociam, Syriam, Paphlagoniam.

Iniquo] Difficili, salebroso, arduo, abrupto.

33 *Cilix*] Taurus mons Ciliciæ, quæ est in Asia minore.

Syriæ] Hæc est regio Ciliciæ contermina.

34 *Assuetumque choris*] Syri, et præ-

Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Hinc planctus Asiæ: Geticis Europa catervis
Ludibrio prædæque datur, frondentis adusque
Dalmatiæ fines: omnis qua mobile Ponti
Æquor, et Hadriacas tellus interjacet undas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Instar anhelantis Libyæ, quæ torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager: reticet pastore fugato
Pelion: Emathias ignis populatur aristas.
Jam plaga Pannoniæ, miserandaque mœnia Thracum,

resonantem populo gaudente. Inde fletus Asiæ nascuntur: *Europa permittitur irrisioni et rapinæ cohortium Geticarum, usque ad terminos Dalmatiæ sylvosæ: tota terra, quacumque porrigitur inter fluentes aquas Ponti* Euxini, *et mare Hadriaticum, desolata* est, et *spoliata gregibus, non culta agricolis ullis, in speciem Libyæ ardentis, quæ perpetuo adusta caloribus, non potest mitescere cura humana: campi Thessali incenduntur* bello: *Pelion silet pastoribus expulsis: flamma consumit spicas Macedonicas. Jam regio Pannoniæ, et urbes Thraciæ, et terræ Mysorum* erant

pr.—36 *Hic* Vat. quint. *cultus* Med. tert. forte *luctus*. *Geticisquè* Ambr. pr. *Geticisque* vel *gentisque* Exc. Læti. *catenis* Exc. Læti m. pr. *cathenis* Thuan. *severis* Ambr. pr. *Geticisque Europa severis* Lov.—37 *prædaque* Junt. Ald. Colin.—38 *Dalmaciæ* quatuor Vat. Farn. Petav. pr. *Dalmaticæ fines omnes* Lov. *quæ* Farn. vet. Gyr. Mazar. Thuan. ambo Moret. Petav. pr. Ambr. tert. Leid. pr. a m. sec. *Ponti* vel *Poli* Moret. pr. Barth.—39 *Actiacas* marg. Morin. *Adriacas* tres Vat. Farn. *interieret* Moret. sec. a m. pr. *Hadriacis undis* Tholos. —41 *hanelantis* Var. LL. ed. Antv. Voss. Leid. *anelantis libræ* Cod. Barth.—43 *cultore* Med. tert.—45 *Nam* Oisel. Put. Thuan. Petav. tert. et sec. a m. pr. Moret. sec. Med. tert. Exc. Lucens. sec. Voss. et Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

sertim cives Antiochiæ, quam irrigat fluvius *Orontes*, choreis et cantibus sæpius indulgebant.

36 *Hinc*] Ex hoc bello, quod Rufinus excitavit.

Geticis] Omnes ejusmodi populi non satis cogniti sub vocabulo Getarum sæpius significantur.

38 *Dalmatiæ*] Hæc regio est ad oram maris Adriatici.

39 *Hadriacas*] Vel Adriaticas, sic dictas ab urbe Adria.

41 *Anhelantis Libyæ*] Ardentis, æstu fatiscentis, et præ nimio calore reddentis homines ita anhelos, ut vix respirare possint. Libya est regio Africæ siticulosa, arenosa, et ideo inculta.

44 *Pelion*] Hic mons seu spelæum Thessaliæ in Græcia miris pastorum cantibus personabat.

Emathias] Græciæ regio Emathia est, dicta ab Emathione Rege, fratre Memnonis: appellatur Macedonia.

45 *Pannoniæ*] Hæc est lata Europæ regio, quam a Germania Danubius separat.

Thracum] Thraces populi Græciæ vicini; immo a quibusdam in ipso Græciæ limine repositi.

Arvaque Mysorum; jam nulli flebile damnum,
Sed cursus solennis erat, campusque furori
Expositus, sensumque malis detraxerat usus.
Heu heu, quam brevibus pereunt ingentia fatis!
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.
  Urbs etiam, magnæ quæ dicitur æmula Romæ,
Et Chalcedonias contra despectat arenas,

deplorandæ: jam jactura nemini lacrymabilis, sed incursiones erant ordinariæ, et agri objecti rabiei hostium, *ac consuetudo ademerat sensum in damnis. Heu! res magnæ quam levi ruunt casu! unus* Rufinus, *perfidus, ignavus, pessumdat brevi momento sceptrum comparatum tanto cruore, conservatum tanto* cruore, *quod facta mille Ductorum acquisiverunt, quod* per *tot sæcula Romana potestas connexuit. Urbs quoque quæ fertur* fuisse *rivalis Romæ ingentis, ac quæ sita est contra arenas*

Nec non Pann. alt. Leid. duo Vat. Petav. pr. *Jam* vel *Nam* Oxon. pr.—46 *Mæsorum* Tholos. *Mesorum* Vat. quart. Med. sec. *Mysorum* vel *Mæsorum* Exc. Læti, *missorum* Voss. *non ulli* Vat. quart. Exc. Lucens. pr.—48 *sensusque* Pric. Oisel. Pat. Thuan. Mazar. Florent. et unus Heins. *mali* Vat. sec. Put. Florent. Mazar. Med. quart. et sec. a m. pr. Lovan. Exc. Lucens. pr. *malis* Exc. Lucens. sec. *sensusque malus* Rott.—49 *Heu heu* præstantiores magno numero, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *Heheu* Mazar. Leid. sec. Petav. duo. Ald. *eheu* al. ut Gesner. *fatis* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *caussis* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti, quæ et *fatis* vel *curis* a m. sec. —51 *junxere* Leid. pr. Oxon. *junxere* vel *peperere* Reg.—52 *armis* Vat. quint. —54 *ducitur* Vat. pr. Exc. Lucens. pr.—55 *Quæ Chalcedonias* Petav. tert.

NOTÆ

46 *Mysorum*] Mysia regio est minoris Asiæ ad Hellespontum. Strabo constituit etiam *Mysos* in Europa in confinio Pannoniæ ad Danubium, putatque Mysos Asiaticos ab his nomen et originem traxisse. Sed hos Plinius non *Mysos* sed *Mæsos* appellat. Unde in hoc Claudiani loco nonnulli legunt *Mæsorum*.

47 *Solennis*] Incursio Barbarorum ordinaria, et assueta, fiebat veluti cum pompa et cærimonia, non furtim, sed palam et publice, ut solenne quidpiam. Et populi his malis ferendis jam erant assuefacti.

48 *Sensumque malis detraxerat usus*] Occalluerat jam omnium patientia, et consuetudo, quæ est altera natura, effecerat, ne mala amplius sentirentur.

52 *Contexuit*] Multas scilicet urbes et provincias in unum velut corpus imperii contexuit, atque conjunxit.

53 *Vertit*] Non evertit tamen Rufinus, sed evertere tentavit, ut ipse velut denuo excitaret, atque in suo opere triumpharet, regnaret.

54 *Urbs etiam*] Constantinopolis, quæ non solum æmula, sed et postea victrix fuit Romæ, et altera Roma dicta.

55 *Chalcedonias*] Chalcedon, hodie *Scutari*, secundum aliquos; urbs olim erat ea parte Asiæ ad Bosphorum

Jam non finitimo Martis terrore movetur,
Sed propius lucere faces, et rauca sonare
Cornua, vibratisque peti fastigia telis
Aspicit. Hi vigili muros statione tueri,
Hi junctis properant portus munire carinis.
Obsessa tamen ille ferus lætatur in urbe,
Exultatque malis; summæque e culmine turris
Impia vicini cernit spectacula campi.
Vinctas ire nurus: hunc per vada proxima mergi
Seminecem, hunc subito percussum vulnere labi,
Dum fugit: hunc animam portis efflare sub ipsis:
Nec canos prodesse seni, puerique cruore

Chalcedonis, jam haud concutitur timore vicino belli, at videt proxime tædas fulgere, et tubas raucas resonare, et culmina turrium *percuti jaculis contortis. Hi festinant defendere mœnia excubiis vigilantibus, illi corroborare portus navibus catenatis. Attamen barbarus ille* Rufinus *gaudet in urbe oppugnata, et triumphat calamitatibus; et ex culmine arcis altissimæ aspicit spectacula nefaria agri finitimi:* aspicit *nurus incedere catenatas;* aspicit *hunc semianimem submergi in aquas propinquas; illum, dum effugit, appetitum plaga repentina concidere; hunc reddere animam sub portis ipsis; neque canitiem juvare senes; et gremium matris repleri sanguine infantis. Gaudium infinitum et sæpe jocus afficit* Rufinum: *una tristitia movet* hominem,

Calcedonias Vicet. Ald. Isingr. al.—56 *moveri* conjiciebat Heinsius pro *movetur.*—57 *proprias* Pat. *proprius* Tholos. *pocius* vel *propius* Vat. pr. *propius* vel *propias* Moret. pr. *sed propius sonare faces* Leid. sec. *rauca sonore cornua* Moret. sec.—59 *hic* Vat. sec. *hi* Pat. Tholos. Ambr. sec. Put. duo Petav.—60 *muros* pro *portus* Thuan. *portas* Exc. Voss. *murare* Leid. sec. Exc. Gevart. *catenis* pro *carinis* legit Heinsius, qui ascripserat locum Ammian. Lib. XXVI. p. 349. ed. Lindenbr. sub finem: alia tamen manu notatum erat, *male: vid. Barth.*—61 *ferox* unus Heins.—62 *summæque* Vat. pr. quod maluit Heinsius. *summoque* al. ita Gesner. *e culmine* vet. Gyr. Vat. Livin. *ex culmine* Vat. pr. *a culmine* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—63 *spectat* Tholos. Petav. pr. cod. Delr. *certamina* Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *certamina* vel *spectacula* Vat. sec. Put. *spectat certamina* Vat. quart. et quint. marg. Morin. *spectacula* Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. Isingr.—64 *victas ire manus* Oisel. *junctas* vel *vinctas* Put. *victas* Med. quart. Ambr. pr. Leid. sec. Exc. Gevart. *vinctas* Oxon. sec. *manus* duo Med. duo Petav. Bonon. Tholos. Mazar. Pat. Ambr. tert. Ald. et Exc. Schott. *domus* Ambr. pr. Sched. Gud. *nurus* vel *manus* Vat. quint. Florent. Put. Exc. Læti. *vinctas nurus* vel *victus manus* Oxon. pr. *in vada* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *cerula* Oisel. Vat. pr. et sec. *vaga* Vat. duo. *vada* vel *vaga* Vat. pr.—65 *Seminecem,* Lov. Vicet. Parm. Ald. *percussum* tres Vat. Pal. *perculsum* Med. tert. *convulsum* Pric. a m. pr.—66 *hic* Med. quart. *spirare* Florent. Rott. Thuan. Med. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. ed. Parm. *spirare* vel *efflare* Oxon. pr. Exc. Læti. *efflare animam* ex Capitolin. p. 34. l. 23. probat Heinsius.—67

NOTÆ

Thracium, e regione Byzantii seu Constantinopolis.

57 *Faces*] Tædas ardentes hostium.

60 *Portus munire carinis*] Simul junctis ac catenatis navibus, ne hostis propius accedat.

63 *Spectacula*] Aspicit nimirum certamina impia, et mala omnia, quæ

Maternos undare sinus. Immensa voluptas,
Et risus plerumque subit: dolor afficit unus,
Quod feriat non ipse manu: videt omnia late
Exceptis incensa suis, et crimine tanto
Luxuriat, carumque sibi non abnuit hostem.
Jactabatque ultro, quod soli castra paterent,
Sermonumque foret vicibus permissa facultas,
Egregii quoties exisset fœderis auctor.
Stipatur sociis; circumque armata clientum
Agmina privatis ibant famulantia signis.

quod non ipse percutiat sua *dextera: spectat undique cuncta combusta, præter sua* bona, *et lascivit tantis sceleribus, neque negat hostes* esse *jucundos sibi. Ac sponte gloriabatur, quod castra* hostium *panderentur* sibi *uni, et potestas congressuum concessa esset vicissim, quotiescumque* ipse *egreditur comitatus sociis, conciliator* futurus *fœderis illustris: et catervæ armatæ clientum circum incedebant, obedientes vexillis privatis. Ipse*

Non Med. quart. unus Heins. Exc. Lucens. pr. *puerique* Vat. sec. *puerumque* Pal. Thuan. Mazar. Med. pr. duo Ambr. unus Heins. Sched. Gud. *cruorem* Reg. *cruore* vel *cruorem* Put.—68 *fœdare* Vat. sec. Pal. Oisel. Thuan. Mazar. Med. pr. unus Heins. Ambr. pr. Sched. Gud. *nudare* Pat. Thuan. *nudare* vel *fœdare* Put. *undare* vel *fœdare* Moret. pr. *undante* Farn. Heinsius conjiciebat, 'puerique cruore Maternos fœdante sinus.'—69 *In risus* Med. sec. *rursum* Exc. Gevart. *rursus* Leid. *populumque* pro *plerumque* Rott. Var. LL. ed. Antv. *Et rursum pl'umque* Leid. sec. *inficit* Pric. a m. pr. Thuan. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *afficit* vel *efficit* Oxon. pr. *inficit* et emend. *efficit* Put.—70 *faciat* Med. tert. *esse munus* Exc. Læti.—71 *Exceptis* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Præceptis* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Præcipitis* Tholos. *intenta* Med. sec. a m. pr.—72 *casumque* pro *carumque* Tholos. *abnuit* Vat. pr. vet. Gyr. Reg. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *abnegat* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Pat. Ambr. duo et Exc. Læti. *abnegat* vel *abnuit* Pet. Oxon. sec.—73 *quod soli* duo Med. Reg. Put. Thuan. Mazar. Lov. Petav. tert. unus Heins. duo Oxon. totidem Leid. ambo Moret. Exc. Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *soli quod* Vat. sec. Rott. Exc. Læti. *paterent* vel *parabant* Reg.—74 *Sermonisque fuit* id. Reg. *commissa* Farn. incert. Heins. *concessa* vel *permissa* Put. *facultas* Vat. pr. vet. Gyrald. et Exc. Lucens. sec. *potestas* alii ut Gesner.—75 *actor* duo Med. Heinsius conjicit *ictor*. *funeris* marg. Isingr.—76 *Stipatur* duo Leid. Mazar. Vat. Livin. Isingr. *Stipatis* Tholos. *Stipatus* tres Vat. Pal. Farn. Pric.

NOTÆ

suscitaverat. Sic Nero ex turri Mecænatiana Romæ incendium a se excitatum cernere gestiebat.

71 *Exceptis suis*] Villis, quod argumentum erat Rufinum cum hostibus fecisse fœdus, quod præter ejus villas omnia incenderentur. Secus alias de Fabio judicatum est, cujus agrum, incensis aliis, Annibal invidiose servaverat, eum ut Romanis suspectum redderet.

75 *Fœderis auctor*] Quoties mitteretur ad fœdus persuadendum, faciendum.

76 *Clientum agmina*] Quod nimiam arguit hominis potentiam, cum stipatus clientibus incedat, quo more principes incedebant.

Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles,
Frænaque, et immanes pharetras, arcusque sonoros
Assimulat, mentemque palam testatur amictu.
Nec pudet Ausonios currus, et jura regentem,
Sumere deformes ritus, vestemque Getarum:
Insignemque habitum Latii mutare togæque

Rufinus, *in medio, ne aliquatenus omittat* morem *Barbarorum, retrahit pelles fulvas in gremium, et imitatur habenas, et pharetras ingentes, et arcus stridentes, et publice ostendit animum veste. Neque homo ducens currum, et leges Italiæ, erubescit usurpare turpem consuetudinem, atque indumenta Getarum. Ac leges impulsæ permutare vestes illustres Italiæ, dolent victæ* a *judice pellito. Quæ facies populi tum*

Oisel. Exc. Læti. *armenta* vet. ed. Parm. et Exc. Læti, in quibus et *fabulantia* a m. pr.—78 *maneret* Exc. Voss.—79 *pectora* Vat. pr. Oisel. Leid. pr. Vat. Livin. Petav. pr. Exc. Læti, *pectore* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Isingr. ita Gesner. *corpora* Rott. Med. sec. *corpore* Florent. Heinsius ascripserat: 'peregrinos habitus sumere probrosum olim.' Lamprid. in Commodo, p. 49, 12. Casaub. p. 96.—80 *pharetras* vel *phaleras* Oxon. pr.—81 *Assimilat* omnes fere scripti, Exc. Lucens. pr. et Læti, ed. Parm. et Vicet. *menteque* Leid. sec. *satis* Florent. Rott. *satis* vel *palam* Med. sec. *proclamat amictu* Exc. Lucens. sec. *amictu* vet. Gyr. *amictus* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti, *amictus* vel *amictu* Oxon. pr.—82 *Ne* Rott. *Non* Thuan. Mazar. Moret. sec. duo Ambr. *Nec* vel *Nil* Oxon. pr. *cursus* Tholos. *cultus* Vat. sec. *bella* Put. a m. pr. *Jura tuentem* Leid. sec. Exc. Gevart. ad vulgatam tuendam ascripserat Heinsius locum Lib. II. in Eutrop. 343. et Zitzman. not. in Rutil. p. 68. *nec jura* Incert. Heins. *tenentem* Ms. Pulman.—83 *rictus* Med. sec. *ritus* vel *rictus* Reg. *vestesque* Lov. et Varr. LL. ed. Antv.—84 *togæque* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel. Isingr. *coactæ* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Getæque* Pric. Heinsius conjiciebat, *et veste Getarum Insignes habitus Latii mutare togati*.

NOTÆ

79 *Pelles*] Gentes Septemtrionales propter frigoris acerbitatem se pellibus vestiebant.

81 *Assimulat*] Rufinus, ut Getarum gratiam aucuparetur, eorum vestes imitatus est.

Mentemque palam] Testatur hac veste Barbara, quis sibi sit animus, barbarus scilicet, et Barbarorum causæ favens, sicque Romani Imperii proditor.

82 *Ausonios currus*] More Consulum, qui sellis curulibus in curru vecti procedebant. Alii legunt, *Ausonias curas*, id est, curas Italiæ. *Regere jura*, est regere magistratum; 'qui jura regere possint.' Digestis de Origine Juris § 13.

83 *Deformes*] Contemta patriæ consuetudine, peregrinum morem, vestesque Geticas usurpare: qua labe notatus est Alexander, quod relictis Græcis vestibus Persicas indueret: sed egregie defenditur a Plutarcho, quod hac vestium mutatione sibi hostium animos conciliaret.

84 *Insignem*] Togatam vestem scilicet, qua Romani a ceteris nationibus distinguebantur.

Mœrent pellito captivæ judice leges.
Quis populi tunc vultus erat? quæ murmura furtim?
Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem
Colloquiis impune licet. Quonam usque feremus
Exitiale jugum? duræ quis terminus unquam
Sortis erit? quis non funesto turbine rerum
Aut tantis solvet lacrymis, quos Barbarus illinc,
Hinc Rufinus agit, quibus arva fretumque negatur?
Magna quidem per rura lues; sed major oberrat

erat? Quis fremitus clam? Etenim afflicti non audent etiam lugere tuto, vel mulcere ærumnas sermonibus. Hæc dicunt: *Quousque patiemur servitutem detestabilem? Quis finis erit unquam calamitatis acerbæ? Quis liberabit nos* a *fatali tempestate miseriarum, vel* a *tantis fletibus?* Nos, *quos hinc Barbari, inde Rufinus vexat:* nos, *quibus terra et mare non conceduntur. Certe per campos ingens*

85 *pellito captivæ* Vat. pr. *captivæ pellito* Sched. Gud. *polluto* Petav. sec. Med. sec. Incert. Heins. Marg. Isingr. *pellitæ* Farn.—86 *populis* Rott. a m. pr. Florent. Med. sec. *tum* Vat. pr. Moret. sec. Reg. Oxon. pr. *luctus* pro *vultus* conjicit Heins.—87 *Dant miseri* Leid. sec. Exc. Gevart. *Dant miseris* Med. quart. *non flere* Farn. Lov. Med. pr. ambo Moret. *non* vel *nunc* Pal. *dolores* Exc. Læti. *dolorem* undecim scripti et Exc. Gevart. Ald.—89 *malum* pro *jugum* Varr. LL. ed. Antv. *duræ* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *diræ* Tholos. Med. sec. Petav. pr. *quis duræ* vel *duræ nec* Lov. *qui* Oisel. Reg. duo Petav. Med. sec.—90 *Mortis* Med. sec. a m. pr. Pal. et ed. Vicet. *funesto turbine* Exc. Lucens. sec. *in tanto* vel *funesto* Oxon. pr. *funesto in turbine* reliqui scripti, item Var. LL. ed. Antv. *infesto* Pat. *nos in tanto t.* Leid. alt.—91 *Aut tantis* tres Vat. Med. tert. Ambr. pr. incert. Heins. *Aut* vel *A* Reg. *Ab* Exc. Lucens. pr. *A tantis* reliqui omnes, Exc. Pat. rec. item Gevart. et Varr. LL. ed. Antv. *solvit* Oisel. *nos barbarus* Exc. Læti a m. sec. *quas barb.* Petav. tert.—92 *arma* Lovan. *negatur* quatuor Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *negantur* Reg. Pal. Pat. duo Med. unus Heins. Ambr. sec.—93 *per castra* Vat. sec. *post jura* ed. Vicet. *per rura* vel *post jura* Exc.

NOTÆ

85 *Pellito*] Nam pellitos seu pellibus barbaricis indutos videre Romanos proceres, id indicium esse videbatur Imperii a Barbaris occupati.

Leges] Romanæ, a Barbaro in potestatem redactæ. Per leges, intellige Judices legum ministros, quos mutare habitum Rufinus coëgerit.

86 *Murmura*] Populi afflicti fremebant, murmurabant clam, et Rufini tyrannidem detestabantur.

90 *Funesto turbine*] Quis nos liberabit a malis funestis, quæ nos, instar turbinis, vexant, rapiunt, opprimunt, suntque nobis tantarum causæ lacrymarum?

91 *Barbarus*] Exercitus Barbarorum excitus a Rufino.

92 *Quibus arva*] Quia non possumus effugere Rufini iram, neque per terram, neque per mare.

93 *Lues*] Malum et calamitas omnis, instar pestis, affligens.

Intra tecta timor. Tandem succurre ruenti
Heu patriæ, Stilichon: dilecta hic pignora certe;
Hic domus; hic thalamis primum genialibus omen.
Hic tibi felices erexit regia tædas.
Vel solus, sperate, veni. Te prælia viso
Languescent, avidique cadet dementia monstri.
Talibus urgetur discors Aurora procellis.

malum est, *at metus acerbior vagatur intra domos. Auxiliare tandem patriæ, heu! cadenti, o Stilicho: hic profecto liberi* tui *cari* sunt: *hic domus* tua, *hic primum* fuit *præsagium* pro *lecto* tuo *nuptiali. Hic Aula sustulit pro* te *faces fortunatas. Etiam solus adsis, expectate* Stilicho: *pugnæ torpescent, te conspecto, et vecordia portenti avari dejicietur. Oriens turbatur his tempestatibus discordiarum. Sed*

Pat. rec.—94 *Inter* Vat. sec. Ambr. pr. Moret. sec. Farn. Rott. Med. sec. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *Intra* Pric. *minor* Pat. *Iuenti* Vat. quart.—95 *Stilicho* Vat. opt. *Stilichon* Exc. Lucens. pr. *Stilicon* incert. Heins. *delecta* Leid. pr. *dilecti hæc* Reg. *dilecti et* Vat. sec. *tua sint hæc* Florent. *sunt hæc* Med. sec. *tua sint hic* Rott. et Vat. sec. pro var. lect.—96 *thalamis* vet. Gyr. Vat. Livin. *thalami* Vat. sec. Exc. Læti, ed. Parm. Vicet. *thalamus* Rott. Thuan. Mazar. Ambr. pr. Petav. tert. Oxon. et Ald. *thalamus* vel *thalamis* Put. Petav. pr. *proprium* tres Vat. Pal. Rott. Oisel. Exc. Læti et Lucens. pr. *primum* Farn. Thuan. vet. Gyr. Vat. Livin. Med. quart. Exc. Gevart. et Lucens. sec. item ed. Vicet. marg. Isingr. *proprium* vel *primum* duo Vat. *genialibus* vel *gentilibus* Exc. Læti. *genialibus* vel *genitalibus* Reg. Put. Oxon. pr. *genitalibus* reliqui omnes, Exc. Lucens. pr. et cod. Rhem. Ald. ed. Parm. et Vicet. quod probat Heinsius, qui et ita legendum monuit apud Senecam initio Medeæ: 'Tuque genitalis tori Lucina custos.' *primum genialibus* vel *proprium genitalibus* Vat. pr. Exc. Læti. *gentilibus* Exc. Voss. m. pr. *omne* Reg. *omen* vel *omne* Petav. item Oxon. pr.—97 *Hic tibi* fere omnes Codd. Exc. Gevart. ed. Parm. Ald. Colin. et Vicet. *Hic ubi* Varr. LL. ed. Antv. *hæc* al.—98 *sperare* Vat. quart. *sperare* vel *superare* Reg. Oxon. duo. *venis?* Med. quart.—99 *languescunt* Pat. *cadent* Pal. *rabidique* pro *avidique* conjicit Heinsius. *vestri* pro *monstri* Exc. Voss.—100 *dictis* pro *discors* Med. tert.

NOTÆ

95 *Patriæ*] Num Constantinopolis Stilichonis patria est? Vix credo. Patria vocatur, quia Stilicho hic habuit domum, hic duxit uxorem, ex qua liberos suscepit.

95 *Pignora*] Liberi, qui sunt velut pignora, quibus Princeps astrictus, debent magis amare patriam, ubi nati illi sunt.

96 *Primum thalamis genialibus omen*] Id est, primum auspicium felix pro lecto nuptiali. Virgilius: 'Primisque jugarat Ominibus.' Olim nuptiæ non celebrabantur, nisi auspicato, seu inspectis avibus. Genialis sic dicitur a Genio, naturæ et voluptatis Deo.

97 *Tædas*] Faces nuptiales altius attollebantur a matribus sponsarum, sicque conjugium felicius fore credebatur: δαΐς, δαΐδος, *tæda*, vel *fax accensa*.

98 *Viso*] Laus Heroum magna est, victores extitisse, statim atque visi sunt. Notum illud Julii Cæsaris, 'Veni, vidi, vici.'

99 *Dementia monstri*] Vecordia Rufini monstri pessimi contundetur.

100 *Discors Aurora*] Oriens vexatus discordiis, et velut tempestatibus, seu ventis contrariis agitatus.

At Stilichon, Zephyris cum primum bruma remitti,
Et juga diffusis nudari cœpta pruinis,
Partibus Italiæ tranquilla in pace locatis,
Utraque castra movens, Phœbi properabat ad ortus,
Gallica discretis Eoaque robora turmis
Complexus. Nunquam tantæ ditione sub una
Convenere manus, nec tot discrimina vocum.
Illinc Armeniæ vibratis crinibus alæ
Herbida collectæ facili velamina nodo:
Inde truces flavo comitantur vertice Galli,

Stilicho, statim atque hyems cœpit mitigari Favoniis, ac montes cœperunt *liberari glacie dispersa, tractibus Italiæ collocatis in pace tranquilla, promovens castra gemina, festinabat versus Solem orientem, habens vires Gallorum et Orientis, separatis agminibus. Nunquam tanti exercitus congregati sunt sub uno imperio, neque* unquam *tanta differentia linguarum* fuit. *Hinc catervæ Armeniæ capillis crispatis,* habentes *vestes virides collectas nodo tenui: inde Galli feroces crinibus fla-*

Hic vero versus in Med. sec. manu recentiori in margine est ascriptus.—101 *Ast* Pat. Exc. Voss. *Stilicho* Vat. pr. *Stilicon* Ex. Lucens. pr. et Læti. *Stilico* Vat. sec. *remitti* vel *reverti* Put.—102 pro *nudari* Heinsius conjiciebat *viduari*. *capta* Exc. Voss.—103 *tuta sub pace relictis* vet. Gyr. et Exc. Lucens. sec. *relictis* Vat. Livin. Isingr. *relictis* vel *locatis* Vat. opt. Put. *tranquilla pace* Med. tert. Moret. sec.—104 pro *Utraque* Heinsius conjecerat *Ultra*, sed postea deleverat. *solus* vitiose pro *Solis* Pal. Med. pr. *ortum* Pric.—105 *discerptis* Rott. *disertis* Med. pr. *turbis* Thuan.—106 *Amplexus* Vat. pr. Exc. Lucens. sec. *tantæ nunquam*; Thuan. Pric. *nusquam* Exc. Læti m. sec. *statione* Pric. a m. pr.—107 *non tot* Pal. Med. pr.—108 *Illinc* Florent. Bonon. Med, sec. Ambr. sec. Vat. Livin. *Illic* Vat. sec. Pal. Pric. Oisel. Exc. Læti. *vibratis* vel *vibratæ* Exc. Læti. *vibratæ* reliqui Codd. magno numero, ut et Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. item ed. Vicet.—109 *Fervida* tres Vat. duo Oxon. duo Leid. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *Herbida* Bonon. Put. Exc. Lucens. sec. Isingr. *fervida* vel *ferbida* Vat. pr. Var. LL. ed. Antv. Helmæst. *Fervida, Rubea* vel *Tenuia* Ambr. pr. *Findia* et eadem manu in

NOTÆ

101 *Zephyris*] Zephyrus seu Favonius, ventus lenior qui flat ab Occidente; qui solvit frigora, flores parit. Unde dicitur quasi ζωηφόρος, sive τὸ ζῆν φέρων, *ferens vitam*. Plinio dicitur, 'genitalis Mundi spiritus.' Catullus: 'Aura parit flores tepidi fœcunda Favoni.'

104 *Phœbi*] Solis, qui dicitur, Φοῖβος, *clarus*, ceu, φῶς βίου, *lux vitæ*.

105 *Eoa*] Ἕως, et ἠὼς, unde Eous, Aurora, Oriens.

108 *Armeniæ vibratis crinibus*] Armenia est Asiæ regio, in qua milites habebant crines vel natura crispos vel ferro vibratos.

Alæ] Sunt hic cohortes militum.

109 *Herbida velamina*] Vestes ad colorem viridem, herbarum instar, accedentes. Apud Romanos hoc vestis genus erat pauperiorum.

110 *Flavo vertice Galli*] Galli dicti a colore candido, nam γάλα *lac* significat. Quæ appellatio Gallorum comprehendebat et Germanos, quibus flava seu 'aurea cæsaries' tribuitur.

Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit;
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus;
Quosque rigat retro pernicior unda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æstu.
Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt
Vulnera: non odit victus, victorve superbit.
Et quamvis præsens tumor, et civilia nuper
Classica, bellatrixque etiam nunc ira caleret,
In ducis eximium conspiravere favorem.

ventibus stipantur, quos Gallos *Rhodanus celer, quos Araris lentior circum alluit, et quos Rhenus* in *aquis experitur nascentes, et quos aqua velocior Garumnæ aspergit, rediens, quotiescumque agitatur fluctu pleno Oceani. Una voluntas* est *omnibus: et corda deponunt injurias recentes: victus non irascitur* victori: *non victor insultat victo. Ac licet iracundia tumens,* et *bella civilia, et odium quoque bellicum modo incenderetur,* tamen *consenserunt in gratiam ductoris egregii. Non dissimi-*

margine *Florida* Pat.—111 *Quos Rhodanus velox* Bonon. *ambit Rodanus* Tholos. *amnis* pro *Araris* Med. tert. *pigrior* Ambros. sec.—112 *nascentes* vel *miscentes* Thuan. *vertice* pro *gurgite* Med. tert. *Rhemis* Vicet.—113 *ligat* Florent. Pric. Oisel. Pat. *ligat* vel *rigat* Vat. sec. Med. sec. Lov. Thuan. Mazar. Moret. alter. eadem varietas mox vs. 148. *tetro* Pal. *Garinæ* marg. Morin. *Garunnæ* Vat. pr. Farn. *Garonæ* Rott. *Garaunæ* Vat. sec. *Garannæ* Med. sec. Ambr. pr. Exc. Cod. Rhem. *Girannæ* Ambr. pr. *Garannæ* vel *Cayci* Med. tert. Heinsius conjiciebat legendum, *Quos Liger et retro pernicior unda Garumnæ.*—115 *cunctas* Exc. Gevart. *poscunt* pro *ponunt* Exc. Læti a m. sec.—116 *victorque* Thuan. Ambr. pr. duo Leid. Exc. Gevart. *victorve* vel *victorque* Put.—117 *præceps* conjicit Heinsius, ut supra. *præceps audacia* lib. I. 34. *et q. petulans animis c.* marg. Isingr. *timor* Farn. Florent. Pat. Thuan. Leid. pr. Moret. pr. *tumor* vel *timor* Moret. sec. *tumorem* et *iram* sæpe conjungi monuit Heinsius, et provocavit ad vs. 7. Deprec. ad Hadr. ubi reponebat, 'Me tumor incautus, me lubrica duxerit ætas.' pro *dolor*. et firmabat loco Capitolin. in Pertinace pag. 58. l. 7. 'Sed cum Tausius quidam in iram et tumorem milites adduxisset,' ita enim omnino legendum. ut et vidit Salmas. vulgo *timorèm.*—118 *bellatrix* sine copula Vat. pr. Oxon. pr. Leid. sec. *tunc* Moret. sec. Exc. Gevart. *maneret* Thuan. *natura* pro *nunc ira* Var. LL. ed. Antv.—119 *eximii* Vat. duo, Oxon. duo, Reg. et Petav. pr.

NOTÆ

111 *Rhodanus, Araris, Garumna*] Fluvii Galliæ notissimi.

112 *Et quos nascentes*] Accolæ Rheni solebant infantes recens natos fluvio imponere, ut si frigidum fluvium paterentur, pro legitima sobole agnoscerentur.

115 *Recentia ponunt vulnera*] Milites Stilichonis, etsi patria differunt, non differunt voluntate; iis eadem est mens; et injurias deponunt, quibus nuper exulceratus fuerat eorum animus. Injuriæ dicuntur vulnera, quia ut vulnus lædit corpus, ita et injuria animum: ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ὕβρις.

116 *Non odit victus*] Qui vicerant cum Stilichone, non insultant victis: nec victi odere victores.

117 *Præsens*] Iræ durantis atque adhuc tumentis reliquiæ.

Civilia classica] Tubæ, bella: signum pro re signata.

Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,
Et telis umbrasse diem, cum classibus iret
Per scopulos, tectumque pedes contemneret æquor.
Vix Alpes transgressus erat, nec jam amplius errat
Barbarus, adventumque tremens, se cogit in unam
Planitiem, tutoque includit pascua gyro.
Tum duplicem fossam, non exsuperabile vallum

liter exercitus comitatus Xerxen una ex *omni Imperio dicitur exhausisse fluvios errantes, et obscurasse Solem jaculis, cum volaret per saxa* cum *navibus, et pedes* incedens *sperneret mare opertum* ratibus. *Vix* Stilicho *superaverat Alpes; et jam exercitus Barbarorum non vagatur amplius, et timens accessum* Stilichonis *congregat se in planitiem, et claudit pascua circulo securo. Deinde construit fossam geminam, vallum inexpugnabile, palis infixis, et bobus interfectis, opponit vehi-*

extremum pro *eximium* Ambr. tres Petav.—120 *Xerxen* tres Med. Reg. Bonon. Mazar. duo Ambr. tres Petav. *Xerxem* Vat. sec. Oisel. *Xersen* Leid. duo. *tanto* Med. sec. m. pr.—121 *potasse* pro *rapuisse* Exc. Læti. *feros amnes* Pric. *amnes* vel *axes* Oisel.—122 *vibrasse* Petav. pr. *umbrasse* vel *vibrasse* Reg. Oxon. pr. Exc. Læti, et ed. Parm. *umbrasse* sedecim alii, Excerpt. Lucens. sec. et ed. Vicet.—123 *tectus* duo Vat. *contexeret* Oxon. sec. Put. *cum cerneret* Thuan. Mazar. Oisel. Exc. Pat. rec. et Cod. Rhem.—124 *Alpes* Exc. Læti. *egressus erat* Exc. Lucens. sec. *non jam* Exc. Læti.—125 *adductumque* Var. LL. ed. Antv. Exc. Voss. *timens* duo Vat. Rott. Put. Florent. duo Med. Ambr. sec. Petav. pr. Moret. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *tremens* Reg. Thuan. Vat. duo, Oisel. duo Oxon. Leid. pr. Exc. Voss.—126 *tutoque* Exc. Læti. *tantoque* Oisel. *totoque* tres Vat. Pal. Tholos. Med. pr. unus Heins. *tutoque* vel *tortoque* Oxon. pr. *excludit* Med. pr. unus Heins. unus Barth. Leid. et Exc. Gevart. in Petav. pr. pro glossa ascriptum erat. sic infra, ‘ Finibus exiguis vallis conclusa tenebas.’—127 *Tunc* Med. quart. Mazar. Ambr. pr.

NOTÆ

120 *Xerxen*] Regem potentissimum Persarum in Asia, numero militum prope infinito fluvios exhaurientem.

Toto orbe] Vastissimo Imperio, quod Xerxes regebat: sic dicitur orbis Gallicus, pro Gallico Imperio.

121 *Rapuisse*] Exhausisse propter immensam copiam hominum equorumque.

122 *Telis umbrasse*] Aiebant Persas telorum multitudine solem obscurare, unde jocus Spartani cujusdam: ‘ Melius in umbra pugnabimus.’

123 *Per scopulos*] Xerxes dicitur æquasse montem Athon, et velis pervium fecisse.

Æquor] Hellespontum, quem Xerxes ponte navium junxit, atque trajecit; et per quem postea victus cymba effugit.

125 *Barbarus*] Exercitus prope Constantinopolim a Rufino evocatus formidat advenientem Stilichonem; etsi vix Alpes superasset. Adeo formidabile erat nomen Stilichonis.

126 *Pascua*] Ad pabula equis subministranda.

127 *Vallum asperat*] Vallum munit palis acutis atque asperis per alternos seu geminos ordines, hinc inde dispositis; et in medio sub specie muri, plaustra constituit tecta pellibus boum. Id etiam a Carolo Magno

Asperat alternis sudibus, murique locata
In speciem cæsis obtendit plaustra juvencis.
At procul exsanguis Rufinum perculit horror:
Infectæ pallore genæ: stetit ore gelato
Incertus peteretne fugam, veniamne subactus
Posceret, an fidos sese transferret in hostes.
Quid nunc divitiæ, quid fulvi vasta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis

cula constituta in formam muri. Sed longe terror pallens percussit Rufinum: vultus deformatur pallore: facie glaciata constitit, dubitans, an capesseret fugam? An victus peteret pacem, an transiret ad hostes sibi *sociatos? Quid tum opes prosunt* Rufino? *Quid cumulus immensus flaventis metalli? Quid domus elata columnis rubris, et ædificia sublata ad cælum* prosunt? *Discit viam* exercitus Stilicho.

Petav. pr. Leid. sec. *duplicem fossam* Vat. pr. et Livin. *duplici fossa* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *bellum* pro *vallum* Vat. sec.—128 *locata* Reg. Thuan. Exc. Gevart. et Lucens. sec. marg. Isingr. Ald. *locata* vel *locatum* Vat. pr. Petav. pr. *locatum* habent reliqui omnes, item Exc. Læti et Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Heinsius conjiciebat *locato*.—129 *In speciem* Med. tert. a m. sec. *In specie* sedecim alii. *ostendit* Pat. Oisel. Leid. sec. Exc. Gevart. *obtundit* Lov. *claustra* incert. Heins. Vicet. Vien. *claustra* vel *plaustra* Exc. Læti.—130 *error* Rott. Pat. Lov. a m. pr. Exc. Gevart. Exc. Voss.—131 *Infestæ* Reg. Leid. pr. *Infecto* ed. Parm. *Infectæ* vel *Infecto* Exc. Læti. *pallore* duo Vat. Exc. Lucens. sec. *pallore* vel *terrore* Put. *terrore* reliqui scripti triginta fere, Exc. Læti, Lucens. pr. et Gevart. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. *ore gelato* Florent. Med. sec. *stat corde gelato* Tholos.—132 *veniamne* duo Med. duo Ambr. Reg. Thuan. Mazar. Leid. pr. duo Petav. Lov. et Exc. Gevart. *veniamque* Vat. pr. Oxon. pr. *veniamve* Vat. sec. Pal. Farn. Pric. Put. Oxon. sec. *subactus* Exc. Lucens. sec. *fugatus* ed. Vicet.—133 *an* Leid. sec. *aut* Florent. *an* vel *aut* Put. *attonitos sese an* Petav. pr. *fidos* Leid. sec. Pat. Exc. Gevart. *fidos* vel *tantos* Vat. pr. a m. sec.—134 *Quid dant* vel *nunc* Moret. sec.—135 *porphireis* Exc. Læti. *præfulta* Pric. *effulcta* Ald. *columnis* Vat. pr. Pat. Ambr. sec. Exc. Læti et Lucens. sec. *columnis* vel *metallis* Put. *metallis* triginta alii, Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

factum esse nonnulli memoriæ prodiderunt.

129 *Cæsis juvencis*] Pellibus taurorum occisorum.

130 *Exsanguis horror*] Terror reddens Rufinum pallidum et exsanguem. Effectus ponitur pro causa, sic dicitur 'pallida mors,' quæ homines reddit pallidos.

131 *Ore gelato*] Ore pallenti et frigido corpore, ob scelerum conscientiam, metumque Stilichonis.

133 *Fidos sese transferret in hostes*] An transiret in hostes, quos sua perfidia patriam prodens sibi fidos effecisse putabat.

134 *Fulvi metalli*] Auri congestus acervus.

135 *Purpureis columnis*] Columnis e marmore coloris punicei, seu rufi, rubri. Quod intelligendum de opere Byzantino structuræ admirabilis, quod exstructum est a Rufino.

Atria, prolatæve juvant ad sidera moles?
Audit iter, numeratque dies, spatioque viarum
Metitur vitam: torquetur pace futura,
Nec recepit somnos, et sæpe cubilibus amens
Excutitur, pœnamque luit formidine pœnæ.
Sed redit in rabiem, scelerumque immane resumit
Ingenium, sacrasque fores prædivitis aulæ
Intrat, et Arcadium mixto terrore precatur:
Per fratris regale jubar, per facta parentis
Ætherii, floremque tui te deprecor ævi,
Eripe me gladiis: liceat Stilichonis iniquas

nis, *supputat dies, et metitur vitam intervallo itineris: vexatur pace ventura, neque admittit soporem, et frequenter mente captus excitatur lecto, penditque supplicium, timore supplicii. At resumit furorem* solitum, *et repetit crudelem propensionem* ad *crimina, atque ingreditur limina augusta Regiæ locupletissimæ, et rogat Arcadium metu mixto,* dicens: *Per sidus Regium Fratris, per gesta Divi Patris, et florem ætatis tuæ, rogo te, libera me ab ensibus. Permittatur* mihi *effugere minationes injustas Stili-*

Sched. Gud. et ed. Vicet. male. nam præcessit.—136 *prolatæne* duo Vat. *provectæque* Vat. sec. *valles* pro *moles* Pat.—137 *Audet* Oisel. *vias* Pat. Leid. sec. Exc. Gevart. *spatiumque* Bonon.—138 *peste* duo Vat. *pace* Exc. Lucens. sec.—139 *Nec* Pric. Rott. *Non* Farn. *repetit* Exc. Cod. Rhem.—140 *tulit* pro *luit* Tholos.—141 *in* vel *ad* Tholos. *rabiem* Vat. pr. Med. quart. Pat. vet. Gyr. Leid. sec. Vat. Livin. Exc. Gevart. et Luc. pr. ed. Parm. Isingr. *faciem* duo Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. Put. Mazar. Thuan. Bonon. Tholos. duo Ambr. tres Petav. totidem Med. duo Heins. Exc. Læt. et Lucens. sec. item ed. Licet. *faciem* vel *rabiem* Put. duo Lat. *faciem* vel *facinus* Reg. *resolvit* Tholos.—143 *immixto* magna pars Codd. Exc. Læti et Lucens. sec. Oxon. Ald. Colin. *mixto* Med. quart. Exc. Lucens. pr.—144 *fata* Thuan. *facta* plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. et Vicet. —146 *Erime* Put. a m. pr. unde Heinsius legit *Exime. Stilichonis* Vat. pr.

NOTÆ

137 *Spatioque viarum*] Metitur, judicatque tantum se distare a morte, quantum ipse a Stilichone distabat.

138 *Pace*] Quam Stilicho redditurus erat Orienti.

140 *Pœnamque*] Magisque torquetur, quia magis timet, conscius suorum criminum. Petronius: 'Dii Deæque quam male est extra legem viventibus! Quod semel meruerunt, semper expectant.'

141 *Redit in rabiem*] Rufinus prima fronte territus, de sceleribus non cogitabat, sed mox redit ad rabidam scelerum consuetudinem, resumitque crudelem, et ad crimina propensum animum, quem exuisse videbatur.

142 *Prædivitis aulæ*] Intelligit secretissimum Arcadii Imperatoris thalamum, ut ostendat Rufini omnia penetrantis potentiam.

144 *Regale jubar*] Exquisita adulatio Honorii, per quem, velut per astrum, obtestatur.

Parentis ætherii] In æthere seu cœlo jam consecrati. Vid. v. 3. supra.

Evitare minas, in nostram Gallia cædem
Conjurata venit. Quicquid ligat ultima Tethys,
Extremos ultra volitat gens si qua Britannos,
Mota mihi. Tantis capiendi credimur armis?
Tot signis unum petitur caput? unde cruoris
Ista sitis? geminum cœli sibi vindicat axem,
Et nullum vult esse parem: succumbere poscit
Cuncta sibi: regit Italiam, Libyenque coërcet:
Hispanis Gallisque jubet: non orbita Solis,

chonis. Gallia conspirans in cladem nostram properat: id omne, quod mare extremum constringit, siqua natio vagatur trans Britannos ultimos, excitata est contra *me.* Nos *tradimur comprehendendi tantis exercitibus? Unus homo lacessitur tot vexillis? Unde ista* venit *cupiditas sanguinis?* Stilicho *tribuit sibi Orbem duplicem, et neminem patitur esse parem* sibi. *Petit omnia subjici sibi: gubernat Italiam, et reprimit Libyam: imperat Hispanis, et Gallis. Non via Solis circumscri-*

Stiliconis Vat. sec.—147 *evasisse* Incert. Heins. *minas* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *manus* tres Vat. Pal. Farn. Rott.—148 *redit* vel *venit* Put. *rigat* Vat. pr. et Vat. Livin. ita Gesner. *legit* Petav. sec.—149 *volitat gens ultra* Tholos. duo Vat.—150 *Nota* Ald. Junt. Colin. *Vota* Tholos. *tatis* Pat. *tantis* Petav. tert. Ambr. pr. *digni* Petav. pr. a m. sec. Ald. *dignis* Pal. Rott. Reg. Thuan. Bonon. Tholos. Lov. et Petav. sec. a m. pr. duo Med. duo Ambr. totidem Heins. Var. LL. ed. Antv. *tantis* vel *dignis* Rott. a m. sec. Oxon. pr. Leid. pr. Exc. Læti. *digni capiendis* vel *tantis capiendi* Exc. Pat. rec. Heinsius recte notaverat, *τὸ dignis* natum esse ex voce *signis* in versu seq. *credimur* Put. Petav. pr. *tradimur* vel *credimur* Reg. Oxon. pr.—151 *nostrum* Thuan. *petimur* Ambr. pr.—152 *Tanta sitis* Pric. *Stilico* Med. sec. ed. Parm. *Stilicon sibi* Exc. Læti. *cœli sibi* Vat. sec. Farn. Lov. Moret. sec. Leid. pr. duo Oxon. Exc. Cod. Rhem. et Gevart. Var. LL. ed. Antv. et Ald. *sed cœli jam* Vicet. et marg. Isingr. *vendicat* ambo Moret.—153 *poscit* vel *credit* Rott. [NB. deest hic versus in Vicet. editione.]—154 *Libyamque* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti. *Libyemque* Oisel. Mazar. Leid. pr. Oxon. pr. et Ambr. Lov. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *Libyenque* Ambr. tert.

NOTÆ

148 *Ligat*] Constringit glacie. Alii legunt, *rigat*, nec male.

Tethys] Est Tēthȳs, Tēthȳŏs, et Thĕtĭs, Thĕtĭdŏs: hæc nympha marina mater Achillis; illa mater Nympharum maris, seu Nereidum. Hic sumitur pro mari.

149 *Volitat*] Vagatur; alludit ad Britannorum vitam vagam et erraticam.

150 *Mota mihi*] Hoc est, *contra me.* Alias significat, *pro me.* Ut, *tibi militat æther*, id est, *pro te.*

152 *Axem*] Axis pertinet ad rotas: transfertur ad polos, quibus cœlum verti dicitur: imo et ponitur pro orbe et regione: hic *geminus axis* significat utrumque orbem, utrumque Imperium Orientis et Occidentis.

155 *Gallisque jubet*] Apud Ciceronem et alios ejus sæculi auctores *Jubeo* non jungitur cum dativo sed cum accusativo et infinitivo; ut, 'jubeo te bene sperare,' &c. Contra Claudianus in hoc loco, et Cornelius Tacitus Ann. lib. VIII. 'quibus jusse-

Non illum Natura capit: quascumque paravit
Hic Augustus opes, et, quas post bella recepit,
Solus habet: possessa semel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur;
Nos premat obsidio? quid partem invadere tentat?
Deserat Illyricos fines; Eoa remittat
Agmina; fraternas ex æquo dividat hastas;
Nec sceptri tantum fueris, sed militis, hæres.
Quod si dissimulas nostræ succurrere morti,

bit illum, non Orbis universus. *Quascunque divitias hic Imperator* Theodosius *cumulavit, et quas resumsit post prælia, unus* Stilicho *possidet: nec satagit restituere* res *semel occupatas. Nimirum ille* Stilicho *potiatur pace placida: nos obruamur obsidione? cur conatur occupare hæreditatem* tuam? *relinquat provincias Illyricas: reddat catervas Orientis; partiatur æqualiter exercitus fraternos, neque tu sis,* o Arcadi, *successor tantum imperii, sed et exercituum. Quod si fingis auxiliari*

pererrat Pal. Med. pr.—158 *nec* Vat. pr. *sibi* pro *semel* et *curæ* Ambr. pr. et Sched. Gud.—159 *Scilicet* Moret. sec. a m. sec. *Si licet* Rott. *in pace* Pal. Heinsius conjiciebat, *tranquilla ut pace fruatur*. *fruatur* Farn. Med. sec. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. *fruetur* Pal. Florent. Bonon. Mazar. Petav. tres, item tres Med. Oxon. pr. duo Leid. totidem Ambr. et Heins. Pat. Lov. Oisel. Vat. tres, item Vat. Livin. Exc. Læti, Gevart. cod. Pulman. et Lucens. pr. *fruatur* vel *fruetur* Reg. Put.—160 *premat* Farn. Florent. Thuan. Bonon. Pat. tres Petav. quatuor Med. unus Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *premet* Vat. Livin. Tholos. Mazar. Incert. Heins. tres Ambr. *premit* ed. Isingr. et Gryph. *premit* vel *premet* Vat. pr. m. pr. *premat* vel *premet* Put. in voce *obsidio* mendum subesse suspicatur Heinsius. *quam parte* duo Vat. *quid* vel *qui* Oxon. pr. *quis* Oisel. *pacem* Exc. Pat. rec. *parem* cod. Claver. *spartem* Isingr. *partem* Tholos. Florent. Ambr. tert. *partem* sc. *nostram* Gloss. Med. sec. Heinsius ascripserat locum Capitolin. in Pertinace p. 54. l. 13. 'a partibus remotus est.' vid. Casaubon. p. 103. et Salmas. p. 125. de partibus Scaliger ad Manil.—161 *Ægea* Exc. Voss.—162 *alas* legit Heinsius.—163 *cepti* Exc. Voss. *fueris sed tantum* Thuan. *fueris tantum* triginta Codd. Exc. Læti, Gevart. Voss. et Lucens. pr. ed. Vicet. Parm. Junt. Colin.—164 *dissimulas* duo Vat. Exc. Læti et Lucens. sec. *dissimulas* vel *dissimules* Oxon. pr.

NOTÆ

rat, ut resisterent:' et Livius, 'aliis bellum jussum erat.'

Non orbita] Stilichonis potentia non iisdem, quibus Sol, limitibus circumscribitur.

160 *Partem*] Partem hæreditatis tuæ, scilicet Imperium Orientis.

161 *Illyricos*] Illyria est vasta regio supra sinum Adriaticum.

Eoa] Orientis. Supra sæpius de hac voce.

162 *Hastas*] Vel exercitus per hastam signatos; vel sceptrum, quod Græci vocant σκῆπτρον, *hastam*, qua Reges olim innitebantur: σκῆπτρον, ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, *inniti*.

163 *Hæres*] Alii deducunt ab *hærendo*: aliis *heres* ab *hero*, qui dominus est: Scaligero *heres* dicitur, ut ἥρως.

Nec prohibere paras: Manes et sidera testor,
Hæc cervix non sola cadet: miscebitur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus ad umbras,
Nec mea securus ridebit funera victor.
Hæc ubi: dictatur facinus; missusque repente,
Qui ferat extortas invito Principe voces.
Interea Stilichon jam lætior hoste propinquo,
Nec multo spatii distantibus æquore vallis,
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons læva datur; per cornua Gallos
Dexteriora locat. Spumis ignescere fræna,
Pulveris extolli nimbos, lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas,

cladi nostræ, nec accingis te *impedire* illam: *juro* per *inferos et* per *astra: hoc caput non unum dejicietur: cruor alius confundetur* cum meo, *neque ego ibo ad tenebras infernas, non stipatus; neque victor tutus irridebit mortem meam. Postquam* Rufinus dixit *hæc* verba: epistola *facinorosa dictatur; et statim* orator *missus* est, *qui reportet verba* Stilichoni *expressa* ab *Imperatore nolente. Interim Stilicho jam gaudens hoste propiore, et vallis non remotis magno intervallo campi, inflammat sermone* suo *catervas avidas dimicandi. Frons sinistra traditur Armeniis; collocat Gallos per partes dexteras. Cerneres habenas accendi spumis,* cerneres *nubes pulvereas levari, et vexilla tumentia rubris serpentibus circum attolli, ac cœlum*

reliqui *dissimules*, nec non Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—167 *feror* Ambr. tert. *undas* Vat. pr. et Livin. *undas* vel *umbras* Florent.—168 *ridebit securus* Farn.—169 *Hic* ed. Parm. et Vicet. *Hoc* Reg. Pal. Petav. tres Med. [NB. ab hoc versu incipit Vat. tert.] *dictatum* Med. sec. a m. pr. *ditatur* Exc. Lucens. pr. *vitatur* Thuan. ed. Vicet.—170 *exortas* ed. Vicet. *invito* Thuan. *inviso* Pal. Med. pr. et sec. a m. pr. cod. Barth. *injuncto* Oisel. *invito* vel *inviso* Put. Vat. tert. *leges* pro *voces* Incert. Heins.—171 *Stilico* Vat. sec. *Stilicho* Vat. pr. *Stilicon* Petav. sec. Exc. Læti.—172 *Non* Med. pr. *spatiis* Bonon. Exc. Læti m. sec. *spatiis distantes* Med. sec. et Petav. sec. a m. pr. *distantibus* vel *distantes* Put. Vat. tert. a m. pr. *valle* Bonon. *valli* Pal. Med. pr. Rott. cod. Barth. —174 *pars* Lov. *frons* vel *pars* Med. sec.—175 *Exteriora* Ambr. pr. *levat* vel *locat* Moret. sec.—176 Heinsius legit *attolli. nimbos* vel *nubes* Vat. tert. *longeque* Rott. Florent. *alteque* Sched. Gud. *lateque* reliqui, ut et Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet.—177 *sugere* Leid. pr. pro *surgere* Heinsius conjiciebat *fervere.* et ascripserat Lib. IV. Cons. Hon. 545. *unguibus* Oisel. Med. sec.

NOTÆ

167 *Stygias*] Infernas, a Styge fluvio inferorum, qui dicitur ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, *odisse*, quasi sit fluvius odii.

169 *Dictatur facinus*] Rufinus dictat epistolam, qua mandatur Stilichoni cedat partibus Arcadianis, sed quia contra voluntatem Imperatoris est hæc epistola, facinus et crimen est.

171 *Lætior hoste propinquo*] Gaudens se ad hostes propius accedere: in quo videtur herois magnanimitas.

172 *Vallis*] Palis erectis et vallum propinquum ostendentibus.

177 *Hastas*] Hastis superimposita

Serpentumque vago cœlum sævire volatu.
Implet Thessaliam ferri nitor, antraque docti
Cornipedis, teneroque amnis reptatus Achilli,
Et nemus Œtæum radiat: clamore nivalis
Ossa tonat, pulsoque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus, et lucis prodigus arsit
Impetus: haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina: præcipiti stravissent omnia cursu.
Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Græcia cædes:
Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent:

furere volatu erratico draconum. Fulgor armorum replet Thessaliam; et caverna Centauri eruditi, et fluvius ad quem *Achilles infans repsit, et sylva Œtæa resplendet: Ossa frigida resonat murmure, et strepitus duplicatur Olympo impulso. Fortitudo* militum *aucta est, et ardor non parcens vitæ incaluit. Non saxa retinerent illos, non fluvii profundi: dejecissent cuncta cursu rapido. Si tum exercitus conflixisset* cum *his* militibus *animosis, Græcia prodita non aspexisset tantas clades:*

m. pr.—178 *servire* Farn. Petav. tert. Exc. Læti m. pr. cod. Delr. *sævire* vel *servire* Oisel.—180 *raptatus* Oisel. Med. quart.—181 *Ætnæum* Vat. sec. Exc. Cod. Rhem. *Ætneum* Leid. *Enthneum* Med. sec. *æthereum* Vat. quart. Pal. Rott. Med. pr. Pat. Tholos. unus Heins. *Œtheum* vel *æthereum* Oxon. pr. *radiat* omnes fere scripti, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *resonat* vulg.—182 *sonat* duo Vat. Ambros. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. *tonat* vel *sonat* Oxon. pr. Med. sec. tres Petav. *tremit* vel *tonat* Put. Heinsius ascripserat locum II. de Rapt. Proserp. 173. 'Siculæ tonnere cavernæ.' ut ibi Oxon. pr. et Voss. vid. Lib. III. de Rapt. 396.—183 *Et tumuit* Pal.—184 *haud ulla* Oxon, pr. *aut alta* duo Vat. Farn. Pric. Rott. Florent. *aut—aut* Leid. sec. Barth. *vetarunt* Leid. sec. Med. quart.—185 *æquora* pro *omnia* Leid. sec. Exc. Gevart.—186 *Si tunc his* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *His si tunc* Vat. Livin. *Quod si tunc* Vat. pr. Pat. et Moret. pr. Barth. *collecta* Thuan. Var. LL. ed. Antv. *fuissent* Bonon. Var. LL. ed. Antv. —187 *audisset* Ambr. pr. *fudisset* Tholos. *cædes* Vat. pr. vet. Gyr. Mazar. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *classes* Vat. quart. *clades* vel *classes* Vat. quint. *cædes* vel *clades* Petav. tert.—188 *semoto* vel *submoto* tres Vat. Pal. Rott. *vigerent* vel *fuissent* Moret. pr. Heinsius conjiciebat *virerent*. *fuissent* cod.

NOTÆ

vexilla undantia serpentibus in purpura depictis.

178 *Cœlum sævire*] Propter agitationem vexillorum depictos dracones habentium, videas cœlum sævire, vel potius credas serpentes volantes per cœlum seu per aërem sævire.

179 *Thessaliam*] Græciæ regionem, in qua antrum erat Chironis Centauri, qui edocebat Achillem, natum in eadem Thessalia, ad fluvium Sperchium forte.

181 *Œtæum*] Œta, Ossa, Olympus, sunt totidem montes Thessaliæ.

186 *Acies*] Si exercitus Barbarorum pugnare ausus fuisset cum animosis Stilichonis militibus, urbes Græciæ starent.

187 *Prodita*] A Rufino, qui Barbaros in Græciam immiserat.

188 *Oppida Pelopeia*] Urbes Peloponnesi; hæc sic dicitur a Pelope

Starent Arcadiæ, starent Lacedæmonis arces:
Non mare fumasset geminum, flagrante Corintho,
Nec fera Cecropias traxissent vincula matres.
Illa dies potuit nostris imponere finem
Cladibus, et sceleris causas auferre futuri.
Invida, pro, quantum rapuit Fortuna triumphum!
Inter equos, interque tubas mandata feruntur
Regia, et armati veniunt ductoris ad aures.

urbes Peloponnesi florerent, bello remoto, urbes Arcadiæ et Spartæ remanerent. Mare duplex non fumasset, Corintho ardente, non catenæ crudeles rapuissent mulieres Athenienses. Illa dies potuit facere finem calamitatum nostrarum, et tollere semina criminis futuri. Pro qualem sors zelotypa ademit victoriam! mandata Imperatoria afferuntur inter equos, inter clangorem *tubarum, et accedunt ad aures*

Barth.—189 *arces* duo Med. Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *agri* vel *arces* Vat. pr. Put. Oxon. pr. *agri* reliqui fere omnes, Exc. Gevart. et Var. LL. ed. Antv.—190 *flagrasset* Ambr. sec. *fumante* Vat. sec. Oisel. Mazar. Thuan. Exc. Cod. Rhem. *fraglante* Vat. pr. *fumante* vel *flagrante* Put. Oxon. pr. *firmante* vel *fumante* Florent.—191 *Non* duo Vat. Pal. Farn. *Non* vel *Nec* Oxon. pr. *male* pro *fera* Ambr. tert. *Cecropidas* Pat. *Cicropias* Lovan. *Cecropiæ* Vat. pr. m. pr. *Cycropias* ambo Moret. *transisset* Thuan.—192 *Ille* Med. pr. unus Heins.—193 *Cædibus* Pal. Moret. sec. Med. pr. a m. sec. *præferre* pro *auferre* Vat. tert. m. pr. *futuris* Vat. pr. Pric. *futuras* Pal. Med. pr. Moret. sec.—194 *pro!* Vat. pr. Put. qui et *tantum* pro *quantum* exhibet. *removet* Pric. Rott. *potuit* Oisel. *potuit* vel *rapuit* Vat. sec. *rapuit* vel *removet* Put. Oxon. sec.—196 *Regia* omnes scripti, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *Regis* Isingr. Gryph. codd. Pulman. *armatas* Rott. *armenti* Leid. pr.—

NOTÆ

Tantali filio, quasi νῆσος, *insula Pelopis.* In Peloponnesum nempe Stilicho appulerat, auxilium daturus Achaiæ; et inde fugavit Barbaros. Stilicho tamen et Rufinus ambo affectabant Imperium; hic sibi, ille filio: hic gentes Barbaras accivit; ille fovit. De Stilichone Claudianus laudator dissimulat.

189 *Lacedæmonis*] Urbs nobilis est in Laconia, parte Græciæ; dicitur et Sparta. Tunc viris et armis destituta capta est.

190 *Corintho*] Corinthus est urbs inter duo maria in Isthmo Corinthiaco: unde dicitur, 'Corinthus bimaris.' Hæc urbs tum proditione Gerontii periit, ex Zosimo.

191 *Cecropias*] Sic dicuntur a Cecrope Atheniensium Rege, in Attica. Nam debes intelligere matres Atticas, quæ captivæ fuerunt. Etenim tum Athenæ diu obsessæ, nec tamen captæ sunt.

193 *Sceleris causas*] Illa dies, qua Stilicho Græciam intravit, potuit extinguere causas *sceleris,* id est belli scelesti, quod Rufinus excitaverat accitis Barbaris. Hos enim Stilicho superasset, nisi a pugna mandatis Arcadii a Rufino extortis deterritus fuisset.

195 *Interque tubas*] Equis ad pugnam paratis, tubisque signum canentibus.

Obstupuit: simul ira virum, simul obruit ingens
Mœror: et ignavo tantum licuisse nocenti
Miratur: dubios anceps sententia volvit
Eventus, peragat pugnas, an fortia cœpta
Deserat. Illyricis ardet succurrere damnis:
Præceptis obstare timet: reverentia frangit
Virtutis stimulos. Hinc publica commoda suadent,
Hinc metus invidiæ. Tandem indignatus ad astra
Extollit palmas, et ab imo pectore fatur:
  Numina Romanis necdum satiata ruinis,
Si juvat imperium penitus de stirpe revelli,

Ducis Stilichonis *tenentis arma.* Ille *obstupefactus est. Iracundia pariter, pariter tristitia magna invadit virum, et obstupescit sontem inertem tantum potuisse. Animus* ejus *dubius volutat exitus incertos: an perficiat bellum, an relinquat incœpta generosa? flagrat mederi cladibus Illyricis: veretur non obedire Imperiis. Veneratio ejus* in Arcadium *hebetat stimulos fortitudinis: hinc utilitas publica suadet: inde timor invidiæ* dissuadet: *tandem iratus tollit manus ad cœlum, et* velut suspirans *ab alto corde*, sic *loquitur.* O *Dii, nondum saturati malis Romanis, si placet* vobis *Imperium* Romanum *destrui funditus ab* ipsis *fundamentis, si*

197 *Obstipuit* Med. sec. Reg. Lov. Exc. Læti et Lucens. pr. *ora* Pric. *ipse* Ambr. pr. *ira* vel *ora* Florent. Med. sec. *ducem horruit* Pat.—198 *tonanti* pro *nocenti* Leid. sec. Exc. Gevart.—199 *mirantur* Med. pr. *miratur* Med. sec. a m. pr. *dubios* tres Vat. Pal. Rott. Oisel. *dubiosque* Pric. Thuan. *solvit* Vat. pr. et Med. pr. a m. pr.—200 *facta* duo Vat. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Thuan. Mazar. Moret. pr. Ambr. sec. cod. Barth. *cœpta* tres Vat. Pal. Farn. Pric. *facta* vel *cœpta* Vat. tert. Put. Moret. sec.—201 *differat* Thuan. *differat* vel *desinat* Rott. *Ilbricis* Exc. Læti. *Illicitis* Vat. sec. *audet concurrere* Med. sec. a m. pr. *campis* Pat.—203 *damna* pro *commoda* Thuan. Pric.—204 *odium invidiæ* Florent. m. pr.—205 *Extendit* Vat. quart.—206 *Lumina* Tholos. *necdum* Vat. pr. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. *nondum* tres Vat. Farn. *numquam* Exc. Pat. sec. *nondum* vel *necdum* Exc. Læti.—207 *penita* Barth.—208 *sidera*

NOTÆ

197 *Ira*] Quod cogatur parere mandatis a Rufino extortis: mœror quod non audeat succurrere miseris. Simul Stilicho miratur tantum licuisse nocenti Rufino, ut obtinuerit tam perniciosa mandata.

201 *Illyricis*] Illyria olim vastissima continebat Dalmatiam, Pannoniam, Valeriam, Noricum, Cretam, Achaiam, Macedoniam, Thessaliam, Epirum, &c. Unde per *Illyrica damna* intelliges vastatam Græciam. Porro Honorii socer futurus Stilicho Illyricum sub ditione Rufini ab Alarico positum recuperare voluisset.

202 *Reverentia*] In principem Arcadium.

204 *Ad astra extollit palmas*] Vetustissima orandi consuetudo: Virgilius, 'Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas.'

206 *Satiata*] Dii nondum contenti malis Romanorum. Virgilius de Junone: 'Mea numina tandem Fessa jacent, odiis aut exsaturata quievi.'

Uno si placuit deleri sæcula lapsu,
Si piget humani generis; prorumpat in arva
Libertas effræna maris, vel limite nullo
Devius errantes Phaëthon confundat habenas.
Cur per Rufinum geritur? procumbere mundum
Hoc auctore pudet. Mediis revocamur ab armis,
(Pro dolor!) et strictos deponere cogimur enses.
Vos, arsuræ urbes, perituraque mœnia, testor:
Cedo equidem, et miserum permitto casibus orbem.
Flectite signa, duces: redeat jam miles Eois.
Parendum est. Jaceant litui: prohibete sagittas,

visum est everti sæcula uno motu, si tædet vos gentis hominum; licentia vesana maris effundatur in campos; aut Phaëthon aberrans a *via recta misceat fræna vagantia. Quare* id *fit per Rufinum? Probrosum est orbem labefactari* ab *hoc auctore: o tristitiam! retrahimur a medio bello, et cogimur abjicere gladios districtos. Vos appello,* o *oppida incendenda, et muri subvertendi: equidem recedo et relinquo mundum afflictum fortunæ:* o *Ductores, vertite vexilla: milites Orientis jam revertantur. Obediendum est: tubæ sileant; retinete tela, ignoscite hosti propinquo, Rufinus*

vel *sæcula* Lov.—209 *arma* Rott. Thuan. *arva* vel *arma* Put.—210 *Tempestas vesana* Vat. pr. *Tempestas insana* Vat. Livin. *nullo* tres Vat. Pal. Farn. Oisel. Exc. Læti, *justo* duo Vat. vet. Gyr. Pric. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *nullo* vel *justo* Rott. Florent. *nullo* vel *certo* Ambr. pr.—211 *Pheton* Lov. ambo Moret. *Triton* Vat. pr. m. pr. *arenas* pro *habenas* Vat. quint. —212 *urgemur* Exc. Lucens. sec. unde Heinsius conjiciebat *terimur. confundere mundum* Vat. tert. m. pr.—213 *actore* Rott. Farn. Florent. Med. sec. Petav. sec. Exc. Cod. Rhem. *revocatur* vet. Gyr. *revocamur* vel *revocatur* Vat. pr.—214 *pro! proh dolor! astrictos* Leid. Put. *Ardor et adstrictos* Vat. Livin. *Ardor et adstrictos* vel *Pro pudor et strictos* Vat. pr. *adstrictos* etiam exhibent Pat. et Leid. sec. Heinsius ascripserat locum lib. I. in Eutrop. vs. ult. *reponere* Med. quart. *depellere* Lov.—216 *Credo* Med. sec. m. sec. *promitto* Oisel. *committo* Med. tert. *promitto* vel *permitto* Put. *cladibus* quatuor Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti, *casibus* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. marg. Isingr. *casibus* vel *cladibus* Vat. pr. *hostem* marg. Isingr.—217 *Eöis* Med. tert. Put. Bonon. Tholos. duo Petav. Ambr. tert. incert. Heins. *Eöis* vel *Eous* Reg. duo Oxon. *Eous* decem alii, Exc. Læti et Pat. rec. in Petav. tert. et Put. post *miles* erat τελεία στιγμή.—218 *Parendum est* Vat. sec. Exc. Læti et Lucens. sec. *Parendum* absque *est* Petav. pr. duo Ambr. *Parendum* vel *Parcendum* Vat. pr. *Parcendum est* reliqui omnes, ut et Exc. Gevart. Lucens. pr. et ed. Vicet. *litui taceant* Oxon. pr. *jaceant* Vat. quint. *prohibere*

NOTÆ

208 *Deleri sæcula*] Amitti fructum tot annorum, totque sæculorum, in condendo Romanorum Imperio.

211 *Phaëthon*] Filius Solis, qui equis errantibus mundum incendit: φαέθων, *ardens.*

217 *Miles Eois*] Milites Orientis redeant in regiones suas: ἠὼς, et ἕως, *Aurora,* unde *Eous,* qui ad Auroram, seu Orientem spectat. Vel forte,

Parcite contiguo, Rufinus præcipit, hosti.
 His dictis, omnes una fremuere manipli:
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu:
Quantum non madidis elisa tonitrua Coris:
Secernique negant, ereptaque prælia poscunt;
Insignemque ducem populus defendit uterque,
Et sibi quisque trahit. Magno certatur amore,
Alternamque fidem non illaudata lacessit
Seditio, talique simul clamore queruntur:

jubet. Post *hæc verba* Stilichonis, *omnes catervæ simul murmuraverunt,* tantum *quantum Ceraunia* saxa *non feriuntur undis* maris *Ausonii: quantum fulmina non emittuntur Cauris pluviis. Et* hæ catervæ *nolunt separari: ac repetunt* facultatem *ademtam pugnæ. Atque populus geminus purgat Ducem illustrem* Stilichonem, *et unusquisque tribuit sibi. Certatim contenditur benevolentia* mutua: *ac tumultus non vituperandus excitat fidem utriusque, atque una conqueruntur tali*

Vat. quart. Heinsius legit *cohibete.*—219 *Parcere* Exc. Lucens. sec. *Rufinus id imperat* Pat. et Ald. *orbi* Put. et Ambr. sec.—220 *sonuere* Moret. sec. *infremuere* Pric. *cecidere* Oisel.—221 *illisa* quatuor Vat. Rott. Oisel. *elisa* vet. Gyr. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec.—222 *Cauris* Exc. Læti. *choris* Var. LL. ed. Antv. [in Pal. Tholos. Ambr. tert. Med. quart. et Vat. quint. versus 222. legitur ante 221.]—223 *Secretumque* cum Glossa i. e. *recessum.* Moret. sec. *Secretumque* vel *Secernique* Vat. tert. hic vero versus deest in Vicet. edit. *erectaque* pro *ereptaque* Rott. Ambr. sec. Exc. Gevart.—225 *petit* unus pro var. lect. *amore* duo Ambr. Exc. Pat. rec. *amore* vel *honore* duo Vat. Reg. Mazar. Leid. pr. Oxon. sec. Lov. Petav. pr. *honore* tredecim alii.—226 *alternantque* Vicet. Parm. Colin. *illaudanda* legit Heinsius, quod est in Ambr. sec. *lacessit* Exc. Læti, *recessit* Rott. *quiescit* ed. Vicet. Parm. Colin.—227 *que-*

NOTÆ

redeat miles Eous; id est; redeat miles in mollitiam, qualis est populorum Orientis.

219 *Rufinus præcipit*] Nihil certe ad invidiam Rufino conciliandam potentius: cum hujus imperio, etiam pulcherrima incœpta relinquere oporteat.

221 *Quantum non Ceraunia*] Murmurantium catervarum fremitus superabat murmura fluminis, et fluctuum Ceraunia verberantium. Ceraunia autem sunt saxa Epiri in Græcia, crebris fulminibus ob altitudinem percuti solita: unde dicuntur, ἀπὸ Κεραυνοῦ, *a fulmine:* sed et verberantur fluctibus maris Ionii, quod et Ausonium et Italum appellatur.

222 *Coris*] Seu Cauris, 'Semper frigora spirantibus,' ex Virgilio. Caurus autem Græcis ἀργέστης ventus est, qui flat ab Occasu Solstitiali.

223 *Secerni*] Nolunt separari a se invicem, sed repetunt facultatem pugnandi, Rufini fraude sibi ereptam.

224 *Populus uterque*] Populus ex Imperio gemino, Arcadii scilicet et Honorii, collectus, contra Rufini fraudes defendit seu purgat Ducem Stilichonem, et ad suas quisque partes eum trahit. Milites enim Orientis abeuntes, eum cupiunt habere Ducem: contra milites Occidentis eum sibi tribuunt.

227 *Seditio*] Tumultus laudabilis

Quis mihi nudatos enses, quis tela lacertis
Excutit, et solvi curvatos imperat arcus?
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro?
Inflammata semel nescit mitescere virtus.
Jam mihi barbaricos sitientia pila cruores
Sponte volant, ultrixque manus mucrone furenti
Ducitur, et siccum gladium vagina recusat.
Num patiar? semperne Getis discordia nostra
Proderit? en iterum belli civilis imago!

murmure: Ecquis extorquet mihi gladios districtos? Ecquis jacula ex *manibus, ac jubet arcus intentos remitti? Ecquis audet ferre leges* nobis *enses nudos habentibus? fortitudo semel incensa non potest mitigari. Jam pila avida sanguinis Barbarorum evolant ultro* ex *meis* manibus, *et dextra vindex impellitur gladio sævienti, ac vagina rejicit ensem aridum. An* ego *feram? An dissensiones nostræ usque utiles erunt Getis? Ecce rursus species pugnæ civilis! Quare separas exer-*

rcantur vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Læti, *moventur* Vat. pr. Thuan. ed. Vicet. Parm. *movetur* reliqui omnes, item Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. Lect. ed. Antv. Ald. Junt. Colin.—228 *laudatos* Var. LL. ed. Antv. *pila* vulgo.—230 *leges vibrato* Vat. pr. Exc. Lucens. sec. et Vat. Livin. Isingr. Claver. Raphel. *stricto leges* ceteri Codd. pr. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. Ald. ed. Parm. et Vicet. *leges stricto* unus cod. et Isingr.—231 *mansuescere* pro *mitescere* Pat.—232 *Jamjam* Vat. tert. Rott. Pal. Exc. Læti et ed. Parm. Isingr. *Jamjam* vel *Jam mihi* Florent. *Jam mihi* reliqui magno numero, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. Ald. Lovan. et ed. Vicet. *pila* Exc. Læti et Lucens. sec. *tela* Vat. quart. Pal. Put. Reg. Thuan. Ambr. pr. item Oxon. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. Isingr. *pila* vel *tela* Rott. *cruorem* Pat.—233 *ultrixque* Exc. Læti, Put. et ed. Parm. *ultroque* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. Moret. sec. Leid. pr. Lov. duo Oxon. Ald. Isingr. et Var. LL. ed. Antv. *utroque* Leid. sec. et Exc. Gevart. *ultrixque* vel *ultroque* Florent. *furentis* Mazar. Petav. sec. Oisel.—235 *Num* ed. Parm. *Nun* Vat. pr. Vicet. *Non* quatuor Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *Num* vel *Non* Petav. pr. Vat. Livin. Exc. Læti, *semperque* Exc. Voss.—236 *Proderit* vel *Proditur* Vat. tert.—237 *dividis* Thuan.

NOTÆ

excitatur inter militem Arcadianum, et Honorianum, uter habeat Ducem Stilichonem: sicque ambo alternatim certant, suamque in illum et fidem et benevolentiam vicissim certatimque ostendunt.

231 *Mitescere*] Alii legunt, *frigescere*, ut sit oppositio inter flammas et frigus.

Virtus] Virtutis nomine Poëtæ fortitudinem intelligunt, immo et Oratores. 'Virtuti Cnei Pompeii quæ potest par oratio inveniri?' Cicero pro lege Man. n. 29.

234 *Ducitur*] Manus ipsa quæ ducit impellitque gladium, ab ipso gladio duci impellique videtur pro aviditate pugnæ.

Siccum gladium] Aridum, cruoris expertem.

235 *Getis*] Populi Scythiæ: sumuntur pro tota Scythia, pars pro toto.

Quid consanguineas acies, quid dividis olim
Concordes aquilas? non dissociabile corpus,
Conjunctumque sumus. Te, quo libet ire, sequemur.
Te vel Hyperboreo damnatam sidere Thulen,
Te vel ad incensas Libyæ comitabor arenas.
Indorum si stagna petas, rubrique recessus
Æquoris, auriferum veniam poturus Hydaspen:
Si calcare Notum, secretaque littora Nili

citus cognatos, quare separas *Aquilas quondam amicas? Sumus* unum *corpus* simul *junctum, non separabile. Sectabimur Te,* o Stilicho, *quocumque placet. Sequar Te,* o Stilicho, *aut* ad *Thulen constrictam glacie Boreali:* sequar *te, aut ad arenas ardentes Libyæ: si eas* in *Oceanum Indiæ, et fines remotos maris Orientis; adveniam bibiturus Hpdaspen aureum. Si imperes* me *proterere Austrum, et ripas*

Exc. Læti et Lucens. sec. *dividet* Vat. quint. Lov. *dividit* vel *dividis* tres Vat. *dividit* viginti alii, Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet.—239 *Convinctumque* Exc. Læti. *Conjunctique* Vat. quint. *quo* Thuan. *quo* vel *qua* Reg. *qualibet* alii triginta, Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *sequemur* Exc. Læti, *sequamur* Reg. Rott. Mazar. Petav. sec. Ambr. tert. Oxon. sec. m. pr. Exc. Voss. Vicet.—240 *Hyperborico* marg. Morin. *Hyperboream* Var. LL. ed. Antv. *damnatum* Vicet. *Thylen* duo Ambr. Exc. Læti, *Tylen* duo Leid. *Tilem* Moret. sec. duo Vat. *Thilen* duo Vat. Oisel. Lov. *Thylem* sedecim alii.—241 *in accensas* Thuan. *in incensas* Tholos. Leid. pr. m. sec. *comitamur* Rott. Pric.—242 *stagna* vel *signa* Vat. pr. *petis* Thuan.—243 *æquoris* Pulmanni liber, quem in edit. Antv. litera C in margine notatum Moreti esse putavit Heinsius, qui eadem litera Moret. pr. designaverat. *bibiturus* Pat. *Idaspem* Lov. *Hydaspen* Med. pr. *Hydaspem* viginti alii, Exc. Lucens. pr. et ed. Vicet.—244 *Notum* vel *locum* Oisel. *noscere* pro *litora* Moret. sec. cum glossa, *litora s.* item Vat. pr. m. pr. unde Heinsius corrigebat *poscere,* propter vocem *Litoris* in versu priore, ut videtur, quia has voces ducta lineola conjunxerat.—

NOTÆ

237 *Consanguineas*] Cur exercitus Orientis et Occidentis, quorum multi inter se amicitia et affinitate conjuncti erant, cur Aquilæ seu signa olim amica separantur?

238 *Dissociabile*] Horatius: 'Oceano dissociabili.'

Corpus] Sumus unum et idem corpus, ut sub aliis Imperatoribus; hoc est duo exercitus Orientis et Occidentis sub unius tantum auspiciis pugnare volunt, et a se invicem non separari, idque ob amorem suum in Stilichonem.

240 *Hyperboreo*] Frigore vehementi, quod videtur esse supra Boream, non tamen ultra, quia Boreas flat a Polo Arctico extremo Mundi fine.

Damnatam Thulen] Constrictam ac velut damnatam glacie: toto enim hyberno tempore aiunt ibi Solem non videri.

241 *Libyæ*] Regionis ardentis, arenosæ, et siticulosæ in Africa.

242 *Rubri æquoris*] Rubri a radiis Solis Orientis.

243 *Hydaspen*] Fluvium aureis arenis insignem in Asia.

244 *Calcare Notum*] Calcare Regiones Noto seu Austro subjectas, hoc est, regiones Meridianas.

Nascentis jubeas, mundum post terga relinquam;
Et quocumque loco Stilichon tentoria figet,
Hic patria est. Dux inde vetat: desistite, quæso,
Atque avidam differte manum. Cadat iste minacis
Invidiæ cumulus. Non est victoria tanti,
Ut videar vicisse mihi: vos, fida juventus,
Ite mei quondam socii. Nec plura locutus,
Flectit iter; vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo, quem plurima cuspis
Et pastorales pepulerunt igne catervæ;
Inclinatque jubas, demissaque lumina velat,
Et trepidas mœsto rimatur murmure sylvas.

recedentes Nili Orientis, linquam orbem post terga mea. Et Stilicho collocabit tabernacula quacunque in terra, hic patria est mea. *Princeps* Arcadius *inde prohibet,* ait Stilicho, *rogo* vos, *desinite, et reservate dextras cupidas* cædis. *Acervus iste livoris submittatur. Victoriam non tanti facio, ut videar superare,* pro *me. Vos juvenes fideles olim commilitones mei, abite. Neque dicens plura* verba, *detorquet viam; sicut leo indignans redire, abit, ore vacuo, quem* leonem *tela multa et turbæ pastorum expulerunt flammis. Et ille demittit villos, ac tegit* palpebris *oculos submissos, et scrutatur nemora trementia fremitu tristi.* Cum

245 *annum terga* Exc. Lucens. sec.—246 *Stilichon* Exc. Læti et Lucens. pr. *Stilico* Vat. sec. *figat* Exc. Lucens. pr. *ponet* Put. Pal. Med. pr. unus Heins. —247 *Hæc patria est* Vat. pr. item Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—248 *Atque quidem* Vicet. *cadit* Thuan. *ille* Vat. pr. Tholos. Florent. Ambr. pr. Sched. Gud. *inde* Vat. quint. *minantis* duo Vat. Leid. m. pr.—249 *cumulus* vel *stimulus* Reg. Oxon. pr.—251 *Ite mihi* Rott.—252 *Flectit* duo Vat. Moret. sec. *Flexit* vel *Flectit* Vat. pr. *descendit* Put. Mazar. Leid. pr. item Moret. Vat. sec. Petav. tert. *discessit* Florent.—253 *qua* pro *quem* Bonon.—254 *repulerunt* Reg. Pal. Med. pr. Oxon. pr. et Leid. *ire catervæ* Med. tert.—256 *trepido mæstas* Med. sec. *ripas* duo Vat. Leid. pr. Petav. pr. Oxon. *silvas* vel *ripas* Reg. Heinsius conjicit *rupes*, qui ascripsit locum de B. Gild. vs. 357.—

NOTÆ

245 *Nili nascentis*] Ultra lacum *Dambea*, in Africa; vid. in Cons. Prob. v. 38.

Post terga relinquam] Etiam ultra mundum ibo pro Stilichone.

249 *Invidiæ cumulus*] Qua velut gravatus sum, et cui hoc Rufini facto cumulus accessit: vel *cadat cumulus invidiæ*, o Milites, quam in nos attraheremus, si contra Arcadii mandatum pugnaremus: vel *cumulus invidiæ*, qua me gravat Rufinus, sponte concidet. Ceterum ut a Claudiano dicitur *invidiæ cumulus*, sic a Cicerone dicitur, 'tempestas et moles invidiæ.'

250 *Vicisse mihi*] Ut videar velle pugnare et vincere ad gloriam mihi comparandam.

254 *Igne*] Ignis valde infestus est leoni.

256 *Trepidas sylvas*] Quasi sylvæ timeant leonem: vel petit *sylvas trepidas*, hoc est, passu trepido aut celeri.

Ut sese legio vidit disjuncta relinqui,
Ingentem tollit gemitum, galeasque solutis
Humectant lacrymis; pressamque morantia vocem
Thoracum validos pulsant suspiria nexus.
Tradimur, heu, tantumque sequi prohibemur amorem,
Exclamant, spernisne tuas, Dux optime, dextras,
Quas tibi victrices toties Bellona probavit?
Nos adeo viles? adeo felicior axis
Hesperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid clara revisere tandem
Pignora, dilectosve juvat coluisse penates?
Te sine dulce nihil. Jam formidata tyranni

exercitus separatus aspexit se deseri, emittit magnum gemitum, et aspergit galeas fletibus obortis, ac singultus, cohibentes vocem compressam, distendunt fortes juncturas loricarum. Ah! prodimur, et vetamur comitari Ducem *tam amabilem, vociferantur; an contemnis dextras* tibi, *Dux fortissime,* tam fideles, *quas Bellona toties experta est superantes* pro *te? nos* sumus *tam abjecti? An terra Occidentalis est adeo faustior, quæ mereatur administrari* a *te gubernatore? Quid* recenses *patriam nobis? Quid tandem juvat revisere dulces liberos, et habitare domos jucundas? Absque te nihil* est *jucundum: jam injuria timenda Tyranni* Rufini

257 *vidit legio* Pat. Vat. sec. Leid. sec. Ald. Exc. Gevart. *disjuncta* Vat. Livin. *conjuncta* Leid. sec. Exc. Gevart. *distincta* vel *disjuncta* Exc. Læti. —258 *solutas* Thuan. Pal.—259 *Humectant* Vat. quart. Petav. pr. Exc. Lucens. sec. *Humectat* Vicet. ita Gesner. Bipont.—260 *Thoraca* Oisel. *Thoracum* vel *Thoracem* Reg. *Thoracis* Pulm. *nexus suspiria pulsant* Moret. sec. —261 *Trahimur* Rott. *Tradimur* vel *Prodimur* Moret. pr. sed in Moret. sec. *Prodimur* pro glossa ascriptum, quod probatum Heinsio. *spernimur* ed Claver. *quantumque* Rott.—262 *spernisne* Vat. pr. Put. vet. Gyr. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *spernesne* marg. Isingr. *tradisne* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *dextras* vel *turmas* Reg. Oxon. pr.—263 *probavit* Exc. Læti et utriusque Lucens. *probarit* marg. Mor. *paravit* octo alii et ed. Vicet. —265 *metuit* Exc. Voss.—267 *dilectosve* Vat. sec. *dilectosque* Pat. Moret. sec. *dilectosne* Vat. quart. Oxon. pr. *penates* vel *parentes* Put.—268 *non form.* Rott. *nunc* Florent. *te* Med. tert. *formidanda* Exc. Læti, *formidata* vel *formidanda*

NOTÆ

257 *Legio*] Exercitus Orientis separatus ab exercitu Occidentis.

260 *Thoracum pulsant nexus*] Id quod arguit singultus militis ferocis.

261 *Tantum amorem*] Tantum Ducem Stilichonem, causam amoris nostri.

264 *Axis Hesperius*] Terra vel tractus Occidentalis, ab Hespero stella Occidua.

Adeo felicior] Ita et Cicero: 'Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, non tam in bellis et in præliis, quam in promissis et fide firmiorem.'

267 *Penates*] Sunt Dii domestici: sæpius usurpantur pro ipsa domo.

Tempestas subeunda mihi: qui forte nefandas
Jam parat insidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut impacatis famulos præstabit Alanis.
Quanquam non adeo robur defecerit omne,
Tantave gestandi fuerit penuria ferri.
Tu licet occiduo maneas sub cardine Solis,
Tu mihi dux semper, Stilichon; nostramque vel absens
Experiere fidem: dabitur tibi debita pridem
Victima: promissis longe placabere sacris.
Tristior Hæmoniis miles digressus ab oris

toleranda est *mihi: qui* Tyrannus *forsan jam struit* mihi *dolos nefarios: qui nos tradet servos* futuros *vel Hunnis deformibus, vel implacabilibus Alanis. Etsi non adeo vis cuncta elanguit, neque tanta est necessitas armorum tractandorum. Tu,* o *Stilicho, quanquam eris in regione Occidentali* Solis, *tu* eris *mihi usque ductor; et etiam absens probabis fidelitatem nostram. Hostia devota tibi jamdudum mactabitur* pro *te. Sedaberis e longinquo sacris pollicitis. Milites mæstiores discedentes ex terra Thessalia, contingebant tractus Macedonum, et acce-*

Vat. pr.—269 *subjecta* pro *subeunda* Tholos. *formidanda potestas Tiranni* Vat. sec.—270 *imperat* Med. quart. *exuvias* Vat. sec. m. pr. *Hunis* duo Vat. Put. Bonon. Tholos. Pat. et Petav. pr.—271 *impacatis* Florent. Thuan. duo Med. et Vicet. *implacatis* reliqui magno numero, Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. Vicet. Colin. et ed. Parm. *præbebit* Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *properabit* vel *præstabit* Med. tert.—272 *defecerat* Farn.—273 *Tantane* tres Vat. Reg. Mazar. Bonon. Lov. Leid. sec. Vicet. Parm. *gestati* Exc. Lucens. sec. *ferri?* Reg.—274 *occidui* Med. sec. quod probat Heinsius. *cardine cæli* Leid. pr. *culmine* ed. Vicet. *cardine* Exc. Lucens. sec. *cæli* Vat. sec. Farn. Pric. Oisel. Thuan. vet. Gyr. Mazar. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *solis* vel *cæli* Vat. pr. et tert. *cardine solis* vel *culmine cæli* Exc. Pat. rec.—275 *Tu dux es Stilico semper* Moret. sec. *Stilichon* Exc. Læti: *Stilico* Vat. sec. *Stilicon* Petav. sec. deerat hic versus in Leid. sec.—276 *perdita* pro *debita* Med. sec. m. pr.—277 *longe* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *longum* Med. sec. et sic legit Heinsins. ita Gesner. Bipont.—278 *Tristius*

NOTÆ

269 *Tempestas*] Injuria, contumeliæ, mores turbulenti, et tempestati obruenti similes.

270 *Turpibus Hunnis*] Hunni et Alani populi Scythiæ. Attila Rex Hunnorum Romanos vocabat servos suos. *Turpes Hunnos* supra describit Claudianus in Ruf. lib. I. vs. 327. Ceterum de Hunnis fabulæ narrantur, eos esse animalia minuta, tetra, quibus facies horrendi nigroris; immo esse non facies, sed ossa, et puncta potius, quam oculos.

272 *Quanquam non adeo*] Non tam exigua animi vis nobis est, non tanta armorum penuria, ut sineremus nos a Rufino tradi Hunnis et Alanis ducendos.

273 *Penuria*] Non eo nos penuria et paupertas adegerunt, ut vellemus remanere sub Rufino.

276 *Debita victima*] Rufinus scilicet immolabitur. Heroum iræ victimis placabantur.

278 *Hæmoniis*] Hæmonia vel Æmonia, sic dicta ab Æmo monte, vel

Tangebat Macetum fines, murosque subibat,
Thessalonica, tuos. Sensu dolor hæret in alto
Abditus, et tacitas vindictæ præstruit iras:
Spectaturque favens odiis locus, aptaque leto
Tempora: nec quisquam tanta de plebe repertus,
Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas
Tanti consilium vulgi potuisse taceri,
Aut facinus tam grande tegi? mentisque calorem

debant ad *tua mœnia*, o *Thessalonica. Tristitia pressa* in *corde profundo infixa est, ac præparat ultioni indignationem silentem. Locus opportunus odio* exercendo *expectatur, et tempus commodum morti inferendæ. Neque ullus inventus est in tanta juvenum* turba, *qui divulgaret sermones minaces dictis imprudentibus. Qui non obstupescent posteri, quæ non sæcula, consilium tantæ multitudinis sileri, aut factum tam magnum occultari potuisse? et fervorem animi non frangi colloquio*

Lov. m. pr. *Hæmoniis* Vat. pr. *digressus* Exc. Lucens. pr. *progressus* Exc. Pat. rec. ed. Parm. et Vicet. *arvis* duo Vat. Petav. pr.—279 *Macedum* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Macetum* duo Vat. Pal. Med. pr. unus Heins. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *terras* pro *fines* Pat. Vat. sec. m. pr. —280 *Thessalicona* Mazar.—281 *ambitus* Med. pr. *tacitus* Thuan. Tholos. *præstitit* Farn.—282 *odio* Pal. Florent. Pat. Lov. Med. pr. unus Heinsii. *odium* Med. quart. *odii* Ald. Colin. *leto* vel *voto* Vat. quint.—283 *neu* Med. tert. *nec* Vat. Livin. *quisquam est* Vat. tert. Med. quart. *de tanta* Vat. tert. Pric. Moret. sec. *de tanta est* Moret. pr. *plebe* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel.. *pube* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. quod probatum videtur Heinsio, qui ascripserat locum de bell. Gild. vs. 416. ita Gesner. Bipont. *pube* vel *plebe* Put. *locutus* pro *repertus* Oisel.—284 *proderit* duo Moret. Thuan. Ambr. sec. incert. Heins. ed. Vicet. *minacia* Pric. Pat. *micantia* Vat. pr. m. pr.—286 *conscilium* Farn. *consilii* Med. pr.—287 *mortisque* cod.

NOTÆ

ab Æmone Deucalionis filio, sumitur pro Thessalia Græciæ regione. Ovid. 'Æmonis Æmonio Laodamia viro,' id est, Protesilao Thessalo principi.

279 *Macetum*] Macetia et Macedonia sunt unum et idem, vel Macetia est pars Macedoniæ.

280 *Thessalonica*] Urbs primaria Macedoniæ, vulgo *Salonichi*, S. Pauli epistolis cohonestata. In hac, Rufini crudelis instigatione Theodosius, ob magistratus violatos ira percitus, civium stragem edidit. Hinc ab Ambrosio Mediolani Præsule, templi aditu prohibitus, nec admissus est prius, quam et pœnitentiam egerit, et lege caverit, ut capitales sententiæ ante trigesimum diem ratæ non haberentur. Lex postea salutaris Antiochiæ. Hanc enim, ob raptatam in seditione Flaccillæ Augustæ statuam, everti jusserat: sed legis suæ mora placatus, et voce sancti Eremitæ monentis, ne propter mulieris imaginem, tot Dei imagines perderet, urbi pepercit.

286 *Taceri*] Ecquid enim remanet occultum, quod ad notitiam multitudinis pervenit?

287 *Mentisque calorem non rumpi*] Fervidum de occidendo Rufino propositum non violari, rumpi etiam in-

Non sermone viæ, non inter pocula rumpi?
Æqualis tantam tenuit constantia turbam:
Et fuit arcanum populo. Percurritur Hebrus,
Deseritur Rhodope, Thracumque per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis urbem.
Ut cessisse ducem, propius venisse cohortes,
Cognita Rufino: magna cervice triumphat,
Omnia tuta ratus, sceptrumque capessere fervet,
Et conjuratos accendit voce clientes:
Vicimus, expulimus. Facilis jam copia regni.
Nullus ab hoste timor: quid enim? quem poscere solum

itineris, non inter bibendum? Constantia eadem tot replevit catervas! Et hoc *occultum plebi extitit. Hebrus peragratur, Rhodope relinquitur, et eunt per altos montes Thraciæ, donec perveniant ad oppidum* dictum de *nomine Herculis. Postquam notum* est *Rufino ductorem* Stilichonem *recessisse;* et *catervas* suas *advenisse propius: superbit elato capite, credens cuncta* esse *secura, atque ardet usurpare sceptrum, inflammatque sermone clientes simul conspirantes;* sic dicens, *Superavimus, ejecimus* hostes: *jam potestas imperii facilis* est mihi: *nullus metus*

Barth. *colorem* Bonon. *dolorem* Med. quart. incert. Heins.—288 *Nec* Lov. Ambr. pr. *rumpit* Reg.—289 *turmam* Pric. *mentem* Vat. tert. a m. pr. unde Heinsius conjiciebat *gentem*.—290 *Hæmus* Med. sec. Exc. Lucens. sec. et sic legit Heinsius. *Æmus* vet. Gyr. *Hemus* vel *Hebrus* Vat. tert.—292 *pervenit* Ambr. sec. *perventum est* Vat. tert. Florent. Pat. Thuan. Rott. Med. sec.—293 *propias* Farn. *cohortem* Ambr. tert.—294 *ter voce* Med. quart. *virtute* vel *cervice* Med. sec.—295 *intus* pro *ratus* ed. Vicet.—296 *accendit* Oxon. pr. *ostendit* Vat. sec. Oisel. Tholos. Mazar. Petav. sec. ambo Moret. Exc. Pat. rec. *affatur* Pal. Med. pr. unus Heins. *hortatur* quatuor Vat. Farn. Pric. Rott. *ostendit* vel *hortatur* Lov. *hortatur* vel *accendit* Vat. pr. Oxon. sec. *ostendit* vel *accendit* Reg. *conjuratas cohortes* duo Med. Bonon. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *conjuratas cohortes* vel *conjuratos clientes* Med. sec. Put. Lov. —298 *quid enim* Oisel. Heinsius conjicit, *quid enim? qui vincere solum Horruit, hunc tanto munitum milite vincat? vincere* quinque Vat. Pal. Farn.

NOTÆ

ter pocula, et a multitudine quæ sæpius nescit dissimulare.

290 *Hebrus*] Fluvius Thraciæ. *Rhodope*, mons ejusdem Thraciæ.

292 *Herculei nominis urbem*] Heracleam, urbem Thraciæ, vel Constantinopolim, quam Hercules comitis sui Byzantis memoriæ dedicasse dicitur.

293 *Cohortes*] Barbarorum, quos Rufinus acciverat.

294 *Cognita*] Scilicet sunt ea omnia cognita. Virgilius: 'Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur odiis Junonis iniquæ, Nota tibi; et nostro,' &c.

295 *Omnia tuta*] Adulatur Stilichoni, quo remoto, omnia pessumdabat.

296 *Clientes*] Barbaros accitos.

298 *Quid enim*] Sic gloriatur Rufinus. An Stilicho, qui non ausus est aggredi me solum et inermem, sustinere poterit nos armatos?

Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non superavit inermem?
I nunc, exitium nobis meditare remotus
Incassum, Stilichon: dum nos longissima tellus
Dividat, et mediis Nereus interstrepat undis.
Alpinas transire tibi, me sospite, rupes
Haud dabitur. Jaculis illinc me figere tenta.
Quære ferox ensem, qui nostra ad mœnia tendi
Possit ab Italia. Non te documenta priorum,
Non exempla vetant? quis par conatus adire
Has jactat vitasse manus? detrusimus orbe

ab hoste: nam ecquis superet hunc stipatum tot militibus, quem vel solum timuit aggredi? Ecquis sustineat armatum, quem non devicit inermem? I, jam, o Stilicho, longe *distans machinare frustra perniciem nobis, modo terra immensa separet nos, et mare mugiat aquis interpositis. Me vivente non licebit tibi transmittere saxa Alpium. Ex hoc* loco *conare trajicere me telis. Consectare,* o *crudelis, gladium, qui ab Italia valeat pertingere ad urbem nostram. Non documenta superiorum,* qui me tentarunt, *non exempla prohibent te?* an *aliquis tentans lacessere* me, *gloriatur effugisse nostram fortitudinem? Nos deturbavimus te* ex *orbe medio,*

Rott. Put. *poscere* vet. Gyrald. et Exc. Lucens. sec. marg. Isingr.—300 *Quid feret* Vat. sec. Moret. sec. Tholos. Heinsius legit, *Qui ferat. superabit* pro *superavit* Farn. *inermem* quatuor Med. duo Heins. Florent. et ed. Vicet. *inertem* Claver. et Gryph.—301 *Tu nunc* vel *I nunc* Vat. pr. *exilium* vel *exitium* Put. *remotis* vel *remotus* Vat. pr.—302 *Incassum* vel *In casum* Moret. pr. *in casum* lib. Barth. *Stilico* Vat. sec. *Stilicon* Exc. Lucens. pr. *Stilicho* Reg. *Stilichon* Exc. Læti.—303 *Dividit* Med. quart. *interstrepit* Vat. quart. *interstrepet* Med. quart. Thuan. Moret. sec. *interfluat* Vat. pr. item Livin. marg. Isingr.—304 *Nunc alias* Thuan. *nives* pro *rupes* Rott. *turres* Ambr. sec. *me consule* marg. Isingr. cod. Barth.—305 *illic* Vat. quint. Oxon. sec. ed. Parm. et Vicet.—307 *num te* Pat. Vat. sec. *monumenta* quinque Vat. Pal. Farn. Oisel. *documenta* Exc. Lucens. sec.—308 *quis par* Vat. pr. item Livin. *quisnam* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *quisquam* ed. Claver. *concitus* pro *conatus* Ambr. sec.—309 *vicisse* Pric. Rott. Tholos. *vitare* Exc. Lucens. sec. *vicisse* vel *vitasse* Exc. Pat. rec. *detrudimus* marg. Morin. *destruximus orbe* Bonon. Ambros. sec. Petav. tert. *destruximus orbem* duo Vat. Reg. Oisel. Mazar. Tholos. duo Oxon. Leid. pr. Ambr. pr. Petav. sec. Exc. Cod. Rhem. et Var. LL. ed. Antv. quod probat Heinsius, qui ascripsit. sic supra vs. 19.

NOTÆ

301 *I nunc*] Ironia Rufini. Eat nunc Stilicho, et ex locis remotis in me tela torqueat. Virgilius: 'I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.'

302 *Dum nos tellus dividat*] Sic Tullius in Catilinam: 'Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit.'

307 *Non te documenta*] Non te exempla superiorum, qui me infeliciter aggressi sunt, te vetant mihi bellum inferre? Eorum clades non fuit tibi documento id non esse tentandum?

309 *Vitasse manus*] Potentiam, fortitudinem.

Te medio, tantisque simul spoliavimus armis.
Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parare
Munera, donandumque novis legionibus aurum.
Opportuna meis oritur lux crastina votis.
Quod nolit, Rex ipse velit, jubeatque coactus
In partem mihi regna dari. Contingat in uno
Privati fugisse modum, crimenque tyranni.
  Talibus acclamant dictis infame nocentum
Concilium, qui perpetuis crevere rapinis,
Et quos una facit Rufino causa sodales,
Illicitum duxisse nihil. Delicta fuere

et una exuimus te tantis telis. O *commilitones, nunc tempus* est *præparandi convivia, nunc dona profusa, et aurum dandum exercitibus novis. Dies crastina commoda lucebit meis desideriis. Imperator ipse* cogetur *velle, quod nollet, et coactus imperabit partem Imperii mihi tradi. Continget* mihi *uni, et evitasse conditionem* hominis *privati, et* tamen evitasse *scelus tyranni. Turpis cœtus sontium applaudit his verbis* Rufini; sontium, *qui evecti sunt furtis assiduis, et quos causa eadem reddit socios Rufini, nihil* scilicet *putare vetitum: crimina* eorum *fuerunt vincula*

'Destructo juvat orbe mori.' Ex Cod. vet. *medius* modo in bonam, modo in malam partem sumitur. Virgil. 'Dum paci medium se offert.'—311 *epulis* duo Vat. *socii* Vat. pr. *sociis* Oxon. sec. *parate* duo Vat. Pric. Pat. Ambr. sec. Exc. Læti et ed. Parm. *parari* Vat. sec. et sic legit Heinsius.—314 *Quæ* Leid. pr. Oxon. et Ald. *Qua* Vat. Livin. *noluit* Farn. *volui* Med. tert. *subactus* Leid. pr. qui et *magna* exhibet pro *regna*.—315 *in unum* incert. Heins. —316 *domum* pro *modum* Ambr. sec. *nomenque* Moret. sec. *crimenque* vel *nomenque* Vat. quint. Put.—317 *exclamat* Lov. Farn. Med. quart. Var. LL. ed. Antv. *acclamat* quinque Vat. Pal. Rott. Oisel. *assentit* Leid. pr. *accelerat* Thuan. *exclamat* vel *acclamat* Oxon. pr. *nocentes* marg. Morin.—318 *Consilium* Farn. *Consilium* Rott. Vat. tert. Put. Lov. Pat. *nituere* Vat. tert. Pal. Rott. Med. pr. unus Heins. *crevere* vel *nituere* Med. sec. *ruinis* Florent. —319 *Rufini* duo Vat. Tholos. Petav. pr. *Rufino* vel *Rufini* Oxon. pr. *fideles* Thuan. *sodales* vel *sodalis* Oxon. pr.—320 *dixisse* Vat. pr. m. pr. Pat. Exc.

NOTÆ

311 *Nunc epulas*] More priorum Principum, qui initio Imperii, populo dabant epulum, et militibus donativa: in quibus vis tanta fuit, ut milites sæpius faverent iis qui pecuniosi essent et liberales.

314 *Rex*] Imperator Arcadius.

Coactus] Magna Rufini hominis scelerati confidentia; qui, accitis Barbaris, sperabat eo se res adducturum, ut ipse Imperator Arcadius seipsum imperii facere consortem cogeretur.

315 *Contingat in uno*] Ego Rufinus factus consors Imperii, fugiam modum seu conditionem hominis privati: fugiam etiam scelus tyranni, nam non invadam imperium, sed Arcadius ipse, meis artibus coactus, illud mihi ultro committere videbitur, sicque Imperator ero, non Tyrannus.

318 *Crevere rapinis*] Congesto per furtum auro evecti sunt ad honores, quos a Rufino emerant.

Nexus amicitiæ: jam jam connubia læti
Despondent aliena sibi, frustraque vicissim
Promittunt, quas quisque petat, quas devoret urbes.
Cœperat humanos alto sopire labores
Nox gremio, pigrasque sopor diffuderat alas.
Ille, diu curis animum stimulantibus ægrum,
Labitur in somnos. Vix toto corde quierat:
Ecce videt diras alludere protinus umbras,
Quas dedit ipse neci: quarum, quæ clarior, una
Visa loqui: Pro! surge toro: quid plurima volvis
Anxius? hæc requiem rebus finemque labori

amicitiæ: jamjam hilares pollicentur sibi uxores alienas, et spondent incassum sibi invicem oppida, quæ unusquisque poscat, quæ helluetur. Nox inceperat soporare curas hominum in *sinu profundo, et somnus sparserat pennas pigras. Ille* Rufinus *cadit in soporem,* ob *solicitudines angentes dudum mentem inquietam. Vix requieverat omni pectore, ecce statim cernit secum ludere Umbras funestas, quas ipse tradidit morti; quarum una quæ splendidior, visa* est sic *affari* illum: *Pro! exsurge lecto: quare solicitus cogitas multa? Hæc dies impositura* est *finem, et*

Voss. et ed. Vicet. *fuerunt* Pric. *funesta tacere* pro eo est in Exc. Lucens. sec.—321 *nam jam* Exc. Læti. *jamque et* Exc. Lucens. sec. *conubia* Exc. Gevart. *lecti* Vat. pr. Leid. pr. Thuan. Med. sec. m. pr. *læti* vel *lecti* Pric. —322 *desponsant* Farn.—323 *Promittit* Var. LL. ed. Antv. *quæ quisque* Exc. Lucens. sec. *devorat* Tholos.—325 *nigrasque* Pal. ita Gesner. et Bip. *nigrasque* vel *pigrasque* Vat. pr. *soror* Med. sec. m. pr.—326 *a curis* lib. Barth. *stimulantibus* Vat. pr. *simulantibus* Vat. tert. *famulantibus* Exc. Voss. *æger* Vat. pr. item Livin. et ed. Parm. *ægrum* triginta Codd. Exc. Gevart. et Ald. *ægre* Leid. pr. lib. Barth. *æger* vel *ægrum* Florent. *ægre* vel *ægrum* Vat. sec. *animam ægram* Med. quart.—327 *somnos* vel *somnum* Oisel. *vix* vel *vir* Reg. Oxon. pr. *vir* Leid. *quievit* Moret. sec.—328 *duras* Vat. quart. item Med. Oisel. Reg. Thuan. Mazar. Ambr. et Leid. pr. Moret. sec. et tres Petav. *diras* vel *duras* Oxon. pr. *illudere* tres Vat. et Ambr. tert. *fortiter umbras* Pric.—329 *sævior* Pal. Med. pr. unus Heins. *clarior* vel *elatior* Bonon. *præclarior* Moret. sec.—330 *Visa loco* Pal. *pro surge* Vat. pr. Farn.—331 *requies* Ambr. tert. *dolori* Ambr. pr. *timori* Lucens. *laboris* Pal. Put. *laborum* Ambr.

NOTÆ

320 *Illicitum*] Una causa facit eos socios hac in re, quod nihil illicitum omnes putent.

321 *Nexus amicitiæ*] Ipsa crimina eos reddiderunt amicos: ut enim 'lupus cito lupum,' sic 'latro cito latronem' agnoscit.

323 *Promittunt*] Frustra sibi invicem pollicentur urbes, quas quis petat ad eas consumendas atque devorandas; frustra, inquam, nam Rufinus mox est mactandus.

325 *Nox*] Nocti datur currus, bigæ, gremium, alæ, et 'molles suasura papavera somnos.'

328 *Alludere*] Secum ludere, secum blandiri; Id quod erat signum eum mox inter umbras futurum.

Umbras quas dedit ipse neci] Umbras eorum quos interfecit.

Allatura dies: omni jam plebe redibis
Altior, et læti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages. Occulto fallitur ille
Omine, nec capitis sentit præsagia fixi.
Jam summum radiis stringebat Lucifer Hæmum,
Festinamque rotam solito properantior urget,
Tandem Rufini visurus funera, Titan.
Prosiluit stratis, densæque capacia turbæ
Atria regifico jussit splendere paratu,
Exceptura dapes: et, quod post vota daretur,
Inscribi propriis aurum fatale figuris.

quietem rebus omnibus, *atque operi* tuo: *mox tu excelsior toto populo reverteris, et fereris manibus multitudinis gaudentis.* Umbra *prædicit has ambiguitates. Ille* Rufinus *decipitur præsagio incognito, neque prævidet* hæc esse *signa capitis* sui *figendi. Jam Phosphorus illustrabat radiis* partem *supremam Hæmi* montis, *et Sol* suo *more velocior impellit rotas celeres, aspecturus tandem mortem Rufini. Hic exsiluit* ex *lecto, et imperavit Aulam capacem magnæ multitudinis fulgescere apparatu regali, ad epulas recipiendas: et* imperavit *aurum funestum signari sua imagine, ut distribueretur* militibus, *post desideria* explicata. *Ipse jam turgens*

sec. Med. quart.—332 *Collatura* pro *Adlatura* Thuan.—333 *lætis* Pal. Thuan. Florent. item duo Med. *vulgi m. p. læti* Bonon. Oxon. sec.—334 *occulato* marg. Morin.—335 *nec c. sentit p. fixi* vet. Gyr. Put. Reg. Ambr. pr. item Oxon. et Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *non* Ald. *fixi p. sensit* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. *sentit* Pric. Oisel. Med. sec. Pat. Thuan. Petav. pr. Vat. Livin. et Ald. *scnsit* Vat. pr. *sensit* vel *sentit* Florent. *dici* Vat. pr. m. sec. item Livin. *diri* vel *fixi* Vat. pr. m. pr. *diri* marg. Isingr.—336 *tangebat Lucifer* Mazar. Ambr. sec. Exc. Cod. Rhem. *Hæmum* Var. LL. ed. Antv. *Œtam* conjiciebat Heinsius.—337 *Festinusque* Moret. sec. m. sec. *properantius* Var. LL. ed. Antv.—338 *Rufini visurus* Vat. Livin. *visurus Ruf.* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Pat. Mazar. Ambr. sec. et Ald. *flumina* pro *funera* Var. LL. ed. Antv. editiones priscæ plenam habent interpunctionem post *urget*, nullam post *Titan:* ita Gesn. et Bip.—339 *Prosiluit* quatuor Vat. Pal. Farn. *Prosiliit* Vat. sec. Reg. Mazar. Oxon. pr. Leid. pr. Ambros. sec. et Moret. *Desiluit* Pric. Rott. Oisel. Exc. Lucens. sec. *turmæ* Ambr. sec. —340 *mirifico* Leid. pr. *peractu* Leid. sec. m. pr. qui et *dies* pro *dapes* exhibet. —342 *Insculpi* Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—343 *salutatum* Exc. Lu-

NOTÆ

333 *Altior*] Ex Artemidoro tamen id somniantibus diadema portenditur.

335 *Nec capitis sentit præsagia fixi*] Non prævidet Rufinus sibi mox caput amputandum esse, idque lancea affixum a lætis Stilichonis militibus esse circumferendum: non, inquam, prævidet; sed dum se in somnis videt altiorem, putat se evectum iri ad solium principum: sicque infeliciter aberrat

336 *Hæmum*] Hæmus vel Æmus mons est inter Thraciam et Thessaliam.

341 *Post vota daretur*] Ut post desiderium expletum, hoc est, post possessam partem imperii, quam votis omnibus expetebat, daretur aurum militibus.

342 *Inscribi aurum fatale*] Jussit

Ipse salutatum reduces post prælia turmas
Jam regale tumens, et principe celsior, ibat,
Collaque fœmineo jactabat mollia gestu,
Imperii certus: tegeret ceu purpura dudum
Corpus, et ambirent ardentes tempora gemmæ.
  Urbis ab angusto tractu, qua vergit in Austrum,
Planities vicina patet: nam cetera Pontus
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.
Hic ultrix acies, ornatu fulgida Martis,

regali more, *et elatior principe incedebat salutaturus exercitum redeuntem post bella; et sibi* promittens *certo regnum, agitabat cervicem effœminatam more mulierum: quasi purpura jampridem vestiret corpus* suum, *et lapilli splendentes cingerent caput* suum. *A parte arcta urbis* Constantinopolis *qua tendit versus meridiem, planities finitima porrigitur: mare enim sinens se separari parvo limite, cingit reliqua. In hac* planitie *exercitus vindex splendens insignibus Martis, ex-*

cens. pr. *salutantum* Leid. sec. Med. quart. et ed. Vicet. *turbas* Thuan.—344 *celsior* vel *sævior* Med. sec. Vat. tert.—345 *jactabat* quatuor Vat. totidem Med. tres Pet. duo Oxon. et Leid. Pal. Pric. Reg. Put. Ald. et Var. LL. ed. Antv. marg. Isingr. *gestabat* Vat. sec. Farn. Thuan. Florent. Mazar. Moret. sec. ed. Parm. et Vicet. *solvebat* Exc. Lucens. sec. *jactabat* vel *gestubat* Rott. Oisel.—346 *cui* Mazar. *nudum* Med. pr. unus Heins. Exc. Pat. rec. ed. Vicet. Colin. *nundum* ed. Parm. *nūdum* Vat. sec. Pal. *tutum* Ambr. pr. et Sched. Gud. Claver. marg. Isingr. *dudum* vel *numdum* Exc. Læti. *tegit et* pro *tegeret* Var. LL. ed. Antv.—347 *ardentes ambirent* Vat. pr. Exc. Lucens. sec. *ambirent ardentes* viginti alii, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. *ambirent regales* vel *ardentes* Med. quart. *tempora* Vat. Livin. *corpora* vel *tempora* Moret. sec. —348 *qua* Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *quo* Tholos. *quæ* incert. Heins. Ald. ed. Parm. Colin. et Vicet. *vertit* Vat. pr. m. pr. *ad Austrum* Rott. Med. sec. Florent.—349 *patri* pro *patet* Med. quart.—350 *exiguo* Exc. Lucens. sec. *angusto* Exc. Læti. *eximio* Exc. Pat. rec. ed. Vicet. quæ et *dirimit. limite* Pric. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—351 *ultrix* vel *cultrix* Exc. Læti. *fulgida* Lov. *lucida* Reg. Ambr. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *lucida* vel *fulgida* Vat. pr. *lurida* et *lucida* libri Barth. *ferri* Vat. pr. Rott. duo Ambr. ed. Parm. *Martis* triginta alii, Sched. Gud. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *ferri* vel *Martis*

NOTÆ

Rufinus aurum funestum sibi futurum signari sua imagine, quasi jam esset Imperator. Unde patet quanta fuerit potentia Rufini, qui Imperatorum more epulum populo, militibus ex auro sua imagine signato donativum indicebat.

343 *Salutatum*] Imperatores salutabant legiones ex bello redeuntes.

346 *Imperii certus*] Virgilius de Ænea, 'jam certus eundi.'

Purpura] Hæc Regum est ac Principum.

347 *Ardentes gemmæ*] Diadema gemmis ardentibus distinctum.

348 *Urbis*] Constantinopolis, quæ sita est ad Bosporum Thracium, Propontidem, et Pontum Euxinum, a quibus alluitur.

350 *Exiguo tramite*] Qui dicitur, *Bosporus Thracius*, quo arctatur mare.

351 *Ultrix acies*] Quia mox pœnas

Explicuit cuneos. Pedites in parte sinistra
Consistunt: equites illinc poscentia cursum
Ora reluctantur pressis sedare lupatis.
Hinc alii sævum cristato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit formatque chalybs. Conjuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris,
Horribilis visu. Credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis: ferrata fronte minantur,

tendit catervas: pedites stant in latere sinistro: equites alia parte conantur coërcere habenis compressis ora equorum *petentium cursum. Inde ceteri concutiunt horribiliter capita cristata, et lætantur movere colores trementes* in *humeris; quos ferrum tegit, ac* velut *efformat. Lamina flexibilis juncta per industriam,* quasi *animatur* ab *inducto corpore ;* estque *terribilis aspectu: putes statuas ex ferro incedere, et viros vivere metallo cognato. Similis habitus* est *equis: minitantur capite*

Florent. Tholos.—353 *Constituit* Pric. *illinc equites* Moret. sec. *illic* Med. tert. Mazar. Tholos. Ambr. pr. Petav. tert. Oxon. et Leid. duo, Exc. Gevart. item Lucens. sec. apposito + signo, quod indicio est, veterem lect. esse abrasam aut interpolatam. *illinc* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. *parentia* pro *poscentia* Thuan.—354 *reluctantum* Pric. *sudare* pro *sedare* Vat. pr. m. pr. *sudare* Isingr. *fudare* lib. Barth.—355 *Hinc* Vat. pr. Farn. et Vat. Livin. *Hac* Ambr. sec. *Hic* viginti alii, Exc. Gevart. et Lucens. pr. item ed. Vicet. Parm. Ald. Colin. ita Gesner. Bip. *se unde* pro *sævum* Med. quart. *senium* Pal. Vicet. *nudato vertice* Rott. *nudato* vel *cristato* Med. sec. *mutant* ed. Vicet. *micant* Farn. *nudant* vel *mutant* Lov.—356 *humero* Med. tert. *gaudet* Pal.—357 *formatque* vel *firmatque* Reg. Oxon. pr. *convicta* pro *conjuncta* Exc. Lucens. pr. unde Heinsius conjiciebat *convincta. artes* Med. pr. a m. pr. *artus* Tholos.—358 *indutis* Pal. Vat. pr. m. sec. Ambr. sec. *intinctis* vel *industis* Vat. tert. *hamatur* Thuan. Mazar. Pal. Rott. Florent. duo Med. Pric. m. pr. Ambr. sec. m. pr. Exc. Læti et ed. Parm. *hammatur* Leid. sec. *animatur* octodecim alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. marg. Isingr. et ed. Vicet. *hamatur* vel *animatur* duo Vat. Leid. sec. pro var. lect. *hamatur* vel *aminatur* Vat. tert. Heinsius ad lectionem *animatur* confirmandam ascripserat locum ex Nupt. Honor. vs. 188. 'subitis animantur frondibus hastæ.'—359 *Horribili* Med. tert.—360 *cognatosque* Farn. Mazar. Moret. pr. Ald.—361 *ferrati* Exc. Læti.—362 *movent* tres Vat. Pal. Farn. Pric.

NOTÆ

sumtura a Rufino: *ornatu fulgida Martis*, id est, armis instructa, vel instructa suis ordinibus.

355 *Sævum nutant*] Milites nutando, seu movendo capita cristis fulgentia, videntur ostendere nescio quam sævitiam militarem.

357 *Quos operit, formatque*] Quasi illi non solum tecti sint, sed formati, atque facti ex ferro, adeo ut ipsæ laminæ ferreæ quibus vestiti sunt, videantur esse animatæ ipso attactu membrorum uniuscujusque militis.

360 *Metallo cognato*] Unde formati sunt atque facti. Ovidius: 'Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere, cognati retinebat semina Cœli.' *Cognati Cœli*, id est, ex quo educta et separata erat.

361 *Par vestitus equis*] Ferreus

Ferratosque levant securi vulneris armos.
Diviso stat quisque loco. Metuenda voluptas
Cernenti, pulcherque timor; spirisque remissis
Mansuescunt varii vento cessante dracones.
Augustus veneranda prior vexilla salutat.
Rufinus sequitur, quo fallere cuncta solebat
Callidus affatu, devotaque brachia laudat
Nomine quemque vocans: natosque patresque reversis
Nuntiat incolumes. Illi, dum plurima ficto
Certatim sermone petunt, extendere longos

ferrato, et ridentes plagam, attollunt humeros ferratos. Unusquisque stat in loco separato: delectatio est formidanda videnti, et jucundus metus; ac flexibus laxatis, serpentes diversi mitescunt, ventis quiescentibus. Imperator primus salutat signa venerabilia: Rufinus sequitur, quo alloquio ipse *versutus consueverat decipere omnes, et commendat manus* militum *se devoventium, appellans unumquemque* suo *nomine: atque annuntiat* militibus *reducibus* eorum *patres et filios* esse *salvos. Illi milites, dum poscunt certatim multis verbis fictis, accingunt porrigere pone cir-*

Oisel. *levant* duo Vat. Rott. Med. sec. Pat. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *levant* vel *movent* Florent. Heinsius ascripserat locum ex Bel. Get. vs. 51. 'Securas jam Roma levat tranquillior arces.' *artus* Moret. pr. Pric. m. pr. *annos* Thuan.—363 *Et jusso* Pat. Rott. et Exc. Pat. rec. m. sec. Vicet. Parm. Ald. Isingr. Colin. unde Heinsius legebat *Ut jusso. Et jusso* vel *Diviso* Vat. tert. Thuan. Florent. *Diviso* vel *Dimenso* Vat. pr. *Diviso* reliqui fere omnes. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. et Sched. Gud. *metu* pro *loco* Med. tert.—364 *Cernendi* Tholos. Lov. Farn. Pric. Petav. pr. m. pr. *Cernendi* vel *Cernenti* duo Vat. Med. quart. *revulsis* Ambr. pr. *revisis* Med. quart. *revulsis* vel *remissis* Moret. sec.—365 *leones* pro *dracones* Vat. sec.—366 *Arcadius* marg. Isingr. ed. Claver. *prius* Moret. sec.—367 *qui* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *quo* Vat. Livin. Petav. sec. m. s. Barth. *quo* vel *qui* Vat. pr.—369 *vocat* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *natos patresque* Moret. sec. duo Vat. *natosque* Exc. Lucens. sec. *notosque* Vat. tert. m. pr. Florent. Ald. ed. Parm. et Vicet. *natumque patremque* Pal. Med. pr. *reversus* Thuan.—371 *extendere* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *intendere* decem alii. *longo* Vat. tert. duo Med. Petav.

NOTÆ

scilicet, et contextus ex laminis ferreis.

363 *Metuenda voluptas*] Dulce erat sic videre et milites et equos cataphractos, seu laminis ferreis tectos, sed et simul nescio quid in illo apparatu formidandum apparebat.

365 *Dracones*] In vexillis picti.

366 *Augustus*] Imperator Arcadius salutat vexilla; deinde Rufinus idem facit.

369 *Nomine quemque vocans*] More summorum Imperatorum: sic Cyrus, sic Alexander et alii sese gerebant, ad milites sibi conciliandos.

371 *Extendere longos flexus*] Milites cœperunt longo flexu sese in orbem curvare, moxque alas explicatas in unum conjungere, ac sic Rufinum de sceptro, non de periculo cogitantem, circumvenire.

A tergo flexus, insperatoque suprema
Circuitu sociare parant. Decrescere campus
Incipit, et clypeis in se redeuntia junctis
Curvo paulatim sinuantur cornua ductu.
Sic ligat immensa virides indagine saltus
Venator: sic attonitos ad littora pisces
Æquoreus populator agit, rarosque plagarum
Contrahit anfractus, et hiantes colligit oras.
Excludunt alios: cingi se fervidus ille
Nescit adhuc, graviterque apprensa veste morantem
Increpat Augustum: scandat sublime tribunal:
Participem sceptri, socium declaret honoris.

cuitus longos, et conjungere ultima agmina *gyro inexpectato:* spatium *campi cœpit videri minus, et alæ revertentes in se scutis conjunctis coëunt sensim tractu curvo. Ita venator cingit nemora viridantia retibus maximis: ita prædator marinus impellit ad littora pisces obstupefactos, et congregat raros circuitus retium, et complicat foramina dehiscentia.* Milites *arcent ceteros: ille ardens* Rufinus *ignorat adhuc se circumveniri, et apprensa veste, valde objurgat Imperatorem,* ut scilicet *conscendat tribunal excelsum,* et *denuntiet* ipsum Rufinum *consortem Im-*

sec. Exc. Læti.—372 *flexus* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *amplexus* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *insperatuque* Farn.—373 *putant* pro *parant* Vat. tert. m. pr.—374 *vinctis* Med. quart.—376 *inmenso* Med. tert. Lov. Moret. sec. *inmersa* Exc. Gevart. *immissa Venetos* marg. Isingr et Marcil. Heinsius ex v. cod. *inmissa* legit, et remittit lectorem ad ea, quæ dixit ad Cons. Mall. Theod. vs. 332. 'Stagnaque remigibus spument inmissa canoris.' *saltus* duo Vat. vet. Gyr. Mazar. Pat. Florent. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *silvas* tres Vat. duo Oxon. et Leid. Pal. Farn. Pric. *saltus* vel *silvas* Put. Rott.—379 *hiantes oras* vel *hiantia ora* Reg. Oxon. sec. multa desunt hic in Leid. sec.—380 *Excludit* Farn. *Excluditque* Bonon. *cingi* Vat. quint. *perfidus* Reg.—381 *graviter,* sine copula, Farn. Florent. Med. sec. *comprensa veste* Thuan. *deprensa* Rott. *appressa* Mazar. Petav. sec. Exc. Voss. *morantes* Vat. quart. *moventem* Ambr. sec. *Arcadium* marg. Isingr.—382 *scandit* vel *scandat* Oxon. pr.—383 *Participem et* Vat. quint. *socium sceptri* duo Vat. *declamet* Thuan. *declaret* vel *declarat* Reg. Oxon. pr.—384 *enses*

NOTÆ

373 *Decrescere*] Campus cohortibus explicatis cœpit videri minor.

376 *Sic ligat, &c.*] Ut venator cingit sylvas retibus ad capiendam feram: sic milites cingunt agminibus suis Rufinum, ut eum capiant.

378 *Plagarum anfractus*] Impares retium cavitates, et variis ambagibus implicatas.

380 *Excludunt alios*] Tandem circulus ille militum tam arcte clauditur, ut cum Principe remaneat in medio solus Rufinus, cui mactando parabatur ista tragœdia: sicque eos, qui circa ipsum erant, excludunt, instar piscatoris, qui pisciculos emittit, quo prædam aliquam opimiorem retineat.

381 *Apprensa veste*] More antiquo urgentium.

382 *Tribunal*] Ligneum, in quo solium aureum imponebatur.

Cum subito stringunt gladios, vox desuper ingens
Infremuit: Nobis etiam, deterrime, nobis
Sperasti famulas imponere posse catenas?
Unde redi nescis? patiarne audire satelles,
Qui leges aliis, libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas: bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli servire tyranno.
Diriguit. Spes nulla fugæ: seges undique ferri
Circumfusa micat: dextra lævaque revinctus
Hæsit, et ensiferæ stupuit mucrone coronæ.
Ut fera, quæ montes nuper dimisit avitos,

perii, consortem dignitatis: cum statim nudant enses. Vox magna præterea insonuit: Tu *etiam nobis,* Rufine *pessime, credidisti* te *posse injicere nobis vincula servilia? ignoras unde reversus sum? an sinam appellari satelles,* ego *qui* dedi *leges aliis, et restitui libertatem? Bellum civile bis* a me *superatum* est; *bis fregimus claustra Alpium. Tot prælia nos edocent nulli famulari Tyranno.* Rufinus *cohorruit: nulla* est *spes effugii: multitudo telorum undique circumjecta fulget: a dextra, et a sinistra ligatus constitit, atque obstupefactus est cuspidibus catervæ armatæ. Quemadmodum bestia, quæ nuper reliquit colles patrios, et expul-*

Pric.—385 *deterrime* vel *teterrime* Vat. quint. *teterrime* Gesn. et Bip.—386 *cohortes* pro *catenas* Med. sec. m. pr.—387 *redii* Vat. pr. Rott. Oisel. Put. Reg. Lov. Bonon. duo Petav. *nescis,* sine nota interrogationis, Exc. Gevart. *patiorne* Med. quart. *redire* pro *audire* Tholos.—388 *alias* Reg. Leid. pr. Vat. sec. m. pr.—389 *domui* Vat. pr. a m. sec. Oxon. pr. Mazar. Thuan. et Vat. Livin. *domui* vel *domitum* Florent. *civile* vel *servile* Vat. tert. *rumpimus* Reg. Pal. Med. quart.—391 *Deriguit* Vat. pr. m. pr. *fati* Vat. quart.—392 *nitet* pro *micat* Oxon. pr. *reductus* pro *revinctus* Pal. Med. pr. quod placere visum Heinsio, qui ascripserat. sic alibi, 'intra claustra reductus.'—393 *instantis stupuit* Bonon.—394 *montes nuper* Oxon. pr. Ald. et ed. Vicet. *nuper montes* decem alii. *amisit* Pric. Med. quart. *dimisit* vel *amisit* duo Vat. Put. Petav. et Ambr. sec. ed. Parm. *dimisit* reliqui fere omnes, Exc. Cod. Rhem. Gevart. et Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. Ald. et Vicet. ad firmandam lectionem *amisit* Heinsius sequentia ascripserat: *amittere* pro *dimittere* veteres dicebant. Plaut. Mostell. 'Quom me amisisti vix a te vivum modo.' Terent. Phorm. Act. III. Sc. 2. 'Nam neque quo pacto a me amittam, neque ut retineam scio.' Heaut. Act. III. Sc. 1. 'prius pecuniam omnem, quam abs te amittas filium.' Hæc Scioppius Suspect. Lect. Lib. IV. Ep. 15. qui Donatum citat ad ultimum

NOTÆ

386 *Famulas catenas*] Quales famulis, servis, captivis injiciuntur.

387 *Unde redi, nescis*] Nescis ex qua regione ego miles redeam? ex regione scilicet Honorii et Stilichonis, qui viri fortes.

389 *Bis domitum civile nefas*] Extinximus duo bella civilia, quibus Maximus et Eugenius oppressi sunt a Theodosio, sed socio Stilichone.

Bis rupimus Alpes] Sicque plus fecimus quam Annibal, qui Alpes semel trajecit.

391 *Diriguit*] Rufinus totis artubus perhorruit, atque concreto in venis sanguine, lapidis instar obriguit.

Altorumque exul nemorum damnatur arenæ
Muneribus, commota ruit: vir murmure contra
Hortatur, nixusque genu venabula tendit.
Illa pavet strepitus, cuneosque erecta theatri
Respicit, et tanti miratur sibila vulgi.
Unus per medios audendi pronior ense
Prosilit exerto, dictisque et vulnere torvus.

sa ex *sylvis excelsis, condemnatur* ad *ludos Circi, excitata irruit; contra vir* bestiarius *urget* illam *clamore, et innixus genu opponit hastam. Illa metuit murmur, et elata aspicit consessum theatri, atque obstupescit clamores tantæ multitudinis. Unus proclivior* ad *audendum, per medios irruit gladio districto, et terribilis verbis*

locum, cum Donati in Heaut. commentaria non extent.—395 *exilit* pro *exsul* Med. quart. *jugum* lib. Barth.—396 *Muneribus* Pat. Tholos. duo Ambr. ed. Parm. Isingr. tres Lugdun. *Vulneribus* duo Vat. Farn. Med. sec. Thuan. Moret. sec. Mazar. Var. LL. ed. Antv. m. pr. Vicet. et Colin. *Verberibus* tres Vat. duo Med. et Petav. Reg. Bonon. Ambr. sec. Pal. Put. unus Heins. Leid. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. item Gevart. *Muneribus* vel *Vulneribus* Lovan. Moret. pr. Med. tert. *Verberibus* vel *Muneribus* Oisel. Petav. pr. incert. Heins. *Muneribus,* vel *Verberibus* vel *Vulneribus* Pric. *Muneribus* probare visus Heinsius, qui *virum* de *venatore* capit, ideoque ascripsit locum Ausonii Epigr. II. 'Cedere quæ sævo nescit fera saucia ferro, Armatique urget tela cruenta viri.' idem et *vector* vocabatur. vid. Salmas. ad Histor. Aug. Script. p. 258. Tom. II. p. 226. Noster Paneg. in Cons. Mall. vs. 294. 'Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum Arte ligent, certoque premant venabula nisu.' Heinsius ad ed. Lugd. 1551. *convicta* cod. Debr. *furit* Med. tert. *vix* Pat. Vat. pr. m. sec. Exc. Pat. rec.—397 *nisusque* Florent.—398 *strepitu* Med. quart. *erepta* Florent.—399 *Respicit* Vat. sec. m. pr. Mazar. Exc. Lucens. sec. vet. Gyr. *Despicit* duo Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Aspicit* Pat. duo Vat. *Respicit* vel *Despicit* Vat. pr.—400 *promtior* Pat.—401 *exserto* Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. et Var. LL. ed. Antv. m. sec. *extento* Thuan. *erecto* duo Vat. Pal. Med. sec. Ald. Parm. et Vicet. *erecto* vel *exserto* Vat. tert. *erepto* vel *exserto* Florent. *dictis* Farn. Med. tert. *sævus* Vat. sec. *lumine torvus* Pat. Ald. Vien. marg.

NOTÆ

394 *Montes avitos*] Montes, in quibus avi ipsius stabulabant. Avus transfertur ad feras in hoc loco. Virgilius de tauro victo fugiente: 'Et stabula aspectans regnis excessit avitis.'

395 *Exul*] Quia fera invita expellitur ex sylvis patriis.

396 *Muneribus*] Ludis, qui vocantur *Munera*, quia dantur populo. Cicero: 'Magnificentia popularium Munerum.' Alii legunt, *Arenæ verberibus.*

397 *Venabula*] Hastas venatoribus idoneas vir bestiarius, qui bestiis curandis præpositus est, opponit, et sic hortatur, urgetque ingredi in circum: ita et milites urgent Rufinum ingredi casses paratos.

398 *Cuneos*] Ita theatrum erat dispositum, suos ut haberet cuneos, seu sua latera in speciem cuneorum comparata. Virgilius: 'Cuneosque theatri.'

400 *Audendi pronior*] Dicitur *pronus ad* vel *in ferrum: pronus paci:* et *pronior audendi,* ut in hoc loco.

401 *Lumine*] Alii legunt, *Vulnere,*

Hac petit, hac Stilichon, quem jactas pellere, dextra
Te ferit: hoc absens invadit viscera ferro.
Sic fatur, meritoque latus transverberat ictu.
Felix illa manus, talem quæ prima cruorem
Hauserit, et fessi pœnam libaverit orbis.
Mox omnes fodiunt hastis, artusque trementes
Dilaniant. Uno tot corpore pila tepescunt:
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos, et adhuc spirantia vellunt

et oculis, ait: *Stilicho, quem venditas* te *ejicere, hac manu invadit* te, *hac percutit te: oppugnat pectus* tuum *hoc ense*, licet *absens. Ita loquitur, et trajicit latus* Rufini *digno vulnere. Fortunata est illa dextera, quæ prima effuderit talem sanguinem, et attigerit supplicium mundi fatigati. Statim cuncti transfigunt* Rufinum *cuspidibus, et lacerant membra palpitantia: tot tela calescunt* in *uno corpore, ac puduit* illos *redire gladio non cruentato. Hi avellunt os avarum, et oculos adhuc*

torvis Thuan.—402 *Hac petit* Leid. pr. *Apetit* Oisel. Farn. *Appetit* quatuor Vat. Pal. Pric. Rott. *appetit heu* Isingr. marg. *Impetit* Vat. pr. Med. quart. Bonon. Ambr. et Oxon. sec. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. *Hac petit* vel *Impetit* Put. *Hunc* Pal. Med. pr. *ac Stilico* Moret. pr. *Stilico* Vat. sec. *Stilichon* Exc. Læti. *Stilicon* Petav. pr. *hic absens* Vat. tert. Med. sec. *hac* Pal. Med. pr. *pectora* Farn.—404 *Sic fatur* viginti Codd. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *fatus* Vat. tert. et ed. Parm. *meritoque* Farn. *meritumque* vel *meritoque* Vat. pr. Med. item Oxon. sec. *meritumque* reliqui fere omnes, Exc. Gevart. Lucens. pr. marg. Isingr. et Var. LL. ed. Antv. *ense* Pal. Med. pr. Sched. Gud. *ictu* vel *ense* Ambr. pr.—406 *pœnam fessi* Tholos. Exc. Læti. *fessi pœnam* Pric. *livaverit* Exc. Lucens. sec. *litaverit* lib. Barth. *libraverit* quinque Vat. Pal. Farn. *liberaverit* marg. Marcil. *libaverit* Thuan. Rott. et Ald. Pric. m. sec.—407 *una fodiunt* Vat. sec. *laniant* Oisel. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *laniant* vel *fodiunt* Vat. pr. et tert. *trementes* Exc. Læti et Lucens. sec. *nefandos* Thuan. Moret. sec. ed. Vicet. *trementes* vel *nefandos* Vat. pr. Ambr. pr. Farn. Pric. Exc. Pat. rec.—408 *dilaniant* ambo Moret. *dilacerant* Pat. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *tela* duo Vat. Pal. Pric. Pulm. Oisel. Florent. Put. Mazar. Pat. duo Med. duo Ambr. Exc. Gevart. Sched. Gud. *pila* vel *tela* Rott.—409 *infesto* Claver.—410 *rabidos vultus* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—

NOTÆ

id est, terribilis, quod vulnus cogitaret inferre: vel, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, *simul dictum, simul factum:* simul minatur, simul vulnerat.

402 *Hac petit*] Virgilius: 'Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat.'

406 *Pœnam libaverit*] Leviter attigerit pœnam Rufino debitam ab orbe universo fesso atque oppresso: leviter, inquam, attigerit; nam Rufinus in inferis mox pœnas majores daturus est. Vel, *libaverit*, id est, degustaverit, quasi fruatur pœna ac supplicio Rufini.

408 *Pila*] Tela Romanorum propria. Lucanus: 'Et pila minantia pilis,' de bello civili.

410 *Vultus avidos*] Spirantes adhuc avaritiam.

Lumina: truncatos alii rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis
Nexibus: hic fracti resecat curvamina dorsi.
Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras. Spatium non invenit ira.
Nec locus est odiis. Consumto funere vix tum
Deseritur, sparsumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferrent
Mænades, aut subito mutatum Actæona cornu

viventes: alii abstulerunt brachia amputata: ille abscindit pedes, ille dejicit humerum laxatis vinculis: hic secat spinam curvam dorsi abrupti. Hic aperit jecur, hic fibras cordis, hic latebras pulmonis anhelantis. Furor non reperit spatium, nec locus patet odiis omnium. *Morte consummata, vixdum cadaver relinquitur, at perit dispersum per arma* militum. *Ita mons Cithæron tinctus est, cum Bacchantes auferrent Pentheum; aut cum* puella *Latonia exponeret Molossis furentibus*

411 *illi* pro *alii* Pal. Florent.—412 *humeros* Pal. *iste* pro *ille* legit Heinsius.—413 *anfracti* Med. quart. *hinc* Leid. pr. *reserat* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *resecat* Moret. sec. atque ita conjecerat Heinsius. *confinia* marg. Isingr.—414 *anhelas* ita fere omnes scripti, Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. et ed. Vicet. *anhelas* vel *anheli* Vat. tert. *hanelas* Oxon.—415 *nunc invenit* Vat. pr. *iras* Parm. ed. *tamen inv.* Farn.—416 *Non* duo Vat. Tholos. Petav. pr. *funere* vel *corpore* Vat. sec. Oxon. sec. *victor* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. et Vat. pr. m. pr. marg. Isingr. *victum* Pric. Rott. Oisel. Med. sec. m. pr. Mazar. Leid. pr. *justum* Petav. sec. *vix tunc* novem alii. *vix tum* Put. unde Heinsius conjicit *vixdum*.—417 *sparsimque* Rott. *perit* duo Vat. Pal. Florent. duo Med. Pat. Vat. Livin. Exc. Læti, Lucens. sec. Isingr. et ed. Parm. *cadit* reliqui fere omnes, Exc. Gevart. Sched. Gud. Ald. et ed. Vicet. *cadit* vel *perit* Vat. pr. Moret. pr. Florent. Pric. et Petav. tert.—419 *ac* duo Vat. Rott. Florent. Med. sec. Pat. Mazar. *cornu* Exc. Læti et

NOTÆ

412 *Solutis nexibus*] Laxatis scilicet ac ruptis vinculis ac nervis, quibus humerus sustinetur. Et sic periisse Rufinum testantur historici.

415 *Ira*] Non invenit spatium, in quo se exerceat.

416 *Consumto funere*] Morte consummata, perfecta, non deserunt cadaver, sed in frusta discerpunt, atque dispergunt. Vel, *consumto funere*, seu cadavere, cadaver adhuc quærunt, nunquam satis satiati.

418 *Mons Aonius*] Cithæron in Bœotia regione Græciæ, olim *Aonia* dicta; mons Bacchantum insania infestari solitus.

Penthea ferrent] Cum Bacchantes ferrent Pentheum dilaceratum, ob spreta Bacchi sacra.

419 *Mænades*] Bacchantes, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, *furere*, Mænades dicuntur.

Actæona] Hic venator insignis a Diana quam nudam viderat, in cervum mutatus est, et a suis canibus discerptus.

Traderet insanis Latonia virgo Molossis.
Criminibusne tuis speras, Fortuna, mederi?
Et male donatum certas æquare favorem
Suppliciis? una tot millia morte rependis?
Eversis agedum Rufinum divide terris.
Da caput Odrysiis: truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec singula membra peremtis

Actæonem transformatum cornu repentino. O *Fortuna, an credis* te *posse mederi sceleribus tuis? et conaris adæquare pœnis honorem male datum? Remuneras una morte multitudinem tantam cæsorum? Eia, partire Rufinum orbi destructo: da caput Thracibus, Græci habeant truncum. Quid donabitur ceteris? Neque membra sin-*

Lucens. sec. *cervo* Moret. sec. Exc. Pat. rec. et ed. Vicet.—420 *Proderet* Moret. sec. *visa* Exc. Lucens. sec. ita Gesn. et Bip. *virgo* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *molosis* pro *molossis* Moret. ambo, Leid. duo, et Lov.—421 *speras* Florent. Exc. Lucens. sec. *credas* ed. Vicet. *speras* vel *credis* Rott. Med. sec. *credis* alii magno numero, Exc. Læti, Gevart. Ald. et ed. Parm. ita Gesn. et Bip. *æquare favorem* pro *Fortuna mederi* Pal.—422 *furorem* Pat. m. pr. *furorem* vel *favorem* Reg. *certas* Pat. Florent. Med. sec. Vat. Livin. Lucens. sec. *credis* Ambr. pr. Vat. sec. Lov. Sched. Gud. lib. Barth. *credas* Leid. *speras* reliqui omnes, Exc. Læti, Gevart. Var. LL. ed. Antv. Ald. et ed. Vicet. ita Gesn. et Bip. *Fortuna mederi* pro *æquare favorem* Pal.—423 *forte* Ambr. pr. *rependi* Helmæst. ita Gesn. et Bip.—424 deest hic versus Lucensi sec.—425 *Odrysiis* Med. quart. vet. Gyr. et incert. Heins. *Othrysiis* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *Otrysiis* Moret. ambo, Ald. et Exc. Gevart. *Otrisiis* Lov. Leid. pr. Oxon. sec.—426 *dabitur reliquis* Med. sec.

NOTÆ

420 *Latonia virgo*] Diana Latonæ filia.

Molossis] Canibus sic dictis a Molossia Epiri parte in Græcia: ibi optimi canes celebrantur.

421 *Criminibusne*] An speras, o Fortuna, unius Rufini morte te posse mederi criminibus, quæ, eo adjutore, patrasti?

422 *Male donatum*] Rufino homini immerenti.

423 *Rependis*] An una Rufini morte, reddis tot millia hominum, quos occidit?

424 *Divide*] Discerpe Rufinum, et divide terris, quas evertit, quibus ejus pœna debetur. Alludit ad debitores, quos in frusta discerpere licebat, si solvendo non essent. Unde proverbium: 'Solvat in cute, qui non potest solvere in ære:' hoc est, occidatur, qui reddere debitum nequit. Hoc tamen factum esse nemo narrat. Nam ex Tertulliano; 'Populus Romanus maluit hominis sanguinem suffundere, quam effundere.'

425 *Odrysiis*] Odrysii sunt populi Thraciæ: ponuntur pro ipsis Thracibus, pars pro toto.

Achivi] Populi Achaiæ: ponuntur pro ipsis Græcis, pars itidem pro toto.

Truncum] Corpus exsangue, capite amputato. Virgilius de Priamo: 'Jacet ingens littore truncus, Avulsumque humeris caput, et sine nomine corpus.'

426 *Quid reliquis dabitur*] Si Thraces caput habeant, et Græci truncum.

Sufficiunt populis. Vacuo plebs obvia muro,
Jam secura, fluit: senibus non obstitit ætas,
Virginibusve pudor. Viduæ, quibus ille maritos
Abstulit, orbatæque ruunt ad gaudia matres:
Insultantque alacres. Laceros juvat ire per artus,
Pressaque calcato vestigia sanguine tingui.
Nec minus assiduis flagrant elidere saxis
Prodigiale caput: quod jam de cuspide summa
Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quinetiam, ludo concessa, vagatur
Æra petens, fraudesque animi persolvit avari

gula satisfaciunt nationibus occisis: populus obvius, urbe relicta, jam currit tutus: ætas non retardavit senes, non verecundia puellas: viduæ quibus ille Rufinus *eripuit conjuges, et matres privatæ filiis erumpunt ad lætitiam, et lætæ insultant: jucundum est incedere super membra laniata, et colorare pedes impressos cruore proculcato. Neque minus ardent proterere lapidibus continuis monstrosum caput* Rufini, *quod jam pendebat ex alta lancea, revertens ad urbem digno apparatu. Præterea manus data* ad *ludibrium errat, poscens stipem, et punitur quæstu horribili,* ob

sec. Pric.—427 *Sufficiunt* Vat. pr. *Sufficerent* Pat. *obvia* vet. Gyr. Vat. Livin. Put. Bonon. Oisel. Mazar. Ambr. sec. Moret. sec. Petav. tert. Oxon. sec. m. pr. Exc. Luceus. sec. marg. Isingr. et Var. LL. ed. Antv. *undique* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. *undique* vel *obvia* Lov. Pric. Med. sec.—428 *fluit* Vat. pr. a m. pr. Oisel. et Vat. Livin. *fluit* vel *ruit* Vat. tert. *ruunt* al.—430 *mœnia* vel *gaudia* Lov.—431 *Insultant alacres* incert. Heins. *vacuos* viginti Codd. Exc. Pat. rec. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *laceros* duo Vat. Farn. Pric. Oisel. Thuan. Mazar. Ambr. sec. *laceros* vel *vacuos* Put. *truncos* Moret. sec.—432 *tingunt* Vat. sec. *tingui* Vat. Livin.—433 *certant* tres Vat. Pal. Farn. Pric. *flagrant* Oisel. Bonon. Pat. Florent. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. Isingr. *flagrant* vel *certant* duo Vat. Rott. *tentant* cod. Pulm. *illudere* ed. Parm. *elidere* Exc. Luceus. sec. *illidere* Farn. ed. Vicet.—434 *quodnunc* cod. Pulm.—435 *Nuptabat* vel *Nutabat* Var. LL. ed. Antv.—436 *congressa* Vat. pr. m. pr. *vagavit* pro *vagatur* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—437 *fraudesque* Vat. pr. Med. sec. Pat. Exc. Lucens. sec. Isingr. *pœnasque* quinque Vat. Pal.

NOTÆ

427 *Vacuo muro*] Vel urbe relicta, vel muris custodia militum destitutis.

428 *Fluit*] Currit cum dulcedine et securitate: translatio sumitur a fluvio, qui molli quadam æquabilitate fluit. Virg. 'Olli convenere, fluuntque ad regia plenis Tecta viis.' Alii legunt, *Jam secura ruit.*

435 *Nutabat*] Caput, quod præfixum in suprema cuspidis parte nutabat.

437 *Æra petens*] Abscissa Rufini manus circumlata est ostiatim, quasi stipem emendicans lucro infami et terribili. Populusque per jocum clamitabat ΔΟΤΕ ΑΠΛΗΚΤΩΙ, *Date insatiabili.* Porro *æs* ponitur pro stipe, quia olim erat in usu pro moneta. Virgilius: 'Gravis ære domum mihi dextra redibat.'

Terribili lucro, vivosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabilesque Deos, ac lubrica Numina discat.
Illa manus, quæ sceptra sibi gestanda parabat,
Cujus se toties submisit ad oscula supplex
Nobilitas, inhumata diu, miseroque revulsa
Corpore, feralem quæstum post fata poposcit.
Aspiciat, quisquis nimium sublata secundis
Colla gerit. Triviis calcandus spargitur ecce,

dolos mentis insatiabilis, atque imitans nexus vivos, cogitur curvare digitos, nervis attractis. Ille *cesset fidere magnis dignitatibus, quicumque* sit, *et sciat Deos* esse *inconstantes, ac voluntatem* eorum *mutabilem. Manus illa quæ præparabat sceptrum sibi gerendum, ad quam osculandam nobilitas humilis se toties subjecit, longum insepulta et avulsa* a *corpore miserabili petivit stipem funebrem post mortem.* Ille *videat hoc, quicumque fert caput nimis elatum* rebus *prosperis. En* iste *dis-*

Farn. Pric. *fraudesque* vel *pœnasque* Florent. Rott. Ambr. sec.—438 *luctu* pro *lucro* Med. quart. *luco* Leid. pr. Ald. *vivos imitata* Vat. pr. *receptus* Vat. tert. Pal. Rott. tres Med. Mazar. Pat. unus Heins. qui ascripserat, *receptus*] quia recipiebat argentum. *receptus* vel *retentus* Put.—439 *adductos digitis infl. nervos* Vat. pr. Oisel.—441 *et* cod. Pulm. *lubrica n.* Vat. pr. et sec. item Pal. *et* tres Vat. Rott. Put. Florent. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. et Ald. *numina lubrica* Med. quart. Ambr. pr. Petav. sec. *ludicra* Pric. m. sec. *dicat* Oisel.—442 *qua* Vat. quint. Reg. Put. Bonon. Leid. pr. Oxon. sec. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—443 *commisit* Ambr. pr.—444 *inhumata jacet* Oxon. pr. *miseroque* vel *misereque* Vat. pr.—445 *fatalem quæstum* Thuan. *reposcit* Farn. Exc. Lucens. sec.—446 *quisquis* Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. et Isingr. *nequis* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *quisquis* vel *nequis* Vat. pr. Heinsius legit *si quis. stillatæ* cod. Barth.—447 *gerit* Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. Isingr. *gerat* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. *gerit* vel *gerat* Vat. pr. *rebus* pro *triviis* Exc. Cod. Rhem. *rebus* vel *triviis* Vat. pr. *calcatus* Pat. Petav. tert.

NOTÆ

438 *Vivos imitata retentus*] Imitans nexus atque rapacitatem tenacitatemque, qualem vivus Rufinus habebat.

441 *Instabilesque Deos*] Deorum favorem mutabilem, seu fortunam inconstantem. Sic Seneca, 'Nec leves metuit Deos;' id est, levem favorem.

Numina] Numen est velut anima et voluntas Deorum. Itaque, *lubrica numina discat*, id est, sciat voluntatem Deorum non semper esse firmam atque constantem in dandis rebus prosperis.

443 *Ad oscula*] Manum osculari obsequii argumentum est: mos ille veteribus fuit familiaris sic obsequium et reverentiam testari. Sic ex Plutarcho, Catonis Uticensis abitum ægre ferentes milites, vestes suas, qua iturus erat, sternebant, et manus deosculabantur.

445 *Feralem*] Antiqui ferale vocabant, id quod est funestum, exitiale, abominandum, horrendum, funebre, obscœnum, malique ominis.

447 *Spargitur*] Partes corporis

Qui sibi Pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos exstruxit culmina Manes:
Et, qui Sidonio velari creditus ostro,
Nudus pascit aves. Jacet en, qui possidet orbem,
Exiguæ telluris inops, et pulvere raro
Per partes tegitur, nusquam totiesque sepultus.
Senserunt convexa necem, tellusque nefandum

pergitur proculcandus in *compitis;* iste, *qui ædificavit sibi pyramides, qui* ædificavit *non inferiora templis Mausolea honoratura suas umbras; et* ille *putatus tegi purpura Sidonia, nudus nutrit volucres. Ecce* ille *jacet, qui occupat mundum, carens terra exili, et operitur exiguo pulvere per partes, humatus nunquam, et toties* tamen humatus. *Cælum cognovit mortem* Rufini, *et terra removet pondus detes-*

---

iste Pric. *ecce* vel *ille* Florent.—448 *Pyramides* tres Vat. Pal. Rott. duo Med. *et* pro *qui* Farn. Vat. sec.—449 *exstrusit* Pet. sec. *instruxit* Put. *instruxit* vel *exstruxit* Rott. *erexit* Ambr. sec. *culmine* Exc. Voss.—450 *creditus* Oisel. Moret. pr. Reg. *credidit* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. *creditus* vel *credidit* Vat. pr. Oxon. pr. *creditur* Isingr. *credidit* legit Heinsius pro *credidit se velandum*, quod firmat loco Spartiani in Ælio Vero [c. 4.] 'Accepta potione, qua se existimaret juvari.' pro *juvandum.* ita Gesner. et Bipont. *condidit* lib. Barth. *qui se Sid. velandum credidit* Dempster. e Bongars. membr.—451 *jacet en* Exc. Læti. *heu* ed. Vicet. *presserat orbem* Pat.—453 *nunquam* Pric. *nusquam* alii magno numero, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. ed. Vicet. Parm. Junt. Colin. al. *nusquam* vel *nunquam* Reg. Med.

NOTÆ

Rufini discerptæ sparguntur pedibus proculcandæ. Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται: *Ut lapsa quercus, omnis hanc homo secat.*

448 *Pyramidas*] Pyramis est turris quæ desinit in figuram coni. Sic dicitur, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ab igne*, cujus figuram imitatur. Ceterum Pyramides erigebantur, ad servanda Regum cadavera, et erant Mausolea: vel ad servanda grana; et tum dicuntur, ἀπὸ τοῦ πυροῦ, id est, *a frumento.*

448 *Non cedentia templis*] Fuit Romæ sepulcrum Probi, viri illustris, mole sua et opere admirandum, et templis non inferius.

449 *Ornatura*] Pyramides seu Mausolea a Rufino exstructa non ornaverunt ipsius corpus, siquidem discerptum est, et per compita dispersum; sed tantum ornaverunt ipsius *Manes*, seu memoriam.

450 *Ostro*] Qui credidit se futurum Imperatorem, ac proinde velandum esse purpura, fit avium præda.

Sidonio] Ab urbe Sidone in Phœnicia, Asiæ parte, ubi purpura exquisita.

451 *Possidet*] Ironia. En scilicet ille jacet, qui putabat se possessurum esse totum Orbem.

452 *Pulvere raro*] Partes corporis discerpti teguntur exiguo pulvere.

453 *Nusquam totiesque*] Rufini corpus nusquam sepultum est, siquidem discerptum et dispersum est: toties tamen est sepultum, quia lacerata corporis frusta hinc, inde, infeliciter exiguo pulvere semisepulta sunt.

454 *Convexa*] Cœlum lætatum est nece Rufini. *Convexa* explicuimus in Cons. Prob. v. 242.

Amolitur onus. Jam respirantibus astris,
Infernos gravat umbra lacus. Pater Æacus horret,
Intrantemque etiam latratu Cerberus urget.
Tunc animæ, quas ille fero sub jure peremit,
Circumstant, nigrique trahunt ad judicis urnam,
Infesto fremitu. Veluti pastoris in ora
Commotæ glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennasque cient, et spicula tendunt:
Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ

tandum. Jam Cælo respirante, umbra ipsius *premit fluvios Tartareos. Æacus pater exhorrescit; et Cerberus quoque invadit* illum *ingredientem. Tum animæ quas ille* Rufinus *occidit sub lege crudeli, circumadstant, et rapiunt illum ad urnam judicis atri,* cum *clamore horribili. Sicut apes agitatæ congregantur contra vultum pastoris, qui eripit furto mella suavissima, et* apes *movent alas, et exerunt*

sec. Vat. tert.—455 *Amolitur* Leid. pr. m. sec. et Exc. Lucens. sec. *Emolitur* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Demolitur* Pat. *Amolitur* vel *Emolitur* Vat. pr. et tert. *Emollitur* Moret. sec. *antris* pro *astris* Vat. pr. m. pr. *austris* Pat.—456 *lacus* vel *lares* Rott.—457 *intrantesque* Pal. Asteriscum huic versui apposuerat Heinsius, cui *τὸ etiam* suspectum, pro quo in ed. Lugd. Gryph. 1548. conjecerat *fero,* sed delevisse videtur.—458 *Hunc* pro *Tunc* Vat. sec. *animas* Pat. *ferox* Lov. Vat. Livin. Petav. pr. m. sec. *feros* Petav. tert. *ferox sub jura* Farn.—460 *in horis* Oxon. sec. m. pr.—461 *Commotæ* Exc. Lucens. sec. *Collectæ* Reg. Put. Ambr. pr. Leid. pr. item Oxon. Exc. Læti et ed. Vicet. *Commotæ* vel *Collectæ* Exc. Pat. rec. *quæ* Petav. tert. qui vel *quem* Pric. *dubia* pro *dulcia* Med. quart. *raptim* Pric. *quercu* vel *raptu* Moret. pr. *quercu* cod. Barth.—462 *vehit* pro *trahit* Vat. Livin. *pinnasque* Oisel. Exc. Lucens. sec. *pinnisque* Pric. *bellaque* pro *pinnasque* Ald. *figunt* Sched. Gud.—463 *tenui* Pat. et Var. LL. ed. Antv. *tenuis* vel *teneri* Oxon. sec. *cinctæ* duo

NOTÆ

455 *Amolitur*] Terra tentat a se removere cadaver, tanquam onus detestandum.

Respirantibus astris] Quasi Rufinus pessimus, pestifero halitu, serpentis Pythonis instar, Cœlum contaminasset, ac velut oppressisset.

456 *Æacus*] Filius Jovis, et Æginæ, regnavit in Ægina insula maris Ægæi, tanta justitiæ fama, ut judex apud Inferos constitutus esse dicatur.

Horret] Æacus, etsi judex, tremit, atque horret adventum Rufini.

458 *Animæ quas peremit*] Occidit non animas, quæ sunt immortales, sed homines quorum animæ tunc trahebant Rufinum.

459 *Urnam*] Judicia conjectis in urnam lapillis, et inde extractis atque numeratis suffragiis, exercebantur apud Græcos; et ideo mos ille inferis tribuitur. Urnam hanc movet Æacus vel Minos. Virgilius: 'Quæsitor Minos urnam movet.' Statius: 'Immensis urnam quatit Æacus umbris.'

460 *Infesto*] Inimico, infenso, horribili clamore.

462 *Spicula*] Exercent aculeos, qui sunt velut tot spicula.

463 *Cinctæ*] Sese invicem cingentes. Alii legunt, *cunctæ,* id est, omnes.

Rimosam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt, pronoque favos examine velant.
Est locus, infaustis quo conciliantur in unum
Cocytos Phlegethonque vadis: inamœnus uterque
Alveus. Hic volvit lacrymas: hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes
Porrigitur, solidoque rigens adamante sinistrum
Proluit igne latus: dextra Cocytia findit
Æquora, triste gemens, et fletu concita plangit.
Huc post emeritam mortalia sæcula vitam

aculeos: ac densæ per claustra parvæ rupis tutantur patriam latebrosam, et cellas caras pumicis, ac tegunt favos turba pendente. Est locus quidam, in *quem Cocytus et Phlegethon coëunt simul* cum *aquis infelicibus, ambo fluvii* sunt *injucundi: hic exudat igne, ille trahit fletus. Arx propior ignibus extenditur inter utrumque flumen, et compacta ex adamante solido irrigat flamma partem sinistram: dextro* latere *secat aquas Cocytias, resonans flebiliter, et impulsa planctu queritur. Homines mortales huc descendunt post vitam transactam. Hic nulla superest diffe-*

Vat. Pal. Oisel. *cunctæ* Vat. pr. m. pr. Pat. Ambr. inc. Heins. Ald. *Cunctæ* vel *cinctæ* Vat. sec. et tert. *cunctæ* vel *cuntæ* Oxon. pr. *cuntæ* Leid. *cintæ* al.—464 *Limosam* duo Vat. *dilectam* vel *dilectaque* Thuan. *spumicis* Var. LL. ed. Antv.—465 *pronosque* Farn. Reg. Mazar. Ambr. pr. Med. sec. *celant* Pric. *vellant* unus Florent. *vallant* pro *velant* legit Heinsius.—466 *qua* Put. Reg. Pat. *conciliatur* Pat. ed. Parm. et Vicet. *consiliantur* Petav. tert. *in iram* pro *in unum* Ambr. pr.—467 *Cocytos* Oisel Mazar. Exc. Læti. *Cocytus* duo Vat. Pal. Farn. Rott. *Cocyton* ambo Moret. *Phlegetonque* tres Vat. pro *uterque* Heinsius legit *utrique*.—468 *fundit* vulg. *lacrimas volvit* Pric. *lacrimis* Oxon. pr. m. sec. Leid. m. s.—469 *ignes* pro *amnes* Pric.—470 *sinistrum* Pal. Vat. tert. Exc. Lucens. sec. *sinistro* viginti alii, Var. LL. ed. Antv. Parm. et Vicet. *sinistro* vel *sinistrum* Lov. *sinistra* vel *sinistro* Reg.—471 *Perluit* duo Vat. Moret. pr. *dextraque* Vicet. *Cocytia* Vat. pr. Exc. Læti. *Cocynia* Farn. *Cocynia* vel *Cocinia* Rott. *Concia* Med. tert. *Concutia* Var. LL. ed. Antv. *findit* Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *scindit* Ambr. pr. *fudit* Exc. Læti. *fundit* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. *findit* vel *fundit* Mazar. Oisel. Med. sec. m. sec.—472 *fletu* Vat. pr. m. pr. Oisel. Pric. m. sec. *flectu* Parm. *fluctu* vet. Gyr. Exc.

NOTÆ

465 *Prono*] Promto ad ferendum auxilium; vel demisso atque inclinato, vel pendente.

467 *Cocytos*] A fluviis inferorum describit Inferos. *Cocytus* dicitur, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, *gemere*, quod sit fluvius gemitus, lacrymarum, doloris. *Phlegethon* vero dicitur, ἀπὸ τοῦ φλεγέθειν, *ardere*, quod sit fluvius ignis.

469 *Vicinior*] Similior flammis, ob adamantem lucidum; vel quia paulo magis vergit ad aquas Phlegethontis, qui flammas ignesque volvit.

471 *Proluit igne latus*] Turris habet latus sinistrum irrigatum flammis, seu torrente igneo.

472 *Plangit*] Turris dextra parte impulsa lacrymis Cocyti, ipsa flere atque conqueri videtur, ob murmur aquarum lacrymabile.

473 *Emeritam*] Translatam vitam. *Emeriti* dicuntur ii, qui suo officio

Deveniunt: ibi nulla manent discrimina fati,
Nullus honos: vanoque exutum nomine Regem
Proturbat plebeius egens. Quæsitor in alto
Conspicuus solio pertentat crimina Minos,
Et justis dirimit sontes. Quos nolle fateri
Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris.
Nam juxta Rhadamanthus agit. Cum gesta superni
Curriculi, totosque diu perspexerit actus;

rentia sortis, nulla gloria; et pauper plebeius repellit Regem spoliatum titulo inani. Minos inquisitor spectabilis in tribunali excelso examinat scelera, ac separat nocentes a *bonis,* atque *transfert ad flagella fratris* sui *severi* eos *quos aspexerit nolle confiteri peccata. Etenim prope* Minoëm *est Rhadamanthus,* qui *postquam perpenderit longa facta vitæ supernæ, et omnes actiones, æquat pœnam factis, et*

Læti et Lucens. sec. *fletu* vel *fluctu* Vat. tert. Moret. sec.—474 *Deveniunt* Ald. *ibi* viginti Codd. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *tibi* Pal. Med. pr. unus Heins. *ubi* Pric. ed. Parm. Vicet. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Raphel. *facti* pro *fati* Med. sec. Vat. tert. m. pr.—475 *honor* duo Vat. Pal. Farn. *honos* septem alii et Exc. Lucens. sec. *varioque* Tholos. *excitum* vel *exutum* Reg.—476 *Proturbat* Vat. pr. et tert. item Ambr. sec. *Perturbat* reliqui omnes, Ald. ed. Parm. et Vicet. *Præturbat* Exc. Lucens. sec. *Phebeius* Vat. quart. Var. LL. ed. Antv. *plebejus* vel *quæsitor* Vat. tert. *egens* vel *honor* Med. sec. *ab alto* Med. quart. ad vocem *quæsitor* citat Heinsius Lindenbrog. in Ammian. p. 22. —477 *Conspiciens* Pal. *Perspiciens* Vat. sec. *pertentat* vel *permutat* Vat. pr. *prætentat* Reg. Pat. Oxon. pr. Leid. pr. *numina* Florent. *vulnera* incert. Heins. —478 *Et* vel *E justis* Thuan. *Et* Bonon. Pat. *sontes dirimit* Moret. pr. Ambr. sec.—479 *Viderit ad rigidi* Vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *duri* Vat. sec. *sævi* Pric. Put. *ad sævi mox mittit* Thuan. *rigidi* Exc. Læti. *Viderit ad mala mox* tres Vat. Pal. Farn. Vat. pr. m. sec. *Ad mala mox .... transmittit* Vat. pr. m. pr. vox una ibi excidit. *ad mala viderit transmittit* Oisel. *Ad mala me vicini transmisit verbera matris* Med. sec. m. pr. *permittit* Moret. pr. *transmittat* Farn. *ad mala mox* Vicet.—480 *Nam juxta* Var. LL. ed. Antv. *congesta* Pal. Pric. Florent. tres Med. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. et Vicet. Isingr. Colin. Gryph. *cum gesta* Reg. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. Med. sec. inc. Heins. duo

NOTÆ

functi, merentur habere vacationem et quietem. Vox transfertur ad homines, qui vitæ officiis, seu vita defuncti sunt.

Mortalia sæcula] Homines, qui mortales erant in sæculo: sicque pro contento ponitur continens.

474 *Discrimina fati*] Post mortem cuncta paria, nulla est differentia sortis ac præteritæ conditionis. Lucianus: Ἰσοτιμία ἐν ᾅδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες: *Æqualis honor in inferis, et omnes pares.*

477 *Minos*] Rex Cretæ insulæ, secundum multos, filius Jovis, cujus colloquio leges scripserat: tanta cum justitiæ fama vixit, ut post mortem creditus sit judex apud Inferos fuisse constitutus. Virgilius: 'Quæsitor Minos urnam movet,' &c.

479 *Rigidi fratris*] Rhadamanthi, qui Jovis ex Europa filius, sicut et Minos, esse perhibetur.

480 *Rhadamanthus*] Filius itidem

Exæquat damnum meritis, et muta ferarum
Cogit vincla pati. Truculentos ingerit ursis;
Prædonesque lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui desidia semper vinoque gravatus
Indulgens Veneri voluit torpescere luxu,
Hunc suis immundæ pingues detrudit in artus.
Qui justo plus esse loquax, arcanaque suevit
Prodere, piscosas fertur victurus in undas,
Ut nimiam pensent æterna silentia vocem.
Quos ubi per varias, annis ter mille, figuras

cogit sontes *tolerare catenas bestiarum.* Homines *crudeles immittit* in *ursos, rapacesque* in *lupos: proditores injicit* in *vulpes. Sed qui semper oppressus pigritia et vino et impura voluptate voluit marcescere* in *luxuria, præcipitat hunc in corpus porci lutulenti.* Ille *qui solitus est esse garrulus plus æquo, et divulgare secreta, rapitur in aquas cum piscibus, ut silentia sempiterna puniant nimiam loquacitatem. Quos* sontes *postquam* Rhadamanthus *impulit per formas diversas* animalium,

Ambr. et Petav. Exc. Lucens. sec.—481 *notosque* conjicit Heins. *perspexerit* plurimi Codd. Exc. Læti et Lucens. sec. *prospexerit* Vat. tert. Farn. Rott. Mazar.—482 *Exæquas* Pal. Vallin. in Boëth. p. 78. *multa* pro *muta* Vat. sec. Pal. duo Med. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv.—484 *fallentes* Med. pr. *abdit* in Gevartii Codice ex conjectura emendatum.—485 *Et* tres Vat. Med. sec. Mazar. Tholos. Petav. pr. item. Moret. Leid. duo. *somno* Put. *somno* vel *semper* Vat. pr. *gravatur* Vat. et Med. quart.—486 *Indulgens Veneri, &c.* Hunc versum delendum putat Heinsius. *compescere* Exc. Voss.—487 *inmundi* ed. Gesn. Heins. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *inmundæ* vel *inmundi* Oxon. pr. Petav. pr. *inmundæ* quatuordecim alii, nec non Exc. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *detrusit* Pat. Moret. sec. *pigros artus* Med. quart. *arcus* Tholos.—488 *sevit* pro *suevit* Med. sec.—489 *moturus* Med. sec. *victurus* vel *moturus* Vat. tert. *ad undas* Bonon. Oxon. sec. Med. tert. Var. LL. ed. Antv. *mutuam* pro *nimiam* Farn. *pulsent* Pric. *mentem* Pal. Med. pr. pro *vocem.*—491 *Hos* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *varias* Put. Reg. Thuan. *amnes* ed. Vicet. *per varios amnes per* Farn. *varios annos per mille* tres Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. *varias amnis per* Vat. pr. m. pr. *varios animos* et emend.

NOTÆ

Jovis, ut diximus: Rex Lyciæ, pariter severus, pariterque judex Inferorum creditus.

Superni curriculi] Curriculi vitæ actæ inter homines, qui superi dicuntur, habita ratione Inferorum. Curriculum porro vitæ dicitur, quia vita optime comparatur cum stadio, in quo omnes currunt ad metam.

483 *Vincla pati*] Pythagorica *μετεμψύχωσις*, seu *transmigratio animarum in alia corpora* hic adumbratur. *Vincla pati* itaque, id est, Rhadamanthus cogit nocentum animas alligari cum bestiis, pro ratione vitæ præteritæ, ita ut crudeles jungantur cum ursis, fallaces cum vulpibus, immundi cum porcis, &c.

486 *Indulgens Veneri*] Fœdæ voluptati.

488 *Loquax*] Loquaces detruduntur in aquas, ut cum piscibus silere discant, vel ut convertantur in pisces mutos.

Egit Lethæo purgatos flumine; tandem
Rursus ad humanæ revocat primordia formæ.
Tum quoque, dum lites Stygiique negotia solvit
Dura fori, veteresque reos ex ordine quærit,
Rufinum procul ecce notat, visuque severo
Lustrat, et ex imo concussa sede profatur:
 Huc superum labes, huc insatiabilis auri
Proluvies, pretioque nihil non ause parato,
Quodque mihi summum scelus est, huc improbe legum

spatio *ter mille annorum, tandem ablutos fluvio Lethe reducit ad principia figuræ humanæ. Tunc etiam* idem Rhadamanthus *dum explicat rixas, et res acerbas Senatus inferni, et vestigat reos antiquos per ordinem, en longe animadvertit Rufinum, et considerat oculis terribilibus, ac solio commoto ab* ipsis *fundamentis loquitur:* Veni *huc,* Rufine, *pestis hominum, huc impurum receptaculum, et* qui *ausus*

varias animas per Vat. tert. *varias, annos post mille, figuras* Lov. *annis ter mille* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Heinsius ascripserat: vid. Macrob. Somn. Scip. Plat. in Phædro. Silius Lib. XIII. 558. Livin.—492 *Lethæos* Put. *purgatos Lethæo* Ambr. pr. *flamina* Oisel. Vat. pr. m. pr.—493 *renovat* vel *revocat* vet. Gyr. Lov. Vat. Livin. *formæ* Oisel. *vitæ* Vat. pr. m. sec.—494 *Tunc* Thuan. Tholos. Ambr. pr. *Hic* Pat. *Lethes* pro *lites* inc. Heins. *cum* Tholos. Exc. Voss. —495 *Jura* Thuan. Exc. Læti. *Cura* Vat. quart. *solvit* Vat. tert. m. pr.—496 *esse* pro *ecce* Pat. Ambr. pr. *videt* Med. tert. *vocat* Tholos. *vultuque* Pal. Med. pr. unus Heins. *sereno* Pat.—497 *ex uno* Pal. ed. Vicet. *eximia concussus* Exc. Læti, et ed. Parm.—498 *Heu* Pal. Med. pr. unus Heins. *labor* Vat. quint. *clades* Pric. ed. Vicet. *labes* vel *clades* Exc. Pat. rec. *clades* Heinsius probat, qui notat *cladem* et *pestem* Lampridio sæpe vocari Caracallam. *heus* Pal. Med. pr. *exsiciabilis* Thuan.—499 ad vocem *Proluvies* in ora primæ suæ ed. notavit Heinsius sequentia. *Proluvies*] sic Stat. I. Theb. 618. 'Liventes in morte oculos uterique nefandam Proluviem.' forte *Ingluvies*. Virg. Æneid. III. 217. 'fœdissima ventris Proluvies.' ubi quidam Codd. *Illuvies* pro *Ingluvies*. et Georg. III. 430. 'piscibus atram Improbus ingluviem ranisque recentibus explet.' sic *fœnoris ingluvies* Petronio. Amm. Lib. XXII. p. 223. ed. Lindenbr. sub finem. ubi ante *eluvies*. Sulpicia in Satyra v. 36. 'ingluvie albus.' ubi *alvi* forte legendum. Claud. Lib. II. in Eutrop. v. 333. hactenus Heinsius. *ausa* pro *ause* Pat. Vat. tert. *paracto* vel *parato* Oxon. pr.—500 *Quodque mihi* vel *Cuique*

NOTÆ

492 *Lethæo*] Postquam Rhadamanthus animas sontium egit, duxit, impulit in varia animalium corpora, per mille annos ex Virgilio; per tria annorum millia ex Claudiano; per mille lustra ex Silio, eas purgat aqua fluvii Lethes, ut præteritorum obliviscantur, et remittit easdem ad informanda humana corpora.

495 *Ex ordine*] Observato tempore, prout quisque venerat.

497 *Concussa sede*] Per indignationem.

499 *Proluvies*] Rufinus dicitur insatiabilis proluvies auri, id est, auri fœdissime parti receptaculum turpe, ac velut cloaca; quod scilicet ille avaritia incensus, se pecunia per fas et nefas omni turpitudine impleret.

500 *Legum venditor*] Quod scelus est hominum pessimorum, tyrannorum.

Venditor, Arctoi stimulator perfide Martis,
Cujus ob innumeras strages angustus Averni
Jam sinus, et plena lassatur portitor alno.
Quid demens manifesta negas? en pectus inustæ
Deformant maculæ, vitiisque inolevit imago,
Nec sese commissa tegunt. Genus omne dolorum
In te ferre libet: dubio tibi pendula rupes

es omnia, pecunia proposita, et quod maximum puto crimen, veni *huc scelerate venditor justitiæ, auctorque perfidiose belli Septemtrionalis, ob cujus cædes infinitas jam aditus Inferorum arctus est, et vector fatigatur nave repleta. Quare inficiaris, insipiens,* quæ *vera* sunt? *Ecce notæ impressæ deturpant pectus* tuum, *et imago* quædam *innata est sceleribus* tuis, *neque peccata se operiunt. Juvat decernere in te genus omne suppliciorum: saxum pensile impendeat tibi casu ancipiti: rota celeris*

nihil Exc. Læti. *legis* Vat. quint. *legis* vel *legum* Petav. pr. Leid.—501 et *sævi* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Pat. Exc. Cod. Rhem. *et sævi* vel *Arctoi* Put. *famulator* Med. quart. *simulator* duo Vat. Pat. Moret. sec. *stimulator* vel *dilator* Oisel. *stimulator* vel *simulator* Vat. tert. *belli* pro *Martis* Vat. sec.—503 *laxatur* Tholos. *alvo* pro *alno* Vat. pr. m. pr. Pal. Med. quart.—504 *deinceps* pro *demens* Vat. pr. a m. pr. *demum* conjiciebat Heinsius. *an* Exc. Wolf. *pectus inustæ* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum Cicer. pro Syll. cap. 27. Heinsius vero ascripserat Lucian. p. 232. 233. 234. et Platon. in Gorgia.—505 *Conformant* duo Vat. Ambr. tert. Leid. *vitiis inolevit* Farn. Ambr. pr. Heinsius legit *vitiique i. imago.* sc. tergori, qui hæc notat. sic *inolescere* vitia dicuntur Capitolin. in Maximino p. 140. *ne vitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses.* hoc est, quæ sub aliis inoleverunt. *inhæsit* pro *inolevit* Mazar. —506 *Non* Tholos. *tegunt* vel *negant* Farn. *malorum* Med. tert. m. pr. Leid. *dolorum* vel *malorum* Oisel. Petav. pr.—507 *scire juvat* pro *ferre libet* Pal. Vat.

NOTÆ

501 *Arctoi*] Ἄρκτος, *Ursa*, signum cœleste in Septemtrione: unde Arctous Septemtrionalis.

Stimulator Martis] Auctor belli Septemtrionalis, quod Rufinus suaserat, excitatis Getis et aliis populis ad Septemtrionem vergentibus.

502 *Averni*] Hic lacus est in Italia, tam pestifer, ut aves prætervolantes tetro halitu extinguat. Unde ponitur pro Inferorum aditu. Unde Græci vocant, ἄορνον: α *sine*, et ὄρνις *avis*, quod careat avibus.

503 *Portitor*] Charon, qui transmittit umbras ad Inferos.

504 *Inustæ*] Secundum Platonem et alios auctores, perjuris ceterisque hominibus maleficis, innascuntur maculæ seu stigmata, quæ post mortem etiam inhærent Umbris defunctorum. Hæ maculæ a Luciano vocantur, στίγματα τῆς ψυχῆς. Tacitus: 'Si tyrannorum mentes recludantur, possint aspici laniatus et ictus, quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.'

505 *Vitiisque inolevit*] Imago quædam innata est atque concreta cum vitiis tuis, adeo ut etiam tua Umbra referat hanc vitiorum tuorum imaginem.

506 *Tegunt*] Nec tua peccata latent; manifesta sunt, apparent.

507 *Rupes*] Tu saxum volvas, ut Sisyphus.

Immineat lapsu: volucer te torqueat axis.
Te refugi fallant latices, atque ore natanti
Arescat decepta sitis; dapibusque relictis
In tua mansurus migret præcordia vultur.
Quanquam omnes alii, quos hæc tormenta fatigant,
Pars quota sunt, Rufine, tui! quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit,

te volvat: ***aquæ fugaces decipiant te, et sitis illusa siccescat ore*** tuo ***natante, atque epulis desertis, vultur æternus involet in viscera tua.*** ***Etsi*** tamen ***alii omnes, quos illa supplicia torquent, particula quantulacunque tui sunt,*** o ***Rufine? Quid aut Salmoneus fulmine superbiens simile fecit?*** Quid simile, ***aut garrulitate Tantalus pec-***

Livin. *libet* Reg. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Oxon. pr. Leid. pr. ambo Moret. tres Petav. Exc. Gevart. *juvat* Lov. Med. pr.—508 *Emineat* Rott. Florent. Med. sec. *pendula lapsu Emineat rupes* Pat. *lapsus* Pal. Med. pr. ed. Vicet. *volucerque retorqueat* Med. tert.—509 *ludant* Ambr. tert.—510 *ora Arescant siti* vel *ore Arescat sitis* Thuan. *Accrescat* Rott. Ambr. sec. *decepta* vel *tentata* Reg. *temptata* Leid. *temptata* vel *decepta* Oxon. pr. in quo sequens glossa erat. Petronius: 'Nec bibit inter aquas, nec dependentia carpit Tantalus infelix, quem sua vota premunt. Divitis hæc magni facies erit, omnia late Qui tenet, et sicco concoquit ore famem.' in Tholosano Fulgentio hoc tribuitur, ibique pro *nec dependentia* legitur *nec poma petentia carpit.*—512 *aliter* Vat. pr. a m. pr. *hic* Vat. tert.—513 *sit* Tholos. *sunt* Vat. pr. Farn. Put. Mazar. Reg. a m. pr. duo Ambr. inc. Heins. *peraudax* Exc. Læti, et ed. Parm.—514 *flumine* Petav. sec. *Sisyphus* pro *Tantalus* Exc. Læti. *æger* pro *egit* Ambr. tert. inc. Heins. Exc. Gevart.

NOTÆ

508 *Torqueat*] Rota te torqueat, ut torquet Ixionem. Ovidius: 'Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque.'

509 *Fallant latices*] Te aqua sitientem fallat, ut Tantalum.

511 *Vultur*] Rodat tundatque vultur tua præcordia, ut tundit jecur immortale Tityi. Horum suppliciis plena sunt Poëtarum volumina.

513 *Pars quota sunt*] Omnes nocentes, qui suppliciis infernis premuntur, non accedunt ad improbitatem Rufini, sed sunt ipsius particula exigua: quasi in hoc uno multi scelerati contineantur. Sic Sylla uni Cæsari dicebat multos inesse Marios, hoc est, multos Optimatum hostes, seu unus Cæsar formidabilior erat, quam multi Optimatum hostes.

514 *Salmoneus*] Hic Rex Elidis in Græcia super pontem æneum currum agebat 'lampada quassans, et non imitabile fulmen;' sed Jupiter vero hunc fulmine perculit. Virgilius: 'Præcipitemque immani turbine adegit.'

Lingua] Tantalus ex Euripide, Deorum mensæ adhibitus *ἀκόλαστον εἶχε γλῶσσαν, improba lingua usus est,* ideoque vel ipsi saxum impendet; vel, 'Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.'

Aut inconcesso Tityos deliquit amore?
Cunctorum si facta simul jungantur in unum,
Præcedes numero. Cui tanta piacula quisquam
Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincunt cum singula pœnas?
Tollite de mediis animarum dedecus umbris.
Aspexisse sat est. Oculis jam parcite nostris,
Et Ditis purgate domos. Agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebum. Vacuo mandate barathro
Infra Titanum tenebras, infraque recessus
Tartareos, nostrumque Chaos, qua noctis opacæ

cavit, aut Tityus voluptate illicita? Si omnium scelera simul accumulentur in unum, tu *superabis* eos *multitudine. Cui pœnæ quispiam potest comparare tanta crimina? Quod tandem reperiam* supplicium *dignum cunctis, cum singula exsuperent* quævis *supplicia? Removete* hoc *animarum opprobrium ex medio umbrarum: satis est vidisse. Parcite jam oculis nostris, et eluite regnum Plutonis. Ejicite* illum *verberibus ultra Stygem, ultra Erebum: deturbate* illum *in Barathrum inane, infra latebras Titanum, infraque ergastula inferna, et Chaos nostrum, qua*

—515 *inconsulto* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *non concesso* Petav. sec. *Tytios* Vat. pr. Oisel. Med. tert. Put. Bonon. duo Petav. Exc. Lucens. sec. *Tytius* tres Vat. Pal. Farn. Pric. *Tytio* Ambr. pr. *Titios* Oxon. sec. *Tycius* Vicet. *delinquit* Rott.—516 *fata* Pric. duo Petav. tres Ambr. inc. Heins. *junguntur* Vat. quint. Med. tert. *jungamus* Exc. Lucens. sec.—517 *quo tanta* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *tota* Florent. *cui* vel *quo* Vat. pr. Put. Reg. Oxon. duo. *alios* pro *numero* incert. Heins. *quisnam* Med. tert.—518 *potest* pro *valet* Pric. Thuan.—519 *pœnis* Oisel.—521 *vestris* Florent. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv.—522 *Dites* Vat. pr. a m. pr. *purgare* Bonon.—523 *Hebrum* Bonon. Pat. Var. LL. ed. Antv. *sepulcro* pro *barathro* Med. sec. m. pr.—525 *Tartareum* Med. quart. *meritumque Chaos* Moret. sec. *nostrumque, meritumque* vel *dirumque* Reg. *qua* duo Ambr. Exc. Lucens. sec. Gyr. *quo* duo Vat. *noctis opacæ* vet. Gyr. Pat. Med. sec. Put. Exc. Luc. sec. *ditis opace* Reg. *Ditis opaci* vel *noctis opacæ* Florent. ed. Vic. *qua—opaca* Var.

NOTÆ

515 *Tityos*] Hic gigas miræ magnitudinis, cum Latonæ stuprum inferre tentasset, a Jove, aut ab Apolline, confossus est, et dejectus ad Inferos, ubi vultur ejus 'Immortale jecur tundit, fœcundaque pœnis Viscera.' Virgilius.

521 *Parcite*] Ne offendite oculos nostros aspectu longiore talis monstri, Rufini scilicet: quia credebant oculos inquinari spurcis rebus objectis. Ovidius: 'Cum spectant oculi læsos, læduntur et ipsi.'

523 *Erebum*] Erebus, Barathrum, Tartara, sunt loca Inferorum profundiora, obscuriora.

Barathrum] Locus erat Athenis profundus, in quem damnati injiciebantur, et ideo ponitur pro Inferis.

524 *Titanum*] Titanes bella Saturno intulerunt, sed a Jove filio fulmine detrusi sunt ad Inferos.

525 *Chaos*] Est locus Inferorum valde confusus, ex Ovidio: 'Quem

Fundamenta latent: penitusque immersus anhelet,
Dum rotet astra polus, feriant dum littora venti.

parte principia noctis obscurissimæ absconduntur: ac funditus mersus ingemiscat, dum Cœlum volvet sidera, dum venti percutient littora.

LL. ed. Antv. *Ditis opaci* tres Vat. Pal. Farn. Pric.—526 *præceps ubi* Flor. Exc. Læti. *præceps ibi* duo Vat. Oisel. Med. pr. Pat. et Vat. Livin. *præcepsque ibi mersus* Exc. Lucens. sec. *penitusque ubi* Pal. Med. pr. Lov. unus Heins. ed. Parm. *penitusque ibi* sedecim alii, Exc. Gevart. ed. Vicet. *penitus ibi* tres Vat. *penitus* vel *prorsus* Vat. tert. *penitus* vel *præceps* Vat. pr. *penitusque ibi* vel *præceps ibi* Put. *præceps inmersus* Rott. *penitusque inmersus* Med. quart. Ambr. pr. Moret. sec. Leid. pr. unus Heins. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—527 *Dum rotet* Pric. m. sec. Florent. Raphel. *rotat* quinque Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. duo Oxon. qui et *feriunt* habent. *feriant* Pat. Pric. m. sec. Florent. Raphel. *rotet* et *feriant* legit Heins. *fluctus* Vat. sec. *venti* vel *fluctus* Vat. tert. ultimus hic versus deest in Med. quarto.

In Lucensi sec. post libros in Rufinum sequebantur libri in Eutropium. In Vicetina de Bello Gildonico, nec non in Excerptis Læti; et in Læti Exc. cum hac inscriptione BELLI CIVILIS LIB. TERTIUS, præfixa simul Præfatione, quæ nunc ante Lib. II. in Rufinum legitur. In Moret. sec. erat EXPLICIT *magnum opus Claudiani nobilissimi versificatoris.*

NOTÆ

dixere chaos: rudis indigestaque moles.' 'Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.' Job.

526 *Anhelet*] Ita gemat prematurque, ut semper anhelitu laboret, nec unquam respirare possit.

527 *Dum rotet astra*] Id est, semper, in æternum.

DE UXORE ET FILIA RUFINI OBSERVATIO.

Mortuo Rufino, et in frusta discerpto, uxor ejus, et filia, metu pœnæ ad Ecclesiam, velut ad asylum, confugerunt. Inde navigarunt Hierosolymam, ubi reliquum vitæ suæ tempus exegerunt.

VI

CL. CLAUDIANI

DE TERTIO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut Aquila probatos ad Solem pullos alit, Jovis fulmen gesturos, ad eum propius accessuros, aviumque Reges futuros; sic Roma probatum in ipsa procerum luce Claudianum ad Aulam promovet, Imperatoris laudes dicturum, ad ejus Majestatem accessurum, Poëtarumque Regem futurum.

Parvos non aquilis fas est educere fœtus
Ante fidem solis, judiciumque poli.

Non licet Aquilis educare pullos teneros, ante testimonium Solis, et approbationem

Hic liber in Vaticano primo recentissima manu scriptus est. in Moret. pr. tertio ordine legitur post Consulatum Olybrii et Probini. in Moret. sec. et Excerptis Gevartii post Epithalamia sequitur. in Vaticano Livineii plane deest. in Vaticano quarto legitur. *Incipit liber Panachericus de tertio Consulatu Honorii:* ante Præfationem vero, *Incipit præscriptio Claudiani super libro de*

NOTÆ

Panegyris] Vide supra in Consulatu Prob. Hoc carmen in tertium Honorii Consulatum a Claudiano recitatum est coram ipso Principe, in Palatio Mediolanensi, anno Dom. 396.

Nam pater, excusso saluit cum tegmine proles,
  Ovaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes convertit ad æthera nidos,
  Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, et luce magistra
  Natorum vires ingeniumque probat.
Degeneres refugo torsit qui lumine visus,
  Unguibus hunc sævis ira paterna ferit.

Cœli. Etenim pater, cum soboles exsiluit rupto putamine, et calor matris fregit ova dehiscentia, statim vertit ad Cœlum pullos nondum plumescentes, ac jubet hos *sustinere ignem* Solis *oculis fixis. Consultat radios igneos, et experitur virtutem et indolem filiorum, Sole judicante. Qui* pullus *degenerans avertit oculos, acie refugiente, iracundia patris verberat hunc unguibus rigidis; qui vero passus est*

tertio Consulatu Honorii. in Lucensi sec. erat *Panegyricus de tertio Consulatu Honorii. ejusdem Præf.* Petavianus pr. simpliciter exhibet *Tertius Honorii Consulatus.* dein manu recentiore *Cl. Claudiani Præfatio in tertium Consulatum Honorii Aug.* Lovan. habet, *Incipit Panegyricus de tertio Consulatu. Præfatio.*
1 *nunc* Pal. *non est fas aquilis* Florent. Reg. Vat. tert. Rott. Oxon. pr. *non aquilis est fas* Med. tert. *contemnere* Pric. *educere* Rott. *producere* Jun. pr. *deducere* Oxon. pr. *producere* vel *educere* Oxon. sec.—2 *indiciumque* Vat. tert. Pat.—3 *excusso* Jun. pr. duo Oxon. *excuso* Raphel. Dempst. *ecusso* Var. LL. ed. Antv. *saluit* Med. tert. Exc. Lucens. sec. *saliit* Gesn. et Bip. *germine* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. *gramine* Med. quart. Rott. incert. Heins. *tegmine* vet. Gyr. Oisel. *fragmine* vel *segmine* conjiciebat Heinsius, item *maturus* pro *maturnus.* Heinsius porro ascripserat locum Lucani l. IX. vs. 902. Antigon. Histor. Mirabil. c. 52. Tzetz. Chiliad. p. 238. Ælian. Histor. Anim. Apostol. Centur. par. 62. et Julian. Epist. XVI.—5 *nidos* Reg. cum Glossa i. e. *pullos. natos* Mazar. Tholos. Exc. Cod. Rhem. *nidos* vel *pullos* Petav. pr. Oxon. pr.—6 *pari* pro *pati. Et recto flammas, &c.* Heinsius ascripserat locum Prisciani in Perieg. 395. 'Luminibusque vident rectis (mirabile!) solem.'—7 *magister* inc. Heins.—8 *Natorum* viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *naturam* marg. Marcil.—9 *Degeneres* Lov. Ald. Exc. Gevart. *Degenerem* Med. quart. Bonon. Thuan. Ambr. pr. Moret. sec. inc. Heins. Petav. duo, Pric. tres Barth. et Var. LL. ed. Antv. *Degener et refugo* Isingr. Pulm. Gryph. *profugo* Pric. *qui torsit* Florent. Pal. Med. pr. *torsit si* inc. Heins. *visum* Florent. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *degenerem visum* Vat. pr. Pric. *Degeneresque fugit qui torsit l. visus* Jun. pr.—10 *feris*

NOTÆ

2 *Ante fidem Solis*] Antequam explorent fidem pullorum, testimonio Solis et Cœli; sive antequam examinent an pulli futuri sint fideles in aspiciendo Sole, recta acie oculorum.

3 *Excusso tegmine*] Fracto ovi putamine, in quo erat germen.

5 *Nidos*] Pullos, qui in nido continentur: tumque ponitur continens pro contento: quod est Poëtis familiare. Sic Virgilius: 'Nidisque loquacibus escam.' De hirundinibus.

10 *Ferit*] Occidit.

Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitque acie nobiliore diem;
Nutritur, volucrumque potens, et fulminis hæres,
Gesturus summo tela trisulca Jovi.
Me quoque Pieriis tentatum sæpius antris
Audet magna suo mittere Roma Deo.
Jam dominas aures, jam regia tecta meremur,
Et chelys Augusto judice nostra sonat.

oculis flammas probantes, et intuitus est lucem visu audaciore, educatur futurus Rex avium, et successor fulminis, laturus Jovi omnipotenti flammas tricuspides. Sic *etiam Romæ ingentes* Proceres *audent exhibere Numini suo me probatum frequentius in recessu Pierio. Jam obtinemus attentionem Imperatoris, jam* ingredimur *Palatium Regale, et Lyra nostra resonat, Imperatore judicante.*

pro *sævis* Vat. tert. *secus* Pal.—11 *perculit* inc. Heins.—12 *acies* Petav. tert. *fidem* Pric. a m. pr.—13 *parens* it. *volucrum princeps* Cujac. *hæres* vel *ignes* Ambr. sec. *ignes* inc. Heins.—14 *Tecturus* Var. LL. ed. Antv.—15 *tentavit* Pat. *armis* Moret. sec. m. pr.—16 *Roma suo m. magna Deo* Moret. sec. Med. tert. *Jovi* Vat. sec. m. pr.—17 *arces* marg. Isingr. liber Barth. *movemur* Jun. pr. Oxon.—18 *Et Chelys* Oisel. *principe* Jun. pr. Oxon.

NOTÆ

13 *Potens*] Hic significat, Regem, Principem. Sic Horatius, 'Diva potens Cypri,' id est, Regina.

15 *Pieriis*] Pieria est regio Macedoniæ in Græcia, eaque Musis sacra.

Me tentatum antris] Me qui tantum periculum feceram mearum virium, in umbratili Musarum recessu; me, inquam, Roma, seu Romæ proceres producunt ad lucem Aulæ Imperatoriæ.

16 *Magna Roma*] Magnæ Romæ Proceres.

Deo] Imperatore, quem adulator Poëta Deum vocat. Sic et Martialis sæpe.

17 *Regia tecta meremur*] Procerum benevolentia freti meremur ingredi Regiam Cæsaris.

Jam dominas aures, &c. et chelys Augusto judice, &c.] Jam meremur habere Imperatorem, et auditorem, et judicem. Octavius Cæsar primus dictus est Augustus, et ab eo deinceps ceteri Imperatores appellati sunt Augusti.

VII.

CL. CLAUDIANI DE TERTIO CONSULATU HONORII AUGUSTI PANEGYRIS.

ARGUMENTUM.

Gratulatur Claudianus tertium Consulatum Honorio, cujus celebrat natales Regios, infantiam, pueritiam armis jam tum gaudentem, adolescentiam crudam ad ferendos labores Martis. Celebrat illum ut avi imitatorem futurum, ut patri bellicoso hærere jam ardentem, ut felicitate sua victorias properantem, Cœlo dilectum, euntemque ad Patrem, cum Patre triumphantem, populo militibusque plaudentibus. Tum Theodosius morti proximus Stilichonem liberis suis tutorem constituit, scandit Cœlum, mutatur in Astrum. At Arcadio et Honorio totum Orbem subacturis parat Vulcanus arma, equosque Neptunus.

Tertia Romulei sumant exordia fasces,
Terque suas ducat bellatrix pompa curules.
Festior annus eat, cinctusque imitata Gabinos

Fasces Romani capiant tertium initium, et pompa militaris comitetur tertio solium tuum Consulare. *Annus solennior incipiatur, et purpura locuples æmulata*

****

Panegyris] *Panegyricus* Rott. incert. Heins.—1 *sumunt* vel *ducunt* Oisel.—2 *Atque tuas* Petav. tert. *Teque* Vat. tert. Rott. Reg. Mazar. Petav. sec. *duas* Med. tert. *suas* Florent. m. sec. *tua* Vat. tert. *tuas* duo Vat. Rott. Oisel. *tuos* tres Vat. Pal. Farn. Pric. *Teque tua* vel *Terque tuas* Oxon. pr. *et triplices ducat* Oxon. *dicat* Oisel. *pompa* Florent. Med. tert. Lov. Isingr. Cod. Ald. Exc. Gevart. *Roma* Pal. duo Med. Jun. pr. inc. Heins. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *cohortes* Pat. m. pr. *curuli* Reg. *curuli* vel *curules* Oxon. pr.—3 *cinctus* duo Vat. Pat. Moret. pr. *ritusque* Exc.

NOTÆ

1 *Romulei fasces*] Fasces duodeni a lictoribus ferebantur ante Consules, velut insignia Consulatus: unde et pro ipso Consulatu sumuntur, signum pro re signata. Dicuntur fasces Romulei, id est, Romani, quia gestabantur in urbe in qua regnavit Romulus, et a solis Romanis usurpabantur.

Sumant exordia] Annum incipiant, aperiant.

2 *Bellatrix pompa*] Cohortes militares solenni pompa procedentes comitentur Principem Togato Magistratu conspicuum, ipsique honori novum decus conciliantem.

Curules suas] Suas, id est, Romanas. *Curules*, id est, Sellas eburneas, in quibus sedentes Consules curru vehebantur in Curiam.

3 *Festior annus*] Jucundior sanctiorque sit hic annus, cui Princeps

Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.
Succedant armis trabeæ: tentoria lictor
Ambiat, et Latiæ redeant ad signa secures.
Tuque, o, qui patrium curis æqualibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede secundis
Alitibus, Phœbique novos ordire meatus,

vestes Gabinorum amplificetur lapillis Hydaspeis; ornamenta pacis sequantur bella; lictor circumdet tabernacula, et secures Romanæ revertantur ad vexilla. Et tu, o Honori, *qui gubernas mundum paternum cum fratre Eoo, curis similibus, ingredere faustis avibus, et incipe cursus novos Solis;* tu, qui es *spes et desiderium Cœli,*

Cod. Rhem. *Sabinos* Farn. Pat. inc. Heins.—4 *lucescat* Moret. sec. *augescat* vel *lucescat* Reg. Moret. pr. duo Oxon. *lucescat* vel *fulgescat* conjecerat Heinsius, sed postea deleverat.—5 *ritus* pro *trabeæ* Oisel.—6 *lætæ* vel *Latiæ* Jun. sec. *clariæ* vel *Latiæ* Oxon. pr. *latæ* Oxon. *jactæ* Leid. *ad Jura* Moret. sec. —7 *Tu quoque* Moret. pr. Jun. pr. Oxon. *patrum* duo Med. *Latium* marg. Isingr.—8 *geris* Med. tert.—9 *Auspiciis* Pal. Med. pr.—10 *Spem* Tholos. Jun. pr. *Spes* vel *Spem* Reg. Oxon. pr. *quam* Med. tert. *primævo* Tholos. *quem primo* vel *primævo* Reg. *limite* Vat. pr. duo Med. *lumine* Pat. Jun. pr. *primæ* vel

NOTÆ

Consul præerit.

Cinctus Gabinos] Vestes longiores, similes iis, quibus utebantur Gabini populi Volscorum, in Italia: qui ab hoste deprehensi, quanquam hoc habitu cingerentur, victoriam tamen retulerunt; et ideo in rebus urbanis sacrisque hoc cinctu usi sunt.

4 *Hydaspeis gemmis*] Hydaspes, unde *Hydaspeus*, est fluvius Asiæ gemmis notissimus.

Purpura] Purpura Regum olim et Consulum solenne indumentum.

Dives augescat purpura gemmis] Id est, purpura augeatur, ditetur, atque exornetur divitiis gemmarum.

5 *Trabeæ*] Trabea vestis olim Augurum, Regum, et Consulum: hic sumitur pro Consulatu: signum pro re signata, Metonymicῶs. Nam *succedant armis trabeæ*, id est, post bellica facta Honorii succedat Consulatus, et Respublica ejus armis defensa, ejusdem Consulari auctoritate regatur.

Tentoria lictor ambiat] Ex more veterum Consulum, qui vel inter ipsas expeditiones, Consularia insignia, fasces, et secures a lictore gestari volebant.

6 *Latiæ redeant ad signa secures*] Ut olim etiam, secures Romanæ, seu Consulares, ferantur ad signa, seu castra, in quibus dantur signa pugnæ. Ceterum fasces, trabeæ, curules, secures, sunt insignia Consulatus, et sæpe ponuntur pro ipso Consulatu, Metonymicῶs.

7 *Patrium orbem*] Orbem, seu Imperium terrarum, a patre Theodosio relictum.

8 *Eoo*] Ἠὼs, vel Ἕωs, *Aurora*, inde *Eous*, matutinus, ad Orientem pertinens: *Eoo cum fratre*, id est, cum fratre Arcadio, qui administrat Imperium Orientis.

Secundis alitibus] Faustis avibus, feliciter.

9 *Phœbique novos ordire meatus*] Incipe novum cursum Solis, sive novum annum, cui nomen Consules dabant.

Spes votumque poli, quem primo a limine vitæ
Nutrix aula fovet: strictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt castra triumphos.
Ardua privatos nescit Fortuna penates,
Et regnum cum luce dedit. Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro:
Lustravitque tuos Aquilis victricibus ortus
Miles, et in mediis cunabula præbuit hastis.

quem Regia altrix educavit a principio vitæ primo, quem castra micantia armis nutriverunt inter victorias laureatas. Fortuna tua *excelsa non cognovit domum privatam; et* illa *concessit* tibi *imperium cum vita: potentia domestica* vobis, *recepit in purpura Tyria* te ceu *depositum sacrum: et miles cinxit locum tuorum natalium, cum signis triumphalibus, atque dedit* tibi *cunas inter*

privæ legebat Heinsius.—11 *tenet* Exc. Voss. *strictis quoque* Med. tert. *tedis* Florent. m. pr. *tædis* Jun. pr. *thedis* Rott.—12 *Intra* Lov. *lauriferos* Jun. pr. *claustra* Var. LL. ed. Antv. *fata* Rott. Oxon. pr.—13 *Natura* Oxon. pr. m. sec. huic versui asteriscum apposuit Heinsius.—14 *Hæc regnum* Ambr. tert. *Et cum luce dedit regnum* Jun. pr. *dedit* vel *redit* Moret. sec. Vat. quint. *regnum* Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. item Sched. Gud. *regimen* ed. Parm. Vicet. Isingr. Pulm. Colin. Gryph. quod Heinsius in v. cod. invenit et probat adducto loco Capitolin. in Pertinace, 'mox Daciæ regimen accepit.' et mox, 'Integre se usque ad Syriæ regimen Pertinax tenuit.' p. 54. Capitolin. in Opilio Macrino *imperii tutelam* a *regimine* distinguit. l. XXIII.—14 *privata* Jun. pr. post vocem *potestas* τελείαν στιγμὴν habet Petav. pr. et ed. Gesn. quam Farn. et duo Vat. omittunt.—15 *Accepit* Moret. sec. *pignus venerabile* Vat. tert. Rott. *corpus* vel *pignus* Med. sec.—16 *alis* Oxon.—17 *venabula* plurimi Codd. *venabula* vel *cunabula* Reg.

NOTÆ

10 *A limine*] Limen est aditus domus, unde ponitur pro initio, principio vitæ. Gloriosum est autem Honorio natum esse Imperatorem, quod plerique aliorum vel armis, vel adoptione, vel electione, vel dolo, vel pecunia ad solium ascenderint.

13 *Ardua*] Excelsa tua fortuna non provenit ex domo privata, o Honori, sed statim atque natus es, ad imperandum natus es. Alioqui multi ex privata domo ad solium emerserunt.

14 *Cognata potestas*] Potestas domestica parentum seu cognatorum tuorum; quasi diceret, statim atque natus es, evectus es ad potestatem et honores.

15 *Tyrio in ostro*] Purpura Tyria, ab urbe Tyro in Phœnicia, ubi purpura exquisitior jactabatur. Ceterum mos erat excipere infantes recens natos in purpura, quæ propria erat Regum, Imperatorum, magistratuum.

Venerabile pignus] Te excepit velut sacrum depositum, velut pignus nostri amoris atque venerationis.

16 *Aquilis*] Aquilæ signa erant Romanorum, quibus milites in orbem circumductis Honorio recens nato gratulabantur, ex more veterum, qui filios Heroum, eorumque nativitatis locum, exultantes circumibant.

17 *In mediis cunabula præbuit hastis*] Intra domum Cæsaream, aut in Cas-

Te nascente ferox toto Germania Rheno
Intremuit: movitque suas formidine sylvas
Caucasus: et positis numen confessa pharetris
Ignavas Meroë traxit de crine sagittas.
Reptasti per scuta puer, Regumque recentes
Exuviæ tibi ludus erant: primusque solebas
Aspera complecti torvum post prælia patrem,
Signa triumphato quoties flexisset ab Histro
Arctoa de strage calens, et poscere partem

arma media. Germania bellicosa circa *omnem Rhenum trepidavit, te exoriente, et Caucasus concussit nemora sua præ timore: ac Meroë sagittis abjectis confessa* te esse *numen, avulsit ex cæsarie jacula inertia. Repsisti puer per clypeos, et nova spolia Regum tibi erant voluptas: ac primus consueveras osculari Parentem bellicosum post bella terribilia, quotiescumque fervens clade Septemtrionali revocaverat vexilla ex Danubio superato; tu* consueveras *petere aliquid ex exuviis; seu*

duo Moret. Oxon. sec. *posuit* Med. quart. *astris* Jun. pr. *hastis* duo Ambr. *escis* Vat. tert. Rott. Oisel. Pric. m. pr. Ambr. pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *hastis* vel *escis* Florent. Med. sec. m. pr. Reg. duo Moret. inc. Heins. *armis* Cujac. *præbita castris* conjiciebat Heinsius.—18 *regno* duo Vat. Petav. pr.—19 *Intremuit* vel *Intonuit* Reg. Oxon. pr. *pennas* pro *silvas* Var. LL. ed. Antv.—20 *numen* Exc. Læti et Lucens. pr. *munus* ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *sagittis* Jun. pr.—21 *de corde* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. m. pr. Mazar.—22 *per scuta* Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. et Ald. *per signa* decem alii, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. Vicet. Isingr. Junt. Gryph. Colin. *signa* vel *scuta* Reg. Med. sec. *Reptatique secuta* Var. LL. ed. Antv. *regumque* vel *regnumque* Reg. *feroces* Exc. Læti. *jacentes* Vat. tert. Rott. Oxon. pr. *recentes* quindecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. item Schedæ Gud. *feroces* vel *recentes* Med. sec. *feroces* vel *jacentes* Florent. *jacentes* vel *recentes* Reg.—23 *Eximiæ* Vicet. *mihi* pro *tibi* Oxon. pr.—25 *torsisset ab Istro* Put. Pat. *Austro* Pal. Med. pr.—26 *cæde* Oxon. sec. *parte* marg. Marcil. *patrem* Vat. quinque. Farn. Pric. Oisel. Jun. sec. *ferrum*

NOTÆ

trensi Prætorio nasci, magnæ erat et felicitatis, et fortitudinis futuræ præsagium.

18 *Ferox Germania*] Germani Rheni accolæ bellicosi, et jugi dominationisque impatientes: continens pro contento, Metonymicῶs.

20 *Caucasus*] Mons gentium immanissimarum hospes, Scythiam dirimens ab India.

Positis pharetris] Pharetra est theca, unde jacula depromuntur.

21 *Meroë*] Insula Nili, vulgo, *Guegure*.

Traxit de crine sagittas] Meroës incolæ solebant implere crines parvis sagittis.

22 *Recentes exuviæ*] Cæde ac sanguine recens madentes, horrentes.

24 *Torvum*] Spirantem adhuc, torvo vultu, bella, minas, cædes.

25 *Ab Histro*] Post devictas gentes immanissimas, Danubium accolentes.

26 *Arctoa*] Ἄρκτος, *Ursa*, signum cœleste in Septemtrione, unde *Arctous*

De spoliis, Scythicosve arcus, aut rapta Gelonis
Cingula, vel jaculum Daci, vel fræna Suëvi.
Ille coruscanti clypeo te sæpe volentem
Sustulit arridens, et pectore pressit anhelo
Intrepidum ferri, galeæ nec triste timentem
Fulgur, et ad summas tendentem brachia cristas.
Tum sic lætus ait: Rex o stellantis Olympi,
Talis perdomito redeat mihi filius hoste,
Hyrcanas populatus opes, aut cæde superbus
Assyria: sic ense rubens, sic flamine crebro

arcus Scytharum, seu balteos ereptos Gelonis, seu tela Daci, seu habenas Suevi. Ille pater *blandiens extulit frequenter* super *scutum micans te lætantem, et pressavit* in *sinu ferventi* te *interritum armis, neque metuentem splendores terribiles cassidis, et tollentem manus ad jubas altas. Tunc ita gaudens inquit; o Rector Cœli siderei, filius* meus *ad me revertatur similis, superato hoste, direpto Imperio Hyrcaniæ, aut gloriatus cæde Assyriorum: ita rubescens gladio, ita sub-*

Pal. Med. pr. *fratrem* Rott.—27 *Scythicosque* Bonon. Ambr. pr. *Scythicos*, sine copula, quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *Scythicos raptus* Petav. sec. *Scythicosve* legebat Heinsius. *rupta Gelonis* Med. sec. m. pr.—28 *Dacis... Suëvis* Oxon. pr. in Juniano primo v. 25. et 26. desiderantur.—29 *volantem* Vat. sec. m. pr.—30 *et ridens te pectore* Med. tert. *hanelo* Var. LL. ed. Antv.—31 *Nec strepitum* Pat. *Intrepidum* vel *Nec strepitum* incert. Heins. *Intrepidum* vel *In strepitum* Vat. tert. Petav. sec. *trementem* Med. tert. Mazar. *gementem* Jun. pr. *minantem* Pric.—32 *ripas* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—33 *Tum sic* Ambr. pr. Exc. Luc. pr. *Tunc* quinque Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel. *stillantis* Oxon. sec.—36 *flamine crebro* Lov. *ense rubet* Moret. sec.—

NOTÆ

ponitur pro Septemtrionali; ac proinde Arctoa strage, id est, strage edita versus Septemtrionem, ultra Danubium.

27 *Scythicos*] Scythæ, Geloni, Daci, Suevi, gentes bellicosæ, circa et ultra Danubium.

30 *Pectore pressit anhelo*] Pectore anhelanti bella et funera.

31 *Galeæ nec triste timentem fulgur*] Quod certum est fortitudinis initium, fulgorem armorum sanguinolentorum non expavescere.

33 *Stellantis*] Stellis undique micantis.

Olympi] Hic est mons Thessaliæ altissimus, qui pro Cœlo sumitur.

34 *Talis*] Hoc desumtum ab Homeri Hectore: *Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι Παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ: Jupiter, et alii Dii, date filium meum fieri talem, qualis ego sum.*

35 *Hyrcanas opes*] Imperium Hyrcaniæ, seu Persarum et Parthorum vicinorum, qui semper infensi fuere Romanis.

36 *Assyria*] Assyriorum, qui populi sunt in Asia.

Flamine crebro turbidus] Facie subhorrida ac deformata ventorum flatu,

Turbidus, et grato respersus pulvere belli:
Armaque gaviso referat captiva parenti.
  Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles, non marcida luxu
Otia, nec somnos genitor permisit inertes:
Sed nova per duros instruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora sæva pati, gravibus non cedere nimbis,
Æstivum tolerare jubar, tranare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planitiem cursu, valles et concava saltu.
Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,
In galea potare nives; nunc spicula cornu

horridus continuis ventis; et sordidus pulvere glorioso pugnarum, et reportet tela capta patri lætanti. Statim postquam signasti gressus certo pede, Pater non indulsit tibi inertiam effœminatam, non requiem luxu diffluentem, neque soporem pigrum: at corroboravit tibi *corpus tenerum per exercitia laboriosa, atque assuefecit vires* tuas *pueriles perferre animo valido hyemes asperas, non* se *dimittere tempestatibus turbidis, pati ardores æstatis, trajicere impetum frementem torrentum, superare montes ascendendo, campos currendo, concava vallium saltando, et traducere noctes insomnes* supposito *scuto, bibere nives in casside, modo tor-*

37 *Turgidus* Pric. Put. Med. quart. *Præditus* Med. sec. m. pr. *grato* vel *crebro* Oxon. pr. Exc. Voss. *turbine* Jun. pr.—38 *captivo referat gavisa* Exc. Voss. —39 *certo gressu* Pric. *recto cursu* Jun. pr.—40 *Nec tibi* Moret. pr. Jun. pr. *delicias* Tholos. *non marcida* Vat. sec. Pal. Florent. Ambr. pr. *nec* Exc. Voss. ita Gesn. et Bip. *inertia* vel *marcida* Oxon. sec. *inercia* Med. tert. *cursu* pro *luxu* Pric. m. pr.—41 *permittit* Pric. *dimisit* Jun. pr. qui et *inercia* habet. *inertis* Bonon. Ambr. tert.—42 *instructo* Vat. quart. *lacertos* Jun. pr.—43 *dura teneras* Thuan. Florent. m. sec.—44 *nec cedere* inc. Heins. *credere* Put. Mazar.—45 *tranare* septem Codd. et Exc. Lucens. pr. *marinas* vel *sonoras* Oxon. sec.—46 *accensu* Jun. pr. *ascensum montis* vet. Gyr. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *ascensu montis* Ambr. sec.—47 *vallesque* Moret. pr. *concava cursu* Vat. pr. m. pr.—48 *Nec tamen* Petav. sec. *et clipeo* Thuan. *perducere noctes* Vat. pr. Farn. Med. quart. duo Ambr. et Heins. Exc. Lucens. sec. Vicet. Parm. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *producere* septemdecim alii, item Var. LL. e marg. Parm. Ita Gesn. et Bip.—49 *In galeas* Farn. Reg. Var. LL. ed. Antv. *galeis* Oxon. pr. *galeus* et emend. *galeis* Vat. pr. *portare* Vatt. omnes,

NOTÆ

et campestri labore pulverulentus.

39 *Mox ubi, &c.*] Ab infantia Honorii transit ad laudes pueritiæ ipsius.

43 *Cruda indole*] Viridi et laborum patiente: id quod decet Heroum filios.

46 *Torrentum furias*] Torrens est fluvius temporarius, natus ex subitis imbribus.

47 *Planitiem cursu*] Laudata in Heroibus celeritas; sic laudatur Achilles ab Homero: πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, *pedibus velox.*

Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.
Quoque magis nimium pugnæ inflammaret amorem,
Facta tui numerabat avi, quem littus adustæ
Horrescit Libyæ, ratibusque impervia Thule.
Ille leves Mauros, nec falso nomine Pictos
Edomuit, Scotumque vago mucrone secutus,
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas:
Et geminis fulgens utroque sub axe tropæis

quere arcu tela, modo vibrare glandes funda Baleari. *Et ut* Theodosius pater *incenderet* in te *ingentem ardorem præliorum, memorabat facinora avi tui, quem ora Libyæ ardentis expavescit, et Icelandia inaccessa navibus. Ille* avus *devicit Mauros celeres, et Pictos bene nominatos, ac persecutus Scotum ferro populante, rupit aquas Septemtrionales ratibus generosis, ac micans duobus trium-*

Pal. Pric. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. in Exc. Gevart. erat *f. potare*, quod Mazar. exhibet. *nunc spicula* Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr.—50 *tendere nunc gladios* Lov. m. pr. *Baleares* Petav. tert.—51 *Quoque magis* Exc. Lucens. sec. *Quodque* Put. Mazar. ed. Vicet. *nimium amorem* Rott. *amores* Var. LL. ed. Antv. *nimio amore* corrigebat Heinsius.—52 *numerabit* Vat. pr. *memorabat* Put. Tholos. Pat.—53 *Thyle* Florent. *Tyle* Thuan. *Tile* Put. *Thile* novem alii et Var. LL. e marg. Parm. *Thile* vel *Tile* Vat. pr.—54 *leves Mauros* Var. LL. e marg. Parm. *levis Mavors* Vicet. et Parm.—55 *Edocuit* Put. *Perdomuit* Ambr. pr. Exc. Voss. *Scotumque vagum* Reg. *vago* Jun. duo, Oxon. sec. *vago* vel *vagum* Oxon. pr. *vagum* marg. Isingr.—57 *E geminis* Vat. tert. *Ac geminis* Moret. pr. *At geminis* Vat. quint. *fungens* vel *fulgens* Oxon. sec.—

NOTÆ

50 *Baleari funda*] Tali funda, qualis sit eorum qui habitant Baleares insulas e regione Hispaniæ Bæticæ: quarum insularum incolæ a teneris ita assuefaciunt liberos torquendis telis, ut panem habeant nullum, nisi quem funda dejecerint; et inde fiunt jaculandi peritissimi. Dicuntur Baleares ἀπὸ τοῦ βάλλειν, *a jaculando*.

51 *Nimium*] Ingentem, insignem, annisque majorem audaciam.

52 *Avi*] Theodosii etiam vocati.

53 *Libyæ*] Libya est regio Africæ, siticulosa, ardens, perpetuo calore adusta.

Thule] Hodie *Iceland*, ad quam usque victis Scotis pervenisse dicitur Theodosius avus.

54 *Leves Mauros*] Mauri et Numidæ populi Africæ, celeres in pugnando, fugaces, et instabiles.

Pictos] Populos Septemtrionales, qui olim Britanniam insulam subegerunt: et qui ad terrorem, faciem pingebant, aut variis animantium figuris deformabant.

55 *Vago mucrone*] Gladio populatore, quo usus Theodosius, quæcumque loca pererraret, ea omnia vastabat, populabatur.

56 *Hyperboreas*] Aquas Septemtrionales, et quasi supra Boream ventum, qui flat a Septemtrione: ὑπὲρ, *super*.

57 *Utroque sub axe*] Utroque sub mundi cardine, scilicet Septemtrionali et Meridiano, victoriis reportatis.

Tethyos alternæ refluas calcavit arenas.
Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum,
Hæc exempla dabat. Non ocyus hausit Achilles
Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes,
Sive lyræ cantus, medicas seu disceret herbas.
  Interea turbata fides, civilia rursus
Bella tonant, dubiumque quatit discordia mundum.
Pro! crimen Superum! longi pro dedecus ævi!
Barbarus Hesperias exul possederat urbes,

phis sub cardine duplici, protrivit arenas æstuantes maris utriusque. Ille *præbebat tibi hæc exempla,* velut *incitamenta fortitudinis, et germina gloriæ. Achilles non arripuit promtius documenta veteris Centauri, sive edisceret industriam hastæ, sive concentus citharæ, sive herbas salutiferas. Interim fides violata* est, *pugnæ civiles murmurant, et discordia concutit Orbem nutantem. O scelus Deorum! o pudor sæculi* diu *mansurus! Exul* Argobastes *ferus occupaverat arces*

58 *Tethyos adversæ* Jun. pr. *calcabat* Pric. *refugas* Vat. pr. Farn.—59 *virtutis* Med. quart. Jun. sec. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *emina* Exc. Læti. *præmia* Vicet. *laudis* Mazar.—60 *exempla dedit* Pat. *aptius* pro *ocius* Ambr. pr. *potius* Leid.—61 *cuspidis artes* sedecim scripti, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *artis* Petav. sec. *artem* Med. quart. Exc. Gevart. et Ald. *arcus* vel *artes* Moret. sec. *arvis* vel *artes* Thuan. *arces* Exc. Voss. —62 *diceret* pro *disceret* Exc. Gevart. *artes* pro *herbas* Vat. sec. Pal. Med. duo, Moret. sec. inc. Heins. *herbas* vel *artes* Florent.—63 *turbata dies* Jun. sec. m. pr.—64 *Bella timent* Put. unde Heinsius conjiciebat *tument*, quod in Patavino extat.—65 *Pro crimen s. pro longi* ed. Vicet. *Per crimen s. per* Med. tert. *proh longi* ed. Parm. *Superum crimen* Ambr. pr.—66 *exul* in

NOTÆ

58 *Tethyos*] Tethys est mater Nereidum, seu Nympharum maris: hic accipitur pro mari. *Tethyos alternæ;* utriusque scilicet maris, Septemtrionalis et Meridiani, *arenas* alternatim *calcavit.*

59 *Semina laudum*] Dabat tibi exempla, quorum observatio excitaret velut quædam gloriæ semina.

60 *Achilles*] Filius Pelei et Thetidis Nymphæ, Heros Græciæ.

61 *Semiferi senis*] Chironis Centauri, partim hominis, et partim equi, et ideo dicti *Semiferi.*

Cuspidis] Edisceret cuspidis vibrandæ industriam. Ceterum Achilles a Chirone didicit artes belli, Musicæ, et Medicinæ.

63 *Interea*] Dum Theodosius hæc Honorio daret documenta virtutum. *Turbata fides*] Fides debita Imperatori violata est, et ingens tumultus secutus est, qui occasionem dedit Principi ostendendæ virtutis.

64 *Dubium*] Nutantem Orbem, ac prope cadentem discordiarum agitatione.

65 *Pro! crimen Superum*] Cum quiddam indignum accidebat, Poëtæ execrabantur, vocabantque crimen, dedecus, opprobrium, pudorem Deorum, sæculi, &c. quasi peccarent Dii permittentes tanta mala, quorum eos puderet certe, si quis in eosdem caderet pudor.

Longi pro dedecus ævi] Dedecus seu macula ad longam annorum seriem duratura.

66 *Barbarus*] Argobastes, seu Arbogastes, Princeps Gallus, quem

Sceptraque dejecto dederat Romana clienti.
Jam Princeps molitur iter, gentesque remotas
Colligit Auroræ, tumidus quascumque pererrat
Euphrates, quas lustrat Halys, quas ditat Orontes.
Thuriferos Arabes saltus, vada Caspia Medi,
Armenii Phasin, Parthi liquere Niphaten.
Quæ tibi tunc Martis rabies, quantusque sequendi

Occidentales, et tradiderat Imperium Romanum clienti vili. Jam Princeps Theodosius *suscipit viam, et congregat populos longinquos Orientis, quos peragrat Euphrates turgens, quos Halys alluit, quos Orontes locupletat. Arabes deseruerunt sylvas thuriferas, Medi mare Caspium, Armenii Phasin, Parthi Niphatem* deseruerunt. *Qualis tibi tum erat amor belli,* o Honori, *qualis cupiditas comitandi*

Lucens. sec. glossa erat *exul.* i. e. Eugenius et Arbogastus. *oras* Med. quart. Moret. sec. *urbes* vel *horas* Oxon. sec.—67 *Fortuna* Pric.—70 *ditat Halys, q. lustrat* O. Jun. pr. *Alis* Vicet.—71 *Arabes* plurimi Codd. Exc. Lucens. pr. et Var. LL. e marg. Parm. *saltus Arabes* Ambr. pr. Oxon. sec. ed. Claver. Elzev. *Arabum* Vicet. Parm. Isingr. Gryph. al. *Caspida* Lov.—72 *Armeniis* Pal. Med. pr. *Phasim* duo Med. Thuan. Mazar. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Niphaten* duo Vat. *Niphatem* alii magno numero, Exc. Lucens. pr. et ed. Vicet.—73 *nunc* Vat. pr. Farn. Pric. Thuan. *cum* Var. LL. ed. Antv. *tum* plurimi alii. *tum* vel *nunc* Var. LL. e marg. Parm. *tantumque* Exc. Voss.

NOTÆ

barbarum vocat, ob genus, et mores. Romani Barbaros olim vocabant omnes populos, exceptis Græcis. Ceterum Arbogastes gratia valuit apud Gratianum, et Valentiniano addictus fuit, sed non diu. Oderat Francos gentiles suos: oderat et Sacerdotes. Est et hodie locus prope Rhenum et Ill fluvios, qui dicitur *Arbegast.*

67 *Dejecto clienti*] Humili, ignavo, ignobili, Eugenio Grammatico, quem Arbogastes ad Imperium transtulerat, ut sub ejus umbra regnaret, mox umbram ipsam, cum posset, aut sublaturus, aut elusurus. Porro non ita despectus fuit Eugenius, ut Claudianus ait, nam Rhetorices et vitæ claritudine ut alter Seneca floruit. Et ideo huic diademate cessit Arbogastes: nisi forte propter ancipitem eventum aleam hanc subire timuerit. De hoc supra.

70 *Euphrates*] Fluvius nascens ex Niphate monte Armeniæ: alluit Mesopotamiam; dicitur hodie *Frat.*

Halys] Fluvius ex Tauro monte nascens: irrigat Cappadociam, Syriam, Paphlagoniam.

Orontes] Fluvius in Syria ex Strabone, Καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, *ingrediens in hiatum inter Apameam et Antiochiam, quem hiatum vocant Charybdin.* Sic et Anas Hispaniæ se condit in occultos meatus.

71 *Arabes*] Populi Asiæ, thuris proventu divites.

Medi] Populi itidem Asiæ, prope mare Caspium, vulgo, *Mer de Bacchu, ou de Sala.*

72 *Phasin*] Hic fluvius est Colchorum, oriundus ex Armenia. Ad hujus fluvii ripas magna est Phasianorum copia.

Niphaten] Niphates fluvius ortus a monte cognomine, alluit Parthos.

73 *Quæ Martis rabies*] Quam præceps amor, et quasi rabida belli cu-

Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto,
Optatas audire tubas, campique cruenta
Tempestate frui, truncisque immergere plantas?
Ut Leo, quem fulvæ matris spelunca tegebat
Uberibus solitum pasci, cum crescere sensit
Ungue pedes, et terga jubis, et dentibus ora;
Jam negat imbelles epulas, et rupe relicta
Gætulo comes ire patri, stabulisque minari
Æstuat, et celsi tabo sordere juvenci.
Ille vetat, rerumque tibi commendat habenas,
Et sacro meritos ornat diademate crines.

patrem? *quali desiderio cor* tuum *ardebat audire buccinas expetitas, et potiri turbine sanguinolento* telorum *Martis, et pedes demergere* in corporibus *truncatis? Quemadmodum Leo, quem antrum matris flavæ fovebat consuetum nutriri mammis* ejus, *cum animadvertit pedes* suos *augeri unguibus, et terga villis, et os dentibus, jam recusat escas inertes, et deserto saxo fervet incedere comes parenti Gætulo, ac formidari* ab *armentis, ac fœdari cruore tauri ingentis. Ille* pater *prohibet, ac tradit tibi gubernaculum mundi, atque honorat caput* tuum *dignum diademate*

—76 *truncis inmergere* duo Vat. Petav. pr. item Moreti. *injungere* Vat. pr. Farn. *inmingere* Pal. unde Heinsius *intingere* conjiciebat.—77 *tegebat* sedecim scripti, Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *tepebat* Tholos.—78 *solitus* Vat. quint. Moret. pr. *cum* Put. Reg. Mazar. tres Petav. *tum* Oisel. *concrescere* Thuan. *sentit* Pric. Rott. Med. sec. Lov. Jun. pr. Florent. m. pr.—80 *fugit* pro *negat* duo Vat. Moret. pr. item Petav.—82 *celsi tabo sordere* vet. Gyr. et Exc. Lucens. sec. *cæsi terga absorbere* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *obsorbere* Reg. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *celeris terga absorbere* Jun. pr. *celsi* Petav. pr. *cæsi* vel *celsi* duo Vat. et Oisel. pro Var. Lect.—83 *negat* Med.

NOTÆ

piditas erat Honorio? Hic tum novem annos natus erat, cum Theodosius in Eugenium arma convertit, et ipsum Arbogasten eo desperationis adegit, ut sibi mortem afferret.

76 *Tempestate frui*] Delectari immittenda grandine ac tempestate telorum, in campo: dicitur optime telorum seges, grando, tempestas, ferreus horror, &c.

80 *Imbelles epulas*] Quas bello non meruerit.

81 *Gætulo*] Gætulia regio est Africæ, Leonibus famosa: qui Leones fulvi sæpius dicuntur.

81 *Tabo sordere*] Ardet parvus Leo mactare taurum ingentem, et ejus sanguine sordescere.

83 *Ille*] Pater Theodosius vetat, ne filius Honorius se sequatur ad bella, eumque relinquit, ut absente se regat Imperium.

Habenas] Imperium, quod regat Honorius, ut eques, equum. Habena dicitur de equo, de navi, de imperio, &c.

84 *Diadema*] 'Απὸ τοῦ δεῖν, *ligare:* est fascia candida, qua Reges frontem ornabant.

Tantaque se rudibus pietas ostendit in annis,
Sic ætas animo cessit, quererentur ut omnes
Imperium tibi sero datum. Victoria velox
Auspiciis effecta tuis: pugnastis uterque;
Tu fatis, genitorque manu. Te propter et Alpes
Invadi faciles; cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis. Spes irrita valli
Concidit, et scopulis patuerunt claustra revulsis.

sacrato. Et pietas tua *talis patefecit se in ætate tenera: ita* vero *pueritia superata est* ab *animo* tuo, *ut cuncti conquererentur sceptrum commissum* tibi *esse tardius: victoria promta, felicitate tua, facta* est: *ambo decertastis; tu fato* tuo, *et pater dextera* sua: *ob te Alpes etiam* fuerunt *faciles occupatu: nec profecit hosti callido mansisse* in *locis vallatis; spes vana valli corruit, et repagula aperta sunt*

tert.—85 *pietas rudibus* Vat. et Farn. ed. Vicet. et al. *rudibus pietas* reliqui magno numero, Exc. Lucens. pr. et Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *ostentat* Vat. pr. Farn. Ald. ed. Vicet. Parm. Junt. Isingr. et al. *ostentet* Sched. Gud. *ostendit* reliqui fere omnes, Exc. Lucens. pr. et Gevart.—86 *cessit* vel *crescit* duo Vat. et Petav. pr. *crescit* Leid. m. pr. *quæruntur at* Jun. pr. *vererentur* Var. LL. ed. Antv.—87 *sibi* Med. sec. *victoria læta* Ambr. pr.—88 *pugnatis* Petav. pr.—90 *invadi faciles* plurimi Codd. Exc. Lucens. pr. et Gevart. Ald. et ed. Vicet. *invadit* al. *nec profuit* Var. LL. e marg. Parm. *non* Oxon. pr. *nec* vel *non* Reg.—91 *voti* pro *valli* Put. Thuan. Bonon. Pat.—92 *castra* Vat. pr. Pal. Pric. Med. pr. *remissis* Ambr. pr. *reclusis* inc. Heins. m. pr.—93 *Aquilon*

NOTÆ

85 *Rudibus in annis*] In ætate puerili, tenera, rudi, imperita in aliis, sed in Honorio jam rebus gerendis habili, quia virtus prævenit annos. Ovidius: 'Ingenium cœleste tuis velocius annis Crescit, et ignavæ fert male damna moræ.'

Pietas] Intelligit sub nomine pietatis, virtutem omnem; vel intelligit pietatem, quod rerum habenas egregie moderaretur, patris imperio obediens; id quod est magnæ pietatis.

89 *Tu fatis*] Exquisitum adulationis genus, nam cum non potuerit puer per ætatem debellare hostes, poëta dicit debellatos esse, felicitate seu fato Honorii propugnante: eodemque fato multa esse felicius gesta.

Genitorque manu] Theodosius fortissimus Imperator, cum videret Arbogasten inter suorum fugientium cædem ac sanguinem triumphare, confugit ad auxilium divinum; et ex Cedreno, pro galea induens epomidem, pro hasta virgam in speciem crucis una manu gestans, et altera Evangelium, suos palantes ad prælium et victoriam revocavit. Sic Theodosius in Nummo pictus est, cujus Nummi imago videtur in historia Baronii.

Alpes] Montes Galliæ Italiæque communes, quorum aditus obsederat Arbogastes.

90 *Invadi*] Alpes facile invadi et occupari possunt. Valerius Maximus, 'Invadendæ Lacedæmonis.'

91 *Munitis hæsisse locis*] Nil profuit adhærescere optimis munimentis.

92 *Claustra*] Ipsi aditus alicujus provinciæ, sed præsertim aditus salebrosi, ac difficiles. Vulgo vocant *claves*, Κλεῖδας.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, et turbine repulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes; cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti!
Alpinæ rubuere nives, et Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis, turbaque cadentum
Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis.
At ferus inventor scelerum trajecerat altum
Non uno mucrone latus, duplexque tepebat

saxis avulsis. Ob te Boreas oppressit exercitus oppositos frigidis tempestatibus ex alto venientibus, *et convertit jacula repulsa in jaculatores* ipsos, *et impetu* suo *retorsit tela. O* Honori, *nimis care Deo*, pro *quo Æolus immittit ex cavernis procellas bellantes* pro te: pro *quo Cœlum pugnat, et venti conspirantes adsunt ad tubæ* clangorem. *Nives Alpium tinctæ sunt* sanguine, *et Frigidus fluvius fumavit undis versis* in sanguinem, *et consisteret ob multitudinem cæsorum, nisi cruor præceps impelleret aquas. Sed barbarus artifex criminum transfixerat sibi latus*

Reg. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Voss. pr. Oxon. sec. Leid.—94 *Terruit* vel *Obruit* Oxon. sec.—95 *Torsit* pro *Vertit* Moret. sec. *actores* duo Vat. Rott. Oisel. Reg. Petav. pr. Bonon. Lov. Voss. pr. *hostes* Voss. pr. m. sec. *hastas* Med. quart. Exc. Gevart.—96 *tibi fundit—tibi militat* Med. sec. *fudit* Mazar. m. sec. Leid. *quoi* Vicet. *ab antro* Med. tert. *in antris* Tholos. Ambr. tert. *austris* Pat.—97 *armatas acies* Vat. pr. m. pr. Med. tert. m. pr. Jun. pr. Moret. sec. Oxon. sec. Petav. tert. *armatus* Vicet.—100 *casuque* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—101 *Starent* Florent. Thuan. *Ni staret* Mazar. *juvasset* Put. *juvisset* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *meruisset* Var. LL. ed. Antv. *mixisset* Rott. *vicisset* Vat. duo, Med. tert. *juvissent* Lucens. pr. *pavisset* Jun. pr. Voss. pr. m. sec. et Exc. Gevart. vid. VI. Cons. Honor. 116.—102 *alter* pro *altum* Ambr. pr.—103 *petebat* lib. Barth. Exc. Voss.—

NOTÆ

93 *Aquilo*] Seu Boreas, flat a Septemtrione.

De monte] Ex alto monte Alpium.

95 *Turbine repulit hastas*] Revera historiis proditum est, tam vehementem fuisse ventum a partibus Theodosii, ut ipsa tela retorqueret in corpora hostium, et id S. Augustinus, se a militibus, qui aderant, audivisse ait.

97 *Æolus*] Filius Hippotæ, Deus ventorum, quos in antris retinet, 'Et premere et laxas novit dare jussus habenas.' Ideo autem creditus Deus ventorum, quod ex fumo Strongyles insulæ ventos futuros esse prædiceret.

Armatas hyemes] Pugnantes, velut armis instructæ forent, hyemes, procellas, tempestates. Hyems dicitur, *ἀπὸ τοῦ ὕειν, pluere.* Alii deducunt *ἀπὸ τοῦ χέειν, fundere,* quod fundat pluvias: Unde et *χεῖμα*, vel potius *χειμὼν, hyems,* ut ipsi scribunt.

99 *Frigidus*] Nomen proprium fluvii, qui a Græcis dicitur Φρίγιδος. Est autem non procul Aquileia.

101 *Staret*] Fluvius consisteret ob multitudinem cadaverum, nisi sanguine adjuvante tumescens averteret obices.

102 *Ferus inventor scelerum*] Arbo-

Ensis, et ultrices in se converterat iras
Tandem justa manus. Jam libertate reducta,
Quamvis emeritum peteret Natura reverti
Numen, et auratas astrorum panderet arces,
Nutaretque oneri venturo conscius Atlas,
Distulit Augustus cupido se reddere cœlo,
Dum tibi pacatum præsenti traderet orbem.
Nec mora; Bistoniis alacer consurgis ab oris,

profundum, non uno ense, et gladius geminus calebat, ac tandem dextera Arbogastis *justa verterat in se furorem vindicem. Jam libertate restituta, licet natura posceret* Theodosium seu *Numen officio functum redire, atque aperiret domos aureas Cœli, et Atlas cognoscens quateretur* opinione *ponderis futuri, Augustus* Theodosius *procrastinavit referre se Polo expetenti, donec præberet tibi præsenti terras pacificas. Continuo,* o Honori, *lætus exsurgis a tractibus Thraciæ, audens transmeare*

104 *ultricis* Voss. pr. *convertitur aras* Tholos.—105 *cum libertate* Vat. tert. Rott. Oisel. Ambr. sec. Med. sec. m. pr. *tum* Petav. tert. *jam* vel *cum* inc. Heins. *recepta* Pric.—106 *Quantumvis* Exc. Voss.—107 *artes* Var. LL. ed. Antv.—108 *Nuptaretque* Var. LL. ed. Antv. *oneris venturi* Exc. Lucens. sec. *oneri* vel *coram* Reg.—109 *Sustulit* Pal. *capto* Jun. pr. qui et *condere. reddere* quatuor Vat. Pal. Farn. *credere* decem alii, Exc. Schott. et vet. Cod. Rhem. ita Gesn. et Bip.—110 *sibi* Var. LL. ed. Antv. *placatum* Pal. Tholos. Ambr. pr. *prasentem* Vat. tert. *præsertim* Rott. *redderet* pro *traderet* Moret. sec. Tholos. Petav. tert.—111 *consurgit* duo Vat. Med. tert. Jun. pr. Pat. Bonon. Ambr. pr. *confugit* Med. sec. Put. Lov. Petav. sec. Leid. a m. pr. *consurgit*

NOTÆ

gastes Comes Valentiniani secundi commotus in Principem ob missum sibi libellum exauctorantem, omnia permiscuit: sed in ipso aditu Alpium eo desperationis adductus est a Theodosio, ut sibi mortem conscisceret, repetito ensis ictu.

105 *Tandem justa manus*] Tandem Arbogastes in se convertit iras ultrices, et se justa manu occidit, qua Valentinianum Augustum nefarie strangulasse dicebatur.

106 *Emeritum Numen*] Quasi Theodosius, ut Numen, e cœlo deciderit, ut orbem placaret, tumultusque extingueret, et hoc officio defunctus, et velut emeritus rediret ad cœlum patrium. *Emeritus* olim dicebatur, qui per certum tempus in Circo pugnaverat, et ab illa pugna deinceps immunis erat: inde transfertur ad eos, qui defuncti sunt, et velut fatigati quibusdam laboribus.

Natura] Ordo ille rerum omnium seriem continens; vel potius Deus ipse auctor naturæ.

107 *Auratas astrorum panderet arces*] Theodosio ascensuro: credebant quippe, ut diximus, ortas ex stellis Heroum animas, illuc redire.

108 *Nutaret*] Fictio Poëtarum, qui dicebant Heroas aliis hominibus esse graviores.

109 *Augustus*] Theodosius: ab Augusto Cæsare ceteri Imperatores dicti Augusti.

110 *Præsenti*] Theodosius Constantinopoli ægrotans, accersivit Honorium, quo præsente visus convalescere: mox filiis imperium tradidit, et vitam reliquit.

111 *Bistoniis*] Bistones sunt populi

Inter Barbaricas ausus transire cohortes.
Impavido vultu linquis Rhodopeia saxa,
Orpheis animata modis: juga deseris Œtes,
Herculeo damnata rogo: post Pelion intras,
Nereis illustre toris. Te pulcher Enipeus
Celsaque Dodone stupuit, rursusque locutæ
In te Chaoniæ moverunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga littoris: arva teruntur

inter catervas Barbarorum. Deseris vultu intrepido rupes Rhodopeias commotas cantibus Orphei: linquis culmina Œtes, condemnata pyra Herculis: postea ingrederis Pelion celebratum nuptiis marinæ Nymphæ, *amœnus Enipeus admiratus est te; et Dodone alta* admirata est, *ac quercus Chaoniæ loquentes iterum pronuntiaverunt versus in* gratiam *tui. Ora littoris Illyrici raditur:*

vel *tum fugit* Reg.—113 *Inpavido vultu* Med. pr. *Intrepido* Oxon. sec. *Impavidus* Vat. tert. Pric. *luctu* pro *vultu* Put. *linquens* duo Vat. Moret. pr. Hic versus in Medic. sec. desideratur. *sacra* Pric. *signa* Med. tert.—114 *Œta* duo Vat. Jun. pr. Pat. Reg. Moret. sec.—115 *jugo* Vat. sec. m. pr. Pric. Pat. *rugo* Vat. tert. Rott.—116 *choris* quinque Vat. Farn. Rott. Oisel. *modis* Pal. Med. pr. *thoris* vet. Gyr. Jun. sec. Florent. Ambr. sec. quod Heinsio placet, qui ascripserat *choris.* l. *toris.* sic et peccatum apud Val. Flacc. Lib. v. 240. 'Fert castos Medea toros.' vulgo *choros. Enifeus* Moret. pr. *Enipheus* Lov.—117 *Didone* Var. LL. ed. Antv. *Dodonis* Exc. Voss.—118 *Inter Chaoniæ* Mazar. Exc. vet. Cod. Rhem. *Pro te* Ambr. pr. *Saloniæ* Colin. *Per te* conjicit Heinsius. *monuerunt* Var. LL. ed. Antv.—120 *Delmatiæ* Ald. *Stygii* Reg.

NOTÆ

Thraciæ, a Bistone Martis et Callirrhoës filio: hinc *Bistoniis ab oris*, id est Thraciis, seu ab urbe Constantinopoli, quæ est in Thracia, exsurgis ceu sidus aliquod; vel consurgis, ut Heros animosus, contra hostes.

113 *Rhodopeia*] Rhodope mons est Thraciæ, cujus saxa Orpheus olim lyræ dulcedine trahere et animare dicebatur.

114 *Œtes*] *Œta*, *Œtæ*, et *Œte*, *es*, est mons Thessaliæ, in quo Hercules se rogo ardenti injecit, seseque damnavit flammis consumendum.

115 *Pelion*] Mons itidem Thessaliæ, in quo nuptiæ celebratæ sunt Pelei et Thetidis, quæ una erat ex Nymphis marinis, seu Nereidibus, unde et dicitur *Nereus torus*, id est, marinus, seu Nymphæ marinæ.

116 *Enipeus*] Fluvius Thessaliæ, qui alluit pulcherrima et amœnissima loca.

117 *Dodone*] Civitas Chaoniæ regionis Epiri in Græcia: prope hanc urbem nemus erat totum quercubus consitum, et Jovi sacrum. Hic duæ columbæ fatidicæ, immo et quercus ipsæ vocales, edebant oracula.

118 *Moverunt carmina in te*] In tui gratiam post longum silentium oracula carminibus ediderunt: et ex Theodoreto nondum obmutuerat oraculum Dodonæum.

119 *Illyrici*] Ora Illyriæ cursu prætervehitur: Illyria autem regio est ad littus maris Adriatici porrecta; sicut et Dalmatia, quæ pars est Illyriæ.

Dalmatiæ: Phrygii numerantur stagna Timavi.
Gaudent Italiæ sublimibus oppida muris
Adventu sacrata tuo: submissus adorat
Eridanus, blandosque jubet mitescere fluctus:
Et Phaëthonteas solitæ deflere ruinas
Roscida frondosæ revocant electra sorores.
Quanti tum juvenes, quantæ sprevere pudorem

agri Dalmatiæ calcantur: recensentur alvei Timavi Trojani: urbes Italiæ altis mœnibus evectæ, *consecratæ accessu tuo lætantur: Padus humilis veneratur* te, *et imperat undas lenes mansuescere : ac sorores ramosæ Phaëthontis, consuetæ lugere exitium* ejus, *cohibent electra manantia. Quot tunc adolescentes, quot matres*

Med. sec. m. pr. *Stigii* Rott. Oisel. Oxon. pr. *claustra* Moret. sec.—121 *fulgentibus* Med. tert.—122 *adoret* Vat. pr. Farn. m. pr. *adornat* Leid. pr. a m. pr. —123 *Euridanus* Var. LL. ed. Antv. *juvat* Jun. pr. *rapidosque jubet* Med. tert. m. sec.—124 *Phetonteas* Lov. ambo Moreti.—125 *Rosida* Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *formosæ* Jun. pr. *renovant* Petav. pr. m. pr. *renovant* Leid. m. sec.—126 *Quanti tum juvenes* Moret. sec. *nunc* Vat. quint. *tunc* duo Vat. Med. quart. Jun. pr. Tholos. Mazar. Petav. pr. Ambr. sec. ed. Parm. *tunc*

NOTÆ

120 *Phrygii*] *Phrygius* dicitur *Timavus*, quia huc appulit Antenor Phrygius, seu Trojanus.

Stagna] Vel ob novem fontes aut ostia Timavi, vel ob insulas quarum objectu stagnant aquæ.

Timavi] Est fluvius Venetiæ prope Aquileiam, vulgo *Brenta*. Oritur ex sex fontibus: fons septimus adjungitur in palude ortus: duo adhuc alii fontes ex Virgilio et Pomponio Mela adjiciuntur, sicque sunt novem fontes. Ille fluvius per cuniculos quosdam ab æstu maris recipit incrementum, et ubi mare intumuit, ingenti fragore saxei montis, ex quo fontes oriuntur, per complura illa ostia prorumpit, et exundans ‘ pelago premit arva sonanti.’

122 *Adventu sacrata tuo*] Urbes omnes sacratæ adventu Honorii, velut cujusdam Numinis: et quasi urbes fierent totidem templa, in quibus nemo non Honorium colat.

Adorat Eridanus] Id familiare Poëtis, fluviorum Genios sic inducere venerabundos. *Eridanus* seu *Padus* fluvius maximus Italiæ: Virg. ‘ Fluviorum rex Eridanus.’

124 *Phaëthonteas ruinas*] Ruinas Phaëthontis, qui cum male regeret currum Solis, a Jove, Terræ precibus evicto, in Padum fulminis ictu dejectus est.

125 *Frondosæ sorores*] Sorores Phaëthontis ita casum ejus defleverunt, ut in alnos mutatæ sint, aut in arbores, unde stillat electrum, seu succinum; quod appellant *lacrymas Heliadum*, nam *Heliades*, *ἀπὸ ἡλίου*, *a Sole*, dicuntur sorores Phaëthontis; *Phaëthusa*, *Lampetie*, et *Lampetusa*.

Revocant] Cohibent electra stillare parantia, ut facilius mirentur Honorium.

Electra roscida] Manantia et sudantia instar roris.

126 *Sprevere pudorem*] Matres, velut spreto pudore, turmatim evolarunt mixtæ adolescentibus, studio viden-

Spectandi studio matres, puerisque severi
Certavere senes, cum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per urbem,
Velaretque pios communis laurea currus!
Quis non Luciferum roseo cum Sole videri
Credidit, aut junctum Bromio radiare Tonantem?
Floret cristatis exercitus undique turmis,
Quisque sua te voce canens. Præstringit ahena

contemserunt verecundiam cupiditate videndi, et senes rigidi contenderunt cum *pueris, cum tu receptus* in *sinu caro patris ferreris per civitatem mediam, ac laurus communis cingeret currus sacros! Ecquis non existimavit cerni Phosphorum cum Sole purpureo, aut Jovem micare conjunctum Baccho. Agmina* composita ex *cohortibus galeatis florescunt undequaque: unusquisque prædicans te lingua sua:*

vel *nunc* Reg. *Quam tutum* Varr. LL. ed. Antv.—127 *Spectandi puerum* Med. sec. m. pr. *puerique* Exc. Lucens. pr.—128 *patres* Vat. quint. Moret. pr. *patres* vel *senes* Vat. quart. Petav. pr. *cum tu* Reg. m. sec. *curru* Vat. pr. m. pr. *cum te* Vat. tert. *tu quum* Florent.—129 *Susceptus* Med. pr. Vat. sec.—130 *Velavitque* Pat. *Velarique* Put. *crines* Pric. *cursus* Tholos.—131 *Lucifero... vel Sole* Pat.—132 *Junctum* Exc. Lucens. pr. *Juncto* Ambr. pr. *victum* Jun. pr. *vinctum* ed. Vicet. Leid.—133 *Floret* Vat. tert. Rott. Oisel. Med. tert. Jun. sec. Thuan. Exc. Lucens. sec. et Sched. Gud. *Hæret* Oxon. pr. *Hæret* vel *Floret* Med. sec. *Iret* Reg. *Fervet* quatuordecim alii et ed. Vicet. *Fleret* Bonon. Ambr. pr. Petav. sec. *Flebat* Put. *Flebat* et emend. *Fertur* Pat.—134 *præstringit* Exc. Læti. *præstrinxit* Moret. sec. Exc. Lucens. pr. *perstringit* tres Vat. Moret. pr. Farn. Rott. Petav. pr. Junian. Oxon. *prostringit* vel *præstrinxit* Reg.—135 *strictique seges* Ambr. tert. *sepes* Var. LL. ed. Antv. *undique* pro *nudique* Vat. pr. *ferri* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *belli* duo Vat. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. et Vicet.

NOTÆ

dorum Principum.

128 *Certavere senes*] Senes etsi severi sunt et tetrici, tamen cum pueris certaverunt alacritate currendi, præ desiderio cernendi triumphi.

130 *Communis laurea*] Et patri, qui vicerat, et filio, cujus felicitate citior victoria contigerat.

Pios currus] Patris, qui pietate motus vicerat, ut pacatum liberis relinqueret Imperium. Notandum est currus triumphales aureos fuisse et laureatos.

131 *Quis non Luciferum*] Qui videt triumphantem Theodosium, cum filio Honorio, is putet videre se Solem cum Phosphoro, aut Lucifero; aut Jovem cum Baccho filio.

132 *Bromio*] Baccho, qui sic dicitur ἀπὸ τοῦ βρέμειν, *fremere, murmurare;* quippe natus est Bacchus inter frementia tonitrua; vel dicitur fremere ab effectis vini.

133 *Floret exercitus*] Ob cristas scilicet floris instar emicantes. Virgilius: 'Florentes ære catervas.' Alii legunt, *Fervet*, id est, ardet honorare, et prædicare Principem.

134 *Voce canens*] Diversi populi diversa te lingua canunt atque commendant. Martialis: 'Vox diversa sonat, populorum est vox tamen una,

Lux oculos, nudique seges Mavortia ferri
Ingeminat splendore diem. Pars nobilis arcu,
Pars longe jaculis, pars cominus horrida contis.
Hi volucres tollunt Aquilas, hi picta Draconum
Colla levant; multusque tumet per nubila serpens
Iratus, stimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.
Ut ventum ad sedes, cunctos discedere tectis
Dux jubet, et generum compellat talibus ultro:
Bellipotens Stilichon, cujus mihi robur in armis

fulgor æreus hebetat oculos, et multitudo bellica gladiorum nudatorum duplicat lucem fulgore suo. Alii insignes sunt *arcubus: alii formidandi telis longe, alii hastis prope* ferientibus. *Hi ferunt Aquilas celeres, illi attollunt capita Serpentum depicta, et anguis plurimus indignans, vento commovente, turgescit per aërem, atque nutritur exceptis flaminibus, ac fingit sibila flexu diverso. Statim atque perventum* est *ad palatium, Imperator* Theodosius *imperat omnes recedere domo, ac sponte* sic *alloquitur generum.* O *Stilicho magnanime, cujus virtus experta* est *mihi in*

ferri vel *belli* Reg. Oxon. pr. Med. sec. Vat. quart. Pric.—136 *Ingeminet* Vat. quart. Leid.—137 *longis* Tholos. *undique* pro *horrida* Med. tert. *comptis* Jun. pr. *cunctis* Pal. Vat. pr. m. pr. Med. sec. Exc. Voss.—138 *aquilas tollunt* Jun. pr. *leonum* Moret. pr.—139 *tumet* Exc. Lucens. pr. *tumens* Pric. ed. Vicet.—140 *stimulare* Rott. *receptus* duo Vat. Lov. Oxon. pr. item Jun. pr. —141 *tanto mentitur* Pat. *cinctu* Med. sec. *tractu* vel *tinctu* Vat. tert. *tinctu* Jun. sec. m. pr. Rott. Leid. a m. pr.—142 *cunctis* Vat. sec. Pal. Med. pr. *cunctis* vel *cunctos* Vat. quart. *omnes* Exc. Lucens. pr. *tutos* Reg. Thuan. Put. Rott. Bonon. Oxon. pr. Petav. sec. Ambr. pr. Sched. Gud. *tutas* Med. sec. Pat. Oxon. sec. m. sec. *tuto* Exc. Schott. *tutos* vel *cunctos* Reg. Mazar. *discedere* Oxon. sec. m. sec. Exc. Schott. *excedere* Jun. pr. *descendere* Vat. pr. Petav. sec. *castris* Jun. pr. Sched. Gud. Exc. Schotti. *tectis* Oxon. sec.—143 *generis* Vat. pr. *compellit* Pric. *vocibus* Ambr. tert.—144 *Stilico* Vat. pr.

NOTÆ

Qua verus patriæ diceris esse pater.'

Ahena lux] Splendor armorum, ex ære conflatorum.

137 *Contis*] Contus sumitur pro pertica, remo, hasta.

138 *Aquilas*] Vexilla Romanorum.

Picta Draconum colla] Veteres in vexillis gestabant Dracones depictos.

139 *Tumet per nubila serpens*] Serpens depictus tumet, cum explicatur per aërem, et vento permittitur.

140 *Vivitque*] Draco nutriri et conservari flatu videtur, et imitari draconem sibilantem, cum expanditur, et celeri motu, quasi levi flexu ostenditur, et subtrahitur oculis.

142 *Sedes*] Palatium, seu domum Cæsaream.

Cunctos discedere] Magna laus Stilichonis laudari a Theodosio, qui moriens, remotis omnibus arbitris, ipsi magnum quiddam commendaturus est.

143 *Generum*] Stilichonem qui duxerat filiam Honorii senioris, qui frater

Pace probata fides; quid enim per prælia gessi
Te sine? quem merui te non sudante triumphum?
Odrysium pariter Getico fœdavimus Hebrum
Sanguine: Sarmaticas pariter prostravimus alas;
Riphæaque simul fessos porreximus artus
In glacie, stantemque rota sulcavimus Histrum.
Ergo age, (me quoniam cœlestis regia poscit,)
Tu curis succede meis: tu pignora solus
Nostra fove: geminos dextra tu protege fratres.

bello, fidelitas in *pace. Nam quid feci per certamina absque te? Quam retuli palmam te non laborante? Tinximus simul cruore Getarum Hebrum Thracium; simul fudimus cohortes Sarmatarum; et una extendimus membra fatigata in nive Rhiphæa, et curru scidimus Danubium glaciatum. Age igitur, quia Aula cœlestis repetit me, tu succede curis meis, tu unus tutare filios meos, tu defende virtute* tua

et sec.—145 *gessi* Bonon. Ambr. pr. *vixi* Med. sec. m. pr. *gestit* Pat.—146 *non te* Pat. duo Ambr. Voss. pr. Oxon. sec. Jun. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *suadente* Vat. pr. Put. Mazar. Exc. Læti. *sudante* reliqui magno numero, Exc. Lucens. sec. Gevart. Sched. Gud. et ed. Vicet. *tropæum* Put. Reg. Mazar. *trophæum* Vat. tert. duo Med. Rott. Oisel. marg. Isingr. *trophæum* vel *triumphum* Florent.—147 *Odrysium* Bonon. et Tholos. *Othrysium* Lov. Ald. *Othrisium* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Vicet. Parm. *Otrysium* Jun. pr. Oxon. sec. *Otrisium* duo Moret. Var. LL. ed. Antv. *Odrisium* Florent. duo Petav. tres Med. Exc. Lucens. pr. *Getico pariter* Moret. pr. Leid. *Geticis pariter* Vat. quart. Pric. *fudavimus* Med. sec. m. pr. *sudavimus* Vat. tert. Rott. inc. Heins. Junian. *sudavimus* vel *fœdavimus* Florent. *Histrum* pro *Hebrum* Pat. Put.—148 *Sarmaticas* Med. tert. Jun. sec. Exc. Lucens. pr. *Dalmaticas* viginti alii et ed. Vicet. *Dalmatias* Ambr. pr. et ed. Parm. *sudavimus* pro *prostravimus* Rott. Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr. *fœdavimus* vel *prostruximus* Jun. pr.—149 *Riphæaque* Var. LL. ed. Antv. *Riphæamque glaciem* Pat. *fessos* vel *pariter* Vat. quart. *simul pariter* Vat. tert. m. pr. Med. tert. *protexìmus* Mazar. *projecimus* conjiciebat Heinsius. *arcus* Oisel. Med. sec. Jun. pr. *arctus* Oxon. sec.—150 *Hebrum* pro *Histrum* Ambr. pr. *Ergo age* Exc. Lucens. pr. *Sic age* Jun. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *cœlestis patria* Med. sec.—152 *pueris* pro *curis* Pat. Ald. *succurre* Moret. sec.—153 *prorige*

NOTÆ

erat Theodosii, sed quam filiam ipse Theodosius adoptaverat.

146 *Sudante*] Tuis sudoribus bellicis.

147 *Odrysium Hebrum*] Hebrus fluvius dicitur Odrysius, ab Odrysiis populis Thraciæ, in qua deleti a Theodosio Getæ.

148 *Sarmaticas*] Sarmatæ, seu Sauromatæ, populi circa fluvium Tanaim.

149 *Riphæa*] Vel *Rhiphæa*, a Riphæis montibus Scythiæ. Vide l. I. in Ruf. v. 242.

150 *Histrum*] Danubium, maximum Europæ fluvium, stantem glacie.

151 *Regia poscit*] Quoniam morti sum proximus.

152 *Pignora*] Filios meos Arcadium et Honorium, quæ mihi sunt carissima pignora.

Per consanguineos thalamos, noctemque beatam,
Per tædas, quas ipsa tuo Regina levavit
Conjugio, sociaque nurum produxit ab aula,
Indue mente patrem: crescentes dilige fœtus,
Ut ducis, ut soceri. Jam jam securus ad astra,
Te custode, ferar: rupta si mole Typhœus
Vinclis prosiliat, Tityos si membra resolvat,
Si furor Enceladi projecta mugiat Ætna,
Opposito Stilichone cadant. Nec plura locutus,
Sicut erat, liquido signavit tramite nubes,

fratres duos. Per affinitatem matrimonii tui, *et lectum felicem, per faces quas ipsa Imperatrix sustulit* in *nuptiis tuis, et conduxit nurum ex Regia cognata, accipe animum paternum, ama filios surgentes, ut* est *Ductoris et Soceri. Mox, mox, te* relicto *tutore, ibo tutus ad sidera. Si Typhœus fractis obicibus erumpat* ex *catenis; si Tityus expediat corpus; si rabies Enceladi fremat eversa Ætna;* hæc monstra *ruant Stilichone obstante. Neque dicens plura* verba, *qualis erat, notu-*

fratres Oisel.—155 *levabit* Put. Pat. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—156 *virum* duo Vat. duo Med. ed. Parm. *nurum* vel *virum* Oisel. Reg. Oxon. pr. Exc. Læti. *nurum* triginta Codd. Exc. Gevart. et Lucens. pr. item Schotti. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet.—157 *dirige* Ambr. pr. m. pr. Var. LL. e marg. Parm. marg. Isingr. *dilige* vel *dirige* inc. Heins.—158 *et soceri* Moret. sec.—159 *feror* Vat. quint. Oisel.—160 *Vinclis* Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. marg. Isingr. *Undis* tredecim alii. *Undis* vel *Vinclis* Oxon. pr. *Prosiliat vinclis* Med. tert. *Tityos* Med. tert. Exc. Lucens. sec. *Tithios* Leid. sec. *Tityus* quinque Vat. Pal. Farn. Pric. Rott.—161 *provecta* Reg. *prærupta* Moret. sec. *mugiat* duo Vat. *mugiet* Leid. pr. *Enna* Pric.—162 *Stilicone* quatuor Vat. *cadet* Moret. sec. *cadent* decem alii. *cadant* Jun. pr. Petav.

NOTÆ

154 *Noctemque beatam*] Noctem nuptialem ita expetitam.

155 *Tædas*] Faces nuptiales ex alba spina ferri solitas: δαῒς, τὴν δαΐδα; hinc deducunt *tædam*, *facem*, *lampadem:* ut deducunt *hebdomadam* ab accusativo τὴν ἑβδομάδα.

156 *Socia aula*] Cognata, affini, seu in qua sunt cognati et affines.

Nurum produxit] Serenam filiam adoptivam Imperatrix pronuba produxit, ex more matrum veterum, quæ filiabus suis tædas præferebant, easque ad mariti domum deducebant.

158 *Ut ducis, ut soceri*] Ut est proprium ducis et soceri amantis. Stilicho enim erat socer Honorii.

159 *Typhœus*] Gigas Jovis fulmine percussus, et Inarime, Puteolani sinus insula, vel Ætna monte oppressus.

160 *Tityos*] Tityus gigas itidem, Jovis et Elaræ, seu Terræ, filius, ob tentatam Latonæ pudicitiam, aut a Jove fulminatus, aut ab Apolline confixus, et ad inferos detrusus.

161 *Enceladi*] Hic gigas itidem immanis, sub Ætna superimposita gemens.

163 *Sicut erat*] Quasi Theodosius vivus ac corporatus Cœlum ascenderit.

Liquido tramite] Semita, quam illustrabat corpus divino splendore.

Ingrediturque globum Lunæ, limenque relinquit
Arcados, et Veneris clementes advolat auras.
Hinc Phœbi permensus iter, flammamque nocentem
Gradivi, placidumque Jovem, stetit arce suprema,
Algenti qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur cœli, rutilæque patescunt
Sponte fores: Arctoa parat convexa Bootes:

vit aërem semita clara, et intrat orbem Lunæ, ac deserit domicilium Arcadis, et advenit ad mite sidus Veneris. Inde transgressus viam Solis, et ignem damnosum Martis, ac Jovem mitem, consistit in *Cœlo alto, qua* parte *circulus Saturni concretus est* in *regione frigida. Moles Cœli aperitur, et januæ micantes panduntur ultro. Bootes præparat convexitatem Septemtrionalem: Orion armatus*

pr.—164 *limenque* tredecim Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. et Parm. item Ald. *lumenque* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. et Vat. Livin. *lumen* vel *limen* Oxon. sec. *relinquit* plurimi Codd. Exc. Læti, Lucens. sec. et ed. Vicet.—165 *Arcados* Moret. pr. Petav. pr. item Leid. Exc. Lucens. pr. *Arcades* Med. pr. *Arcadis* decem alii. *pervolat* quatuor Vat. Pal. Lov. m. pr. *advolat* Oisel. Med. tert. Florent. Mazar. Reg. Oxon. pr. *auras* tres Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *aures* Lov. m. pr. Ald. et al. edd. *alas* Var. LL. ed. Antv. *alas* vel *auras* vel *aulas* Florent. *clementem auram* Pat.—166 *Hinc permensus iter Phœbi* inc. Heins.—167 *Gradivum* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. m. pr. *placidique* Var. LL. ed. Antv. *supremum* Pal. Med. pr. *superna* vel *suprema* Oxon. sec.—168 *quo* Med. pr. *qua* Jun. pr. Oxon. pr. item Leid. *quo* vel *qua* Oxon. sec. *nitet* duo Vat. Petav. pr. Leid. *rubet* Med. sec. m. pr. *rubet* vel *riget* Oxon. sec. —170 *arcana petat* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *pavet* Med. tert. *devexa* Put.

NOTÆ

164 *Globum Lunæ*] Quia primum Lunæ Cœlum trajiciendum est in Cœlum ituro.

Limen Arcados] Domicilium Arcadis, in Septemtrione. Hic Arcas erat filius Calistus, ac cum eam Ursam factam jaculo petere pararet, una cúm matre in Cœlum raptus est: et illa in Ursam majorem seu Helicen transformata est, hic in minorem, seu Cynosuram: ἑλίκη, 'dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι περὶ τὸν πόλον, *quod volvatur circa Polum:* Cynosura, quia est ad caudam Canis, seu Ursæ, scilicet majoris: κύων, κυνὸς, *canis*, et οὐρὰ, *cauda*.

165 *Veneris*] Alludit forte ad Nummum, in quo infans sculptus erat septem Planetis circumdatus.

166 *Flammamque nocentem Gradivi*] Planetam ardentem Martis; Planetam blandum Jovis.

167 *Arce*] Cœli: arx enim ponitur pro apice aut fastigio.

170 *Arctoa*] Ἄρκτος, *Ursa*, signum Septemtrionale, unde *Arctous* pro Septemtrionali ponitur.

Bootes] Βοώτης, *bubulcus*, a βοῦς, *bos*, et ὠθέῳ, *trudo, pello*. Sed et *Booten* dixerunt Sidus cœleste proximum Ursæ, quam antiqui ἅμαξαν sive *Plaustrum* vocabant, sellasque duas pariles, maxime loco conjunctas, pro bobus ex Hygino, reliquas quinque pro Plaustro habebant. Sed postquam Astrologi Plaustrum stellis auxerunt, sic

Australes reserat portas succinctus Orion:
Invitantque novum sidus, pendentque vicissim,
Quas partes velit ille sequi, quibus esse sodalis
Dignetur stellis, aut qua regione moveri.
O decus ætherium, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite lassum
Excipit, et notis Hispania proluit undis.
Fortunate parens, primos cum detegis ortus,
Aspicis Arcadium: cum te proclivior urges,
Occiduum visus remoratur Honorius ignem.

aperit januas Meridianas; et advocant astrum recens, et dubitant inter se *invicem, quas partes eligat ipse amplecti, quæ sidera cohonestet* sua *societate, vel qua in parte* placeat *manere. O* Theodosi, *honor Cœli, olim ornamentum terrarum: Oceanus patrius recipit te sinu natalitio fessum, et Hispania te irrigat aquis familiaribus. O pater felix, cum primo explicas caput, intueris Arcadium: cum pronior præcipitas* ad Occasum, *Honorius aspectus retardat flammam Occidentem. Et quacumque*

Bonon. Ambr. pr. *penates* pro *Bootes* Exc. Voss.—171 *Australis* Put. Leid. sec. *partes* Moret. pr. *Sicileus* pro *succinceus* Med. tert.—172 *immittantque* marg. Marcil. *pensantque* Pat. *pendetque* Pal. *quæruntque* Med. tert.—173 *ipse* Vat. tert. Rott. Florent. Mazar. Oxon. et Ambr. pr. Reg. m. pr. Leid. sec. Ald. et Exc. Gevart. *illa* vel *ipse* Med. pr. *quis* Vat. quart. *ipse sodalis* Vat. tert. Rott. Florent. Reg. Mazar. *ille* duo Vat. Tholos. Moret. pr. Ambr. sec.—174 *a qua regione* Med. tert. *vel qua* Pat. *moveri* Vat. tert. Pric. Rott. Oisel. *teneri* Jun. pr. *morari* ed. Gesn. Vat. quatuor, Pal. duo Med. vet. Gyr. et Petav. pr. *morari* vel *moveri* Mazar. Oxon. sec.—176 *titiali* Pric. *lapsum* duo Med. Petav. pr. m. sec. Ambr. tert. marg. Isingr.—177 *perluit* Ambr. sec. —178 *Fortunæque parens* Exc. Lubens. sec. *primus* ed. Parm. et Vicet. *primo* Jun. pr. *artus* vel *ortus* duo Vat.—179 *Respicis* Med. tert.—180 *visu* Petav. pr. Leid. *visum* Moret. pr. Vat. quart. *memoratur* Jun. pr. *ignis* Pat. et ed.

NOTÆ

ut non amplius tam Plaustri, quam Ursæ haberet effigiem: tum et pro Plaustro ἄρκτος sive *Ursa* dici cœpit, et βοώτης similiter vocatus ἀρκτοφύλαξ, hoc est, *Ursæ custos*, quod stellas Ursæ regere ac custodire videatur.

171 *Australes*] Meridianas, ab Austro vento, qui flat a Meridie.

Succinctus] Armatus, ad pugnam expeditus; sic enim pingitur Orion. Orion Jovis, Neptuni, et Mercurii filius; vel Scorpionis, cum quo pugnabat, ictu, vel Dianæ telis confixus, ut tentator impudens: at postea inter signa cœlestia relatus.

176 *Te tuus Oceanus*] Oceanus Hispaniæ patriæ tuæ excipiet te cum aliis sideribus fessum tuo cursu. Poëtæ fingunt sidera post diurnum laborem descendere in mare, et ibi se lavare, inde caput exerere.

177 *Notis undis*] Cognitis, familiaribus. Nam Theodosius oriundus erat ex Gallæcia Hispaniæ regione.

179 *Arcadium*] Imperatorem Orientis: vetus liber scribit *Archadium* cum aspiratione, quasi deducatur ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, *ab imperio.*

180 *Honorius*] Imperator Occidentis.

Et quocumque vagos flectas sub cardine cursus,
Natorum per regna venis, qui mente serena,
Maturoque regunt victas moderamine gentes;
Sæcula qui rursus formant meliore metallo.
Luget avarities Stygiis innexa catenis,
Cumque suo demens expellitur ambitus auro.
Non dominantur opes: non corrumpentia sensus
Dona valent. Emitur sola virtute potestas.
Unanimi fratres, quorum mare terraque fatis
Debentur, quodcumque manus evasit avitas,
Quod superest patri. Vobis jam Mulciber arma
Præparat, et Sicula Cyclops incude laborat.

sub regione vertas vias, incedis per imperia filiorum, qui gubernant populos edomitos animo placido, et imperio prudenti; qui faciunt iterum ætatem metallo pretiosiore conspicuam. *Avaritia ligata vinculis infernis flet, et Ambitio insana exulat cum opibus suis: divitiæ non regnant, nil munera depravantia animos prosunt: honores acquiruntur una virtute. O fratres concordes, quorum felicitati terræ et maria destinantur, et id omne quod effugit fortitudinem avorum* vestrorum, *quod restabat* superandum *patri* Theodosio. *Jam Vulcanus fabricatur vobis arma, et Cyclopes*

Vicet. Parm.—181 *vagos* Lov. *vago* Moret. sec. *flectis* Vat. pr. et sec. Pal. Farn. Ambr. sec. Petav. tert. *flectas* reliqui fere omnes, Exc. Gevart. et Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *currus* Vat. pr. Farn. Med. quart. Moret. sec. inc. Heins. *cursus* vel *currus* Reg.—182 *severa* Leid. pr. *serena* vel *severa* Vat. quart.—183 *victas* Thuan. Leid. pr. Moret. sec. Med. quart. *vinctas* Var. LL. e marg. Parm. *cunctas* Vat. pr. Jun. pr. Farn. Exc. Læti. *junctas* quatuor Vat. Pal. Rott. Oisel. *gentes moderamine victas* Pric.—184 *forment* Florent. *formant* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel.—185 *Stygiisque* Lov. *inmissa* vel *innexa* Oxon. sec. *inmersa* vet. Gyr. inc. Heins. Leid. sec Ambr. tert. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. unde Heinsius conjiciebat *inmersa cavernis.*—187 *Nec dominantur* Reg. Rott. Oxon. pr. Med. sec. Ambr. tert. *non corr.* Vat. sec. *nec* plurimi alii et Exc. Lucens. sec.—189 *Unanimis* Bonon. *Unanimes* Oxon. sec. *unanimos* Pric. *factis* Med. quart. Leid. sec. Exc. Gevart. Oxon.—190 *Debetur* duo Vat. Jun. pr. Lov. m. sec. *quicumque* Lov. et ed. Vicet. Parm.—191 *nobis* Oisel. Petav. tert. *Mulcifer* Pric. Mazar. Oxon. pr.—192 *Proparat* Oxon. pr.—193 *Prontes* Med. tert.

NOTÆ

183 *Maturo moderamine*] Imperio justo, tranquillo, prudenti, et maturis ac sapientibus Imperatoribus digno.

184 *Formant*] Renovant, faciunt sæculum aureum.

185 *Stygiis*] Infernis. Styx dicitur ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, *odisse*, quod sit fluvius odii atque horroris. Styx est fons Arcadiæ veneno frigidissimo ac præsentissimo scatens; unde tribuitur Inferis. Alexander hac aqua sublatus dicitur.

191 *Mulciber*] Vulcanus vobis arma fabricatur, ut antiquis Semideis: Mulciber dicitur, quasi *mulcens* tractansque *ferrum*.

192 *Cyclops*] Cyclopes, Neptuni et

Brontes innumeris exasperat ægida signis:
Altum fulminea crispare in casside conum
Festinat Steropes; nectit thoraca Pyracmon;
Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.
Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos: qui summa freti per cœrula possint
Ferre viam, segetemque levi percurrere motu:
Nesciat ut spumas, nec proterat ungula culmos.
Jam video Babylona rapi, Parthumque coactum

sudant in *incude Ætnæa. Brontes insculpit in clypeo signa infinita; Steropes properat concinnare in galea fulminanti apicem sublimem: Pyracmon colligat loricam; et Lipare fumans mugit antris flammiferis. Neptunus alit vobis equos cœruleos in littore Ionio, qui valeant tendere iter per* terga *suprema maris glauci, et pererrare cristas curru celeri;* adeo *ut seges non sentiat spumas; et pedes equorum non proculcent spicas. Jam cerno Babylonem vastari, et Parthos subactos metuere, effugio*

exasperet ed. Parm. et Vicet.—194 *Artum* Pric. *crispans* Med. tert. *cornu* Vat. tert. Rott. Med. pr.—195 *Festinet* Rott. Oisel. Petav. sec. et tert. m. pr. Bonon. Ambr. pr. *Pyragmon* Put. Lov. Leid. sec. Reg. duo Moret. et Petav. duo. edd. Vicet. Parm. Ald. Isingr. et aliæ.—196 *Ignifluus* Var. LL. ed. Antv. *Igniferisque* Reg. Jun. pr. Oxon. pr. Med. sec. *Lupare* Moret. sec. *Lipate* Var. LL. ed. Antv. *furiosa* Med. sec.—197 *in unda* vel *alga* Med. quart.—198 *eos* pro *equos* Vat. tert. *equas* Put. *per nubila* Pric. *possunt* Oxon.—199 *jubam* pro *viam* Moret. sec. Heinsius ascripserat IV. Cons. Hon. 548. *segetesque* Med. sec.—200 *Nesciat os spumas* Med. tert. *spicas* Moret. pr. m. sec. *ne* Vat. pr. Farn. *non* Mazar. *proteret* Vat. pr. Farn. *protegat* Ambr. pr.—201 *Jamque videt* Vat. tert. Rott. Med. sec. Florent. m. pr. marg. Isingr. Heinsius corrigit *Jamque viden'*. sic aliquoties apud Val.

NOTÆ

Amphitrites filii, Vulcani ministri, sic dicuntur ἀπὸ τοῦ κύκλου, *a circulo*, quod dicantur habere tantum unum oculum, velut ingentem circulum aut orbem. Virg. 'Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar.'

Sicula incude] Ætnæa, quæ est in Sicilia.

193 *Brontes, Steropes, Pyracmon*] Tres Vulcani ministri. Brontes dicitur ἀπὸ τῆς Βροντῆς, *a tonitru:* Steropes, ἀπὸ τῆς Στεροπῆς, *a fulgure:* Pyracmon, quasi πῦρ, *ignis*, et ἄκμων, *incus.*

Exasperat] Asperum reddit clypeum, insculptis multis signis.

Ægida] Clypeum: Ægis autem erat Jovis clypeus, contextus ex pelle capræ Amaltheæ: unde dicitur Ægis, ἀπὸ τῆς αἰγὸς, *a capra.*

194 *Crispare conum*] Concinnare, attollere apicem, cristas.

196 *Lipare*] Una ex insulis Æoliis, officina Vulcani.

197 *Neptunus nutrit equos*] Primus equorum creator atque domitor vobis alit equos generosissimos. Cui Neptuno, ex Virgilio, 'prima frementem Fudit equum tellus magno percussa tridente.'

Alga] Est herba marina.

Ionia] Asiæ minoris regio, cœli bonitate et situs commoditate celebrata.

201 *Babylona*] Babylon, (vulgo *Bagdat*, quæ urbs mutato loco sic dicitur;

Non ficta trepidare fuga: jam Bactra teneri
Legibus, et famulis Gangen pallescere ripis,
Gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.
Ite per extremum Tanain, pigrosque Triones:
Ite per ardentem Libyam: superate vapores
Solis, et arcanos Nili deprendite fontes.
Herculeum finem, Bacchi transcurrite metas.
Vestri juris erit, quicquid complectitur axis.

haud simulato: jam cerno *Bactra subjici Imperio* vestro, *et Gangem pallere littoribus famulantibus, ac Persidem victam effundere ornamenta gemmarum. Vadite per Tanaim ultimum, et Septemtrionem frigidum: vadite per Libyam æstuantem: transite calorem Solis, et detegite capita secreta Nili. Transite terminos Herculis,* et *limites Bacchi. Quicquid mundus continet, erit vestræ potestatis. Mare rubrum*

Flacc. ut Lib. v. 548. *capi* Med. tert.—202 *trepida* pro *ficta* Med. tert. *Bracta* Moret. pr.—203 *Gangen* Ambr. sec. *Gangem* Florent. quatuor Med. Pat. Reg. Thuan. Bonon. Put. Tholos. Mazar. Ambr. tert. tres Petav. Exc. Lucens. pr. et ed. Vicet. *flavescere* Med. sec. *flavescere* vel *pallescere* Reg. *nimbis* v. *ripis* Vat. sec.—204 *Gemmatosque iterum* Oxon. sec. *dispergere* Med. tert. *disperdere* Reg. Oisel. Lov. Bonon. Moret. sec. duo Oxon. duo Petav. et Ambr. Var. LL. ed. Ant.—205 *Ire* et *deprendere* Med. sec. *Ire* et *superare* id. Med. sec. *Tanaim* Med. quart.—206 *ardentem Zonam* Vat. pr. Farn. in Med. quart. hic versus deest. *arentem* legit Heinsius, ut *arida Barce.* Lucan. Lib. I. 686, ‘ dubiæ super æquora Syrtis Arentemque feror Libyam.’ *calores* Jun. pr.—207 *dependite* Leid. pr.—208 *Bacchi* Med. quart. Exc. Læti et Lucens. pr. *Bracti* Pat. *Bactri* Florent. m. pr. Mazar. incert. Heins. Leid. pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. et Vicet. *Bactri* vel *Bacchi* Lov. *percurrite* Med.

NOTÆ

est enim ad ripam Tigris fluvii, cum vetus Babylon staret ad ripam Euphratis,) Assyriæ, sive Babyloniæ, sive Chaldææ urbs primaria, admirandis coctili latere muris latissimis a Semiramide conditis cincta: at per Babylonem intelligit Persarum et Parthorum regna esse diripienda ab Arcadio et Honorio.

202 *Non ficta*] Parthus enim fugam simulabat, et fugiendo vincebat.

Bactra] Scythiæ Asiaticæ provincia: est et urbs ejusdem nominis.

203 *Gangen*] Fluvius est aurifer Indiæ: hic designat Indiam.

204 *Gemmatos cultus*] Vestes gemmatas, seu gemmis distinctas.

205 *Tanain*] Tanais fluvius in Paludem Mæotidem se exonerans, extremus Asiæ et Europæ terminus, Dicitur hodie, *Don.*

Triones] Ursam, sidus cœleste, cujus stellas Triones, et Terriones, id est, Boves, rustico vocabulo appellant: pigros autem, quia hæ stellæ cursum suum absolvunt lente: hic significant Septemtrionem.

206 *Libyam*] Ardentem Africæ regionem, arenosam, siticulosam.

207 *Nili fontes*] Olim ignoti erant: hodie scimus duos esse Nili fontes, ultra lacum *Dambea.*

208 *Herculeum finem*] Columnas Herculis, constitutas ad fretum Gaditanum, seu Herculeum.

Bacchi metas] In India, ubi a Bac-

Vobis rubra dabunt pretiosas æquora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

donabit vobis gemmas dites, Indi ebur donabunt, *Panchaia ramos* thuriferos, *Seres vellera.*

sec.—209 *orbis* pro *axis* Ambr. pr.—210 *rura* Var. LL. ed. Antv. *litora* Jun. pr. quod probat Heinsius; *rubra litora* ut in Epigr. de sene Veronensi: 'Benacumque putat litora rubra lacum.' *gemmas* Med. quart. *pompas* Vicet. *vestes* inc. Heins.

NOTÆ

cho lapides crebris intervallis dispositi, et arbores proceræ, truncis hedera contextis.

210 *Dabunt*] Pro vectigalibus.

211 *Indus ebur*] India abundat elephantis, ac proinde ebore.

Panchaia] Regio Arabiæ, in qua arbores thuriferæ.

Seres] Scythiæ Asiaticæ populi, ex Plinio: 'Sylvarum lanificio nobiles, profusam aqua depectentes frondium canitiem.' Alii hoc putant fabulosum, aiuntque Sericum omne nasci ex vermibus, sed qui nutriantur in illis arboribus Serum, ex quibus ideo Serica depectunt.

VIII.

CL. CLAUDIANI

DE QUARTO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

ARGUMENTUM.

IMPERATOREM Honorium rursus Consulem comitantur milites, Duces, Bellona, Mars. Hujus Imperatoris celebratur et origo ab Ulpio Trajano, et a patria Hispania: unde natus Avus ejus bellicosus, Avoque major pater Theodosius, qui barbaros fudit, Remp. restituit, Maximum et Eugenium tyrannos, horumque Duces Andragathium et Arbogasten, aut mactavit, aut ad desperationem mortemque impulit, ipse clemens, misericors, liberalis, carus militibus. Ex hoc nascitur Honorius, cujus patria et mater præferuntur patriæ et matribus Deorum: de hoc fausta præsagia, seu nascatur, seu Consul et Imperator fiat. Comparatur Iulo, Castori, Polluci, Jovi. Theodosius hunc docet non nobilitate, sed virtute confidere; docet notitiam sui habendam, frænandasque cupiditates, ut bene imperet, ut virtutes Imperatorum consequatur, vitia Tyrannorum fugiat: quid faciendum in bello, a quo illum flagrantem arcet; quid faciendum in pace: præclara ipsi Ducum exempla proponit. Mox Honorius æquat patrem, fretus Stilichone tot victoriis illustri, cujus ductu, ut animosus est ad bella, ita et in pace sapiens, justus, moderatus, liberalis, amabilis, venerabilis, industrius, in armis, in equitando. Describitur ejus pompa, incessus, comitatus, vestes, libertas data, Consulatus felicitas, et denique voto clauditur hæc Panegyris.

AUSPICIIS iterum sese regalibus annus

Annus rursum ornat se sub *auspiciis Imperatoriis, ac superbior potitur Regia cogni-*

Hic liber deest in Vaticano Livinei. in Codd. Moreti et Excerptis Gevartii sequitur post superiorem Panegyricum. in Vaticano quarto erat *Incipit Pana-*

NOTÆ

1 *Auspiciis regalibus induit*] Induit et ornat annus suum nomen titulis Imperatoriis; ut enim annus designatur per Consules, ita hic annus

Induit, et nota fruitur jactantior aula.
Limina nec passi circum privata morari
Exultant reduces, Augusto Consule, fasces.
Cernis, ut armorum proceres, legumque potentes
Patricios sumunt habitus, et more Gabino
Discolor incedit legio, positisque parumper
Bellorum signis, sequitur vexilla Quirini?

ta, et fasces recusantes manere circum domos privatorum, lætantur redeuntes, Imperatore Consule. Vides quomodo duces legionum, et præsides legum, induunt vestes Senatorias, et pro *consuetudine Gabina legiones differentes veste progrediuntur,* et *vexillis belli aliquamdiu depositis, comitantur insignia Romuli? Aquilæ gestantur* a

---

giricus de IV. *Consulatu Honorii.* Petav. pr. simpliciter inscribit *Quartus Honorii Consulatus.* in Leid. pr. itidem priori continuus erat, et inscribitur *Liber de quarto Consulatu Honorii.*

1 *regentibus* Vat. pr. Farn.—2 *vota* Ambr. tert. *voto* Med. tert.—3 *Lumina* Med. pr. inc. Heins. *passi* Moret. pr. *passi* vel *passim* Reg. *passim* sedecim alii, Ald. marg. Isingr. et Var. LL. ed. Antv. *morari* duo Ambr. *morari* vel *vagari* Pat. *morati* Vat. sec. Moret. sec. Leid. et Oxon. sec. Exc. Gevart. *morati* vel *morari* Reg. in Jun. pr. hic tertius versus deest.—4 *Exsultent* Lov. Tholos. Vat. sec. Oxon. sec. Med. tert. Leid. sec. Exc. Gevart. *fratres* pro *fasces* Med. sec. m. pr.—5 *regumque* Vicet. *longumque* Jun. pr.—6 *sumant* Vat. pr. Farn. Med. quart. Moret. sec. *amore* Rott. *en more* legit Heinsius.—7 *incedat* Ambr. pr.—8 *Quiritum* Jun. pr.—9 *cedere* Var. LL. ed. Antv. *cre-*

NOTÆ

præferre gloriabatur nomen Imperatoris Consulis. Auspicia autem hic memorantur, quia olim in creandis magistratibus, aves inspiciebantur, seu auspicia captabantur, ut omnia fierent auspicato, sicque Deorum voluntas exploraretur.

2 *Induit*] Quasi veteres Consulum præcedentium exuvias abjecerit: instar serpentis, qui se vere renovat: vel potius *Annus se induit*, id est, in hoc anno Imperator induit se veste Consulari, et est continens pro contento, Metonymicῶs.

Fruitur] Quasi annus id optaverit. *Jactantior* tanto titulo, et Aula tam magnifica.

4 *Reduces fasces*] Hi affigebantur postibus eorum, qui magistratum inirent: hi epulantibus præsto erant, &c. *Reduces*, autem, quasi exules antea fuerint per privatas domos, et nunc ab Honorio pristino honori restituantur.

6 *Patricios*] Senatorios: nam *a Patre, patricius* factus est, ut *a Latere, latericius:* Senatores autem ob ætatem et prudentiam vocabantur patres.

More Gabino] More vetustissimo, cum milites Consulibus parebant: cinctus Gabinus autem, est vestis longa, seu, toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia hominem cingat. Serv. Et inde orta ejusmodi toga arcta, quod cum Gabii in Campania, sacris hac veste operantes, hostes ex improviso supervenientes fuderint, hæc inde ut vestis felix usurpata est.

7 *Discolor*] Non eo colore, non ea veste, qua ante utebatur: nam tum erat togatus miles, qui antea erat sagatus.

8 *Bellorum signis*] Aquilis et Draconibus: his addebatur Honorii effi-

Lictori cedunt Aquilæ, ridetque togatus
Miles, et in mediis effulget Curia castris?
Ipsa Palatino circumvallata Senatu
Jam trabeam Bellona gerit, parmamque removit,
Et galeam, sacras humeris vectura curules.
Nec te laurigeras pudeat, Gradive, secures
Pacata gestare manu, Latiaque micantem
Loricam mutare toga, dum ferreus hæret
Currus, et Eridani ludunt per prata jugales.
Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti,
Ulpia progenies, et, quæ diademata mundo

lictoribus, et miles togatus gaudet, et Senatus micat in castris mediis? Bellona ipsa circumdata Senatu Palatino, gestat nunc trabeam, et rejecit scutum, et cassidem, latura humeris curules sacratas. Neque erubescas, o Mars, ferre dextra pacifica secures laureatas, et commutare thoracem fulgentem toga Romana, dum currus tuus ferreus consistit, et equi tui *lasciviunt per pascua Padi. Gens Ulpiorum non indigna est honorari, neque nove nota* est *Marti;* et non indigna honorari *patria*

---

dunt Wolf. a m. pr. *gaudetque* Jun. pr.—11 *Palestino* Ambr. pr. *tumultu* ed. Vicet.—12 *petit* Ambr. pr. *trahit* al. *pallamque* Put. Pat. m. pr. *palmamque* Ambr. pr. *parmamque* Ambr. sec.—13 *galeata* Rott. *sacris* Vat. sec. Pal. Med. duo, Reg. Moret. sec. Ambr. pr. Oxon. sec. Jun. pro *vectura* Heinsius *ductura* conjicit.—14 *Nec tibi* Exc. Luc. pr. et ed. Vicet. *pigeat* Ambr. sec. ceterum deest hic versus in Rott. Bonon. Tholos. Pat. Jun. pr. Oxon. pr. Lov. duob. Leid. et Ambr. item Var. LL. ed. Antv. sed in pr. Ambr. tribus Vat. item in Pal. et Oisel. margini ascriptus erat.—16 *manu* pro *toga* duo Vat.—17 *Conus* vel *Currus* Oxon. sec. *currunt per prata* Med. quart.—18 *condita* pro *cognita* Med. sec. Pat. m. pr. Put. Petav. tert. *mundo* pro *Marti* Jun. pr.—19 *Vulpia* Lov.—20 *tantæ* Med. quart. Jun. pr. Moret. sec.

NOTÆ

gies, ejus sæculo.

Vexilla Quirini] Insignia togati Senatoriique ordinis instituti a Romulo, qui in Cœlo *Quirinus* dicitur.

9 *Cedunt*] Cedunt arma togæ: lictores nempe cum fascibus Cæsari propiores sunt, quam Aquiliferi; ac proinde cum locum honorificentiorem occupent, Aquilæ cedunt lictori.

Ridet] Depositis minis ac feritate bellica.

11 *Palatino Senatu*] Tota Aula Senatum referente, et Palatium petente.

12 *Trabeam*] Vestem Consularem.

13 *Curules*] Sellam eburneam, in qua sedebat Consul curru vectus.

14 *Gradive*] Mars, qui dicitur Gradivus, quod per gradus eatur in bellum, et ex parva scintilla sæpe magnum oriatur incendium: vel dicitur, ἀπὸ τοῦ κραδεύειν, vel κραδαίνειν, *vibrare*.

Secures laurigeras] Insignia Consulatus secures, quæ in prospero successu laureis cingi solebant.

17 *Eridani*] Seu Padi, qui fluvius Poëtis amatus: hunc per campos Elysios fluere dicunt.

19 *Ulpia progenies*] Poëta ait oriundum esse Theodosium ab Ulpio

Sparsit, Hibera domus: nec tantæ vilior unda
Promeruit gentis seriem: cunabula fovit
Oceanus: terræ dominos pelagique futuros
Immenso decuit rerum de principe nasci.
Hinc processit avus: cui post Arctoa frementi
Classica Massylas annexuit Africa lauros.
Ille, Caledoniis posuit qui castra pruinis,

Hispania, quæ distribuit per *orbem diademata. Neque fluvius abjectior meritus est* incipere *ordinem tantæ familiæ. Oceanus* ipse *complexus est cunas* hujus: *decorum fuit principes futuros terræ et maris, oriri ex infinito patre rerum. Indè Avus egressus est, cui post pugnas Septemtrionis furenti, Africa alligavit palmas Massylas. Ille* est, *qui castra metatus* in *glacie Scotorum, qui passus est sub ga-*

Exc. Gevart. *tantam* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *tandem* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. *aula* Var. LL. ed. Antv. marg. Isingr. *unda* Jun. pr. duo Oxon. duo Leid. et Vicet.—21 *seriem generis* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *seriem gentis* Leid. *gentis seriem* Florent. Med. sec. Jun. pr. Oxon. pr. Petav. sec. post *seriem* τελεία στιγμὴ erat in Moret. pr. *speciem* vel *seriem* Vat. tert.—22 *dominos terræ* Petav. tert.—23 *docuit* Ambr. sec. *regum* Vat. pr. m. sec. *inmenso n. decuit de pr. rerum* Put. Pat.—24 *qui post* Junian. *quo* Vicet.—25 *Maxylas* Var. LL. ed. Antv. *Massilas* Ald. et al. edd. *Maxilias* Vicet. *Massirias* Leid. pr. *Massilicas* Petav. tert. *Massylias* Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem. *Massilias* decem alii. *Massilios* Jun. pr. Med. sec. et Leid. *Massilias laurus* vel *Massilios Mauros* Reg. *advexit* Pal. Jun. pr. *laurus* Exc. Lucens. sec. *Mauros* Vat. tert. Jun. pr. Florent. et Med. sec.—26 *Calidoniis*

NOTÆ

Trajano Hispano, summo Imperatore, cui etiam habitu corporis similem fuisse tradunt.

Diademata] Intellige Principes Romanos, signum pro re signata. Diadema ἀπὸ τοῦ δεῖν, *ligare*, est fascia candida, qua Reges caput præcingebant.

20 *Hibera domus*] Patria Hispania, unde ortus Theodosius: Ibera dicitur ab Ibero fluvio, vulgo *Ebro*.

Nec vilior unda] Non fluvius aliquis vilis originem dedit huic Augustæ Ulpiorum genti, ut multis viris illustribus; at ipse qui alluit Hispaniam, Oceanus, *pater rerum*, ἀθανάτων τε θεῶν, *et Deorum immortalium*, ex Homero et Virgilio.

24 *Hinc processit*] Ex hoc Oceano, seu potius, ex hac Hispania, Oceani aquis irrigata, natus Theodosius pater Theodosii, avus Honorii, Dux fortissimus, domuit Barbaros multis in locis; trans Rhenum; in Britannia; in Africa, unde et dictus, *Saxonicus, Britannicus, Alemannicus, &c.*

Arctoa classica] Id est, pugnas Septemtrionis: signum pro re signata; nam classica seu tubæ sunt signum pugnæ. Ἄρκτος, *Ursa major*, est signum cœleste in Septemtrione, unde Ἀρκτῷος Septemtrionalis.

25 *Massylas lauros*] Victoriam Theodosius senior retulit de Massylis Africæ populis, qui, Numidarum instar, neque frænis, neque ephippiis utuntur. *Annexuit lauros*, id est, adjunxit novas victorias.

26 *Caledoniis*] Caledonia olim sylva erat Britanniæ, in ea parte quæ

Qui medios Libyæ sub casside pertulit æstus,
Terribilis Mauro, debellatorque Britanni
Littoris, ac pariter Boreæ vastator et Austri.
Quid rigor æternus cœli, quid sidera prosunt,
Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuso
Orcades: incaluit Pictorum sanguine Thule:
Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.
Quid calor obsistit forti? per vasta cucurrit

lea ardores violentissimos Libyæ, formidabilis Mauris, domitorque oræ Britannicæ, et populator Septemtrionis simul et Meridiei. Quid frigus perpetuum aëris juvat, quid astra et mare incognitum? Orcades tinctæ sunt strage Saxonum: Thule intepuit cruore Pictorum: Ierne frigida deflevit acervos Scotorum. Quid æstus resistit Duci *generoso?* ille *volavit per deserta Æthiopum, et obsedit Atlantem*

Put. *Calydoniis* Vicet. *ruinis* Vat. pr.—27 *medio* Exc. Læti, Junt. Ald. Gryph. Colin. *medios* reliqui omnes fere, Exc. Lucens. pr. Schotti et Gevart. Var. LL. ed. Antv. item ed. Parm. et Vicet. *Libycæ* Petav. sec.—28 *Terribiles Mauros* Vat. pr.—29 *ac pariter* Pric. *aut* Med. sec. *et* Vat. pr. Pal. Farn. Med. pr. Reg. Jun. pr. et Oxon. *Boreæ pariter* Jun. pr.—30 *calor* Pat. m. sec. *rigor æternus?* Vat. pr. et sec. *rigor æternus cœli?* Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Moret. sec. duo Ambr. *æternus,* Lov. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph. *sidera* Vat. pr. Farn. ed. Parm. *littora* Vat. tert. Rott. *frigora* quatuor Med. inc. Heins. Mazar. Lov. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. Ald. Exc. Gevart. Sched. Gud. *litora* vel *frigora* Florent. *possunt* Put. Bonon. inc. Heins. Jun. pr. duo Leid. Exc. Gevart. *possunt* vel *prosunt* Reg. Oxon. pr. Ambr. sec.—31 *sanguine* Farn. Ambr. sec. Oxon. sec. *Sancone* Ambr. pr. *sanguine* vel *Saxone* Med. sec. Reg. Petav. tert.—32 *Ciclades* Vat. quint. *Arcades* Vat. tert. Rott. Jun. Oxon. et Leid. pr. *Archades* Var. LL. ed. Antv. *Pictonum* Ald. *Pictorus* Pal. *Pictorum* duo Med. Florent. Put. duo Petav. *Tyle* Put. Thuan. duo Petav. *Thyle* Var. LL. ed. Antv. *Thile* duo Vat. Reg. Moret. pr. item Petav.—33 *Scottorum* Med. tert. *tumulos* Pal. Med. pr. Thol. Oxon. pr. Leid. sec. Exc. Gevart. *tumulos* vel *cumulos* Reg. *flexit* Pric. *fremuit* Med. sec. *Hibere* Jun. pr. *Hiberne* omnes Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Lov. Oxon. pr. duo Leid. *Hyberne* ed. Parm. Isingr. Gryph. *Hybernæ* Ald. Colin. *hibernæ* Vicet. *Hiberus* Oxon. sec. *Iverne* Vossian.—34 *Quis* Isingr. *Quid calor* duodecim scripti, Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *obsistit* quatuor Vat. Pal. Pric. Rott. *obstituit* Vat. pr.

NOTÆ

Scotia esse creditur. Theodosius senior Britanniam armis victricibus peragravit.

27 *Libyæ*] Quæ est ardens Africæ regio, sicut et Mauritania, ubi Mauri.

29 *Boreæ et Austri*] Per Boream, Septemtrio, per Austrum, Meridies designatur; in quibus triumphavit Theodosius senior.

30 *Rigor cœli*] Frigus, Cœli inclementia, quæ est in Scotia, et aliis regionibus.

32 *Orcades*] Insulæ in mari Britannico, in quibus Theodosius senior profligavit Saxones, qui in Angliam trajecerant.

Pictorum] Seu *Pehitorum*, strage a Theodosio seniore facta, Thule seu Islandia frigida incaluit.

33 *Ierne*] Seu Hybernia, in qua

Æthiopum, cinxitque novis Atlanta maniplis.
Virgineum Tritona bibit, sparsosque venenis
Gorgoneis vidit thalamos, et vile virentes
Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.
Arx incensa Jubæ: rabies Maurusia ferro
Cessit: et antiqui penetralia diruta Bocchi.
Sed laudes genitor longe transgressus avitas,
Subdidit Oceanum sceptris, et margine cœli

novis catervis: potavit Tritona Virginalem, et aspexit cubilia infecta veneno Gorgoneo, et irrisit arbores Hesperidum, quas fabula locupletat, habentes *viriditatem vilem. Castellum Jubæ combustum* est: *furor Maurusiorum compressus* est *armis, et palatium veteris Bocchi eversum* est. *At pater multum superans facta avi, subjecit Oceanum ditioni* suæ, *et terminavit Imperium finibus Cœli: quantum Gades*

Farn. Heinsius *obstiterit* vel *obsistat* conjicit.—35 *Achata* pro *Atlanta* Var. LL. ed. Antv. *Jovis* pro *novis* Vat. pr. Farn.—36 *Virgineum Tritona* Gronov. in Exc. Schotti ascripserat. vid. Lucan. l. IX. *subit* Leid. *sparsisque* Med. quart.—37 *Gorgoneos* omnes Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *Gorgoneis* inc. Heins. Ambr. sec. et Moret. item Var. LL. e marg. Parm. quod probat Heinsius. *risit* Pal. Med. pr. Heinsius legit *visit*. *ut vile* Med. tert. *jure* pro *vile* Ambr. sec. *rite* Pat. m. sec.—38 *Hesperios* Moret. pr. *Hesperidum* vel *Hesperios* Vat. quart. *ditat* Med. tert. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *dictat* plurimi alii, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ditat* vel *dictat* inc. Heins. *ditat, quos risit* Exc. Voss.—39 *Ars* Vat. tert. Rott. Florent. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. *intacta* Vat. tert. Florent. Oxon. pr. m. pr. *intenta* inc. Heins. *inmensa* Lov. Leid. Oxon. sec. m. pr. *intensa* Var. LL. ed. Antv. *intacta* vel *incensa* Med. sec.—40 *Boschi* Vat. sec. Pal. *Bochi* Leid. sec. *Bocci* Oxon. pr. *Bachi* Jun. pr.—41 *longe genitor laudes* Pric. *genito* Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

devicti sunt Scoti ab eodem.

35 *Æthiopum*] Hi sunt in Africa, et latissimum obtinent Imperium. Dicuntur Æthiopes, quod *αἴθουσιν ὦπες, ardeant, et nigri sint eorum vultus.*

Atlanta] Atlas mons altissimus Mauritaniæ, in Africa.

36 *Virgineum Tritona*] Paludem in qua nata est Minerva innupta, semperque virgo.

Sparsosque venenis] Vidit Dorcadas insulas in mari Æthiopico, ubi reponuntur domicilia Gorgonum, Medusæ, Sthenus, et Euryales, quarum Medusa pro crinibus habebat serpentes veneno omnia inficientes.

37 *Vile virentes*] Non aureos, ut jactant fabulæ, sed vili tantum viriditate insignes.

38 *Hesperidum*] Hæ oriundæ erant ex Hespero, Atlantis fratre: ad oras Africæ habitabant; et secundum poëtas, hortos colebant, pomis aureis pretiosos.

39 *Jubæ*] Regis Mauritaniæ in Africa: sed per Jubam, intelligitur Firmus latro, Gildonis frater.

Maurusia] Id est, rabies Mauritanorum, quos Firmus latro excitabat.

40 *Bocchi*] Qui Mauritaniæ et Gætuliæ Rex fuerat.

41 *Genitor*] Theodosius, pater Honorii.

Clausit opes: quantum distant a Tigride Gades,
Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt.
Hæc tamen innumeris per se quæsita tropæis,
Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus: ultro se purpura supplex
Obtulit, et solus meruit regnare rogatus.
Nam cum barbaries penitus commota gementem
Irrueret Rhodopen, et mixto turbine gentis

remotæ sunt a Tigride: quantum terrarum *Tanais et Nilus inter se continent. Attamen* Theodosius *possedit hæc parta a se victoriis infinitis, non favore gentis, non ambitione. Virtus* ejus *merebatur eligi. Purpura* velut *rogans sponte ambivit* ipsum: *et unus* ille *oratus, meritus est imperare. Etenim cum Barbari longe excitati irrumperent* in *Rhodopen suspirantem, et Ursa derelicta,* quasi *com-*

—42 *regnis* pro *sceptris* Pric. *cœptis* Leid.—43 *distent* Bonon. Ambr. pr. *Tibride* Pal.—44 *quantum Danaus Nilumque* Jun. pr. *relinquant* Bonon. *reliquit* Vat. tert. *relinquit* Vat. pr. Farn. Pric. Rott. Reg. Tholos. Oxon. pr. Med. sec.—45 *Hæc sunt* vet. Gyr. *Hic tantum* Vat. pr. *inmeritis* Jun. pr.—46 *petitus* ed. Vicet. *potitus* Med. tert. Jun. pr. Leid. sec. *potitus* vel *potitur* Lov. Oxon. pr. *potitur* viginti Codd. Exc. Gevart. et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv.—48 *togatus* Vat. tert. Pric. Ambr. pr. m. pr. Moret. sec.—50 *Irruerat*

NOTÆ

43 *Tigride*] Tigris est fluvius Mesopotamiæ.

Gades] Parva insula (hodie, *Cadis* vel *Calis*) ad fretum Gaditanum, seu Herculeum, quam dixere, *cubilia Solis. Quantum*, id est terminavit imperium per tantum spatium, per quantum Gades distant a Tigride.

44 *Tanais*] Vulgo, *Don*, fluvius Asiam ab Europa discriminans.

Nilus] Fluvius Africæ ingens, alluens et fœcundans Ægyptum.

45 *Tropæis*] Victoriis, triumphis: τροπαῖον, dicitur, ἀπὸ τῆς τροπῆς, *a fuga* hostium, quod tropæum excitaretur ex spoliis hostium fugientium.

46 *Potitus*] Theodosius non ambitione, non generis splendore, sed sola virtute Imperium adeptus est, seu potitus. Nam et potior jungitur cum accusativo, apud Plautum et Terentium, quorum hic sic ait, 'Miseriam omnem capio, hic potitur gaudia.' Ille vero, 'fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.'

47 *Digna legi virtus*] Theodosius, patre Theodosio sibi scelere Valentis imperatoris ademto, privatam in Hispania vitam agebat, nec sine metu paternorum inimicorum: unde S. Ambrosius: 'Portavit jugum grave Theodosius a juventute, quando ei insidiabantur, qui patrem ejus triumphatorem occiderant.' At Gratianus Ausonii illustris consiliis, eum evocavit, suis exercitibus præfecit, ut Barbaros contunderet: tandemque ob virtutem Heroicam, et Augustum eum fecit, et imperii consortem, cum oblatum etiam Imperium deprecaretur. Unde Pacatus, 'Orat ecce te Dominus adhuc tuus, (*Gratianus*) et qui posset cogere, mavult impetrare.'

49 *Barbaries*] Ita effusa barbarorum multitudo, ut ipsa Barbaries effusa esse videretur.

50 *Rhodopen*] Montem Thraciæ, in

Jam deserta suas in nos transfunderet Arctos,
Danubii totæ vomerent cum prælia ripæ,
Cum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris,
Flavaque Bistonios operirent agmina campos:
Omnibus afflictis, et vel labentibus ictu,
Vel prope casuris, unus tot funera contra

mixta tempestate, populos suos Septemtrionales *immitteret contra nos, cum omnia littora Istri effunderent certamina, cum Mysia magna obrueretur vehiculis Getarum, et exercitus flavi tegerent agros Thraciæ: cunctis conflictatis, et vel ruentibus calamitate, vel mox fere ruituris, solus* Theodosius *opposuit se adversus tot clades,*

Pat. *gentes* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *gentis* undecim alii, et Exc. Lucens. sec.—51 *deserta* Exc. Lucens. sec. *referta* ed. Vicet. *suos* Pric. Oxon. pr. *suos humnos* Vat. pr. Farn. *transfunderat* Reg. *transfuderat* Jun. pr. *Alpes* Vat. sec. m. pr.—52 *vomerent jam* Moret. sec. *moveant* Florent. Petav. tert. *moveant* Vat. tert. Rott. *gemerent* Pat. *tremerent* Med. sec. m. pr. *moverent* vel *quaterent* Oisel. *tremuerunt* vel *vomerent cum* Oxon. pr.—53 *lugens* conj. Heins. *ingens*, hic vetus lectio erasa erat in Vat. tert. *Misia* Vat. pr. *Mesia* Lov. *Massia* Vat. tert. *Misia* vel *Nursia* Oxon. sec.—54 *campis* Rott. *Bistonicos* Thuan. *operirent* viginti Codd. Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. Sched. Gud. item ed. Vicet. Ald.—55 *afflatis* Jun. pr. *vel jam* Mazar. *et jam* vel *et vel* Oxon. sec. *igni* pro *ictu* Med. tert.—56 *milia* pro *funera* Med. quart. Moret. sec. Exc. Gevart. Leid. duo a m. s. *Constitit* Pric. illa vero, 'Exstinxitque faces agrisque colonos Reddidit,' desiderantur in Jun. pr. et Petav. tert. *Exstinguitque* Put. *Pharos* Vat. tert. *Phares* Med. sec. *Phares* vel *faces* Oxon. pr. *faces* vel

NOTÆ

quo deleti a Theodosio Barbari.

Mixto turbine] Mixta colluvie variarum gentium, quæ velut turbine aliquo quassabat Imperium Romanum.

51 *Arctos*] Regio Septemtrionalis. Nam, Ἄρκτος, *Ursa*, signum cœleste in Septemtrione, hic ponitur pro regionibus Septemtrionis.

Transfunderet] Gentes immitteret, ut procellam aliquam a Septemtrione erumpentem.

52 *Vomerent prælia*] Cum ripæ ita essent plenæ, ut vomere atque effundere viderentur populos ita ad prælium paratos, ut ex Danubio non milites, sed ipsa prælia effundi putares.

53 *Mysia*] Partem Thraciæ et Phrygiæ continebat, et ideo ingens dicitur. Hujus dux erat Theodosius, et in ea rem feliciter gessit. Alii legunt *lugens Mysia*, id est afflicta, ut supra, *gementem Rhodopen*.

Geticis] Getæ populi Scythiæ erant, quos Theodosius superavit. *Geticis plaustris*, quibus scilicet Getæ abundabant.

54 *Flava agmina*] Gothi, Getæ, et alii hostes versus Septemtrionem, dicuntur fuisse flava coma.

Bistonios] Thracios, a *Bistone* Martis filio, unde Thraces dicti sunt *Bistones*, et Thracia *Bistonia*.

55 *Afflictis*] Alii legunt, *afflatis*, quasi ictu fulminis, postquam scilicet Valens Imperator a Gothis cum exercitu deletus est, et ipse in rustici casa, in quam fugerat, vivus combustus.

56 *Funera*] Tot clades, tot funera edita, et edenda.

Restitit, extinxitque faces, agrisque colonos
Reddidit, et leti rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater ille tuus jamjam ruitura subisset
Pondera, turbatamque ratem; certaque levasset
Naufragium commune manu. Velut ordine rupto
Cum procul insanæ traherent Phaëthonta quadrigæ,
Sæviretque dies, terramque et stagna propinqui
Haurirent radii, solito cum murmure torvis
Sol occurrit equis: qui postquam rursus hæriles

et oppressit tædas, et restituit campos agricolis, et liberavit oppida ex gurgite ipsius *mortis. Nulla species Imperii Romani remansisset, nisi ille tuus pater* Theodosius *sustinuisset onus* Imperii *mox casurum, et navim perturbatam; et removisset forti dextera naufragium universum. Quemadmodum, cursu interrupto, cum equi præcipites raperent longe Phaëthontem, et calor fureret, et flammæ proximæ siccarent terram et aquas, Sol pro more increpans, obviam venit equis*

fures cum glossa i. e. *populos* Oisel. *agrisque colonos* plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *agrosque colonos* vel *agrisque colonis* Oxon. pr.—58 *letis* Vat. tert. m. pr. *tecti* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *fascibus* pro *faucibus* Put. Bonon.—60 *peritura* Ambr. pr. Sched. Gud. *subiret* Vat. quint. *subiret* vel *subisset* Moret. pr.—62 *vult ordine* Vat. tert.—63 *Cum procul* Thuan. *ruerent* Jun. pr. *Phetonta* ambo Moret.—64 *Serviretque* Ambr. tert. *terrasque* Reg. Moret. sec. Ald. Exc. Voss. Oxon. *terras* Pric. Tholos. Exc. Gevart. *terras et* Med. quart. Leid. sec. *et terram* Vat. pr. *in stagna* Vat. tert. Rott. Med. sec. *profundi* Exc. Gevart. Leid.—65 *subito* Pat. m. sec. *solitoque in* Med. sec. *torvis* duo Vat. duo Med. Thuan. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. *torvus* tres Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. *torvus* vel *torvis* Oxon. sec.—

NOTÆ

57 *Faces*] Incendio et vastationi paratas.

58 *Leti de faucibus*] Ex ipso interitu, et ruina præsentissima, velut ex faucibus inhiantis belluæ, liberavit Imperium. Cicero: 'Urbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam.'

61 *Turbatamque ratem*] Navim Reipub. fluitantem in alto, tempestatibus bellorum, quæ Barbari, velut Archipiratæ contra Romanos excitabant.

62 *Naufragium*] Nisi Theodosius sua virtute relevasset navim communem, mox naufragam futuram, seu naufragium passuram. Sic *naufragium* ponitur pro navi naufraga, ut apud Ciceronem scelus pro scelerato, Metonymicῶς.

Ordine rupto] Elementorum rerumque omnium cursu abrupto.

63 *Phaëthonta*] Phœbi et Clymenes filium, cui efflagitanti in paterni amoris pignus, Phœbus dederat equos regendos; at equi mali rectoris conscii, eum per devia rapuerunt, et orbem incenderunt. Phaëthon dicitur, *ἀπὸ τοῦ φαέθειν, lucere, ardere.*

64 *Stagna*] Aquas, pars pro toto.

Agnovere sonos; rediit meliore magistro
Machina, concentusque poli, currusque recepit
Imperium, flammæque modum. Sic traditus illi,
Servatusque Oriens: at non pars altera rerum
Tradita, bis possessa manu, bis parta periclis.
Per varium gemini scelus erupere tyranni
Tractibus occiduis: hunc sæva Britannia fudit,
Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul;

sævientibus: qui ubi senserunt iterum vocem domini sui, *moles et harmonia Cæli restituta est, Rectore præstantiore, ac currus subiit præcepta, et ignes* passi sunt *moderationem: ita Oriens commissus* est *illi* Theodosio, *atque defensus; sed pars alia mundi, non commissa* est, *bis occupata* est *dextera, bis acquisita* variis *casibus. Duo Tyranni emerserunt per crimina diversa* ex *regionibus Occidentis; Britannia crudelis peperit hunc* Maximum; *exul Germanus* Arbogastes *elegerat* sibi *illum*

---

68 *contentusque* Mazar. *conceptusque* Med. quart. *contemptusque* duo Vat. Med. pr. et sec. m. pr. *contemtusque* vel *conceptusque* Reg. *polis* malebat Barthius, ex suo codice. *currusque* Pric. Med. quart. et sec. m. sec. vet. Gyr. Thuan. Exc. Lucens. sec. Isingr. et Raph. *cursusque* Oisel. Var. LL. ed. Antv. *rursumque* Pat. *rursusque* omnes Vat. Pal. Farn. Rott. Jun. pr. Leid. sec. duo Oxon.—69 *modus* Jun. pr. *traditus* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *traditur* decem alii. *illis* octo scripti, et Var. LL. ed. Antv. *traditus illi* vel *traditur illis* Oxon. sec. *traditus illis* Wolf. —70 *Servatusque* vet. Gyr. Vat. pr. Farn. Oisel. Bonon. duo Petav. Exc. Lucens. sec. *Servatur mundus* vel *Servatusque Oriens* Oxon. sec. *Servaturque* quatuor Vat. Pal. Pric. *pars ultima* Med. sec. Oxon. pr. a m. pr.—72 in schedis Gud. est scriptum. *ad hunc versum nomina eorum Tyrannorum notaverat. Maxentius et Eugenius.* paulo post: *Arbogastus. irrupere* pr. Med. sec. Vatic. et Pal. —73 *Tractibus* Exc. Lucens. pr. *Thracibus* ed. Vicet. *Partibus* vel *Tractibus* Oxon. sec. *assiduis* Vat. pr.—74 *Hunc sibi* inc. Heins. *famulus* Pal. Med. pr.

NOTÆ

68 *Machina, concentusque poli*] Ordo ille cœlestis et corporum cœlestium, statique et admirabiles eorum cursus in harmonia quadam consistere dicebantur a Pythagora.

Poli] Cœli; polus dicitur, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, *vertere, volvere,* quod Cœlum Polis velut cardinibus volvi fingatur.

69 *Traditus servatusque*] Imperium Orientis et commissum Theodosio est, et statim in pristinam salutem, pacemque restitutum.

70 *Pars altera*] Occidens scilicet, seu Imperium Occidentis.

71 *Bis possessa manu*] Theodosius duobus Tyrannis, Maximo et Eugenio, oppressis, bis possedit Imperium Occidentis, bis sibi sua virtute peperit.

73 *Britannia fudit*] Maximus erat genere Hispanus, domus Theodosianæ verna; dux strenuus, fortis, et laudandus, si non eo superbiæ devenisset, ut se Theodosii affinem diceret, et animo subdolo de tyrannide cogitaret: dicitur ortus ex Britannia, quod inde legiones eduxisset, nam vere fuit Hispanus.

74 *Germanus exul*] Arbogastes Francus, qui Germanus dicitur, quia Franci e Germanis oriundi sunt.

Famulum] Clientem Eugenium ele-

Ausus uterque nefas, domini respersus uterque
Insontis jugulo. Novitas audere priori
Suadebat, cautumque dabant exempla sequentem.
Hic nova moliri præceps: hic quærere tuta
Providus: hic fusis, collectis viribus ille.
Hic vagus, excurrens: hic intra claustra reductus.

servum Eugenium. *Ambo ausi* sunt patrare *scelera; ambo fœdati* sunt *cruore Imperatorum innocentium*, Gratiani et Valentiniani. *Ignobilitas impellebat primum* Maximum *ad audendum; et exempla faciebant alium securum* Eugenium. *Hic* Maximus *temerarius* ad *nova suscipienda: ille* Eugenius *cautus* ad *tuta ca-*

famulum vel *socium* Ambr. pr.—75 *scelus* pro *nefas* Pric. Put. Pat. Exc. Voss. —76 *audire* Pal.—77 *Suadebant* Lov. m. pr. et Vicet. *tutumque* Moret. sec. *tantumque* Voss. a m. pr. et alii. *cautumque* Pric. duo Med. Thuan. Petav. pr. Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. quod probat Heinsius ascripto loco ex III. Cons. Hon. vs. 90. 'cauto nec profuit hosti Munitis hæsisse locis.' et Lectorem remittit ad notas lib. II. de R. Pros. vs. 11. *tutumque* vel *tantumque* Vat. quint. *tutumque* vel *cautumque* Vat. sec. *dabunt* Jun. ex altero codice, Leid. pr. Florent. Bonon. duo Petav. *sequenti* Vat. pr. Pat. *sequentem* triginta Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. et Schotti, Var. LL. ed. Antv. item e marg. Parm. —78 *princeps* Jun. Florent. Oxon. pr. *vita* Var. LL. ed. Antv. Wolf. a m. pr. *tutum* Tholos.—79 *iste* Oxon. sec.—80 *inter* quatuor Vat. Farn. Pric. Oisel.

NOTÆ

gerat Arbogastes, ut sub ejus umbra imperaret. De Eugenio supra.

75 *Ausus uterque nefas*] Eugenius arte et manu Arbogastis Valentinianum Imperatorem apud Viennam in Gallia strangulavit. Quidam dicunt eum tædio vitæ, laqueo periisse. Maximus Andragathii manu usus jugulavit Gratianum Imperatorem, quem deceperat lectica adornata in speciem lecticæ uxoriæ, quasi Flavia Maxima Constantia Augusta eum, Gratianum scilicet conjugem, viseret.

76 *Novitas*] Generis, fortunæ: nam Maximus fuerat verna Theodosianæ domus, et lixa: at multas victorias retulerat, et a militibus creatus fuerat Imperator, etsi invitus, ut simulabat.

77 *Cautum dabant*] Id est, efficiebant. Sic Titus Livius de Horatio: 'alterum, intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem, in tertium certamen dabant.'

Cautum dabant sequentem] Faciebant alium securum, scilicet Eugenium. Alii legunt, *tantumque dabant exempla sequenti*, id est, exemplum Maximi feliciter agentis dabat tantum audaciæ sequenti, seu secundo, scilicet Eugenio.

Exempla] Maximi, cui res feliciter successerat.

78 *Hic nova*] Laudat in Eugenio prudentiam, in Maximo audaciam; quas duas res superasse gloriosum erat Theodosio.

80 *Reductus*] Arbogastes et Eugenius ultro admittendum Theodosium censuere, ut loca commodiora in Alpibus occupantes, ejus exercitum delerent: et forte ita contigisset; nisi favore divino ventis vehementioribus exortis, et tela in Arbogastem retorquentibus, Theodosius vicisset.

Dissimiles; sed morte pares: evadere neutri
Dedecus, aut mixtis licuit procumbere telis.
Amissa specie, raptis insignibus, ambo
In vultus rediere suos, manibusque revinctis
Oblati gladiis submittunt colla paratis:
Et vitam veniamque rogant. Pro damna pudoris!
Qui modo tam densas nutu movere cohortes,
In quos jam dubius sese libraverat orbis,
Non hostes victore cadunt, sed judice sontes.

pessenda; hic copiis laxis; ille munimentis. Dispares ingenio, *sed pares interitu; neutri concessum est effugere ignominiam, aut mori collatis signis. Ambo figura* splendida sibi *erepta, erepta purpura, resumserunt formam pristinam, et manibus ligatis producti subjiciunt cervicem cultris expeditis: ac poscunt vitam atque indulgentiam. O ruinam verecundiæ! qui nuper excitaverunt* ad *arbitrium catervas tam immensas, in quos jam mundus anceps pendebat, non occiduntur* a *victore* ut

intra Vat. sec. Pal. Moret. sec. tres Med. Oxon. sec. Exc. Lucens. sec. vid. Gronov. ad Liv. p. 558. *reductas* Rott. *redactus* conjiciebat Heins.—82 *haut mixtis* Pat. *haud* Moret. sec. *missis* conjiciebat Barth.—83 *Amissa* Var. LL. ed. Antv. *Admissa* Wolf. *Amissam spem raptis* Jun. pr. *raptis* plurimi Codd. Exc. Gevart. et Lucens. pr.—84 *In cultus* conj. Heins.—85 *Oblita* Med. tert. *Oblaque* inc. Heins. *Oblata* legit Heinsius, ultima sc. longa vel propter cæsuram vel geminas consonantes vocis sequentis, nam ascripserat 'sic Statius sæpe.' *peractis* Tholos.—87 *Quomodo* Leid. sec. *Qui mihi* Tholos. *tot densas* Mazar.—88 *In quo* Med. tert. *dubiis* Var. LL. ed. Antv. *tam* Moret. sec.

NOTÆ

81 *Morte pares*] Ambo carnificis manu periere, quanquam alii aliter sentiunt; et Eugenium obtruncatum a militibus aiunt, dum Theodosio supplicat.

82 *Mixtis telis*] In acie, in conflictu militari.

83 *Amissa specie*] Eugenius et Maximus amissa figura quadam splendida, quæ eorum ignobilitatem certa specie tegebat, spoliati purpura, et aliis insignibus imperii, redierunt in vultus suos, hoc est, in formam statumque pristinum, Eugenius rediit in formam Grammatici; Maximus in figuram vernæ, lixæ, armigeri.

85 *Submittunt*] Non ignari, se morte esse dignissimos.

86 *Et vitam veniamque rogant*] De Eugenio nemo dubitat: de Maximo multi: erat enim fortis et audax. Immo sunt, qui eum a militibus occisum dicant; nec in Theodosii venisse potestatem. Alii contra asserunt eum Aquileiæ captum a Theodosio, et cum filio Victore capitali supplicio affectum.

Pro damna pudoris] O ruinam pudoris! o pudorem amissum! vitamne rogare non erubescunt, qui de vita sua statuere poterant, et fortiter se occidere! id enim fortitudinis esse veteres credebant.

88 *Sese libraverat*] Terrarum orbis nesciebat, cujus victoria futura esset, an Theodosii, an aliorum; et sic dubius pendebat cujus potestati sese subjiceret.

Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.
Amborum periere duces. Hic sponte carina
Decidit in fluctus: illum suus abstulit ensis.
Hunc Alpes, hunc pontus habet. Solatia cæsis
Fratribus hæc ultor tribuit. Necis auctor uterque
Labitur: Augustas par victima mitigat umbras.
Has dedit inferias tumulis, juvenumque duorum
Purpureos merito placavit sanguine Manes.
Illi justitiam confirmavere triumphi;

hostes, sed damnantur ab eo *judice*, ut *nocentes:* et *Theodosius condemnat* sua *sententia*, ut *noxios*, *quos aggressus est bello*, ut *tyrannos*. *Ductores utriusque* Maximi et Eugenii *ceciderunt*. *Hic* Andragathius *ultro ex navi præcipitavit* se *in aquas: gladius proprius interfecit illum* Arbogasten. *Alpes possident unum: mare* possidet *alterum*. *Vindex* Theodosius *dedit hanc consolationem fratribus interfectis* Valentiniano et Gratiano: *ambo parricidæ pereunt*. *Hostia similis placat manes Imperatorios*. Vindex *immolavit has inferias sepulchris* eorum, et *sedavit cruore digno umbras Augustas duorum* Principum *juvenum*. *Illæ vic-*

se jam Reg. Oxon. pr. Med. sec. *libraverit* Vat. pr. Leid. pr. Farn. Oxon. *vibraverat* Vat. tert. Rott. Oxon. pr. Florent. m. pr. *vibraverat* vel *libraverat* Med. sec. *hostis* pro *orbis* Pat.—89 *vindice* Ambr. tert.—90 *Damnant* Tholos. Oxon. pr. m. pr. *petiit quos* decem scripti et ed. Vicet. *qui* Raphel. *arte* marg. Isingr.—91 *Amborum* Jun. pr. duo Oxon. duo Leid. *Ambo rei* conj. Scal. et sic edidit Raphel. male. *preces* pro *duces* inc. Heins.—93 deest hic versus in Jun. pr. *habent* Tholos. quod probat Heins.—94 *hic* Vat. pr. *hic* vel *hæc* Reg. *cultor* Florent. *tribuit ultor* Ambr. sec. mox *necis actor* Barth. Cod. duo Vat. Pal. Rott. Med. pr. inc. Heins. *ultor* Med. tert.—95 *Augustas* Leid. sec. *angustas* vel *augustas* Oxon. pr.—96 *cumulis* inc. Heins. *thalamis* Jun. pr. *cumulus* Bonon. *tumulus* Oxon. sec. et pr. a m. pr. Vat. tert. item Petav. *deorum* Vat. pr.—97 *Purpureo meritos* Reg. Med. sec. *Purpureus meritos* Vat. tert. Rott.——98 *victricium* Var. LL. ed. Antv. *victriciam* Wolf. *justitia confirmatrice con-*

NOTÆ

91 *Amborum periere duces*] Andragathius et Arbogastes, qui erant velut duces Maximi et Eugenii, infeliciter perierunt.

Hic] Andragathius accepta clade Maximi, Gratianique a se interemti, ultorem timens, eo desperationis incidit, ut in mare Ionium se præcipitem egerit.

92 *Illum*] Biduo post Eugenii cladem, Arbogastes se ipsum interfecit, in ipsis Alpium claustris.

94 *Fratribus*] Valentiniano et Gratiano, quorum hunc Andragathius, illum Arbogastes sustulerat.

95 *Augustas umbras*] Umbras Imperatorum Valentiniani et Gratiani placat: credebant autem veteres, Manes amicorum posse placari, ad tumulum cæsis ipsorum hostibus.

96 *Juvenum*] Gratianus natus erat annos circiter 25. Valentinianus adhuc adolescens. Hos velut oculos sibi effossos doluit S. Ambrosius.

97 *Purpureos Manes*] Augustos Manes Imperatorum purpura micantium.

98 *Justitiam*] Æquitatem causæ, quam defendebat Theodosius.

Præsentes docuere Deos. Hinc sæcula discant
Indomitum nihil esse pio, tutumve nocenti.
Nuntius ipse sui longas incognitus egit,
Prævento rumore, vias: inopinus utrumque
Perculit, et clausos montes, ut plana, reliquit.
Exstruite immanes scopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vastas opponite sylvas:
Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem
Permixtis sociate jugis, et rupibus Hæmum
Addite Caucasiis, involvite Pelion Ossæ:

toriæ stabiliverunt æquitatem causæ Theodosii: *ostenderunt Deos esse adjutores: inde posteritas cognoscat nihil esse invictum* viro *pio*; nihil *securum sonti*. Theodosius *ipse nuntius sui, peragravit ignotus longum iter, præcurrens famam*; et *improvisus irruit* in *ambos, et transgressus est montes munitos, quasi planitiem* peragraret. *Erigite saxa prodigiosa, erigite arces, circumvallate vos fluminibus, objicite nemora ingentia, cumulate Garganum et Apenninum frigidum, montibus Alpium conjunctis; et adjungite Hæmum saxis Caucasi: commiscete Pelion* cum

jecerat Heinsius, sed postea deleverat. *triumphis* et emend. *dum firmavere* etiam conjecerat Heinsius. *confirmatore triumpho* Conj. Barth. *triumphi* Oxon. sec. *triumphi* omnes Mss. Exc. Gevart. Lucens. pr. et Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. Ald. ed. Parm. et Vicet. *triumpho* Ms. Vicet. et Parisien.—99 *Præsentis* ed. Parm. *hoc sæcula* Vat. pr. Farn.—100 *nil* pro *nihil* Vat. sec. Put. Thuan. Pat.—101 *sui* Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Vicet. Ald. et Raphel. *sibi* marg. Isingr. *suis* Bas.—102 *Prævento* Bonon. Pat. tres Ambr. *Prævectas* Var. LL. ed. Antv. *uterque* Jun. pr.—103 *perculti* vitiose Colin. *Pertulit* Vat. pr. *ut clausos . . . ubi* Vat. pr. *clausit* Reg. *et clausos* vel *obstructos* Exc. Gevart. *relinquit* Vat. tert. Rott. Thuan.—104 *immanis* Oisel. *turris* Bonon.—105 *vastas* Exc. Lucens. pr. *vastasque* Mazar. Ambr. sec. ed. Parm. et Vicet. *componite* Vat. pr. Farn.—106 *Garganon* Med. quart. *nivales* Oisel. *Apenninoque Niphaten* conj. Barth. *Permisto* Exc. Lucens. sec. *Permixtos* Mazar. Lov. Ambr. sec. inc. Heins. *Pernices* Med. tert. duo Ambr. Exc. Schotti et Lucens. pr. et unus Petav. *Permixtos* vel *Pernices* Reg. cum glossa i. e. *celeres*. *Permixtos* vel *Pyrenes* conj. Heins. et Barth. *sociare* Vat. quart. *Permittes sociare* Var. LL. ed. Antv. et Cod. Helmæstad. *pernicem* Schotti Codd. *pernici* Palat.—108 *Abdite* Moret. pr. *Carrasiis* Pat. *advolvite* Mazar.

NOTÆ

99 *Præsentes Deos*] Adjutores, et scelerum ultores.

100 *Indomitum nihil esse pio*] Nihil esse, quod non domet pietas; nullum esse tutum asylum nocentibus.

103 *Clausos montes*] Claustra montium eadem alacritate, ac planitiem superavit.

104 *Scopulos*] Munimenta in rupibus Alpium.

105 *Sylvas*] Scribitur *silva* a *silendo*, et *sylva*, ἀπὸ τῆς ὕλης, *materia*, *sylva*.

106 *Garganum*] Montem Apuliæ in Italia.

Apenninum] Montem, qui mediam secat Italiam.

107 *Hæmum*] Vel *Æmum*, montem Thraciæ.

108 *Caucasiis*] Caucasus est mons Scythiam ab India separans.

Non dabitis murum sceleri: qui vindicet, ibit.
Omnia subsident meliori pervia causæ.
Nec tamen, oblitus civem, cedentibus atrox
Partibus infremuit. Non insultare jacenti
Malebat: mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat: paci non intulit iram:
Post acies odiis idem, qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi: multosque subactos
Prospera laturæ commendavere catenæ.

Ossa; non præbebitis propugnaculum criminibus; Dux aliquis *procedet, qui ulciscatur: cuncta cedentia submittentur causæ justiori. Theodosius tamen haud immemor* se esse *civem, non iratus est crudeliter* in *catervas fugientes: non sustinebat exagitare prostratos: lenis erat* in *precantes, plenus clementia, moderatus* in *suppliciis: non miscuit iracundiam* cum *pace. Post prælia idem* fuit *finis odiis, et telis. Juvit capi* ab *hoc victore, et vincula prosperitatem paritura conciliaverunt* Principi *captivos plurimos.* Theodosius *dator* erat *ingentium divitiarum, dator*

Ambr. sec. et Moret. inc. Heins.—109 *Non d. murum:* ed. Parm. *Nec* Vat. quint. Moret. pr. *vindicet* Vat. pr. Farn. Exc. Lucens. sec. *vendicat* Exc. Gevart. *vindicat* tres Vat. Pric. Rott. Oisel. Heinsius vero hic aliquid deesse suspicatur.—110 *subsidunt* Pat. Tholos. Ambr. pr. Oxon. pr. Leid. a m. pr. et sec. Moret. sec. Exc. Gevart. *meliorum* Var. LL. ed. Antv.—111 *Non tamen* duo Vat. Pal. Farn. Thuan. duo Med. Jun. pr. *cives* Leid. sec.—113 *mixtis precibus* Pal. et Med. pr.—114 *contulit* Med. quart. *iram;* Moret. pr.—115 *post acies.* hic *τελείαν στιγμὴν* habent Med. pr. Lov. ambo Moret. et Gesn. aliter distinguitur ap. Heins. *non terminus* Med. tert. *annis* Jun. pr.—116 *hæc vincente* Rott. Heinsius ascripserat locum Rutil. in Itin. I. 64. 'Profuit invitis te dominante capi.' ut ibi rescripsit, cum vulgo *invictis* legeretur: monuit tamen posse ibidem legi, *Profuit et victis, &c.*—117 *Prospera* Pric. Thuan. Med. tert. ed. Vicet.

NOTÆ

Pelion] Pelion et Ossa sunt montes Thessaliæ in Græcia.

110 *Meliori causæ*] Alludit ad dictum Theodosii, quem dicere aiebant, se non copiis, non armis, non animis militum, sed justitia causæ, favore Dei, et pietate Principum confidere.

111 *Oblitus civem*] Theodosius in civilibus bellis nunquam oblitus est se esse civem; neque insectatus est crudeliter partes cedentes, seu adversas factiones.

113 *Pietatis*] Clementiæ, quæ cum exercetur a pio Principe, dici potest pietas, quæ in Theodosio tanta fuit, ut S. Ambrosium meruerit suarum laudum habere præconem.

115 *Odiis idem, qui terminus armis*] Post arma deposita, nullum odium remansit: victus non oderat victorem; neque victor victis insultabat, id quod faciunt Tyranni.

116 *Profuit capi*] Mutato in meliorem conditionem statu. Id dicitur de Alexandro, a quo Barbari victi gaudebant, siquidem ab eo ad mansuetiorem honestioremque vivendi rationem traducti sunt.

117 *Commendavere catenæ*] Ipsæ catenæ, quæ miseros homines red-

Magnarum largitor opum, largitor honorum:
Pronus, et in melius gaudens convertere fata.
Hinc amor, hinc validum, devoto milite, robur.
Hinc natis mansura fides. Hoc nobilis ortu
Nasceris, æquæva cum majestate creatus,
Nullaque privatæ passus contagia sortis.
Omnibus acceptis, ultro te Regia solum
Protulit: et patrio felix adolescis in ostro;

dignitatum, proclivis lætansque mutare calamitatem hominum, *in feliciorem statum. Inde amor* omnium in illum; *inde vires insuperabiles militum,* se pro illo *devoventium. Inde duratura fidelitas* subditorum in *filios* ejus. *Illustris hoc patre,* o Honori, *oriris, natus cum majestate coæva, et nullam ferens maculam conditionis privatæ. Aula te produxit unum, receptis cunctis* ornamentis, *et fortunatus crescis in purpura parentis, ac corpus* tuum *nunquam violatum veste pro-*

Aspera novem alii, Exc. Læti et Lucens. sec. *Prospera* vel *Aspera* Leid. pr. *catervæ* marg. Isingr.—118 *largitor honorum Pronus,* ita distinguunt Vicet. Barth. Ald. Isingr. Gryph. Colin. et alii.—119 *Pronus* vel *Comis* Oisel. *avidus convertere* Mazar. *facta* Med. quart.—120 *odium* pro *validum* ed. Vicet. *voti tum* Var. LL. ed. Antv.—121 *hinc nobilis* Vat. tert. Jun. pr. *sed nobilis* Var. LL. ed. Antv. *hic* Farn. Pric.—122 *æqua* Pal. *tunc majestate* Moret. sec.—123 *pateris* pro *passus* Jun. pr. *commercia* Ms. Pulm. *sordis* pro *sortis* conjiciebat Heins.—124 *exceptis* duo Vat. Med. quart. Thuan. Moret. sec. Ald. *exceptis* vel *acceptis* Petav. pr. Ambr. pr. item Moret. *acceptis* Exc. Schotti, ad quæ Gronov. citaverat Liban. Basil. p. 103. 'cum omnes acceperit regia, te dedit ipsa.' *se* Var. LL. ed. Antv.—125 *Pertulit* Vat. pr. Farn. Moret. pr. *Prætulit* Vat. sec. Moret. sec. *adolescit.* Put.

NOTÆ

dunt, reddidere captivos commendabiles, seu conciliaverunt Theodosio, et prosperitatem ipsis attulerunt: etenim si eos Theodosius non vicisset, non cognovisset, non affecisset beneficiis; sicque ipsis sua profuit clades et captivitas.

119 *In melius convertere fata*] In meliorem statum, in felicitatem gaudebat Theodosius mutare fortunam miseram hominum: quod certe divinum est, homines afflictos facere felices.

120 *Hinc amor*] Ob liberalitatem Theodosii, aliasque dotes divinas, milites pro illo se devovebant, subditi fidem inviolatam servabant.

122 *Æquæva cum majestate*] Laudat Honorium quod ex patre jam Imperatore natus sit; qui honos non contigit Arcadio: quod libenter dixit Poëta in gratiam Patroni sui Stilichonis, qui infensus erat Arcadianis partibus.

123 *Contagia*] Non passus est Honorius maculam privatæ conditionis; sed natus est e domo Imperatoria, quæ sacra est.

124 *Omnibus acceptis*] Non quæsitis, sed acceptis jure nativitatis, atque hæreditatis.

Solum] Quia Theodosio nondum imperante, Arcadius natus est in domo privata, non in Regia, ut Honorius.

125 *Patrio*] In purpura patris jam Imperatoris.

Membraque, vestitu nunquam temerata profano,
In sacros cecidere sinus. Hispania patrem
Auriferis eduxit aquis : te gaudet alumno
Bosporus. Hesperio de limine surgit origo :
Sed nutrix Aurora tibi. Pro pignore tanto
Certatur : geminus te civem vindicat axis.
Herculis et Bromii sustentat gloria Thebas :
Hæsit Apollineo Delos Latonia partu :

fata, exceptum est cultu sacrato. Hispania extulit parentem tuum e *fluviis auriferis. Bosporus superbit te alumno : ortus* tuus primus *provenit e tractu Occidentali ; sed Oriens nutritor* est *tibi. Certamen est pro tali honore. Uterque Orbis tribuit sibi te civem. Gloria Herculis et Bacchi cohonestat Thebas ; Delos Lato-*

—126 Gronov. ad Exc. Schott. ascripserat locum Liban. Basil. p. 108. *temerata* duo Med. *violata* Jun. Oxon. marg. Isingr. Lovan. a m. s. et alii. *temerante* et emend. *violata* Lov. *sinistro* Jun. pr.—128 *deduxit* Med. tert. *produxit* Mazar. Ambr. pr. *produxit* vel *eduxit* Oxon. pr. Reg. *equis* Var. LL. ed. Antv. *Olympo* Jun. pr.—129 *surgit de limite* Pri.. et Petav. pr. m. sec. *surgit de semine* Exc. Voss. *litore* Moret. pr. *limine* Oisel. *lumine* novem alii. *limite* legit Heins. ex Ms. *crevit* Vat. tert. m. pr. *imago* Put.—131 *Cenatur* Var. LL. ed. Antv. *civem te* Rott. Leid. Oisel. *te civem vindicat* Med. tert. *vendicat* duo Moret. Exc. Gevart. *civem sic* Ald. unde Heinsius legit *civem sibi.*—132 *sustentant* Amb. sec. Jun.—133 *Apollinee* Leid. pr.—134 *raptata*

NOTÆ

126 *Temerata profano*] Vestes privatorum profanæ dicuntur, quia opponuntur vestibus regiis, quæ sacræ appellantur : ac proinde idem est, ac si diceret, Corpus tuum exceptum est in purpura regali, quæ sacra est, non in veste privatorum, quæ est profana.

127 *Cecidere*] Infans statim atque natus erat, terram tangebat, inde sublatus excipiebatur a parentibus, et vestibus involvebatur.

128 *Auriferis eduxit aquis*] Heroum ortus fluminibus ascripti : inde Theodosius Hispanus, dicitur natus e Tago aurifero Hispaniæ fluvio.

129 *Bosporus*] Thracius scilicet, dictus a bovis meabili transitu, ob angustias maris : *βοῦς, bos,* et *πόρος, transitus, meatus.*

Hesperio] Occidentali, ab Hespero stella Occidentis.

130 *Nutrix Aurora*] Quæ pulchra, et ex Homero *ῥοδοδάκτυλος, roseos habens digitos.* Id autem dicitur, quod Honorius educatus sit Constantinopoli, quæ sedes est Imperii Orientis.

131 *Geminus axis*] Oriens et Occidens : axis enim hic usurpatur pro parte mundi.

132 *Herculis et Bromii*] Hercules multi fuere, sed omnium facta tribuuntur Herculi Jovis et Alcmenæ filio, qui natus est Thebis ; sicut et Bacchus, qui dicitur Bromius ἀπὸ τοῦ *βρέμειν, fremere, minari,* nam ebrii fremunt, minantur, bacchantur.

Thebas] Bœoticas scilicet, in Bœotia Græciæ regione. Pacatus : 'Cedat his terris terra Cretensis parvi Jovis gloriata cunabulis, Delosque geminis reptata Numinibus ; et Thebæ alumno Hercule nobiles.'

133 *Hæsit Delos Latonia*] Delos, insula maris Ægæi, olim fluitabat, sed

Cretaque se jactat tenero reptata Tonanti:
Sed melior Delo, Dictæis clarior oris,
Quæ dedit hoc Numen regio. Non littora nostro
Sufficerent angusta Deo: nec inhospita Cynthi
Saxa tuos artus duro læsere cubili.
Acclinis genetrix auro, circumflua gemmis,
In Tyrios enixa toros. Ululata verendis
Aula puerperiis. Quæ tunc documenta futuri?
Quæ voces avium, quanti per inane volatus?

nia constitit nativitate Apollinis; et Creta in qua *Jupiter infans repsit, gloriatur. At terra, quæ peperit* Honorium *divinum præstantior* est *Delo, et nobilior insula Creta. Parva littora non satisfacerent Numini nostro, neque rupes inaccessæ Cynthi offenderunt tuum corpus* in *lecto saxeo. Mater cubans* in veste *aurea circumdata lapillis peperit in cubili purpureo: Regia personuit* ob *felicem partum. Quæ tum signa* fuerunt *venturi? Qui cantus volucrum* erant? *qui volatus per aërem? qui*

Voss. a m. pr. *Tonante* inc. Heins. *Cretæis* Med. quart. Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart.—135 *annis* pro *oris* Med. sec. m. pr. unde *antris* conj. Heins.—137 *augusta* Pal. Leid. sec. Exc. Gevart. *angusta* vel *augusta* Reg. Oxon. pr.—138 *arcus* Florent. Med. sec, *ortus* Vat. quart. *actus* Var. LL. ed. Antv. *læsura* Vat. sec. Pal. *læsere* vel *pressere* Florent. *serere* vel *fudere* vel *fodere* Oisel.—139 *Acclinis* viginti Codd. et Exc. Lucens. sec. *Acclivis* Vat. pr. Pric. Reg. Ambr. pr. m. pr. Leid. sec. Med. quart. Ald. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Acclivi* Pulman. *Acclini* malit Barth.—140 *Tyriis toris* ed. Parm. Vicet. Junt. Col. et Parisienses. *Tyrios toros* Var. LL. e marg. Parm.—141 *futuris* Moret. sec.—142 *quantus* Jun. pr.—143 *Qui* Rott. Tholos. ed. Vicet. *decursus*

NOTÆ

postquam Latona hic peperit Apollinem et Dianam, Apollo eam stare jussit, e Virg. 'Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.'

Delos Latonia] Id est, Latonæ partu consecrata.

134 *Creta*] Insula nobilis e regione Græciæ, in qua parvus Jupiter educatus est. Virgilius: 'Creta Jovis magni,' &c.

135 *Dictæis oris*] Cretæis: Dicte est mons Cretæ, unde Creta dicitur *terra Dictæa.*

137 *Cynthi*] Hic est mons Deli, ad quem Latona palmam amplexa peperit Apollinem.

138 *Læsere*] Ut læsum corpus Apollinis editi prope arbores et saxa.

139 *Circumflua*] Abundans gemmis velut undique affluentibus.

140 *In Tyrios enixa*] Emisit fœtus in vestes Tyrias, hoc est, purpureas, ab urbe Tyro in Phœnicia, ubi purpura nobilis.

Ululata verendis Aula puerperiis] Aula personuit vel faustis acclamationibus, vel votis quæ fiebant pro puerpera, et quibus Lucinam parturientium Deam propitiabant.

142 *Quæ voces avium*] Et voces seu garritus avium, et volatus observati, mira de Honorio promittebant.

Quanti volatus] Nam si volabat major avium multitudo, felicius erat auspicium; et ille vincebat, cui id contigerat: sic Romulus visis duode-

Quis vatum discursus erat? Tibi corniger Hammon,
Et dudum taciti rupere silentia Delphi.
Te Persæ cecinere Magi; te sensit Etruscus
Augur, et inspectis Babylonius horruit astris.
Chaldæi stupuere senes, Cumanaque rursus
Intonuit rupes rabidæ delubra Sibyllæ.

cursus vaticinantium? Ammon cornutus, et Delphorum Oracula *jampridem reticentia abruperunt silentium* pro *te. Sacerdotes Persarum prædixerunt te: Augur Thuscus cognovit te, et Babylonius timuit, sideribus observatis. Senes Chaldæi admirati sunt, atque saxum Cumanum,* quod est, *sacellum Sibyllæ furentis, iterum*

Petav. sec. *erant* Vat. pr.—144 *dudum* Exc. Læti. *dubium* ed. Vicet. *Qui* pro *Et* Vat. quint. *Vel* Vat. pr. *rapuere* Pat. *rupere* vel *rapuere* Florent.—145 *Te propter* Vat. sec. Pal. duo Med. Moret. sec. *Persæ* vel *propter* inc. Heins. *sentit* Florent. *Sensus* Pat.—146 *stupuit Babylonius* Med. quart. et Ald.—147 *Cumæaque* Pal. Vat. quart.—148 *rabidæ* duo Vat. duo Med. Put. Thuan. Mazar. Pat. Petav. pr. tres Ambr. Exc. Lucens. sec. et ed. Vicet. *rapidæ*

NOTÆ

cim vulturibus, vicit fratrem Remum, qui sex tantum viderat.

143 *Vatum discursus*] Vates ultro citroque cursitabant, ut explicarent felices de Honorio prædictiones.

Corniger Hammon] Seu *Ammon:* Jupiter, pictus in speciem Arietis, quod Baccho sitienti in forma Arietis terram pedibus concutientis fontem ostenderit. Hic porro Oracula edebat inter arenas Libyæ in Africa; unde nomen, nam ἄμμος, seu ψάμμος, *arenam* significat. Alii deducunt ab *Ammone* pastore, qui ibi templum exstruxit. Alii a *Chamone*, seu *Chamo*, *Noës* Patriarchæ filio, qui veram religionem depravavit, et in Africa superstitiones invenit.

144 *Delphi*] Urbs ad radicem Parnassi, in qua Apollo edebat oracula; sed post natum Christum tacuit. (Nero tamen, e Suetonio, 'Consulto Delphis Apolline septuagesimum ac tertium annum cavendum sibi audivit.') Unde notabis hæc omnia dici e licentia poëtica.

145 *Magi*] Hi erant Persarum sapientes, quos Græci Philosophos, Latini Sapientes, Galli Druidas, Ægyptii Prophetas seu Sacerdotes vocabant. Jactabant se habere scientiam futurorum: ideoque postea hæc vox ad eos translata est, qui prædicendis rebus futuris se applicuerunt.

Cecinere] Te nasciturum, te fore felicem.

145 *Etruscus Augur*] Huic magis Romani credebant; quod ab Etruria Italiæ regione superstitionum leges cærimoniasque accepissent.

Babylonius] Philosophus Genethliacus, seu qui inspecta nativitatis hora futura prædicit: Babylonius dicitur ab urbe Babylone, quæ caput erat Chaldæorum; unde et Chaldæus etiam appellatur.

147 *Cumanaque*] Cumæ sunt urbs Campaniæ in Italia: ubi Sibylla rabida, Deo, vel potius Dæmone plena furebat edens oracula. Sibylla dicitur quasi, Σιοῦ βουλή, *Dei consilium.*

148 *Delubra*] Antrum, quod ipsi erat velut templum.

Nec te progenitum Cybeleius ære sonoro
Lustravit Corybas. Exercitus undique fulgens
Astitit: ambitur signis augustior infans:
Sentit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis. Vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies: inter cunabula Consul
Proveheris: signas, posito modo nomine, fastos;
Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu

personuit. Neque Corybas Cybeleius te natum circumdedit armis sonantibus: legiones undequaque coruscantes affuerunt. Infans venerabilior cinctus vexillis, cernit cassides cultrices, et respondet tubis vagitu terribili. Lux eadem dedit tibi vitam et honores: Consul procedis inter cunas, et designas fastos nomine imposito tibi *nuper, et* idem fere *annus, qui ediderat te, attribuitur tibi. Parens ipsa vestivit te tenellum trabea Consulari, et monstravit* tibi *obrepere ad curules primas.*

Voss. Jun. Oxon. Leid. Lovan. et alii.—149 *Non te* duo Vat. Farn. Mazar. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Vicet. *ore* duodecim scripti Exc. Gevart. Jun. Oxon. Leid. *ore sereno* Vat. tert. Rott. *ore sereno* vel *ære sonoro* Florent.—151 *ambitus* Oxon. sec. *ambitur* decem alii. *ambitus* et emend. *ambitur* Var. LL. e marg. Parm. *angustior* Vat. quart. Lov.—152 *sentit adorantes* Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *Sensit* novem alii. *odorantes* Var. LL. ed. Antv.—153 *lituus* vet. Gyr. *pueris* Med. tert.—155 *Proveheris* Exc. Lucens. sec. *Perveheris* ed. Vicet. Parm. *signas* duo Vat. Exc. Lucens. sec. *signans* septem alii. *positos* Jun. pr. *primos* duo Moret. *posito tibi* Moret. sec. *positos de nomine* Moret. pr. m. pr. *fastus* Exc. Lucens. sec. quod probavit Heins.—156 *produxerit* Jun. pr.—

NOTÆ

149 *Cybeleius Corybas*] Corybantes, Cybeles magnæ Deorum matris Sacerdotes, non te *lustrarunt*, vel in circulum ambierunt, ut Jovem in Creta insula recens natum, *ære sonoro*, cum cymbalis sonantibus ex ære factis, ne pueri vagitus a Saturno patre liberos masculos devorante audiretur.

150 *Exercitus*] Astitit tibi inter arma nascenti.

152 *Adorantes galeas*] Non galeæ adorant, sed milites galeati, sese adorantium more submittentes.

Redditque ferocem] Edit ferocem tubis clangentibus vagitum, qui jam audacem arguat animam. Id tamen de Honorio non confirmavit eventus.

154 *Inter cunabula Consul*] Honorius tertio ætatis anno Consul factus est.

155 *Posito modo nomine*] Poëtice: nam lustricus dies puellarum octavus, puerorum nonus erat: tumque iis nomina imponebantur. *Signas fastos*, denominas: dictum enim est, *Honorio et Evodio Consulibus:* sicque annus seu fasti designabantur per Honorium. Sic et Poëtice intelligendus versus sequens *donaturque, &c.* Nam Honorius non factus est Consul anno quo natus est, sed, ut diximus, tertio ætatis anno.

156 *Donatur*] Nomini tuo consecratur.

157 *Quirinali*] Trabea seu veste Consulari, qualis fuit Quirini seu Romuli Regis.

Mater, et ad primas docuit reptare curules.
Uberibus sanctis, immortalique Dearum
Crescis adoratus gremio: tibi sæpe Diana
Mænalios arcus venatricesque pharetras
Suspendit, puerile decus: tu sæpe Minervæ
Lusisti clypeo, fulvamque impune pererrans
Ægida, tractasti blandos interritus angues.
Sæpe tuas etiam, jam tum gaudente marito,
Velavit Regina comas, festinaque voti
Præsumtum diadema dedit: tum lenibus ulnis

Tu *honoratus sacris mammis, et æterno sinu Dearum adolescis. Diana frequenter suspendit* ex humeris tuis *arcus Mænalios, et pharetras aptas venationi,* in *honorem pueri: tu frequenter delectatus es scuto Palladis, et percurrens tuto clypeum* ejus *terribilem, tetigisti securus serpentes* ejus *blandientes. Frequenter quoque Imperatrix cinxit tuum caput, jam tum lætante conjuge* Theodosio; *et desiderio promto tribuit* tibi *diadema destinatum prius: tunc extulit* te *brachiis teneris, et admovit* te

157 *Jamque Quirinali* Moret. sec.—158 *decuit* Vat. pr.—159 *sacris* Mazar. *inmortalisque* Exc. Gevart. *Dearum* Vat. quart. Med. tert. Petav. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. *Deorum* septem alii. *Deorum* vel *Dearum* Vat. pr. Farn. *duarum* vel *Dearum* Vat. quint.—160 *Crescit* Vat. tert. Rott. Reg. m. pr. *Cum sis* Med. quart. *odoratus* Exc. Lucens. sec. *adornatus* olim legebat Heins. —163 *Jussisti* Var. LL. ed. Antv. *flavamque* Ambr. sec. inc. Heins.—164 *blandosque* Jun. *non territus* Put. Pat. *perterritus* Vat. tert. Rott. Oisel. Bonon. Florent. m. pr. duo Petav. *anguis* Exc. Lucens. pr.—165 *jam tum* ambo Moret. Exc. Læti et Lucens. pr. *Jam nunc* Med. quart. Bonon. Pat. Leid. pr. et sec. m. sec. Lucens. et ed. Vicet. *Jam tum* vel *Jam nunc* Exc. Gevart. *Jam tunc* reliqui omnes.—167 deest hic versus in Jun. pr. *Præsentum* Vat. pr. Farn.

NOTÆ

158 *Primas curules*] Mater docuit te tum primum repere ad dignitatem, qua qui conspicuus est, vehitur *sella eburnea*, seu *curuli*, quæ in ipsius curru imponitur. Sic *curulis* ponitur pro Consulatu; signum pro re signata.

159 *Uberibus sanctis*] Cura et educatione matris Augustæ, crescis, adoratus in gremio Dianæ et Palladis, quæ tibi blandiuntur. Id dicitur forsan, quod Honorius venatione, armis, et literis delectaretur.

160 *Diana*] Soror Apollinis, filia Latonæ et Jovis, Dea venationis.

161 *Mænalios arcus*] Quibus utitur in Mænalo, monte Arcadiæ in Græcia.

162 *Minervæ*] Quæ et Pallas, filia Jovis, Dea armorum et doctrinarum.

164 *Ægida*] Clypeum sic dictum, ἀπὸ τῆς αἰγὸς, *a capræ pelle,* qua Ægis seu Clypeus Jovis patris tegebatur: hinc Ægis sæpius sumitur pro Deorum clypeis.

Blandos angues] Serpentes Medusæ, quibus horrebat clypeus Palladis, blandiebantur Honorio, non secus ac ipsi Palladi: magnum Deæ in illum amoris argumentum.

166 *Festinaque voti*] Ante præcipiens præveniensque suum de Honorio votum, suum desiderium, quo ipsum Imperatorem esse optabat.

167 *Præsumtum*] Ante legitimam

Sustulit, et magno porrexit ad oscula patri.
Nec dilatus honos. Mutatus Principe Cæsar
Protinus æquaris fratri: nec certius unquam
Hortati Superi: nullis præsentior æther
Affuit ominibus: tenebris involverat atra
Lumen hyems, densosque Notus collegerat imbres.

patri ingenti ad oscula danda. *Neque dignitas tardata* est. Tu *Cæsar factus princeps statim adæquaris fratri* Arcadio. *Neque Dii* quenquam *clarius unquam excitaverunt: Cœlum nullis præsagiis magis favit* cuiquam. *Tempestas nigra obscuraverat lucem caligine, et Auster congregaverat pluvias spissas. At statim atque milites te sustulerunt*

Heinsius ascripserat seqq. *Præsumtum*] de voce *præsumptionis* vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 6. et Salmas. p. 5. Casaub. p. 9. et Salmas. p. 11. idem est *sponsio*. sic *sponsio adoptionis* Lamprid. ut locum recte emendat Salmas. pag. eadem. *tunc lenibus* duo Med. duo Ambr. Moret. pr. *cum* Med. sec. Jun. pr. et. Leid. pr. *lænibus* duo Vat. Pal. Pric. Rott. Oisel. *lenius* Ambr. sec. inc. Heins. *lenibus* Reg. Mazar. Moret. pr. duo Leid. duo Petav. item Med. Exc. Gevart. *lævibus* Gesn.—168 *puerum* Jun. pr. *parvum* Petav. pr. Moret. sec. *parvum* vel *magno* Vat. quart. Oxon. sec. *porrexerat oscula* Exc. Cod. Rhem. *patris* Vat. quint. Moret. sec.—169 *Ne* Vat. tert. Pal. *mutatus* Vat. pr. Pal. Farn. *mutato* Moret. sec. Jun. pr. *miratur* Tholos. *mutatur* Oxon. Lovan. duo Leid. Pulm. Ald. et reliqui fere omnes. *mutatur* vel *mutato* Petav. tert. *mutantur* Var. LL. ed. Antv.—170 *æquaris* omnes Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. *æquari* Med. pr. et Palat. *æquatur* Pal. *nec certius* Ambr. pr. *non* viginti alii et Exc. Lucens. sec. *non ocius* Moret. pr.—171 *Hortari* octo Codd. *Hortantur* Var. LL. ed. Antv. *nullus* Pat. Reg. Jun. pr. Leid. pr. Oxon. —172 *violaverat* inc. Heins. *atris* duo Vat. Pal. Farn. Mazar. *astris* Vat. quint. *astri* Vat. quart. Reg. Pat. Jun. pr. Petav. tert. duo Ambr. *astra* Vat. tert. Rott. Oisel. Bonon. Var. LL. ed. Antv. m. pr. Exc. Gevart. *atra* duo Med. inc. Heins. Leid. pr. Lov. Thuan. vet. Gyr. Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. *atra* vel *astra* Var. LL. e marg. Parm. *atris* vel *astra* Med. sec. *atris* vel *astri* Petav. pr. *atra* vel *astri* Exc. Schott. *astra* et emend. *atra* Leid. sec. *Austri* et emend. *astri* Oxon. sec. *atra*, vel *astri*, vel *atris* Oxon. pr.—173 *densos* pro

NOTÆ

ætatem, sumi atque gestari cœptum est.

Diadema] Fasciam candidam, ἀπὸ τοῦ δεῖν, *ligare;* qua fascia cingebantur Regum capita.

169 *Mutatus Principe Cæsar*] Hoc est, Honorius Cæsar factus est Imperator. *Principes juventutis*, filii Imperatorum primo dicebantur, deinde *Augusti* fiebant, seu Imperatores.

170 *Æquaris fratri*] Honorius factus est Princeps, sicut et Arcadius. Theodosius contra Eugenium iturus, ambos in Oriente reliquit; ut hi superstites remanerent, si qua calamitas ingrueret.

171 *Hortati Superi*] Nunquam Dii præsagiis frequentioribus hortati sunt quicquam facere, quam voluerunt te Principem fieri.

Æther] Ἀπὸ τοῦ αἴθειν, *ardere;* est enim pars superior aëris, subtilis instar ignis: hic sumitur pro Cœlo.

173 *Notus*] Sive Auster, ventus flans a meridie, pluvias creans.

Sed mox, cum solita miles te voce levasset,
Nubila dissolvit Phœbus; pariterque dabantur
Sceptra tibi, mundoque dies. Caligine liber
Bosporus adversam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent: sed tota repulsis
Nubibus exuitur Thrace. Pangæa renident,
Insuetosque palus radios Mæotia vibrat.
Nec Boreas nimbos, aut Sol ardentior egit:
Imperii lux illa fuit. Præsagus obibat
Cuncta nitor: risitque tuo Natura sereno.

cum *plausu consueto, Sol dissipavit nubes: et simul sceptrum tibi, et lux orbi donabantur. Bosporus liberatus tenebris, sinit Chalcedona oppositam videri. Neque solum* tractus *finitimi resplendent: at omnis Thracia, expulsa caligine, expurgatur. Pangæus* mons *refulget, et palus Mæotis emittit splendorem insolitum. Neque Aquilo agitavit nubes; neque Sol calidior* has excitavit. *Ver illud fuit* nascentis *Imperii. Splendor prænuntius* felicitatis *lustrabat omnia, et natura delectata est*

densosque Farn. —174 *cum mox* Ald. *subita* Ambr. pr. *te miles* Med. quart.—175 *deposuit* pro *dissolvit* Med. sec. *Phœbi* Med. quart.—176 *mundique* Vat. pr. Farn. —178 *Nec tamen* Med. quart. *Non tantum* Jun. pr.—179 *Extrahitur* Moret. sec. *terre* pro *Thrace* Vat. tert. *Hylace* Med. tert. *relucent* Vat. quart. Pal. Med. pr. *renident* vel *renitent* Moret. pr. *retundunt* Vat. pr. Farn.—180 *Mæotia* Med. tert. Exc. Lucens. sec. *Mæotica* quatuor Vat. Pal. Farn. *Mæotida* Pric. Rott. Oisel. Reg. Put. Bonon. Tholos. Lov. Florent. m. pr. duo Petav. Moret. sec. duo Oxon. et Leid. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. *Nilotica* vel *Mæotida* Moret. pr.—181 *Nec B. n. aut* Pric. Pal. Farn. Rott. Oisel. et tres Vat. *Non B. n. non* Jun. pr. Leid. sec. Gesn. et ed. Bipont. *Nec—nec* Vat. quart. et quint. *nec sol* Put. Petav. pr. item Ambr. Sched. Gud.—182 *lux ista* Rott. *vix ista* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *adibat* Bonon.—183 *Certa* Var. LL. ed. Antv. *arsitque* Med. quart. Exc. Gevart. *suo* Pat. *tuo* vel *suo* Vat. tert. *tuæ Serenæ* Jun. pr. in duobus Moret. Lov. Excerptis Gevart. et ed. Ald. hic ordo servatur ut

NOTÆ

174 *Levasset*] Cum milites faustis acclamationibus Honorium Imperatorem salutassent, et in solium extulissent. Mos ille antiquus: sic Claudius, 'militibus vicissim succollantibus, in castra delatus est.' Suetonius in Claudio.

177 *Bosporus*] Thracius scilicet, ubi situm erat Byzantium seu Constantinopolis. De Bosporo supra l. I. in Ruf. v. 175.

Chalcedona] Urbem Bithyniæ, e regione Byzantii, quæ ante non videbatur ob tenebras nubesque.

179 *Pangæa*] Pangæus, et in plurali *Pangæa*, mons Thraciæ: quæ Thracia nebulosa est; ac proinde mirum sic subito claram evasisse.

180 *Palus Mæotia*] Seu *Mæotica* supra Pontum Euxinum.

181 *Boreas*] Seu *Aquilo*, ventus flans a Septemtrione, non turbavit serenitatem diei. Alioquin fugat nubes Aquilo. Ovid. 'Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris, Et quæcumque fugant inductas flamina nubes.'

Aut Sol ardentior egit] Sol calidior non excitavit nubes.

183 *Tuo sereno*] Ea serenitate, quæ diei Imperii tui præluxit.

Visa etiam medio, populis mirantibus, audax
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso
Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes.
Emicuitque plagis alieni temporis hospes
Ignis, et agnosci potuit, cum Luna lateret.
Sive parens Augusta fuit, seu forte reluxit
Divi sidus avi, seu te properantibus astris

tranquillitate tua. Astrum quoque ardens conspectum est, in *media luce, gentibus obstupefactis, non dubitabile, nec debile coma hebetata, at* tantum, *quantus Arctophylax censetur nocte: et flamma effulsit hospita* in *regionibus* Cœli, *alteri tempori* destinatis, *ac potuit animadverti cum Luna delitesceret. Seu mater Imperatrix extitit, sive forsan Astrum Avi* tui *Divi refulsit, sive Sol facilis concessit Cœlum*

Imperii lux illa fuit sequenti *Cuncta nitor* præponatur, secus ac in aliis.—184 *Et visa est* Vat. pr. Farn. *mediis* Reg. Med. tert. *cunctis mirantibus* Oxon. sec.—185 *recuso* Oisel. Oxon. pr. Leid. pr. et Ms. *recusso* Exc. Schott. *reciso* Med. sec. a m. pr. *recisso* Pric. Thuan. Exc. Voss. *retento* Vat. pr. Farn. *retruso* Leid. sec. Exc. Gevart. Lugd. et Basil. *refuso* ed. Vicet. *retuso* vet. Germ. Colin. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et alii.—186 *quatitur numeratus* Vat. tert. Med. sec. m. pr. *luce* Vat. quart. et quint. item Jun. pr. *luce* vel *nocte* Petav. pr.—187 *expers* pro *hospes* Med. tert.—188 *luceret* marg. Isingr. contra metum.—189 *potens* Tholos. *Auguste* Med. quart. *sponte reluxit* Vat. pr. Farn. —190 *Divi sidus avi, seu te* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Dives avus* Lov. *Divus avus fausta seu te* Ambr. tert. *Divus avus seu te claris* Pal. Farn. et omnes Vat. Thuan. et Ambr. pr. *claris seu te* Med. quart. Moret. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. *seu te clarus* vel *claris* Pric. *seu te cœlo* Leid. pr. Vat. tert. pro var. Lect. Med. sec. *cœlo seu te* ed. Vicet. *cœlo* vel *claris* Florent. *claris* in Oisel. desideratur, ut et in Reg. Tholos. Petav. sec. et duobus Ambr. *seu te jam tum* Med. tert. *seu te cunctis* Rott. *seu te puero* Put. *seu te natum* vel *seu te jam jam* Oxon. sec. *seu te dominum* Mazar. manu recenti. *Dives avus, charis*

NOTÆ

184 *Audax stella*] Quasi stella ausa sit prodire meridie: sed notandum est hic stellam die visam poni pro fortunato præsagio; etsi alias infelix stellæ diurnæ aspectus esse credatur, quod scilicet id fiat verso naturæ ordine.

185 *Dubitanda nihil*] Tam clare videbatur stella, ut de ea dubitare nemo posset.

Crine] Radii hujus stellæ, capillorum speciem habebant.

186 *Languida*] Moriens: veteres dicebant ignem, instar animalis, spirare et exspirare, languescere et excitari.

Sed quantus] Stella sola tanta erat, quantus est Bootes; hoc est, suo splendore æquabat numerosam stellarum Bootæ multitudinem. De Boote supra diximus in III. Cons. Hon. v. 170.

187 *Hospes ignis*] Flamma, stella: et optime hospes, quæ in eo loco esse non solet hoc tempore.

189 *Augusta*] Sive stella illa fuerit mater tua Placilla seu Flaccilla, sive avus, qui, instar Julii Cæsaris, probabiliter conversi sunt in astra.

190 *Divi*] Julius Cæsar, Augustus, et alii multi deinceps Imperatores, post mortem consecrati sunt, et appellati *Divi*.

Astris] Gentilibus, sive e familia Honorii desumtis, matre scilicet et avo.

Cernere Sol patiens cœlum commune remisit.
Apparet, quid signa ferant. Ventura potestas
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor.
At tua cœlestes illustrant omina flammæ.
Talis ab Idæis primævus Jupiter antris
Possessi stetit arce poli, famulosque recepit,
Natura tradente, Deos. Lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant

commune sideribus Gentilitiis *festinantibus te videre.* Jam *videtur quid signa* illa *portendant. Nota fuit Iulo magnitudo futura, cum vertex* ejus *capillorum illæsus arderet flamma repentina, et candor felix effusus* per *caput Trojani* pueri, *ambiret* ejus *tempora. Sed ignes ætherei illuminant tua præsagia. Similis Jupiter adolescens a cavernis Idæ constitit* in *alto Cœli occupati, et excepit Deos obedientes, Natura dante: genæ Jovis vestiebantur prima barba, et crines concussuri Cœlum*

dominam properantibus astris Cod. Barth. *austris* Exc. Voss.—191 *reliquit* Moret. sec. *reluxit* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—192 *Apparent* Jun. pr. *quod signa ferunt* Barth. ed. prim.—193 *subito* Med. sec. Put. Tholos. Moret. sec.—194 *flagravit* Med. tert. *fluidoque* Vat. pr. Farn. *solutus* Med. sec. m. pr.—196 *Ut tua* Moret. sec. *omina* Vat. sec. et tert. vet. Gyr. Bonon. Tholos. duo Ambr. Lucens. pr. Ald. Junt. Pulmann. et Colin. *omnia* duo Vat. Med. tert. Petav. tert. Voss. et edd.Vicet. Ald. Isingr. et Gryph. *omnia* vel *omina* Mazar. —199 *tribuente* Vat. pr. Farn. *mundum* pro *nondum* inc. Heins.—200 *nec ad*

NOTÆ

191 *Sol remisit*] Inhibita tantisper sua luce, ut locus daretur Astris illis gentilibus, Honorium factum Imperatorem videre gestientibus.

193 *Subita luce*] Subita lux, subitus ignis, felix præsagium esse credebatur. Sic ignis lambens caput Servii Tullii pueri, ipsi causa fuit felicitatis.

194 *Phrygioque volutus vertice candor*] Candor seu lux candida, purior, cœlestior, ambiens caput Phrygium, aut caput Ascanii seu Iuli, pueri Phrygii, Trojani. In *candore* autem alludit ad diadema, quod erat fascia candida, *candor fatalis*, felix, fatoque promissus.

196 *At tua cœlestes*] Ignis purus, candidus, cœlestis, reddit illustriora præsagia tua, seu de futura tua magnitudine.

197 *Talis*] Qualis est Honorius flamma lucidiore atque candidiore illustratus, talis fuit *Jupiter primævus*, in primo ævo, seu prima ætate.

Idæis] Ida, unde Idæus, mons est in insula Creta, ubi Jupiter educatus est.

199 *Natura tradente*] Naturæ auctoritas Numinibus imperat: et quæ porro est ista Natura Deorum vestrorum dominatrix, o pagani, nisi verus Deus, qui *est super omnes Deos?*

Lanugine vernabant] Vernabant, vestiebantur prima barba; ut prata prima vernant herba.

Moturæ convexa comæ. Tum scindere nubes
Discebat, fulmenque rudi torquere lacerto.
Lætior augurio genitor, natisque superbus
Jam paribus, duplici fultus consorte redibat,
Splendebatque pio complexus pignora curru.
Haud aliter summo gemini cum patre Lacones,
Progenies Ledæa, sedent: in utroque relucent
Frater, utroque soror. Simili chlamys effluit auro:
Stellati pariter crines. Juvat ipse Tonantem

non adhuc diffundebantur per cervicem: tunc ediscebat rumpere nimbos, et vibrare fulmen manu inexperta. Pater Theodosius *hilarior* hoc *præsagio, et glorians filiis jam æqualibus, fretus gemino socio* Imperii *revertebatur, ac fulgebat amplectens filios* in *curru, pius* ipse. *Sic Lacones gemelli, Ledæ filii considunt cum patre supremo* Jove. *In ambobus, species fraterna refulget, in ambobus* species *sororia. Chlamys* eorum contexta *auro pari diffunditur: capilli* sunt *similiter aurei: error*

hæc Vat. quart.—201 *Maturæ* Vat. tert. Rott. *Jubæ* Put. Pat. *cum scindere* Ambr. pr. Jun. et Moret. pr. *tunc* Oxon. Leid. et alii.—202 *flumenque* Leid. pr.—203 *auguriis* Med. tert. *augurio* vel *augusto* Petav. tert.—204 *fultus diplici* Mazar. *fastus* Rott. *cum sorte* Vat. pr. Med. tert. Thuan.—205 *suo* Put. Pat.—206 *gemini summo* Vat. tert. Rott. Oisel. Tholos.—207 *sedent: in utroque* Moret. ambo, Ald. et Exc. Gevart. ad Schotti Exc. Gronov. ascripserat locum Martial. lib. IX. Epigr. 103. *neutroque* Exc. Cod. Rhem. *uterque* Med. quart. *sedentem utroque* ed. Pulman. unde Barthius pr. ed. *sedentum. relucet* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *relucent* septem alii.—208 *simili* Med. tert. Reg. Moret. pr. Leid. pr. duo Oxon. Exc. Lucens. sec. *similis* novem alii. *similis* vel *simili* Mazar. in Petav. pr. erat glossa. Stat. 'simili coma fulgurat astro.' *chlamys* Pric. *clamor* Vat. pr. *affluit* Exc. Voss. Pric. Thuan. ed. Vicet.—209 *crinem* legit Heins.—211 *Eurota* Med. pr. *proprio alumno*

NOTÆ

201 *Moturæ convexa comæ*] Ovidius: 'Terribilem capitis concussit terque quaterque Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera movit.'

202 *Discebat*] Dii in pueritia discebant quæ in aliis ætatibus essent facturi.

203 *Lætior augurio*] Theodosius gaudens se vidisse, et stellam, et ignem lambentem, qui innocuus illustrabat caput Honorii.

204 *Paribus*] Honore Imperatoriæ dignitatis.

Fultus] Filii sunt parentum spes, et columen.

205 *Pio curru*] Complectens curru filios, qua in re ostendebat pietatem in liberos: sic dicitur *pius currus*, quia pium Principem continet.

206 *Gemini Lacones*] Castor et Pollux, quorum hic Jovis filius, alter Tyndari, ambo Ledæ, ambo e Laconia Græciæ regione oriundi.

208 *Frater*] In utroque satis cognoscitur eos esse fratres, et similes sorori Helenæ.

Chlamys effluit] Chlamys contexta auro, seu filis aureis, effluit ac diffunditur ventis agitantibus.

209 *Stellati crines*] Flavi, aurei, instar stellarum. Alludit ad fabulam Argonautarum, quibus navigantibus singulæ stellæ in capitibus Castoris et Pollucis effulserunt.

Error, et ambiguæ placet ignorantia matri.
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.
Ut domus excepit reduces, ibi talia tecum
Pro rerum stabili fertur ditione locutus:
Si tibi Parthorum solium Fortuna dedisset,
Care puer, terrisque procul venerandus Eois
Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras;
Sufficeret sublime genus, luxuque fluentem
Deside nobilitas posset te sola tueri.
Altera Romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio: virtute decet, non sanguine niti.

ipse delectat Jovem, et inscitia recreat Matrem dubiam. Eurotas non potest discriminare alumnos suos. Statim atque Aula recepit vos *redeuntes, ibi* Theodosius *narratur dixisse hæc* verba *tecum,* o Honori, *pro Principatu mundi confirmando. Si fatum concessisset tibi imperium Parthorum, o fili dilecte, et tiaras Barbaricus reverendus longe in regionibus Orientis attolleretur* in *capite tuo Arsacio; origo excelsa satis esset* tibi, *atque una* generis *claritas valeret te sustinere* etiam *diffluentem luxu molli. Longe alia sors* est *Moderatorum Imperii Romani: convenit sustentare se virtute, non*

Petav. tert. *populos* Var. LL. ed. Antv. *Eurotasque suos nescit disc.* Moret. pr. *nescit discernere* Pal. Med. pr. *crevit* Rott. *cernit* Codd. Voss. Leid. Oxon. Lovan. et Pulman. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *nescit* vel *cernit* Reg. *dinoscere* Mazar.—212 *accepit* duo Vat. Petav. pr. Lov. Jun. pr. Moret. sec. *secum* Oisel. Med. sec. Mazar. marg. Isingr.—213 *statione* Pric. Exc. Voss. —214 *Natura* Put. Pat. m. pr. Ambr. pr. Moret. sec. Sched. Gud. Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripsit, vid. infr. vs. 380. *Fortuna* vel *Natura* Oxon. sec. in quibusdam Mss. *natura*, sed correctum *fortuna*.—216 *Assyrio* Vat. pr. Farn. Heinsius notaverat locum Prudent. p. 257. ubi ex vet. Cod. Put. legit *Assyrii tiaræ.* vulgo ibi *Assyriæ* edebatur. *cum surgeret* duo Med. Put. Mazar. Var. LL. ed. Antv. *orbe* duo Vat. *ore* vel *orbe* Farn.—217 *fluentes* Pal. Med. pr. *fluente* duo Vat.—218 *possit* Reg. Oxon. pr.—220 *Conditio est* Oxon. sec. sequentes vero versus Vet. Gyrald. et lib. Lucens. sec. hoc ordine exhibent: ' Hanc tamen haud quisquam, qui non agnoverit ante Semet, et incertos animi placaverit æstus, Inveniet: longis illuc ambagibus itur. Major

NOTÆ

Juvat error] Dum alterum pro altero esse censet, sicque errat, fallitur. Virg. ' proles Indiscreta suis, gratusque parentibus error.'

211 *Eurotas*] Fluvius Laconiæ, ad quem educati Castor et Pollux.

214 *Solium*] Imperium Parthorum: signum pro re signata, Metonymicῶs.

216 *Barbarus tiaras*] Qualem habent Barbari: *Tiaras* autem est Regium capitis insigne, quod soli Reges rectum, et velut *consurgens* gestabant, aliis depressum gestantibus. Et tum Parthorum dominatio late per Orientem patebat.

Arsacio consurgeret ore] Consurgeret supra os, in capite scilicet Principis *Arsacii* vel *Arsacidæ*, a primo Rege *Arsace*.

217 *Luxuque fluentem*] More Regum Orientis, qui diffluunt, consumunturque deliciis.

Major et utilior fato conjuncta potenti,
Vile latens virtus. Quid enim submersa tenebris
Proderit obscuro? veluti sine remige puppis;
Vel lyra, quæ reticet; vel, qui non tenditur, arcus.
Hanc tamen haud quisquam, qui non agnoverit ante
Semet, et incertos animi pacaverit æstus,
Inveniet. Longis illuc ambagibus itur.

stemmate. Virtus excelsior et fructuosior juncta magnis fatis; si *delitescat, abjecta est: nam* illa virtus *sepulta obscuritate, quid proficiet ignoto?* erit *sicut navis absque remis: aut* sicut *lyra, quæ silet: aut* sicut *arcus, qui non contenditur. Nemo tamen reperiet hanc* virtutem, *qui non prius cognoverit se ipsum, atque sedaverit perturbationes affectuum fluctuantes. Itur* ad *hanc* virtutem per *anfractus longos.*

et utilior fato conjuncta potenti, Vile latens Virtus. quid enim submersa tenebris Proderit, obscuro veluti sine remige puppis, Vel lyra, quæ reticet, vel qui non tenditur arcus?' et hoc probat Heins.—221 *utilior* Put. Oxon. pr. et sec. m. sec. duo Leid. *ulterior* Petav. tert. *ulterior facto* Var. LL. ed. Antv. *facto* duo Vat. Rott. Vicet. Parm. Ald. Isingr. *fato* viginti duo Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *facto* vel *fato* Florent. *patenti* Oxon. sec. m. pr.—222 *Virtus vile latens* Med. quart. mox *quid si* Med. tert. *submissa* Med. sec. *latebris* Rott. Florent. Med. sec. Moret. sec. *tenebris* Med. quart. —223 *Proderet* Vat. tert. *Proderit.* Moret. pr. *Proderit?* Moret. sec. Exc. Gevart. *Proderit obscuro?* Put. Reg. Thuan. Mazar. Pat. Petav. pr. Ambr. sec. Var. Lect. e marg. Parm. *Proderit? obscuro veluti* Vicet. Ald. Isingr. et al. *Proderit obscuro:* tres, Vat. et Farn. in Vat. sec. autem et Rott. colon desideratur. *obscuris* Ambr. pr. Leid. pr. m. sec. Sched. Gud. Heinsius ascripserat Lucan. Paneg. ad Pison. p. 120. ed. Pithœi. *sine remige* Med. tert. *sub remige* duo Vat. Pal. Farn. Florent. un. Heins.—225 *Haud tamen hanc q.* Med. sec. *haudquaquam* Vat. pr. Farn. *aut quisquam* Var. LL. ed. Anv. *cognoverit* Vat. sec. Pal. Pric. Pat. *agnoverat* Vat. tert. Florent.—226 *incertos* Pat. Reg. Thuan. tres Petav. *ingratos* Moret. sec. *incestos* decem scripti, Sched. Gud. Voss. a m. pr. marg. Isingr. *animum* Med. tert. *placaveris* Vat. quart. m. pr. *placaverit* decem alii. *paccaverit* Put. *pacaverit* Pat. Heinsius annotaverat seqq. *incerti animi æstus*] Valer. Flacc. Lib. v. 302. 'Præcipue Æsonidem varios incerta per æstus Mens rapit.' vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 181.—227 *longisque* Florent. *illic*

NOTÆ

221 *Fato conjuncta potenti*] Virtus Principum, quæ solet nancisci fatum magnum et potens.

222 *Vile latens*] Virtus latens est vile negotium: 'Dulce sopor fessis.' Virgilius.

225 *Agnoverit*] Scientia est oraculo digna, γνῶναι σεαυτὸν, *nosse seipsum*, et quid de se Deus, patria, parentes, amici expectent.

226 *Incertos æstus*] Animi affectus instabiles, et maris instar, hominem fluctuantem efficientes. Et jure quidem Theodosius jubet placari animi motus; ad iram enim erat propensior, et hac inflammatus sævierat atrociter in Thessalonicenses. Vide Lib. II. in Ruf. v. 280.

227 *Longis illuc*] Ad virtutem; longa, ardua, salebrisque et anfractibus plena via est. Sed ad eam consequendam duo requiruntur, nosse seipsum, et placare animi cupiditates.

Disce orbi, quod quisque sibi. Cum conderet artus
Nostros, ætheriis miscens terrena, Prometheus,
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit claustris, indignantemque revinxit.
Et cum non aliter possent mortalia fingi,
Adjunxit geminas. Illæ cum corpore lapsæ

Edisce pro *orbe*, *quod privatus* ediscit pro *se*. *Cum Prometheus effingeret corpora nostra*, *commiscens* res *terrestres cœlestibus*, *rapiens* ex *Cœlo natali animam spiritalem*, eam *coërcuit* hoc *carcere*, *et alligavit repugnantem*: *cumque mortalia non possent aliter formari*, *addit duas* animas, sentientem, et vegetantem. *Illæ*

Pat. Moret. sec. Med. quart.—228 *orbis* omnes Vat. Pal. Farn. Exc. Gevart. *orbi* Med. tert. Tholos. Leid. pr. Ambr. tert. Florent. qui Glossam adjungit *i. e. de orbe*. *orbis* vel *orbi* Pric. *quod quosque* Florent. Mazar. *quodcumque* inc. Heins. *quod quisque* vel *quodcumque* Lov. a m. s. *sibi est* Med. tert. *orbis quodcumque* Ambr. sec. sed in margine alia manu *orbi quod quisque*. in Excerptis Schotti a Gronovio seqq. ascripta erant, *Discordis* Dempster. p. 400. Philostr. de vit. Apollon. L. VIII. c. 3. p. 392. Barth. Advers. XV. 14. Dionys. Long. p. 110. Isocrates ad Nicocl. p. 34. Veget. prolog.—230 *patrio* Raphel. Isingr. Pric. a m. pr. et sec. Moret. sec. et Wolf. Cyprian. de Mortal. c. 13. 'nam quod moriturus audivit, ad hoc audivit, ut diceret. audivit non sibi ille sed nobis.' *dum* Jun. pr. Vat. tert. *crederet* id. Vat. tert. et Wolf. *patri* quatuordecim alii, item Var. LL. ed. Antv.—231 *recepit* Med. pr. m. pr. —232 *frangi* Vat. tert. Rott. Med. sec. m. pr. *fingi* vel *frangi* Pric.—233 *Adjungit* inc. Heins. *gemmas* vel *geminas* Thuan. *cum e corpore* Vat. pr. Farn.—

NOTÆ

228 *Disce orbi, &c.*] O Honori, disce pro orbe regendo, quod privatus quisque discit, ad seipsum regendum, suamque familiam.

229 *Prometheus*] Filius Iapeti, primus hominem e luto finxisse dicitur, et Minervæ, opus ipsius admirantis, ope in Cœlum fuisse sublatus. Hic ferulam seu virgulam rotæ Solis admovit, eaque accensa, ignem detulit in terras, quo luteum suum hominem animavit. Dictus est Prometheus ἀπὸ τῆς προμηθείας, *a providentia* Dei, qui 'formavit hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ:' hoc est, animam rationis participem, spiritalem, quæ velut ignis cœlestis hominem animat. Has fabulas ex sacris historiis detortas esse nemo non videt.

Ætheriis] Miscens lutum rebus cœlestibus, hoc est corpus anima cœlesti.

230 *Sinceram mentem*] Animam sinceram, et puram ab omni corporea fæce: animam rationis participem, spiritalem, immortalem.

231 *Claustris*] Animam velut in carcere corporeo, repugnantem coërcuit, atque vinxit.

232 *Non aliter*] Et cum homo mortalis non posset fingi, ac formari aliter, quam si anima ejus spiritalis, cœlestis, immortalis jungeretur corpori mortali ac terreno, per vinculum aliquod; ideo Prometheus addidit geminas animas, unam sentientem, alteram vegetantem, quæ essent velut nexus et vincula animæ immortalis cum corpore mortali. Sic Virgilius dat 'tres animas' Herilo.

233 *Illæ*] Anima sentiens, et anima vegetans.

Intereunt: hæc sola manet, bustoque superstes
Evolat. Hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, prospecturamque labori.
Illas inferius collo, præceptaque summæ
Passuras dominæ, digna statione locavit.
Quippe opifex veritus confundere sacra profanis,
Distribuit partes animæ, sedesque removit.
Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,

pereuntes cum corpore moriuntur: hæc remanet una, et vivens post *rogum exsilit.* Prometheus *collocavit hanc in celso vertice capitis, imperaturam facienda, et provisuram operibus.* Posuit *illas*, sentientem et vegetantem, *infra cervicem, perlaturas* in *loco apto imperia Reginæ supremæ. Etenim Creator timens miscere sacra* cum *impuris, separavit sedes animæ et mansiones divisit* ab invicem. *Regio* quædam *sub domicilio cordis sanguinem* facientis *fovet iracundiam incensam igne,*

234 *Intereant* Vat. pr. Heinsius sequentia ascripserat: 'Hæc et sequentia omnia ex Timæo Platonis hausit. Cic. Lib. I. Tusc. Quæst. Ejus auctor Plato triplicem fingit animam. vid. ibi seqq. Hanc Platonis sententiam Galenus probat ac passim sequitur, etsi Aristoteli improbatam. vid. Jul. Firmicum contra gentes p. 8. ed. Leid. in 4. Ouzel. p. 74. Wouwer. in Minuc. p. 21. Elmenhorst. p. 37.'—236 *prospecturamque laborum* Lov. *perspectricemque laborum* Petav. pr. *præspecturamque* Moret. sec. *perspecturamque* Reg. *spectatricemque laborum* Vat. quint. *prospectricemque* Moret. pr. Jun. Vat. quart. unus Pet. Ambr. sec. m. sec. *laborum* Moret. pr.—237 *Illis* Thuan.—238 *digne* Reg. —239 *conjungere sancta* Moret. sec. *committere* Pal. Med. pr. *sacra* Vat. sec. *sancta* sèdecim alii.—240 *remisit* Farn. m. pr.—241 *Iram*, vid. Val. Maxim. IX. 3. Horat. Carm. I. 16.—242 *imbustam* Leid. pr.—243 *rabies* Jun. pr. *tumescit*

NOTÆ

234 *Hæc*] Anima rationis particeps sola vivit, sola superstes, corpore in pyra cremato, evolat in Cœlum.

235 *Hanc*] Animam rationis participem collocavit in capite, tanquam in arce, in qua, ut Regina, imperat facienda, providetque rebus omnibus.

236 *Labori*] Quo vita humana constat: quippe vita labor est perpetuus.

237 *Illas*] Sentientem et vegetantem inferius collocavit, ut ex ipso loco inferiore, in quo constitutæ sunt, discant parere animæ, superiori in sede regnanti.

239 *Opifex*] Prometheus, vel potius divina providentia.

Sacra profanis] Metuens confundere animam rationis compotem, quæ est sacra atque 'divinæ particula auræ,' cum profanis, hoc est, cum impuris terrenisque animabus sentiente et vegetante, quæ e materia conflatæ sunt, et quæ secum trahunt perturbationes animi, ut iram, odium; sedes earum omnium separavit, atque distinxit: adeo ut ex illis una pars esset superior; altera inferior.

241 *Pectore cordis*] Sub domicilio cordis, sub intimo corde; ubi sedem iræ Platonici reponunt, simulque fontem sanguinis; quod ultimum astruit Aristoteles, et contra Galenum aliosque medicos multi recentiores.

Præcipitemque sui. Rabie succensa tumescit:
Contrahitur tepefacta metu: cumque omnia secum
Duceret, et requiem membris vesana negaret;
Invenit pulmonis opem, madidumque furenti
Præbuit, ut tumidæ ruerent in mollia fibræ.
At sibi cuncta petens, nil collatura Cupido,
In jecur et tractus imos compulsa recessit.
Quæ, velut immanes reserat dum bellua rictus,

et cupidam nocendi, et se præcipitantem. Ea regio *inflammata furore turget,* adhuc *subcalida, angustatur timore; et cum* ira *raperet cuncta secum, atque insana non daret quietem corpori, reperit auxilium pulmonis, et* illum *objecit humidum ardenti, ut fibræ turgentes subsiderent leniter. Sed cupiditas poscens* pro *se omnia,* et *nihil datura, pulsa secessit in jecur, et regiones infimas. Quæ* cupiditas, *sicut*

vel *tremescit* Vat. quart.—244 *tepefacta* tres Vat. Farn. Pric. Oisel. Exc. Lucens. pr. *stupefacta manu* vel *metu* Lov. *stupefacta* Pal. Med. pr. Ambr. pr. et sec. m. sec. ed. Parm. Vicet. et sic edidit Gesn. *tabefacta* vet. Cod. unde *labefacta* legit Heinsius. ut Lib. I. in Ruf. init. 'rursus labefacta cadebat Religio.' *tremefacta* Pric. *tumefacta* Med. tert. *tepefacta* vel *stupefacta* Vat. pr. *tabefacta* vel *stupefacta* Reg. Oxon. *fecit* pro *secum* Med. quart.—245 *Verteret* Moret. pr. *rabies vesana* Put. *levaret* Thuan.—246 *furenti* viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *fluenti* ed. Vicet. *furoris* Put.—247 *timidæ* pro *tumidæ* Leid. pr.—248 *At sibi cuncta petens.* Heinsius ascripserat locum Val. Max. IX. 4. *certa* Var. LL. ed. Antv. *nec collatura* Reg. *nil collatura* Exc. Læti. *conlatura* Exc. Lucens. pr. *secum latura* Ald. *cum latura* Med. tert. *celatura* ed. Vicet. *præstatura* Pric.—249 *compressa* Exc. Voss.—250 *immanis* Med. tert. Reg. Pat. Oxon. pr. Exc. Lucens. pr. et Var. LL. e marg. Parm. *reserat* Med. sec. *reseret* Jun. Leid. Lovan. Var. LL. e marg. Parm. Ald. et alii. *dum* duo Med. Put. Var. LL. e marg. Parm. et Ald. *dum*

NOTÆ

243 *Præcipitemque sui*] 'Furor iraque mentem Præcipitant,' et ad temere agendum impellunt.

Rabie succensa] Illa regio per iram effervescit atque ebullit, venis toto corpore incensis.

244 *Tepefacta*] Adhuc subcalida, et refrigescens ex illo ardore iracundiæ contrahitur, detumescit. Alii legunt *tremefacta metu,* vel *stupefacta,* nec male.

245 *Duceret*] Cum ira secum omnia raperet, everteret, et suo motu totum corpus, velut torrens, opprimeret atque pessumdaret, pulmonem invenit, cujus humido et salutari flatu, fervorem cordis ardentis atque furentis leniat atque eventilet.

247 *In mollia*] Ut fibræ tumentes subsidant leniter, fiantque molliores.

248 *Cupido*] Cupiditas mater omnium scelerum, sed præsertim avaritiæ et amorum, in regione jecoris, quæ regio inferior est quam sedes cordis, collocata est. Hinc distichum illud: 'Cor sapit, et Pulmo loquitur, Fel concitat iras, Splen ridere facit, cogit amare Jecur.'

249 *Tractus imos*] Quos pudor abscondit, et nominare vetat.

Compulsa] Cupiditas et libido, nisi coërceantur, emicant, et partem superiorem invadunt, impudenterque turbant.

Expleri pascique nequit: nunc verbere curas
Torquet avaritiæ, stimulis nunc flagrat amorum:
Nunc gaudet, nunc mœsta dolet: satiataque rursus
Exoritur, cæsaque redit pollentius Hydra.
Hos igitur potuit si quis sedare tumultus,
Inconcussa dabit puræ sacraria menti:
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,

bestia cum aperit guttur ingens, non potest satiari et nutriri: modo flagello impellit curas avaritiæ, modo lætatur, modo tristis affligitur; et saturata iterum exsurgit: ac renovatur valentius Hydra interfecta. Si aliquis ergo valuit placare hos motus animi, præbebit animæ sinceræ templa stabilia. Tu etiamsi regnes longius, per Indos ultimos; etiamsi *Medi adorent te, et Arabes et Seres: si times, si desideras im-*

vel *cum* Vat. tert. Heinsius conjicit *ceu.*—251 *Compleri* Moret. sec. *nequit* Mazar. Ambr. pr. Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *velit* triginta alii, Var. LL. ed. Antv. et marg. Parm. *velit* vel *nequit* Pric. *nunc verbere* vel *contraria* Lov.—252 *dum flagrat* Exc. Voss. *amoris* Vat. pr. Pat. Moret. item Ambr. pr.—253 *Tunc gaudet* Ambr. sec. *gaudet* etiam habet Petav. tert. m. pr. *mœsta silet* marg. Isingr.—254 *valentius* Med. tert. *paventius* Reg. *pollentior* Moret. sec.—255 *potuit si quis* Vat. pr. et tert. Farn. Pric. Rott. Pal. Oisel. *si quis potuit.* Jun. pr. Petav. pr. Ambr. sec. Med. tert. duo Moret. inc. Heins. *poterit* Vat. duo. Ambr. sec. *fœdare* Var. LL. ed. Antv.—256 *sacraria mentis* Moret. pr.—257 *longe* Moret. sec. *dominare* Vat. tert. Farn. Rott. Oisel. Med. sec. Petav. sec.—258 *adoret* duo Vat. Pat. *adorat* Moret. pr. *adorant* Med. sec. Oxon. pr.—259 *prava* viginti

NOTÆ

251 *Expleri*] Cupiditas enim e sua natura est insatiabilis, ac proinde non potest expleri; immo ne quidem satis unquam pasci. Unde cum bellua non immerito comparatur.

252 *Avaritiæ*] Cupiditas modo avaritia, quasi verbere, torquetur et agitatur ultro citroque: modo amore incenditur, &c.

253 *Satiataque*] Cupiditatem cum putas esse satiatam atque contentam, sicque edomitam, ea tamen iterum exsurgit fortius ac valentius quam Hydra; cui, cum caput abscissum est, duo pullulant. Ea nempe cupiditatum natura est, ut iterum reviviscant, cum extinctas putamus: ideo improbo labore domandæ sunt.

256 *Puræ sacraria menti*] Si quis possit sedare tumultuaria pugnantium inter se cupiditatum bella, anima ab omni motuum perturbatione ac contagione pura atque tranquilla, in ipso præsidebit capite, tanquam quoddam numen in templo stabili et inconcusso; et in hac animæ tranquillitate posita esse videtur beatitatis humanæ ratio.

258 *Medus*] Medi, Arabes, Seres, Indi, sunt Asiæ populi celebres.

Mollis Arabs] Arabes mollitia et luxu diffluere dicuntur.

Seres] Populi sunt in extrema Asia ultra Tartariam, vulgo Sinenses vocant.

Adorent] Reges adorare familiare erat Persis, Seribus, et aliis populis Orientis.

259 *Si metuis*] Si es obnoxius timori, malo desiderio, iræ; eris ser-

Servitii patiere jugum: tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris rex esse tui. Proclivior usus
In pejora datur: suadetque licentia luxum,
Illecebrisque effræna favet. Tum vivere caste
Asperius, cum promta Venus: tum durius iræ
Consulitur, cum pœna patet. Sed comprime motus:
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,

proba, si abriperis iracundia, feres jugum servitutis: feres duras leges interius. Tum imperabis cunctis merito, si valebis esse imperator tui ipsius. *Consuetudo pronior ruit in* mala *majora, et libertas persuadet luxuriem, atque effrænata indulget voluptatibus. Tum difficilius* est *vivere pudice, cum facilis* est *voluptas: tunc impeditur iracundia operosius, cum facilis* est *vindicta. At cohibe affectus* pravos, *et cogites, non quid permittatur tibi, sed quid decorum erit agere: et contemplatio hones-*

quatuor Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. et Sched. Gud. *parva* Med. quart. Bonon. et ed. Vicet. *capis* Jun. pr. *velis* Pric.—260 *Si vitii* Med. quart. *patiare* Vat. tert. Pat. Jun. pr. Leid. pr. m. pr. *tolerabit* Var. LL. ed. Antv.—261 *Interius* Exc. Læti et Lucens. pr. *Ulterius* ed. Vicet. *Interius* vel *Imperii* Lov. mox *jura* pro *jure* Jun. pr. *timebis* Tholos.—263 *luxus* Vat. quint.—264 *Illecebris effrena* Florent. Med. sec. Lov. et Ald. *patet* Moret. sec. *tunc vivere* Vat. quart. et quint. *quam vivere* Vat. pr. *tum vivere* tredecim alii, Exc. Gevart. et Lucens. sec. *juste* Med. quart. Put.—265 *tum promta* Pal. Med. pr. *promta manus* Exc. Voss. *tunc durius* Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Moret. sec. Exc. Gevart.—266 *Consultum* Reg. a m. sec. Tholos. *Consultus* Petav. sec. *Consulimus* Vat. pr. Farn. Oisel. Leid. pr. *Consulimur* Vat. tert. Pric. Exc. Voss. *Consulitur* decem alii, Exc. Lucens. sec. item Var. LL. e marg. Parm. *Consuluimus* Vicet. Parm. *dum pœna* Put. *petet* pro *patet* Pal. Med. pr. *pœna pati* Jun. pr. *plena patet* legebat Heins. *supprime* Pric. *comprime* Exc. Voss.—267 *Ne tibi* Vat. pr. Med. sec. Bonon.

NOTÆ

vus cupiditatum tuarum, et servitutis jugo, bovis instar, opprimeris. Ceterum hos versus multi viri docti aureis literis censent inscribendos in institutione Principum.

Si duceris ira] Jure Theodosius ait vitandam esse iram, qua ipse inflammatus ita sævierat in Thessalonicenses. Vide in Ruf. II. 280. Seneca de ira: 'Si effectus ejus damnaque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes ac venena, et reorum mutuas sordes, et urbium clades, et totarum exitia gentium,' &c.

261 *Interius*] In te ipso patieris duras leges, et senties 'legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ.' S. Paulus.

262 *Proclivior usus*] Habitus seu consuetudo præceps ruit in pejora magis ac magis. S. Augustinus: 'E voluntate perversa facta est libido, et dum servitur libidini, facta est consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.'

263 *Licentia*] Licentia et impunitas, pessima sunt vitiorum incentiva. Cicero: 'Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi.'

266 *Pœna patet*] Difficilius prospicitur iræ retinendæ, cum ostenditur facilis vindicta, et occasio pœnæ sumendæ.

Occurrat: mentemque domet respectus honesti.
Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Ut te totius medio telluris in ore
Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam; nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis: nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, et abstrusos explorat fama recessus.
Sis pius inprimis: nam cum vincamur in omni

tatis superet animum tuum. *Insuper hoc admonebo te verbis frequentibus, ut scias te vivere in ipso conspectu totius Orbis,* et *tuas actiones esse coram omnibus populis, neque ullum arcanum* locum *posse quæri peccatis Regum. Etenim splendor celsissimus fati* regalis *nihil permittit manere absconditum, et penetrat per cuncta latibula; et fama perscrutatur angulos occultiores. Esto pius* et clemens *ante omnia: etenim*

Lov. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *quod liceat* Rott.—268 *Occurret* Lov. dein *domat* Reg. Jun. pr. item Oxon.—269 *Hæc* Med. quart. Mazar. *manebo* Thuan. *docebo* Ambr. pr. m. pr.—270 *Ut tu te totiens* Vat. quart. m. pr. *ore* Oxon. pr. Ambr. sec. Reg. m. pr. inc. Heins. Petav. sec. Exc. Lucens. sec. *orbe* decem al. et ita edidit Gesn. *ore* vel *orbe* Leid. pr.—272 *Fata* Oxon. pr. Med. tert. *usquam* Med. tert. *unquam* Jun. Var. LL. ed. Antv. et al.—273 *lux altissima fati* Gronov. in Exc. Schotti ascripserat locum Dion. Lib. LII. p. 559.—274 *nil* quatuordecim Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Lovan. Leid. edd. Vicet. Ald. Colin.—275 *abstrusos* Med. tert. Livin. Exc. Lucens. sec. *obtrusos* Vat. tert. Farn. Oxon. pr. *obstructos* Jun. pr. *obstrusos* Oxon. edd. Vicet. Parm. Ald. Isingr. Colin. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *obstrusos* vel *obstructos* Oxon. sec. *obscuros* marg. Isingr. ex cod. Barth. *implorat* decem Codd. et Exc. Schotti cum Glossa S. *explorat. explorat* decem alii et Exc. Lucens. sec.—276 *Sis* Leid. et edd. Vicet. Ald. Isingr. Colin. Gryph.

NOTÆ

267 *Quid liceat*] Plinius: 'Leges Principi nemo scripsit: non tamen ei licet, quod libet, ac minimum decet licere, cui nimium licet.' Alexander in Plutarcho: πάντων οἰόμενος δεῖν περιεῖναι, τοῦ δικαίου δὲ ἡττᾶσθαι: *Putans omnia sibi circumoccupari quidem, sed justitiæ submitti se oportere.*

268 *Respectus honesti*] Contemplatio et reverentia honestatis.

Honesti] 'Et incoctum generoso pectus honesto.' Persius.

269 *Crebro sermone*] Repetita sæpius admonitione inculcabo, ne id ex animo excidat. O digna magno Principe monita!

272 *Facta palam*] Facta Regum sunt in oculis omnium gentium. Etsi e Seneca: 'Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat;' quo sensu esse illi debent, qui factorum suorum πολλοὺς μάρτυρας ἔχουσι, *multos habent testes.* Pindarus.

273 *Secretum*] Euripides (Iph. T. 670.) τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα Ἴσασι πάντες: *Regum vitia omnes cognoscunt.*

Lux] Altissimus splendor eorum fati, hoc est, majestatis, quæ ipsis fato contigit.

275 *Abstrusos explorat fama recessus*] Et quid fugere queat monstrum illud, cui quot plumæ, tot oculi, tot linguæ, tot ora, tot aures?

Munere, sola Deos æquat clementia nobis.
Neu dubie suspectus agas: neu falsus amicis,
Rumorumve avidus. Qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus, nulla non anxius hora.
Non sic excubiæ, non circumstantia pila,
Quam tutatur amor: non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.
Nonne vides, operum quo se pulcherrimus ille

cum superemur a Diis *in omni virtute, una clementia nos assimilat Diis. Neve quid facias* animo *dubio et suspicaci: neve* sis *simulator amicitiæ, aut cupidus rumusculorum. Qui sequitur ista, timebit vana murmura, inquietus momentis omnibus. Non ita custodiæ, non* ita *arma cingentia defendunt* Principem, *quam amor* subditorum. *Non coges* alios ad *amorem* tui. *Hunc fidelitas mutua parit, hunc sincerus candor. An non aspicis, qua concordia mundus ille ornatissimus*

Sic Farn. et inc. Heins. *in fatis* Pric. Exc. Voss. *imprimis* Heins. Gesn. et ed. Bipont.—278 *Nec dubie* Pal. Med. pr. *Ne* Jun. pr. Leid. sec. inc. Heins. *ne falsus* Pric. Lov. Jun. Leid. Voss. *amicus* Pat.—279 *Rumorisve* Vat. pr. *currit* ed. Vicet.—281 *Nec sic* Vat. sec. Pal. Med. pr. et quart. *non circumstantia* sedecim scripti, Var. LL. e marg. Parm. *nec* duo Vat. Pal. Farn. *pila* vel *tela* Reg.—282 *tutetur* Put. *extorquebit* Med. quart.—283 *Hæc alterna* Vat. pr. *æterna* conjiciebat Heins. *supplex* Moret. sec. *gloria* Med. sec.—284 *quo se* Thuan. Petav. tert. Med. quart. et sic legebat Heins. *qui se* Vat. pr. Farn. Lov. Jun. pr. Oxon. pr. *quod se* alii magno numero, Exc. Gevart. Lucens. sec. Voss. Ms. Pulm. Var. LL. e marg. Parm. et Sched. Gud. *quod non* Tholos. *pulcherrimus ille* Med. quart. Put. Moret. pr. *iste* Pat. *ipse* decem alii.—

NOTÆ

276 *Pius*] Gregorius Thaumaturgus: *εὐσέβειαν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν ὀρθῶς λέγοντες*: *Pietatem matrem dicunt virtutum, qui recte dicunt.*

277 *Clementia*] 'Pietate et Justitia Principes Dii fiunt.' Seneca pro persona Augusti. 'Animum vincere, iracundiam cohibere, &c. Hæc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico.' Cicero.

278 *Dubie suspectus*] Ne indulgeas suspicionibus dubiis; ne credas calumniis, &c. Ipsam maledicentiam sprevere Cæsar, Augustus, et alii magni Principes.

Falsus amicis] Ne simules te amare, ne decipias amicos.

280 *Anxius*] 'Dii Deæque! quam male est extra legem viventibus! quod semel meruerunt semper expectant.' Petronius.

282 *Amor*] 'Amor subditorum, murus aheneus.' Id sæpius usurpabat Ludovicus XII. populi pater.

283 *Alterna fides*] Amor mutuus et fidelitas reciproca. 'Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.' Seneca.

Simplex gratia] Simplicitas et candor, quæ conciliant amorem et gratiam omnium.

284 *Nonne vides*] An non vides quomodo mundus ille pulcherrimus partes omnes suas contineat, velut quodam amoris et concordiæ vinculo inter se conjunctas?

Mundus amore ligat, nec vi connexa per ævum
Conspirant elementa sibi? quod limite Phœbus
Contentus medio, contentus littore pontus?
Et qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens, oneri nec cesserit aër?
Qui terret, plus ipse timet. Sors ista tyrannis
Convenit. Invideant claris, fortesque trucident:
Muniti vivant gladiis, septique venenis:

operibus vinciat sese, et elementa consentiant secum, non per tempus colligata inter *se impetu* aliquo? an non aspicis, *quod Sol contentus via media* sit, *quod mare contentum* sit *littoribus; et aër qui cingit et sustentat semper terras, neque opprimat subsidens, neque opprimatur pondere?* Ille *qui territat* alios, *ipse magis metuit: ea propria est Tyrannorum conditio,* ut *invideant* viris *illustribus, occidantque generosos; vivant freti ensibus, et cincti venenis, incolant turres dubias, et timidi*

285 *ligat* duo Vat. Pal. Rott. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Pulm. Ald. Colin. Gryph. *liget* viginti duo Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. Scalig. Heins. et Gesn. *nec non connexa* Pat. *convexa* quatuor Vat. Farn. Jun. pr. Ambr. sec. inc. Heins. *connexa* Pal.—286 *Aspirent* Thuan. *Conspirent* octodecim alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ita Heins. et Gesn. *qui limite* Vat. pr. Farn. Lov. *quê* Isingr. *quo* Jun. pr. *quod* viginti Codd. Exc. Gev. Lucens. sec. Sched. Gud. et Var. LL. e marg. Parm.—287 *Contemptus* Med. tert. *portus* inc. Heins. *pontos* Vat. quart. *pontus* vel *portus* Vat. tert.—288 *perpetuus* Moret. sec.—289 *nec premat incumbens.* cum τελείᾳ στιγμῇ Petav. tert. *omen* pro *oneri* Tholos. *hominum* Vat. quart. et quint. *ne cesserit* Mazar. —290 *ipse* Exc. Læti. *iste* ed. Vicet. *tumet* Pal. Med. pr. *sors ipsa* Med. quart.—292 *vivant gladiis* duo Vat. Petav. pr. et sec. m. pr. *septique venenis* Petav. pr. *fretique* Vat. tert. Med. sec. m. pr. Petav. sec. *fretique* vel *septique* Flo-

NOTÆ

Mundus pulcherrimus] Ornatissimus pulcherrimis operibus, unde a Græcis, *κόσμος* dicitur, id est, *ornatus.*

285 *Nec vi*] Elementa inter se conjuncta sunt, sed naturali quodam amoris nexu, non vi, non impetu.

286 *Phœbus*] Quod Sol sese contineat in Zodiaco seu in mediis limitibus Cœli, ut luceat prositque omnibus.

287 *Pontus*] Quod mare contineatur littoribus, ceu terminis, quos constituit divina providentia, quos præterire non poterit.

288 *Ambitque*] Multorum ea est opinio, ut existiment aëris molem non tantum superimpositam esse terris, easque undequaque cingere, sed et eas ita sustentare, ut terra in medi aëre velut librata remaneat. Ovidius: 'Nec circumfuso pendebat in aëre tellus, Ponderibus librata suis.'

289 *Oneri nec cesserit*] Aër non cedat, non opprimatur pondere orbium cœlestium.

290 *Qui terret*] Sallustius: 'Fieri non potest quenquam a multis metui, quin ad eum e multis formido recidat.'

292 *Septique venenis*] Quod sepimentum! Tyranni se defendunt muniuntque gladiis, at sunt septi venenis. Hoc est, si qua vis ingruat, parata habent venena, quibus se pœnis

Ancipites habeant arces, trepidique minentur:
Tu civem patremque geras. Tu consule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, sed publica vota.
In commune jubes si quid, censesve tenendum,
Primus jussa subi: tunc observantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus

minitentur. *Tu* vero *agas civem et parentem.* *Tu provide omnibus, non tibi.* *Non* desideria *tua tangant te, sed desideria populi.* *Si aliquid imperas pro Rep. aut* aliquid *judicas observandum,* tu *prior exequere imperia* tua. *Tunc populus est religiosior* custos *justitiæ, neque recusat obtemperare, cum animadverterit ipsum legislatorem obedire suis* legibus. *Mundus regitur ad imitationem Principis; neque*

rent. *fultique* vel *septique* Moret. pr.—293 *Ancipites arces* probat Heinsius, ut lib. I. in pr. Cons. Stilich. 142. 'Ancipites rerum ruituro culmine lapsus;' qui etiam *Præcipites* conjecerat: ut Ovid. Met. I. 97. 'Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.' *artes* Med. sec. Jun. pr. m. sec. ed. Vicet. et Var. LL. e marg. Parm. *arces* Exc. Lucens. sec. *aures* Moret. sec. Ambr. pr. m. pr.—294 *geras* Put. *feras* Pric. et Exc. Voss.—295 *Non tibi* viginti duo scripti, Exc. Lucens. sec. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *Nec tibi* Reg. mox *non tua* te Pric. Med. quart. Florent. Put. Mazar. *ne tua* Med. tert. *publica fata* Put. *facta* Pric. *nota* pro *vota* Var. LL. ed. Antv.—296 *In commune jubes* Exc. Schott. ubi Gronovius ascripserat, vid. Dio lib. LII. p. 559. Justin. III. 2. *censes si quidque* Med. tert. *si quid censesque* Vat. tert. Farn. Rott. Oisel. *censesve* Reg. duo Med. Petav. pr. ambo Moret. Leid. pr. duo Oxon. *tuendum* Ambr. tert. Exc. Gevart. unde Heins. conj. *censesve jubendum.*—297 *Jussa subi primus* Put. *sibi* Vat. tert. *subi* vel *sequi* Reg. *sic observantior* Pat. Var. LL. ed. Antv. *cum servantior* Med. quart. unde Heins. legit *conservantior.*—298 *negat* duo Vat. vet. Gyr. Med. tert. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Ambr. et Petav. pr. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. *vetat* quatuordecim alii. *vetat* vel *negat* Lov. Oxon. sec.—299 *Autorem* Exc. Lucens. pr. *Actorem* Vat. tert. Pal. Med. pr. Petav. sec. Leid. Vicet. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *cum ponitur* Thuan. Petav. sec.—300 *nec tantum* Vat. sec. *tantum nectere* Pal. *tantum flectere*

NOTÆ

eripiant. Sic enses paratos habent in hostes, venena in semetipsos.

293 *Ancipites*] Id est, arces ancipites, præruptas, altas, in quas descendere quis non facile queat, nisi in periculum haud dubium se adducere velit. Ovidius: 'Ab ancipiti delapsus acumine montis:' id est, excelso, prærupto.

294 *Tu civem*] Tu te geras, ut civem, ut patrem. Xenophon: Ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ: *Bonus princeps non differt a bono patre.* Contra sentiebat Cæsar, de quo Lucanus: 'Concessa pudet ire via, civemque fateri.'

Consule cunctis] Imperator enim eligitur, non ut sibi, sed ut ceteris provideat, iisque pacem pariat et tranquillitatem.

Humanos edicta valent, ut vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
His tamen effectis, neu fastidire minores,
Neu pete præscriptos homini transcendere fines :
Inquinat egregios adjuncta superbia mores.
Non tibi tradidimus dociles servire Sabæos ;
Armeniæ dominum non te præfecimus oræ ;
Non damus Assyriam, tenuit quam fœmina, gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi :
Qui nec Tarquinii fastus, nec jura tulere
Cæsaris. Annales veterum delicta loquuntur.

edicta sic possunt regere animos hominum, ut vita regentis regit eos. *Populus mutabilis perpetuo mutatur cum Rege. Nihilominus his perfectis* rebus, *ne* velis *contemnere inferiores, neve velis transgredi terminos præfixos homini. Arrogantia admixta dedecorat indolem eximiam. Non dedimus tibi Sabæos assuetos obedire ; non constituimus te Regem regionis Armeniæ ; non tradimus* tibi *populum Assyrium, quem fœmina rexit : gubernandi* sunt tibi *Romani, qui gubernaverunt omnia diu : qui nec* passi sunt *superbiam Tarquinii, neque passi sunt leges Cæsaris. Historiæ referunt peccata antiquorum. Dedecus remanebit. Ecquis non in æter-*

Med. pr. *non* pro *nec* Thuan.—301 *ut vita* Petav. pr. Moret. sec. *quam vita* duo Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. duo Leid. *Jura* Leid. pr. Med. quart. *vita* vel *jura* Vat. tert. *dicta* ed. Vicet. *vita regentis* Exc. Læti et Lucens. sec. *ut vita regentis* vel *quam jura tenentis* Vat. pr. *jura* Jun. —303 *neu* duo Vat. Moret. sec. item Oxon. Exc. Lucens. sec. *non* inc. Heins. Moret. pr. Tholos. Ambr. sec. *nec* tres Vat. Pal. Farn. Rott. duo Ambr. Exc. Gevart. Voss. *ne* Pric. Leid. pr.—304 *Nec* duo Vat. Pal. Farn. duo Med. Leid. sec. Put. Mazar. *Nec te* ed. Parm. *Ne pete* Thuan. Pric. *hominis* Pat. *hominum* Pal. *conscendere* Vat. tert. *transcurrere* Pric. *mores* vel *fines* Put.—305 *Inquinet* Pric. *admota* Florent. *adjecta* inc. Heins.—306 *Non te* Oxon. duo et Leid. duo. *Nec tibi* Vat. quint. Thuan. *Hunc tibi* Mazar. *dociles servare* Moret. sec. dein—307 *nec te præfecimus* quatuor Vat. Pal. Farn. *te non* Put. *non te* reliqui omnes fere, Exc. Lucens. sec. Lov. Ald.—308 sic Med. quart. Put. Mazar. duo Moret. *Nec damus* quatuor Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel.—310 *non* Florent. *tenere* pro *tulere* duo Vat.—311 *edicta* Pal. *loquun-*

NOTÆ

301 *Ut vita*] Pacatus : 'Blandissime jubetur exemplo.' Ceterum magni Duces si quid egregium a militibus perfici volebant, primi manum operi admovebant. Sic Germanicus apud Tacitum primus cespitem posuit in tumulo Varianis exstruendo.

305 *Superbia*] Ea enim est ruina virtutum omnium, et qui altius se tollit, citius ruit graviore casu. Superbia dicitur, quasi ὑπὲρ βίαν, *supra vim*, quod vim omnem et violentiam superet. Et gravior est servitute contemtus.

306 *Sabæos*] Populos Arabiæ, thure divites.

308 *Assyriam*] Assyria regio est Asiæ, quam Semiramis fœmina rexit.

310 *Tarquinii*] Superbi, quem cum filiis ejecerunt Romani.

311 *Cæsaris*] Julii Cæsaris, quem occiderunt in ipso Senatu.

Hærebunt maculæ. Quis non per sæcula damnet
Cæsareæ portenta domus? quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit,
Incesto possessa seni? victura feretur
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Nostra triumphati fuerint provincia Parthi,

num condemnet monstra familiæ Cæsareæ? Ecquis non cognoscet *cædes crudeles Neronis? ecquis non cognoscet saxa probrosa Caprearum occupata* a *sene impurissimo? Laus Trajani mansura celebrabitur, non tam, quia domito Tigride, Parthi*

tur Vat. quint. Pal. inc. Heins. Pat. Petav. pr. Ambr. sec. Leid. *loquuntur* septem alii.—312 *Horrebunt* Med. tert. Oxon. Jun. Leid. pr. m. sec. *Hærebunt* vel *Horrebunt* Reg. Oxon. pr. mox *damnet* Vat. sec. Med. pr. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. et Ald. *damnat* octo alii.—313 *portenta manus* Med. tert. *quem* Exc. Læti. *quam* Vicet.—314 *munera* conj. Heins. *Camparum* Oxon. sec. *tecta* Vat. pr. Farn. Med. sec. m. pr. *latebant* vel *latebunt* Farn. *latebræ* Var. LL. ed. Antv.—315 deest hic versus in quatuor Vat. tribus Med. item Florent. Put. Reg. Thuan. Mazar. Voss. Jun. pr. duobus Petav. totidem Leid. et Oxon. nec non Bonon. Tholos. Pat. Moret. sec. Lov. et duob. Ambr. sed in Petav. pr. et Tholos. manu recentiore margini ascriptus erat.—316 *non tam quod T. v.* Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Lucens. pr. *tam qui* ed. Parm. Vicet. et Colin. *tandem* Vat. tert. *tanquam* Rott. Jun. pr. *pro Tigride* inc. Heins. *nec qui cum* Var. LL. e marg. Parm. *numquam* Var. LL. ed. Antv. *victor* Jun. pr.—317 *fierent provincia* tres Vat. Pal. *fuerat* Vat. tert. Exc. Læti, Ald. Isingr. *fuerant* Rott. *fuerit* Vat. quint. Med. quart. Pat. Mazar. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *fuerint* quatuordecim alii, Exc.

NOTÆ

Annales] Historiæ loquuntur delicta veterum Imperatorum; quibus, cum Imperium male rexerint, sempiterna inuretur infamiæ macula. In hoc differunt Annales et Historiæ, quod Annales referant res gestas plurium annorum, servato anni ordine: Historiæ vero referant res sine hac distinctione.

312 *Hærebunt*] Maculæ turpitudinis æternæ, ob male gestum Imperium, pravis Imperatoribus hærebunt.

313 *Cæsareæ*] Monstra domus Cæsareæ; quæ insignis fuit variis fœdisque criminibus, non solum ob Tiberium, Caligulam, Neronem, sed et ob fœminas, quales fuere infames Juliæ, filia, neptisque Augusti Cæsaris.

Dira funera] Parricidia infinita patrata a crudelissimo Nerone.

314 *Caprearum*] Capreæ, parva insula ad oras Campaniæ in Italia, ubi Tiberius senex sese omni turpitudinum generi totum permisit; unde dicitur incestus senex, quia nulla libido est, nulla impudicitia, qua non se polluerit spurcissimum illud portentum.

316 *Trajani*] Principis optimi atque fortissimi; cujus hic præsertim mentio facta est, quod nonnulli dicerent ex ejus familia Theodosium originem duxisse.

Tigride] Tigris, vulgo, *Tigil*, et Euphrates, vulgo, *Frat*, sunt fluvii, qui alluunt Armeniam, Mesopotamiam, quæ hic denotantur; ut familiare est poëtis, per fluvios designare provincias.

Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis;
Quam patriæ quod mitis erat. Ne desine tales,
Nate, sequi. Si bella tonant, prius agmina duris
Exerce studiis; et sævo præstrue Marti.
Non brumæ requies, non hybernacula segnes
Enervent torpore manus. Ponenda salubri
Castra loco: præbenda vigil custodia vallo.
Disce, ubi denseri cuneos, ubi cornua tendi
Æquius, aut iterum flecti; quæ montibus aptæ,
Quæ campis acies, quæ fraudi commoda vallis:

ericti fuerint ditionis nostræ; non tam *quia vectus* in *Capitolium excelsum, Dacis subactis; quam quia benignus erat* in *patriam.* O *fili, ne cessa imitari tales* Principes. *Si bella imminent, assuefac prius catervas disciplinæ severæ, atque præpara* eas *militiæ asperæ. Non otium hyemis, non hyberna emolliant luxu manus inertes: castra collocanda sunt* in *situ salutari: excubiæ vigilum deponendæ* sunt in *munitionibus. Edisce, ubi melius* sit *conglobari cuneos, ubi* melius *cornua explicari, vel rursus sinuari: qui exercitus* sint *idonei* in *montibus, qui* in *planitie, quæ valles aptæ strategemati, quod iter* sit *arduum? Si hostis confi-*

Lucens. pr. Sched. Gud. et ed. Vicet.—318 *invitus* Med. tert. *inventus* Var. LL. ed. Antv. *fractus* Bonon. *fractis* maxima Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. et Vicet. in Mss. Heins. invenit *fractum.*—319 *nec desine* tres Vat. *ne desine* quatuordecim alii, Exc. Gevart. et Lucens. sec.—320 *tonant* Vat. pr. et quint. Pal. Farn. Pric. Med. pr. Thuan. Mazar. Ald. et ed. Vicet. *juvant* Jun. pr. *sonant* Leid. sec. *canant* plurimi Codd. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. et Var. LL. ed. Antv. *canant* vel *tonant* Vat. quart. Petav. pr. *canunt* Helmæst. Jun. *post agmina* Petav. tert. *diris* Med. sec. *divis* Oisel.—321 *aut sævo* Med. tert. *perstrue* Vat. pr. Farn.—324 *jugis custodia* Ambr. tert. *vigil* vel *jugis* Reg. et. Lov. *gravis* vel *vigil* Oxon. sec. *Concordia* inc. Heins. *belli* pro *vallo* Jun. pr.—325 *denseri cuneos* Livin. et Exc. Lucens. sec. et sic legit Heins. qui lectorem remittit ad notas in Ovid. III. Fast. *densari* Pat. Put. Gesn. *diversus cuneus* Jun. pr. *densus erit cuneus* triginta alii, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. et e marg. Parm.—327 *In campis* Jun. pr. *quæ fraudi* sedecim Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et Ald. *accommoda* Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Parm. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. *commoda* reliqui omnes, Exc.

NOTÆ

318 *Dacis*] Hi populi erant Danubio finitimi, quos vicit Trajanus.

321 *Exerce*] Disciplina militaris e Valerio Maximo: 'Præcipuum decus et stabilimentum Romani Imperii.'

322 *Non brumæ*] Milites ne quidem per hyemem et hyberna a labore cessent; ne emolliantur et enerventur otio, sicque in luxum et torporem incidant.

325 *Cuneos*] Cunei sunt catervæ militum, in cunei formam conglobatæ.

Cornua] Sunt catervæ militum, instar cornu flexæ atque sinuatæ, ut hostem facilius circumveniant.

327 *Vallis*] Virgilius: 'Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi.'

Quæ via difficilis. Fidit si mœnibus hostis,
Tum tibi murali libretur machina pulsu,
Saxa rota: præceps aries, protectaque portas
Testudo feriat: ruat emersura juventus
Effossi per operta soli. Si longa moretur
Obsidio; tum vota cave secura remittas,

dit muris, tunc tibi machina vibrabitur tormento murali; contorque rupes: aries impetuosus, et testudo operta concutiat portas. Juvenes latentes erumpant per cuniculos terræ egestæ. Si obsidium longius te retardet; vide tunc, ne tutus

Gevart. Var. LL. ed. Antv. item e marg. Parm.—328 *Qua via* Vat. pr. Farn. Put. Mazar. Pat. Ambr. sec. Petav. tert. *Et quæ* vel *Qua via* Lov. *si fidit* Pal. Med. pr. *fidat* Med. sec. *fidis* ed. Vicet.—329 *Tum mihi* Med. sec. Jun. pr. Oxon. sec. *Tunc tibi* Vat. pr. Farn. Pric. Thuan. Moret. pr. *Tunc tua* Moret. sec. *murali libretur* duo Vat. *libretur murali* Oisel. Petav. pr. *Tum tibi muralis librato machina pulsu Saxa rotet* Gesn.—330 *Saxa rota* octodecim libri scripti. *rotat* Reg. Var. LL. ed. Antv. *rotet* Pal. tres Med. et quatuor Vat. *profectaque* Petav. tert. inc. Heins. *protectaque* viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et Ald. *prætectaque* Vat. tert. Rott. Med. sec. Jun. pr. ed. Parm. et Vicet. *pertectaque* Var. LL. ed. Antv. *projectaque* Bonon. *protectaque* vel *projectaque* Reg. *portentaque* vel *protectaque* Florent. unde *prætentaque* legit Heinsius, qui ascripserat seqq. *protectaque* l. *prætentaque.* apud Martial. Spectac. Ep. II. similiter peccatum: ‘Splendida jam tecto cessent venabula ferro.’ lege *tento.* etsi non ignorem Scaligerum et Scriverium pro vulgata stare, quod venatores domum reversi fasciis involvant venabula.—331 *feriet* Pal. *reseret* Tholos. mox *ruit* Rott. *emensura* Vicet.—332 *effusi* Rott. *aperta soli* Vat. pr. Farn. *opaca* Var. LL. ed. Antv.—333 *tunc*

NOTÆ

329 *Murali pulsu*] ‘Tormento murali,’ Virgilius, seu impulsu, qui muros subruat, atque evertat.

330 *Aries*] Est machina bellica, e ligno ferroque compacta, tam portentosæ magnitudinis, ut aliquando sex hominum millia eam impellerent. Dicitur Aries, quod arietis instar, fronte feriat et labefactet. Alii legunt, *saxa ferat præceps aries.* In ultima obsidione Constantinopolis Machometes Othomanus vix trahebat monstrum æreum cum 150 bobus.

331 *Testudo*] Est quoque machina bellica, tabulatis, et crudo corio, ne comburatur, contexta; trabem ingentem funibus suspensam habens, quæ si unco tantum ferreo muniretur, ad avellenda saxa, *falx* dicebatur; si unco bifurco ad impetendos muros, dicebatur *Aries;* quod feriret, moxque retrocedens, Arietis instar, ad feriendum majore impetu concitaretur. Appellatur *testudo*, quod ceu viva testudo, modo caput exerat, modo abscondat.

232 *Effossi*] Juventus erumpat per effossos cuniculos, qui sic dicti sunt ab animali cuniculo, qui egerendo humum, et sibi specus fodiendo, videtur docuisse hominem effodere cuniculos, ut hostium munitionibus improvisus adsit ad urbium eversionem. Martialis: ‘Gaudet in effossis habitare cuniculus antris, Monstravit tacitas hostibus ille vias.’

333 *Vota secura*] Cave, ne per ignavam securitatem, tua vincendi

Inclusumve putes. Multis damnosa fuere
Gaudia: dispersi pereunt, somnove soluti.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neve imbelles ad signa maniplos
Luxuries armata trahat: neu flantibus Austris
Neu pluviis cedas; neu defensura calorem
Aurea submoveant rapidos umbracula Soles.
Inventis utere cibis: solabere partes

minuas desideria vincendi; *et credas conclusum hostem. Lætitia fuit perniciosa multis* Principibus. Milites *dissipati, et oppressi vino occiduntur. Victoria frequentius incommodavit exercitibus imprudentibus. Neve tabernacula* tua *copiosa impleantur tibi illecebris regalibus, neve luxus armatus ducat catervas inertes ad bella: neve remittas te Notis furentibus, neve imbribus: neve vela aurata æstum repulsura arceant* calores *ferventissimos Solis. Fruere alimentis repertis: levabis*

Ambr. Jun. pr. ambo Moret.—334 *Inclusive* Med. tert. *Inclusumque* Vat. sec. Farn. Med. pr. ed. Vicet. *Inclusumne* Vat. quart. et quint. *putas* Oxon. pr.—335 *somno pereuntque* Moret. pr. *somnoque* Med. tert. ed. Vicet. *somnoque* vel *somnove* Oxon. sec. *somnove* reliqui magno numero, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. et Ald.—337 *Nec tibi* Jun. pr. Var. LL. ed. Antv. *larga* Exc. Læti et Lucens. sec. *longa* Vat. pr. ed. Vicet. *redundant* Jun. pr.—338 *neve* Exc. Læti, et Var. LL. e marg. Parm. *non* Moret. pr. ed. Parm. et Vicet. *magistros* Med. tert. *ministros* decem alii. *maniplos* Moret. pr. inc. Heins. qui ascripserat. vid. de B. Gild. vs. 416.—339 *trahit* Jun. pr. *nec* inc. Heins. *ne* Moret. sec. Lov. *flantibus Austris* Lov. *flatibus Austri* Pal. Med. pr. Exc. Lucens. pr.—340 *Ne pluviisne* Lov. Moret. sec. Jun. pr. Leid. sec. *Nec pl. c. nec* decem Codd. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. *ne* septem alii, Exc. Gevart. et ed. Vicet.—341 *rabidos* Vat. quint. Med. sec. Thuan.—342 *utere* plurimi Codd. Exc. Lucens. sec. et Vicet. in Thuan.

NOTÆ

cupiditas, vigorque obsidentium relangueat: cave ne ita putes inclusum hostem, ut non possit erumpere. Nam per istam stultam securitatem, quæ initium est calamitatis, milites dispersi vagantur, lætitiæ vinoque indulgent, sicque facile mactantur. Nullus enim facilius opprimitur, quam qui nihil timet.

336 *Incautæ*] Sæpe nimia exultatio, aut nimia fiducia de victoria referenda nocuit turbæ militum imprudenti; quibus, quo magis victoria certa speratur, eo certior clades imminet: qui quo magis de victoria non dubitant, eo facilius vincuntur.

339 *Luxuries armata*] Nimius apparatus aulicus, quales sunt Pistores, Coqui, Pincernæ, mensarum asseclæ, qui non sunt milites, sed potius luxus armatus, quo castra minime farcienda sunt.

Neu flantibus Austris, neu pluviis cedas] Id est, ne cedas pluviis Austrorum, qui nubili sunt, et pluvii: ne cedas tempestatibus, quod argumentum est animi generosi.

341 *Umbracula*] Vela, tapetes auro texti.

342 *Inventis cibis*] Sic Julium Cæ-

Æquali sudore tuas. Si collis iniquus,
Primus ini: sylvam si cædere provocat usus,
Sumta ne pudeat quercum stravisse bipenni.
Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Prætentet sonipes: fluvios tu protere cursu
Hærentes glacie; liquidos tu scinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te consere turmas:
Nunc pedes assistas pediti: tum promtius ibunt
Te socio: tum conspicuus gratusque feretur
Sub te teste labor. Dicturum plura parentem

tuos milites labore simili. Si mons est *arduus, prior ascende. Si qua* belli *utilitas postulat exscindere sylvam, ne erubescas, capta securi, prosternere quercum. Si palus tarda transitur, equus tuus prius exploret profunditatem, tu proscinde currendo flumina astricta gelu, tu seca nando liquentia. Modo* tu *eques, o* Honori, *conjice te in densas catervas equitum; modo* tu *pedes astes* cum *peditibus.* Illi *tunc progredientur alacrius, te comitante: tunc sub te præsente, opus nobile et jucundum sustine-*

glossa ascripta *i. e. uteris. utare* Leid. pr. Med. sec. Vat. tert. Rott. *partis* Vat. tert. item Petav. *paucis* Jun. pr. Med. sec. m. sec. *parthis* vel *paucis* Reg.—343 *tuos* Vat. tert. Oisel. Med. sec. Petav. tert. *tuas* Reg. *ruas* Oxon. sec.—344 *Primus uti* Vat. pr. m. pr. *provocat æstus* Florent. m. pr. Rott. Med. sec. Vat. tert.—345 *ne,* plurimi Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Vicet. *nec pudeat* Petav. tert. *quercus* Med. quart. *rapuisse* Ambr. pr. Exc. Schott.—347 *Pertentet* Vat. pr. Mazar. Farn. Exc. Lucens. pr. *Tentet equus sonipes* Pric. Exc. Voss. *primus* pro *fluvios* ed. Vicet. *tum* Med. sec. Put. inc. Heins. *curru* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel. *cursu* Ambr. sec. m. pr. Exc. Læti et Schotti. Vat. duo. *cursu* vel *curru* Med. pr.—348 *Hærentes* sedecim scripti, Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *Horrentes* Jun. pr. Med. sec. Mazar. *Hærentes* vel *Horrentes* Reg. *Horgentes* Vat. tert. Rott. unde *Torpentes* conjiciebat Heins. *liquido* Oisel. Vat. tert. *liquidas* Vat. pr. *tum* inc. Heins. *succinde* Thuan. *volatu* Vat. tert. *meatu* vel *natatu* Lov.—349 *contere* Put.—350 *exsistas* Vat. quint. *equiti* Vat. pr. Farn. *assistas. pedites tum* Jun. pr. *tunc* duo Vat. Farn. Rott. Florent. duo Med. Put. Thuan. Petav. sec. *protinus* Pric. Med. tert. *promtius* Vat. tert. *protinus* vel *promtius* Med. sec.—351 *te conspicuus* Med. tert. *cum* Oxon. sec. *tunc* septem

NOTÆ

sarem circa victum adeo indifferentem fuisse aiunt, ut quondam ab hospite, condititium oleum pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse Suetonius, ne hospitem negligentiæ, aut rusticitatis arguere videretur.

343 *Æquali*] Nunquam promtior ad arma miles, quam cum Imperator 'opera inter talia primus Hortatur socios, paribusque accingitur armis.' Virgilius.

345 *Ne pudeat*] Sic Cæsar apud Lucanum: 'raptam primus vibrare bipennem Ausus, et aëriam ferro præcidere quercum.'

349 *Eques*] Imperator modo eques, modo pedes pugnet, et primus aggrediatur pericula. Cæsar in periculis, equum suum primus dimittebat. Suetonius.

Voce subis: Equidem, faveant modo Numina cœptis,
Hæc effecta dabo: nec me fratrique tibique
Dissimilem populi commissaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quæ disseris, usu
Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem: figant sine nostra tyrannum
Spicula: pallescat nostro sine barbarus arcu.
Italiamne feram furiis prædonis acerbi
Subjectam? patiar Romam servire clienti?
Usque adeone puer? nec me polluta potestas,

bitur. Honorius *respondet voce, patri* Theodosio *locuturo plura*: Ego *certe, modo Dii aspirent consiliis* meis, *hæc ostendam perfecta: et nationes et imperium traditum* mihi *non aspicient me degenerantem a te et fratre. At quare non magis re ipsa patefacio quæ* tu *dicis sermone* tuo? *Vadis quidem nunc in Alpes frigidas, duc* me *socium tuum. Permitte, tela nostra confodiant Tyrannum: permitte, barbarus pertimescat arcum nostrum. An* ego Honorius *sinam Italiam subditam* esse *furori prædonis crudelis? An sinam Romam famulari clienti* suo? *An usque adeo* sum *puer? Neque majestas violata movebit me, neque justa*

alii. *conspicuo* Jun. pr. *prospicuus* inc. Heins. *perspicuus* Ambr. sec. *clarusque* Put. Pat. *feretur* Ambr. tert. Leid. sec. *geretur* Vicet. et plurimi Codd. Var. LL. e marg. Parm.—353 Hic versus manu recenti in margine ascriptus erat in Petav. pr. *subis* tredecim Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *subit* Jun. pr. Ambr. sec. Vat. tert. Rott. Oisel. *subis* vel *subit* Lov. *faveant equidem* Var. LL. ed. Antv.—354 *effata* Jun. pr. *non me* Med. sec. Oxon. pr. *patrique* vel *tibique* Oxon. sec.—355 *demissaque* Pric. *sacra videbunt* Ambr. pr. m.—356 *verbis potius* Pric. *dixeris* Med. sec. Ambros. sec. item Moret. *nec disseris* Var. LL. ed. Antv.—357 *Experiar* Oxon. pr. Leid. pr. *certe gelidas* Jun. pr. *Crete* inc. Heins. *nunc certe* Pric. *mittendus* pro *nunc tendis* Vat. pr. Farn. *ad Alpes* Med. quart. Moret. pr. Ald.—358 *comitem tecum* Pric. *fugiant* Jun. pr. *sine nostro* Vat. quint. *en nostra* Var. LL. ed. Antv. m. pr. et *hac nostra* m. sec. *tyranni* inc. Heins.—359 *ictu* pro *arcu* Ambr. pr. sched. Gud.—360 *Italiamve* Oxon. pr. *furtis* Oisel. *furtis* vel *spoliis* Moret. pr. *iniqui* Pric. *iniqui* vel *acerbi* Oxon. sec. *acerbi* vel *acervi* Oxon. pr. Reg.—361 *dicati* pro *clienti* Rott.—362 in Jun. pr. ab hoc versu

NOTÆ

352 *Teste*] Quis non miles sub oculis Imperatoris audacius provocet periculum?

358 *Duc tecum*] Sunt qui dicant Theodosium contra Eugenium, e Grammatico Tyrannum factum, proficiscentem, sibi comitem Honorium assumsisse: qui Eugenius, ut supra diximus, Arbogaste Gallo confidebat.

360 *Prædonis*] Arbogastis, hominis Galli, qui Eugenium armabat in Italiam: de utroque supra.

361 *Clienti*] Eugenio militi et Grammatico, cui Romam servire dedecebat.

362 *Usque adeone puer*] Generosa pueri indignatio. Virgilius: 'Usque adeone mori miserum est?'

Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
Per strages equitare libet. Da protinus arma.
Cur annos obicis? pugnæ cur arguor impar?
Æqualis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus
Verteret, et patri non degeneraret Achilli.
Denique si Princeps castris hærere nequibo,
Vel miles veniam. Delibat dulcia nati
Oscula, miratusque refert: Laudanda petisti:
Sed festinus amor. Veniet robustior ætas;
Ne propera. Necdum decimas emensus aristas

ultio sanguinis affinium meorum! *juvat equitare per cædes:* da mihi *continuo tela: quare objicis* mihi *pueritiam? quare reprehendor* ut *nondum aptus certamini? Pyrrhus erat æquævus mihi, cum solus destrueret* arcem *Trojæ, et non degeneraret Achilli patri* suo. *Demum si* ego *non potero adhærescere castris* tuis *ut Princeps, saltem proficiscar* ut *miles.* Theodosius *dat blanda oscula filio* Honorio, *et admirans dicit: poposcisti,* o fili, rem *laudabilem; ast amor* tuus nimis *properus: juventus fortior adveniet. Ne festina.* Tu *nondum permensus*

reliqua desunt ad vs. 463.—363 *tangit* Oxon. Leid. Lovan. et plurimi Codd. *tanget* Ambr. sec. *tangat* conj. Heins.—364 *equitare licet* Vat. pr. Farn.—365 *Contra annos* Tholos.—367 *Sterneret* Oisel. *dedignaret* Lov. *degeneravit* Ambr. sec.—368 *castris princeps* Ambr. pr.—371 *festivus* Med. quart. *amor* Exc. Lucens. pr. *honor* ed. Vicet. *honos* Vat. pr. Farn. LL. e marg. Parm. *venit et* tredecim scripti, Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *veniet modo fortior* Pric. Heins. conj. *venit en.*—372 *Neu propera* Oxon. sec. *Nec* Petav. tert.

NOTÆ

Potestas] Majestas Imperatorum violata a barbaris vilibusque hominibus, qui Imperatores trucidarunt.

363 *Cognati*] Valentiniani Imperatoris, qui avunculus erat Honorii, quia frater Gallæ ejus matris: quem Valentinianum occidit Arbogastes, ut Eugenium ad Imperatorium culmen eveheret, ipse pro hac Imperatoris umbra, mox, ut putabat, regnaturus. [Primas Barthii curas secuti diximus Gallam matrem fuisse Honorii, quod quidem a veritate abhorrere postea comperimus: siquidem Flaccilla fuit mater Arcadii et Honorii: at Galla, Valentiniani II. soror, post Flaccillæ mortem a Theodosio Imperatore in matrimonium ducta, non mater fuit Honorii, sed noverca. Novercæ tamen aliquando mitiore nomine matres appellantur. *Ex Addend.*]

366 *Æqualis Pyrrhus*] Cum hæc diceret Honorius, annum agebat decimum e Claudiano, at ex aliis decimum quartum.

370 *Laudanda*] Rem petiisti laudabilem, o Honori, cum me rogas, ut te ducam ad Alpes contra Eugenium et Arbogasten.

371 *Festinus*] Sed amor et rerum pulcherrimarum desiderium, quo flagras, prævenit annos et robur: nimis properas.

372 *Ne propera*] Ante tempus: σπεῦδε βραδέως, *festina lente,* aiebat Augustus Cæsar.

Aggrederis metuenda viris. Vestigia magnæ
Indolis agnosco. Fertur Pellæus, Eoum
Qui domuit Porum, cum prospera sæpe Philippi
Audiret, lætos inter flevisse sodales,
Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. Fas sit promittere patri:
Tantus eris: nostro nec debes regna favori,
Quæ tibi jam Natura dedit. Sic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Nascentem venerantur apes, et publica mellis
Jura petunt, traduntque favos. Sic pascua parvus
Vindicat, et necdum firmatis cornibus audax

decem annos, suscipis res *formidandas viris* ipsis. *Animadverto* in te *signa egregiæ naturæ. Pellæus* Alexander, *qui subegit Porum Eoum, cum audiret frequentius* successus *secundos* patris *Philippi, inter socios gaudentes dicitur lacrymatus esse,* quod *fortitudine patris nihil sibi linqueretur superandum. Cerno* in te *affectus similes. Liceat parenti polliceri* sibi id de te. *Tantus eris,* quantus Alexander, *neque debes nostræ felicitati imperium quod natura jam tribuit tibi: ita aliquando in pascuis teneris apes adorant Regem exorientem recturum examina resonantia; ac poscunt* ab eo *communem mellis* colligendi *potestatem, et constituunt* ipsi *favos: ita parvus taurus tribuit* sibi *prata, et nondum fretus cornibus*

Leid. pr. *nondum* Put. *nedum* Med. sec.—375 *Porum* Exc. Læti. *Pyrrhum* ed, Vicet. *Porhum* Ald. *populum* Vat. quint. *portum* Petav. tert. Var. LL. ed. Antv.—376 *iterum flevisse* Med. tert.—377 *patria virtute* legit Heins. *relinquit* Vat. tert.—378 *Hoc* Mazar. *fas est* Ambr. tert. Moret. pr. *fassi* legit Heins. *Sat sit* Ald. *permittere* Vat. pr.—379 *Tantus eas* Lov. m. pr. *regna foveri* Leid. pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *favori* vel *foveri* Reg. Oxon. pr. —380 *molibus* Reg.—381 *Stimula* Med. quart. *victurum* Ambr. pr. *partis* Reg.—382 *Pascentem* inc. Heins. *Nascentes* Moret. pr. m. pr. *Pascentes* Vat. quint. *messis* pro *mellis* Vat. quint.—383 *traditque* Vat. quint. *tradique* conjiciebat Heins. mox *parcus* Var. LL. ed. Antv.—384 *Vindicat* Reg. Petav. sec. *Vendicat* duo Moret. Exc. Gevart. *nedum* Reg. *nondum* Ambr. pr. Exc.

NOTÆ

Aristas] Decem annos, qui designantur per æstates et aristas.

374 *Pellæus*] Alexander, qui in urbe Pella natus est: Pella est urbs Macedoniæ.

375 *Porum*] Alexander devicit Porum Eoum, id est, in India, quæ est in Oriente. Ἠὼς, *Aurora*, unde Ἑῷος, *qui pertinet ad Orientem.*

379 *Favori*] Non debes Imperium, o Honori, nostræ felicitati, sed indoli tuæ præstantissimæ, quæ illud tibi dedisset, si et fortuna et meus favor abfuisset. Quasi Honorius divinitus natus sit ad imperandum.

381 *Stridula*] Examina apum stridentia, et bombos suos edentia.

382 *Apes*] Recte bonus Princeps, et divinitus natus ad imperandum, comparatur cum Rege apum: hujus enim imperium est prorsus admirabile.

Jam regit armentum vitulus. Sed prælia differ
In juvenem, patiensque meum cum fratre tuere,
Me bellante, locum. Vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat: sit Nilus ubique
Vester, et emisso quicquid Sol imbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat si causa secundos
Justior eventus, aderis, partesque receptas
Suscipies: animosa tuas ut Gallia leges
Audiat, et nostros æquus modereris Hiberos.

validis, jam gubernat armentum. At differ certamina in juventutem tuam, *ac cerne libens cum fratre* Arcadio *partes meas, me pugnante. Vos Araxes indomitus formidet, vos Euphrates rapidus, Nilus sit vester ubique, et quodcumque Sol spargit prima luce. Si Alpes aperiantur; si causa æquior nanciscatur exitum prosperiorem,* tu *advenies, et capesses imperium* tibi *traditum: ut Gallia ferox obediat legibus tuis, et benignus regas Hispanos nostros.*

Voss. Tholos. Thuan. Med. tert.—385 *regit* Vat. quart. Exc. Lucens. pr. et sec. Thuan. Petav. pr. Tholos. Med. tert. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *tegit* ed. Vicet. *regat* Petav. sec. *redit* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *differs* Ald. *differt* octo alii. *differ* vel *differt* Reg. Moret. pr. Petav. tert.—386 *In juvenem* Ambr. tert. Vat. quart. duo Med. Reg. Thuan. Petav. pr. Exc. Gevart. Sched. Gud. *In Venerem* vel *juvenem* Florent. Mazar. Moret. pr. Oxon. sec. Petav. tert. *In tempus* vel *In verem* Oxon. sec.—387 *Te bellante* duo Vat. Rott. Oisel. Lov. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Petav. sec. *Me* Exc. Læti.—388 *sic Nilus* Lov. Pulman. *fit Nilus* Bonon. pro *ubique* Heins. conj. *utrimque* vel *Iberque*, ut et versu seq. 'et emerso quicquid Sol ambit ab ortu.' et ascripserat locum II. in Stilich. vs. 60.—392 *Suscipiens* Rott. Med. sec. Vat. tert. *Suscipias* Leid. pr. m. pr. *Suscipies* Var. LL. ed. Antv. *annosa* Vat. quint. *animosè* Leid. pr. m. sec. *et Gallia* Med. sec.—393 *vestros* Med. quart. *Hibernos* Var. LL.

NOTÆ

386 *Cum fratre tuere*] Cerne, expecta cum fratre locum, quem teneo pugnans in bellis: seu, *locum tuere*, id est, sustine fortiter personam, quam sustineo in bellis.

387 *Araxes*] Fluvius, qui alluit Parthos, qui nunquam bene domiti sunt, et ideo dicitur impacatus, pro populis ipsis impacatis.

388 *Euphrates*] Euphratis accolæ vos timeant: Euphrates alluit Syriam, Mesopotamiam, aliasque regiones.

Nilus] Vester sit ubique Nilus; id est, regiones omnes quas Nilus alluit in Africa, vestræ ditioni subjiciantur.

389 *Imbuit*] Quicquid Sol Oriens prima luce spargit, atque calefacit.

390 *Si pateant Alpes*] Si Alpes, quas obsedere Eugenius et Arbogastes, mihi pateant, ita ut possim de illis hostibus reportare victoriam; sicque Dii faveant æquitati meæ causæ.

391 *Partesque receptas*] Imperium Occidentis suscipies.

392 *Animosa*] Ferox, indomita Gallia.

393 *Hiberos*] Hispanos nostros e quibus duxi originem.

Tunc ego securus fati, lætusque laborum
Discedam, vobis utrumque regentibus axem.
Interea Musis, animus dum mollior, instes:
Et quæ mox imitere, legas; nec desinat unquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces: assuesce futuræ
Militiæ: Latium retro te confer in ævum.
Libertas quæsita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Meti satiabere pœnis.

Tunc ego non curans fatum, et gaudens operibus meis *abibo, vobis gubernantibus orbem geminum. Interim studeas Musis, dum animus* est *tenerior, et legas* facta *quæ mox* possis *æmulari: et antiquitas Græca non cesset colloqui tecum, nec* cesset *Romana. Perlege ductores priscos: assuesce bellis futuris. Repete superius sæcula Latia.* An *libertas parta jucunda est tibi? Admiraberis Brutum. An condemnas proditionem? Saturaberis supplicio Metii* Suffetii. *Nimia severitas* est

ed. Antv.—394 *lenisque* Ambr. pr. Sched. Gud.—395 *orbem* Med. sec.—396 *ut mollior* Vat. quint. *instat* Pric. Med. quart. Pat. Ald. *instet* Raphel. et al. *instet* et Emend. *instat* Leid. pr. *insta* Vat. sec. *insta* vel *instet* Med. sec.—397 *imitanda* Vat. pr. Farn. *legas* Vat. sec. duo Med. Ambr. pr. *legat* viginti alii, ut et Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *legas* vel *legat* Med. quart. *non desinat* Pat.—400 *Latum* Vat. pr. *vero* inc. Heins.—401 *decet* Med. quart. *mirabile* Oisel.—402 *damnes* Med. quart. Tholos. Oxon. pr. Lov. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *damnans* Mazar. *Mutii* Med. sec. *Mitti* Moret. sec. *Metii* Mazar. *mitis* Reg. *Menti* Med. quart. *Methi* Put. Thuan.

NOTÆ

394 *Securus*] Non curans amplius fata rerum humanarum.

Lætusque laborum] Virgilius: 'Nec veterum memini lætorve malorum.'

395 *Discedam*] Abibo, et ad Cœlum ascendam.

Utrumque axem] Utrumque Imperium, Orientis scilicet et Occidentis.

397 *Legas*] Facta Heroum monumentis Musarum consecrata evolvas, et ea tibi proponas ad imitandum. Legas libros in quibus te velut in speculo inspicias, &c.

398 *Tecum Graia*] Antiquitas Græcorum et Romanorum tecum colloquatur assidue; hoc est, legas perpetuo Historias veteres Græcorum et Romanorum. Inde enim bonorum virtutes, improborum vitia cognosces; et vitæ humanæ varias mutationes, rerumque in ea conversiones. Talis Carolus Magnus erat, de quo Saxo: 'Cœnanti lector recitans non defuit unquam, perque vices aliquod audivit acroama. Res antiquorum gestas, Regumque priorum, ipse legi sibimet fecerat assidue.'

399 *Duces*] Facta Ducum antiquorum lege.

400 *Retro*] Confer te retrocedens in superiora sæcula Latii, seu Italiæ.

401 *Brutum*] Lucius Junius Brutus, a stultitia, quam Tarquinii metu simulabat, sic dictus; expulsis ob violatam Lucretiam Tarquiniis, libertatem populo Romano peperit: hunc fato functum matres, ut pudicitiæ muliebris ultorem, per annum integrum defleverunt.

402 *Meti*] Vide v. 254. infra de bello Gildonico.

Triste rigor nimius? Torquati despue mores.
Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Muci te flamma docebit.
Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in artis

quid *triste? Condemna asperitatem Torquati. Mors donata* patriæ est quid *pulchrum? Cole Decios* se *devoventes.* Horatius *Cocles abrupto ponte ostendet tibi quid* vir *generosus faciat etiam solus, ignis Mucii* ostendet *tibi* idem. *Fabius*

---

nec tu Leid. pr. *Meti.* Florent. Med. sec. duo Petav. inc. Heins. Bonon. Leid. sec. *Meti* et emend. *victi* Lov. *Meti* vel *nec tu* Vat. tert. *Methi* vel *menti* Oxon. sec.—403 *rigor vivus* Ambr. tert. m. pr. *despue* Pal. Pric. Thuan. Med. tert. m. pr. *respice* Vat. quint. *despice* decem alii. *despice* vel *despue* Vat. quart. duo Oxon. *dispice* marg. Oxon. *sensus* pro *mores* inc. Heins.—404 *bonis* Pal.—405 *Ut solus* Med. quart. *Vir solus qui* marg. Isingr. *qui fortis* Rott. Exc. Voss. *agas* Var. LL. ed. Antv.—406 *juvenum* pro *Muci* Med. tert.—407 *perficiat* Exc. Læti. *proficiat* Vat. tert. Florent. Med. sec. *perfringat* undecim scripti, Ms. Isingr. Ald. et Exc. Gevart. *profringat* duo Petav. inc. Heins. *perstringit* Vat. pr. *perstringat* Pal. Farn. Pat. duo Med. Ambr. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *prostringat* Tholos. *perfringat* vel *proficiat* Pric. *perstringat* vel *perfringat* Thuan.—408 *agat* Vat. sec. *ostendit* Moret.

NOTÆ

403 *Triste rigor*] Virgilius: 'Triste lupus stabulis.' Id est, negotium est triste.

Torquati] Titus Manlius Torquatus filium, etsi ab hoste provocatum, etsi eo occiso victorem, tamen quia contra edictum pugnaverat, virgis cæsum securi percuti jussit.

404 *Decios*] Et patrem et filium, et nepotem, qui se pro salute patriæ devoverunt, in bellis Latino, Hetrusco, et Tarentino.

406 *Cocles*] Horatius Cocles, cum Porsenna Rex Hetruscorum Tarquinios restituere tentaret, solus, ceteris fugientibus, totam exercitus Hetrusci molem sustinuit, dum pons sublicius, quem defendebat, abrumperetur: quo abrupto, ipse in Tiberim, ut erat armatus, insiliit, et femore vulnerato, amissoque oculo, ad suos tamen tranavit: inde ob amissum oculum *Coclitis* nomen gloriosum manavit. Cumque a nonnullis post irrideretur, quod claudicaret: 'Per omnes,' inquit, 'gradus admoneor triumphi mei.'

Muci] Mucius in castra ejusdem Porsennæ solus intravit, ut Regem occideret: sed eluso circa purpuratum ictu, injecta in foculum dextera sponte eam exussit, quasi pœnam a manu exigeret, quod purpuratum pro Tarquinio occidisset. Quo prodigio territus Porsenna, et eum et Romanos liberos esse jussit. Hinc Mucius dictus *Scævola*, quod pro dextera uteretur σκαιᾷ, hoc est, *sinistra* manu.

407 *Fabius*] Fabius Maximus Dictator, cum videret eos omnes qui contra Annibalem pugnarent, superatos esse, novam invenit rationem vincendi, non pugnando; sicque semper, 'Cunctando restituit rem' Romanam; copiis scilicet hostilibus, mole sua ruentibus. Inde Fabius *Cunctator* appellatus est.

Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus:
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam,
Regule: successus superant adversa Catonis.
Discitur hinc, quantum paupertas sobria possit:
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
Sordida Serranus flexit Dictator aratra:
Lustratæ lictore casæ, fascesque salignis

patefaciat quid cunctatio perrumpat, et *Camillus clade Gallorum, quid Dux faciat in fortuna adversa. Hinc cognoscitur nullam Fortunam resistere virtuti. O Regule, crudelitas Carthaginiensis perpetuat tibi gloriam sempiternam. Infelicitas Catonis vincit felicitatem* omnem. *Hinc cognoscitur quantum paupertas moderata valeat: Curius erat pauper, cum superaret Reges* vi *armorum. Fabricius* erat *pauper, cum contemneret aurum Pyrrhi. Serranus Dictator rexit aratrum vile. Tugurium* hujus *cohonestatum* est *lictoribus, et fasces alligati* sunt *foribus ligneis.*

sec. *ostendet* quatuor alii. *ostentat* Moret. pr. *cæde* pro *strage* Thuan.—409 *hinc* Med. tert. *huic* Rott. *hic* Mazar. *mentis* pro *meritis* Reg.—410 hic et duo sequentes versus desunt in Med. quart. *Porrigat* Med. tert. *æternum* Moret. sec.—411 *superant* Reg. *superant* vel *superans* Oxon. pr.—412 *hinc* Leid. pr. Moret. sec. duo Oxon. Var. LL. ed. Antv. *hic* Pat. et Ald. *in* octodecim alii, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. vid. Castal. in Rutil. p. 53. 54. [Lib. I. 46.] *poscit* Vat. tert. Rott. Florent. Mazar. *possit* septem alii. *prosit* conj. Heins.—413 *cum reges vinceret* Med. quart. Exc. Voss. Ald. *reges vicerat* Var. LL. ed. Antv. *regem* Moret. pr.—414 Hic versus in Moret. pr. margini est ascriptus.—415 *Dictator Serranus flexit* Vat. quint. *Dictator flexit Serranus* Med. tert. Oxon. pr. Leid. sec. Exc. Lucens. pr. *vertit Dictator* Ambr. pr.—416 *faces* pro *casæ* Moret. pr. m. pr. *silignis* Moret. sec.—417 *affixit* vet. Gyr.

NOTÆ

408 *Camillus*] Hic Dictator Gallos, Roma direpta, Capitolium obsidentes, et e pacto, pendendo auro intentos, nil tale opinantes, oppressisse dicitur. Unde dictus est alter Romulus, alterque urbis conditor. Negat a Gallis aurum extortum esse, et docte probat Gosselinus noster, in Historia veterum Gallorum. Cap. 40.

409 *Discitur hinc*] E rebus gestis veterum Heroum cognoscitur nihil esse quod virtuti possit resistere. 'Invia virtuti nulla est via.'

410 *Punica*] Feritas Carthaginiensium, qui dicti sunt Pœni, a Phœnicia regione Asiæ, unde orti sunt; et hinc Punicus.

411 *Regule*] Marcus Attilius Regulus arte Xantippi Lacedæmonii captus, moxque de permutandis captivis Romam missus, conditionem dissuasit, rejectisque a se conjuge et liberis, Carthaginem, ut promiserat, rediit, ubi in arcam ligneam conjectus clavis introrsum adactis, vigiliis ac dolore extinctus est. 'Regulus toto corpore cruces patitur.' Tertullianus.

Adversa Catonis] Catonis adversitates Heroica constantia toleratæ, præferendæ sunt prosperis aliorum successibus.

413 *Curius, Fabricius, Serranus*] De his omnibus lib. I. in Ruf. v. 200. et seqq.

Postibus affixi: collectæ Consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat: velut ille carinæ
Longævus rector, variis quem sæpe procellis
Exploravit hyems, ponto jam fessus et annis
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et casus artesque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus possint moderamine falli:
Quæ nota nimborum: quæ fraus infida sereni:

Fruges decerptæ sunt a *Consule, et agri arati* sunt *diu* ab *agricola trabeato. Pater* Theodosius *dabat hæc documenta* Honorio: *sicut senex ille navis gubernator, quem tempestas exercuit frequenter turbinibus diversis, fatigatus jam mari et ætate, tradit filio* suo *gubernaculum marinum navis, et monstrat* ipsi *artem et eventus; quibus astris felix* puppis *dirigatur, quo regimine undæ queant eludi: quæ* sint *signa tempestatum imminentium: quam incerta* sit *species serenitatis: quid Sol*

afflixi Bonon. *collecti* Var. LL. ed. Antv.—419 *velut ante* Oisel.—420 *doctor* Med. tert. *sæva* vel *sæpe* Oxon. sec.—421 *cum fessus* duo Vat. Tholos. *jam* vel *cum* Reg. Petav. pr. *confessus* Voss. forte pro *confectus*. *annis* Exc. Læti. *anno* Med. tert. *Austro* Med. sec. *armis* ed. Vicet. *in annis* Thuan. —422 *olim* pro *alni* Vat. tert. Rott. Oisel. Ambr. pr. Med. sec. Florent. m. pr. Sched. Gud. *harenas* Vat. tert.—423 *caussas* conj. Heinsius *artemque* Med. quart. *læva regatur* Rott.—424 *possint fluctus* duo Vat. Petav. pr. Lov. *fluctus possint* Vat. quart. Exc. Læti. *possit* codd. tres et viginti, item Exc. Voss. Exc. Lucens. pr. Oxon. duo. Leid. ed. Parm. et Vicet.—425 *membrorum* Vat. tert. *serenis* ed. Parm. et Vicet.—427 *Discolor* Vat. pr.

NOTÆ

418 *Trabeato*] Veste Consulari induto.

419 *Ille*] Usurpatur a Poëtis emphaticως ad ornatum. Virgilius: 'Pœnorum qualis in arvis Saucius ille Leo,' &c. Ceterum navis et resp. sæpius simul comparantur.

420 *Procellis*] Procella est vis venti cum pluvia, et in mari potius quam in terra. Sic dicitur quod omnia procellat, agitet, concutiat. Tempestas vero est Cœli quivis status turbidus, sed utrumque sæpius confunditur.

421 *Hyems*] Tempestas, ἀπὸ τοῦ ὕειν, *pluere*. Virgilius: 'Emissamque hyemem sentit Neptunus,' &c. id est, tempestatem. Vide lib. de III. Cons. Hon. vs. 97.

422 *Alni*] Navis ex arbore aluo facta: ponitur causa, scilicet materia, pro effectu.

423 *Artes*] Scientiam regendæ navis.

Dextra] Dexter, dextera, vel dextra, usurpantur pro eo quod est felix, et quod successus habet prosperos.

424 *Falli*] Qua ratione, qua providæ mentis sagacitate fluctus eludi possint, ne supervenientes nautas navemque opprimant: hoc enim a gubernatoribus providendum est.

425 *Quæ fraus*] Quam serenitas obnoxia sit mutationi dolosæ ac fraudulentæ.

Quid Sol occiduus prodat: quo saucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Aspice nunc, quacumque micas, seu circulus Austri,
Magne parens, seu te gelidi meruere Triones;
Aspice: completur votum. Jam natus adæquat
Te meritis, et, quod magis est optabile, vincit,
Subnixus Stilichone tuo; quem fratribus ipse
Discedens clypeum defensoremque dedisti.

Occidens designet: quo offensa vento Luna subrubens erigat faciem ardentem: O Theodosi, *pater ingens* Honorii, *vide nunc, ubicumque effulgeas, seu circulus Noti* teneat te, *seu Triones frigidi meriti sunt te* habere: *vide, desiderium* tuum *impletur. Jam filius* tuus *æquiparat te virtute* sua, *et, quod magis expetendum est, superat* te *fretus Stilichone tuo, quem* tu *ipse moriens commisisti* duobus *fra-*

Farn. Mazar. Ambr. pr. Lov. ’m. sec. Heinsius ascripserat, *Discolor*] i. e. *rubens. auratos* Ambr. tert. *inflatos* conjecerat Heins. *attollit* Tholos.—428 *Adspice* vel *Auspice* Moret. pr. *quocumque* Vat. pr. Pal. duo Med. *quodcumque* Vat. tert. Rott. *ceu circulus* Med. tert.—429 *seu te gelidi* Vat. pr. Pal. Med. pr. *gemini* Med. quart. *Austri Magne parens gelidi seu te meruere Triones* Ald. et Colin.—430 *Completum* Med. quart. *nam* Petav. tert. Tholos.—432 Deest hic versus in omnibus Vaticanis, quatuor Med. tribus Petav. totidem Ambr. nec non in Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. Pat. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. duob. Leid. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv.—

NOTÆ

426 *Quid Sol occiduus*] Nam e Sole Occidente signa, vel serenitatis, vel tempestatum colliguntur.

Saucia] Offensa Luna, rubens, sanguinolenta, quasi vulnerata fuisset.

427 *Decolor*] Luna nihil habens soliti coloris.

Iratos] Faciem ardentem, accensam, et irato similem.

Cynthia] Luna, sic dicta a Cyntho, monte Deli, ubi eam Latona peperit.

428 *Micas*] Instar sideris alicujus, in quod mutatus sis, instar Julii Cæsaris.

Seu circulus Austri, &c.] Seu in tractu Australi vel Meridiano; seu in tractu Septemtrionali sedem constitueris.

Austri] Seu Noti, qui ventus est flans a Meridie.

429 *Gelidi Triones*] Supra in III. Cons. Hon. vs. 170.

431 *Vincit*] Pergrata est parentibus victoria filiorum, etiamsi ab iis virtute vincantur. Sed a Theodosio, quicquid Claudianus dicat, degeneravit Honorius.

432 *Tuo*] Stilichone tuo, id est, tibi caro, tibi probato, quem solum tutorem dedisti duobus fratribus. Unde Stilicho arripuit occasionem opprimendi Rufini, qui se Arcadii tutorem relictum esse jactabat.

433 *Clypeum*] Firmum columen ac præsidium.

Defensorem] Tutorem: ‘Nam,’ e Servio Sulpitio, ‘tutela est potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit.’

Pro nobis nihil ille pati, nullumque recusat
Discrimen tentare sui: non dura viarum,
Non incerta maris. Libyæ squalentis arenas
Audebit superare pedes, madidaque cadente
Pleiade Gætulas intrabit navita Syrtes.
Hunc tamen inprimis populos levitate feroces,
Et Rhenum pacare jubes. Volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus stipantė caterva,
Aspera nubiferas qua Rhætia porrigit Alpes,
Pergit, et hostiles (tanta est fiducia) ripas
Incomitatus adit: totum properare per amnem

tribus, ut *præsidium ac tutorem. Ille* Stilicho *nihil renuit perferre pro nobis, et nullum experiri periculum* capitis *sui; non* renuit experiri *asperitatem itinerum, non inconstantiam maris.* Ille *pedes audebit trajicere arenas Libyæ desertæ, et nauta ingredietur Syrtes Gætulas Pleiade humida Occidente. Imperas tamen prius illum sedare gentes feras, et placare Rhenum. Ille invectus equis velocissimis evolat, et nullo exercitu tegente latus, it, qua Rhætia saxosa extendit Alpes aërias, et intrat incomitatus littora hostilia, tanta est confidentia! Cerneres Reges trepidos demisso*

434 *vobis* Moret. sec. *nil* Med. sec. *ipse* Vat. quart. et quint. Petav. pr. Moret. pr. et Tholos.—436 *incerta magis.* Med. tert. *Libyesque calentis* Med. quart. *Libyes arentis* Var. LL. ed. Antv.—437 *Audebis* Pal. Med. pr. *servare* Med. tert. *cadentem* Thuan.—438 *Syrtibus undas* omnes Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Leid. sec. et Gesn. *navita Syrtes* Petav. sec. et pr. m. sec. Med. tert. Raphel. Var. LL. ed. Antv. *navita Syrtes* vel *Syrtibus undas* Reg. Oxon. sec. —439 *Nec tamen* inc. Heins. *Hunc igitur primum* vel *Hunc tamen in primis* Oxon. sec. *lenire feroces* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. *levitate feroces* Leid. pr. *pacare feroces* Med. pr.—440 *regnum pacare* Med. tert. Reg. a m. pr. Oxon. pr. et Leid. pr. *Rethnum* Tholos. *placare* duo Vatt. Petav. pr. Moret. pr. Ambr. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. *pacare* Vat. sec. Pal. *peccare* Var. LL. ed. Antv.—441 *Vectus aquis* Vat. tert. Rott. Med. sec. *corona* Med. tert.—444 *amnem* vel *annum* Florent. *amnem* vel *agmen* Oxon. sec. Med. quart. ad firmandum τὸ *amnem* Heins. ascripserat locum ex Lib. I. Cons. Stilich. 206. ubi similiter de Regibus ait, 'transvecti lintribus amnem.'—445 *humili Re-*

NOTÆ

435 *Dura viarum*] Duras et asperas vias. Hellenismus. Sic est, *incerta maris*, id est, incertum dubiumque mare, seu dubios et incertos atque inconstantes maris casus.

436 *Squalentis*] Libya, ob nimios Solis calores, partim sterilis, arenosa, squalida, deserta.

438 *Pleiade*] Pleiades sunt septem stellæ in signo Tauri cœlestis, quæ occasu suo pluvias et tempestates important. Dicuntur ἀπὸ τοῦ πλεῖν, *navigare*, quod ortu suo tempus navigationis indicent: dicuntur et *Vergiliæ*, quod vere oriantur.

Gætulas] Gætulia regio est Libyæ: hic ponitur pro Libya, ad ad quam sunt illæ Syrtes nautis formidandæ. De his supra.

440 *Rhenum pacare*] Placare Germaniæ populos Rheni accolas, pace composita.

442 *Rhætia*] Regio est Alpibus vicina, Rhætis subjecta, *aux Grisons.*

Attonitos humili Reges cervice videres.
Ante ducem nostrum flavam sparsere Sygambri
Cæsariem, pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo. Juratur Honorius absens,
Imploratque tuum supplex Alamannia nomen.
Bastarnæ venere truces; venit accola sylvæ
Bructerus Hercyniæ: latisque paludibus exit
Cymbrus, et ingentes Albin liquere Cherusci.

capite accelerare per omnem fluvium. Sycambri effuderunt crines flaventes coram Ductore nostro, et Galli supplicantes susurro timido, prostrati sunt humi. Juratur in nomen *Honorii absentis, et Alamannia humilis invocat nomen tuum. Bastarnæ immites advenerunt: Bructeri accolæ sylvæ Hercyniæ advenerunt, et Cimbri egrediuntur* e *paludibus immensis, ac Cherusci proceri deseruere Albin. Ille* Stilicho

ges Exc. Voss. Thuan. *Reges humili* novem alii.—446 *vestrum* Var. LL. ed. Antv. *flavi* Pric. *fudere* Ambr. pr. inc. Heins. Sched. Gud. *Sygambri* Vat. quart. Exc. Lucens. sec. *Sicambri* Sched. Gud.—447 *pavidamque* Petav. sec. *pavidoque* vel *tumidoque numine* inc. Heins. *errantes* Pric. *Franci* vel *fracti* Petav. pr. *fracti* Leid. a m. s.—448 *miratur* marg. Isingr.—449 *suum* Vat. pr. et quart. Farn. Petav. pr. *simplex* Put. Pat. *Alamania* Vat. pr. Pal. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *Alemannia* quatuor Vat. Farn. Rott. Oisel. pro *nomen* Heins. conj. *numen.*—450 *Balternæ* Vat. sec. *Basturni* Med. tert. *Busternæ* Lov. *Basturnæ* Reg. Oxon. pr. Leid. pr. *Basternæ* tres Vat. Pal. Rott, Pric. *Bastarnæ* Vat. pr. Farn. Med. quart. Bonon. Tholos. Moret. sec. inc. Heins. duo Petav. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. sec. et ed. Parm. *movere* Med. tert. *duces* Petav. tert. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *truces* vel *duces* Vat. sec. *accola* Exc. Læti. *incola* Vat. pr. Farn.—451 *Buterus* Florent. *Bruteus* Med. quart. *Brutenus* Vat. pr. Farn. *Brutherus* Petav. pr. Moret. pr. Leid. sec. *Busterus* ed. Vicet. *Brusterus* ed. Parm. *Bructurus* Junt. *Brutterus* Exc. Lucens. pr. *Bruterus* viginti alii, Lovan. et Exc. Gevart. *Busterus* vel *Burcerus* Mazar. *Hercyniæ* Exc. Læt. *Erteniæ* Vat. sec. *Arceniæ* Vat. tert. *latusque* Tholos.—452 *Cimbrus* omnes Vatt. Pal.

NOTÆ

445 *Attonitos*] Trepidos, obstupefactos, fama, celeritate, audacia tanti Ducis.

446 *Sygambri*] Vel *Sycambri.* Populi ad Rhenum: sparsere cæsariem, id est, sparsis crinibus supplicavere, vel sparsis crinibus, quos pro more gentis, nodo constringere solent, testati sunt se, deposito more patriæ, servire velle Romanis moribus.

447 *Pavido murmure*] Susurro timido, et verba premente atque impediente.

Franci] Si tales extitere Franci, quod minime reor, longe alii sunt sub Ludovico Magno, cujus auspiciis terrori sunt orbi terrarum universo.

448 *Juratur*] Jurare in nomen, in verba, in salutem Principis, solitum erat Romanis. Jurare etiam, est præstare atque obstringere fidem sacramento.

450 *Bastarnæ*] Vel *Basternæ.* Populi versus Scythiam, iique fortissimi.

451 *Bructerus*] Bructeri populi ferocissimi juxta sylvam Hercyniam, versus eam regionem quæ nunc dicitur Boiohæmia.

452 *Cymbrus*] Cimbri erant Dani hodierni, et Holsatii populi: nonnulli et hoc nomine Zelandos continebant, ubi tot paludes.

Accipit ille preces varias, tardeque rogatus
Annuit; et magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica fœdera Drusos,
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus emta.
Quis victum meminit sola formidine Rhenum?
Quod longis alii bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stilichonis iter. Post otia Galli
Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas:

recipit supplicationes diversas, et exoratus sero concedit petita, *datque pacem velut donum ingens. Pax Germanica celebrat Drusos antiquos, sed quæsita bello dubio, et stragibus multis. Quis* vero *recordatur Rhenum subactum* esse *timore solo? Profectio Stilichonis dat tibi,* o Honori, *quod* Duces *ceteri valuerunt parare præliis longis. Post pacem* redditam in *finibus Galliæ, exhortaris* Stilichonem

Pric. Rott. Oisel. *Cimber* Reg. m. pr. Oxon. pr. Exc. Lucens. sec. *Alfen* Vat. pr. Farn. *Albi* Vat. tert. *Albin* octo alii, item Var. LL. e marg. Parm. *Cerochi* Vat. pr. Farn. *Cheruhi* Pric. *Cherunti* Rott. Florent. *Cheruchi* Pal. tres Vatt. totidem Med. Moret. pr. *Cheruci* ed. Parm. *Ceruchi* decem alii, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Cheiunti* Vat. tert. *Cherusci* Exc. Læti. *Ceruschi* vel *Cheruchi* tres Ambr. Tholos.—453 *tardeque* Exc. Læti. *tardeque* vel *tandemque* Reg. Leid. pr.—456 *sub ancipiti* Sched. Gud. *sed ancipiti* quatuordecim alii, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *sub* vel *sed ancipiti* Reg. Ambr. sec. *multis sed cladibus* Moret. pr. *casibus* Med. quart. *casibus* vel *cladibus* Reg.—457 *Quid* Leid. pr. *vinctum* Florent. Med. quart. *Rhetum* Exc. Læti. *Rhetnum* Rott. *regnum* Petav. tert.—458 *Quot* Vat. quint.—459 *Hoc quoque* inc. Heins. *Quæ* et *Hæc tibi* Put. *Stiliconis* Vat. pr. *Gallis* duo Petav.—460 *Militis* marg. Isingr. *sarcire ruinas* Rott. Mazar.—461 *regitur velis* Petav.

NOTÆ

Cherusci] Germaniæ populi Transrhenani.

453 *Tarde*] Majestatis Romanæ esse putant non promte, sed tarde concedere petita; id quod et Itali et Hispani hodierni observant.

455 *Nobilitant*] Germania pacata a Drusis, ipsos nobiliores ac celebriores facit: sed tamen id perfectum non est nisi bello et multa strage. Secus de Stilichone, qui solo nominis sui terrore, sine bello, sine cæde, Germaniam sedavit. Sic priscis Heroibus præfertur Stilicho.

Drusos] Drusus pater et Drusus filius, qui ob res præclaras contra Germanos, *Germanicus* est cognominatus.

456 *Marte ancipiti*] Bello, cujus sæpe anceps est ac dubius eventus.

457 *Rhenum*] Populos Rhenum accolentes solo Stilichonis timore subactos. Mirum certe ita Rhenum esse domitum: sed quæ posteritas non mirabitur eundem Rhenum, reluctante hostium exercitu, a Ludovico Magno tribus horis esse trajectum?

459 *Iter*] Sola Stilichonis via et celeritas placans Germaniam, tibi dat, o Honori, quod alii facere non possent longis bellis.

Post otia] Post redditam Gallis pacem, deleto in Alpibus Galliæ finibus Eugenio Tyranno, hortaris Stilichonem, ut resarciat damna Græciæ, quæ ab Alarico Vandalorum et Alanorum Rege vastata fuerat.

460 *Hortaris*] Hortaris tantum, o

Ionium tegitur velis, ventique laborant
Tot curvare sinus: servaturasque Corinthum
Prosequitur facili Neptunus gurgite classes.
Et puer Isthmiaci jam pridem littoris exul
Secura repetit portus cum matre Palæmon.
Plaustra cruore natant: metitur pellita juventus.
Pars morbo, pars ense perit. Non lustra Lycæi,

sarcire damna Græciæ. Mare *Ionium* statim *operitur navibus, et venti vix possunt inflectere tot vela: ac Neptunus deducit mari secundo classes defensuras Corinthum. Et puer Palæmon expulsus jamdudum* ab *ora Isthmiaca, redit* in *portum cum Matre tuta. Currus exundant sanguine: juventus pellita occiditur: pars perimitur morbo, pars gladio: non sylvæ Lycæi, non abundantia nemoris Eryman-*

tert. *ventisque* Med. quart.—462 *servare sinus* Med. sec. *servaturusque* vel *servaturasque* Reg. Oxon. pr. *servatasque* vel *servatosque* Var. LL. ed. Antv.—463 *celeri Neptunus* Moret. pr. *facibus Neptuni* Jun. pr.—464 *Ismaici* Tholos. *Insimaci* Var. LL. ed. Antv. *Hirmaici* Oxon. *Hismaici* Vicet.—465 *Securaque petit* Vat. pr. Farn. *Securus* Tholos. *portas* Var. LL. ed. Antv. *cum patre* Tholos.—466 *Castra* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Plaustra* vet. Gyrald. Exc. Læti. *moritur pellita* Vat. quint. Pric. Thuan. Jun. pr. Oxon. pr. Leid. sec. ed. Parm. *metuit* Med. quart. Moret. sec. *metitur* tres Med. totidem Ambr. et Petav. Reg. Put. Pat. Bonon. Tholos. Mazar. Exc. Lucens. sec. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *metitur* vel *moritur* Vat. quart. Oisel. *mentitur pelta* vel *metuit pellita* Var. LL. ed. Antv. *metitur* vel *moritur* vel *metuit* Lov. *polluta* pro *pellita* Ambr. sec.—467 *Jam morbo* Wolf. *Pars morbo*

NOTÆ

Honori, et statim Stilicho obedit: nam naves ducit in Græciam.

461 *Ionium*] Mare quod est inter Italiam, Epirum, et usque ad Cretam protenditur. Sic dicitur ab Io, Inachi filia, quæ in bovem transformata et œstro Junonio percita, illud mare tranavit, et in Ægyptum transiit.

Laborant] Tanta est navium multitudo, ut venti velut fatigentur ac laborent tot impellere vela.

462 *Corinthum*] Hæc tamen, teste Zosimo, jam spoliata erat, antequam Stilicho in auxilium veniret. Corinthus est urbs Achaiæ in Græcia, in Isthmo Corinthiaco.

463 *Neptunus*] Fictio Poëtis familiaris, Deos inducere suis Heroibus faventes.

464 *Puer*] Palæmon puer et Leucothea ejus mater, numina marina, fugati metu Barbarorum, rediere ad suos portus adventu Stilichonis. Athamas Rex Thebarum, pulsa uxore Nephele, liberisque ejus, Phryxo et Helle, Ino Cadmi filiam superinduxerat novercam: unde in furorem versus, dum putat Ino esse leænam, et filios suos Learchum et Melicertam ejus catulos, Learchum saxis illidit; quod Ino videns cum Melicerta se e rupe Leucothea in mare præcipitavit. Ast ambo Deorum commiseratione in Deos conversi sunt: Ino in Matutam, et Leucotheam: Melicerta in Palæmonem, qui et Portunus dicitur, quod in portubus coleretur: ambo nautis favent.

466 *Plaustra*] Currus, vehicula, quibus utuntur Getæ.

Pellita] Pellibus vestita, more Barbarorum.

467 *Non lustra*] Sylvæ Lycæi et Erymanthi non sufficiunt ad rogos

Non Erymantheæ jam copia sufficit umbræ,
Innumeris exusta rogis: nudataque ferro
Sic flagrasse suas lætantur Mænala sylvas.
Excutiat cineres Ephyre; Spartanus et Arcas
Tutior exsangues pedibus proculcet acervos;
Fessaque pensatis respiret Græcia pœnis.
Gens, qua non Scythicos diffusior ulla Triones
Incoluit, cui parvus Athos, angustaque Thrace,

thei absumta pyris infinitis satis est, et Mænala, spoliata securi, gaudent ita lucos suos arsisse. Ephyre dissipet cineres: Lacedæmonii et Arcades securiores calcent pedibus cumulos mortuorum: et Græcia defatigata quiescat damnis compensatis. Natio, qua nulla latius habitavit Triones Scythicos, cui Athos exiguus erat, et Thra-

Var. LL. ed. Antv. *periit* Petav. tert. *cadit* Pal. Med. pr. *num lustra* Vat. sec. *castra* Vat. tert. Rott. Florent. m. pr.—469 *exhausta* Tholos. Ambr. sec. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *exuta* Exc. Voss. Jun. Barth. Cod. et ed. Vicet. *rogi* Exc. Lucens. pr. *jugis* vel *rogis* Vat. sec. Med. pr. *nudataque* Exc. Lucens. pr. *exutaque* ed. Vicet. marg. Isingr. et Parm.—470 *lætatur* Farn. Med. quart.—471 *Ephyre cineres* Lov. *Nephere* Jun. pr. *Parthanus* ed. Vicet. *Athlas* pro *Arcas* Ambr. pr.—472 *conculcet* Put. Pat. Bonon. Ambr. pr. ambo Moret.—473 *Celsaque* Thuan. Bonon. *pensatis* vel *pulsatis* Oxon. sec. *pennis* pro *pœnis* Jun. pr.—474 *Gens quæ* Rott.—475 *Athas* pro *Athos* Var. LL. ed. Antv. *inclusaque* Med. quart. *aut grataque* Jun. pr. *terræ* pro *Thrace* Vat.

NOTÆ

ministrandos. Tanta est mortuorum Getarum multitudo!

Lycei] Lycæus mons est Arcadiæ, arboribus consitus variis in locis.

468 *Erymantheæ*] Erymanthus itidem est mons Arcadiæ sylvosus, ubi stabulabat aper Erymantheus, qui dicitur a Cicerone, 'Aper Erymanthius.'

Umbræ] Copia seu multitudo arborum umbram latam porrigentium, sicque umbra ponitur pro arboribus, effectus scilicet pro causa; ut apud Virgilium, 'Falce seces umbras,' id est, frondes, quæ faciunt umbras.

470 *Mænala*] Mænalus, et in plurali, Mænala, mons itidem Arcadiæ: gaudet suas sylvas ardere atque impendi ad cremandos Barbaros, qui Provinciam illam vastaverant.

471 *Ephyre*] Urbs in Isthmo Corinthiaco, quæ et Corinthus dicitur: hodie *Coranto*.

Spartanus] Sparta aut Lacedæmon, urbs nobilissima Peloponnesi, cujus cives dicuntur Spartani, aut Lacedæmonii.

Arcas] Populi Arcadiæ, sic dicti ab Arcade Jovis et Calistus filio.

473 *Respiret*] Græcia quiescere ac liberius respirare incipiat, damnis et suppliciis, quæ a Barbaris passa est, compensatis morte ipsorum Barbarorum.

474 *Triones*] Getarum gens, quæ vastas occupavit Scythiæ regiones, versus Septemtrionem. Triones supra vs. 170. in III. Cons. Hon.

475 *Athos*] Mons est Thraciæ, notus ob Xerxem: etsi maximus, parvus tamen erat præ hostium multitudine; et ipsa Thracia hos non capiebat.

Cum transiret, erat: per te, viresque tuorum
Fracta ducum: lugetque sibi jam rara superstes.
Et, quorum turbæ spatium vix præbuit orbis,
Uno colle latent: sitiens, inclusaque vallo
Ereptas quæsivit aquas, quas hostibus ante
Irriguas alio Stilichon deflexerat actu,
Mirantemque novas ignota per avia valles
Jusserat averso fluvium migrare meatu.
Obvia quid mirum vinci, cum barbarus ultro

cia arctior, cum transgrederetur: deleta est per te, et per *virtutem Ductorum tuorum: ac jam* illa *pauca* velut post *se superstes remanens flet. Atque* hostes *sepeliuntur* in *colle unico;* hostes *quorum multitudini vix mundus suppeditavit spatium:* gens *sitibunda et circumsepta aggere requisivit aquas ademtas, quas Stilicho averterat ductu diverso, prius fluentes* pro *hostibus, et imperaverat fluvium admirantem valles insuetas, per vias incognitas, fluere cursu contrario. Quid admirabile* est *superari* a te

pr. Exc. Voss.—476 *transiret aquas* Tholos. *transnaret* Jun. pr.—477 *lugentque* Ambr. pr. *lucetque* Put. *licetque* Tholos. *jam rara* vel *gens rara* Oisel.—478 *turbis* Petav. sec. *spatium turbæ* Vat. pr. *sufficit* Moret. pr. *contulit* Vat. quart. Petav. pr. Moret. sec. *invenit* vel *contulit* Med.—479 *jacens* Vat. pr. Farn. *inclusaque colle* Jun. pr.—480 *Erectas* Vat. tert. Rott. Leid.—481 *Continuas* Pat. *Contiguas* decem alii. *Irriguas* Moret. pr. *alto* Rott. *Stilichon* Exc. Læti. *Stilico* Vat. pr. et quint. *deduxerat* Vat. quart. Petav. pr. *deflexerat* vel *deduxerat* Oxon. sec. *arcu* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *actu* Med. tert. Reg. Thuan. Petav. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Lov. vet. Gyr. Oxon. pr. Leid. sec. Exc. Lucens. sec. Exc. Gevart. et Var. LL. ed. Antv. Heinsius conjiciebat *astu*, cui τὸ *arcu* minus probabatur, quia *arcus* tantum locum habet in Aquæductibus laqueatis vel fornicatis, de quibus hic non agitur: et hoc probatum ibat loco Stat. Lib. I. Sylv. 28. 'præcelsis quarum vaga molibus unda Crescit, et innumero pendens transmittitur arcu.' quo allusit Rutil. Lib. I. Itin. 97. ubi agit de Roma, 'Quid loquor aërio pendentes fornice rivos, Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?' hactenus Heins.—482 *per invia* Florent. m. pr.—483 *averso* Med. tert. Reg. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *adverso* Exc. Voss. Oxon. Leid. Lovan. Wolf. Exc. Gevart. Lu-

NOTÆ

477 *Sibi superstes*] Quasi vivens post mortem suam, id est, vivens, ademta sibi gloria, quæ fortium vita est. Vel *rara superstes*, id est, pauci ex Getis remanentes, vivunt sibi superstites, id est, superstites suæ genti, quæ deleta fuerat maximam partem.

479 *Inclusa*] Notant Scriptores a Stilichone inclusos esse hostes, et ab eodem dimissos, sicque ab eo peccatum esse contra Remp. Orosius.

481 *Deflexerat*] Fluvios ab hostibus avertere, et sibi accommodare, heroicum est.

Actu] Agendo et impellendo aquas alio ductu. Alii legunt *arcu*, id est, fossa curvata flumen deflectere.

483 *Jusserat*] Quasi numen aliquod.

Averso meatu] Cursu, qui aversus sit et contrarius cursui naturali.

484 *Obvia*] Quid mirum est a te vinci obvia, id est, contraria, adversa, hostilia agmina, quacunque occurrunt.

Jam cupiat servire tibi? Tua Sarmata discors
Sacramenta petit: projecta pelle Gelonus
Militat: in Latios ritus transistis Alani.
Ut fortes in Marte viros, animisque paratos,
Sic justos in pace legis, longumque tueris
Electos: crebris nec succedentibus urges.
Judicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiæque bonis; ceu bellatore Quirino,

contraria, cum Barbari sponte jam expetant obedire tibi? Sarmatæ dissentientes rogant tuam militiam. Geloni abjecta pelle pugnant pro te: vos, o *Alani, transmigrastis in mores Italiæ. Sicut* tu, o Honori, *deligis viros generosos in bello, et promtos animo, ita* deligis *æquos in pace, et diu retines* eos *delectos; neque expellis* eos *successoribus continuis. Gubernamur* a *Magistratibus cognitis; et potimur ornamentis pacis et belli, quemadmodum* potiebamur *Romulo pugnante, quemadmodum leni*

cens. pr. Sched. Gud. et edd. Vicet. Ald. Parm. Colin. *transire* pro *migrare* Ambr. pr. Exc. Schotti.—486 *petunt* Pric. Exc. Voss. Hic vero versus deest Bonon. *projecta pelle* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *tibique* Put. Pat. Ambr. sec. Petav. tert. Exc. Cod. Rhem. *projecta fraude* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Jun. pr. duo Oxon. totidem Leid. Raphel. Isingr. *tibique* vel *fraude* Florent. Mazar. *projectaque alba* Var. LL. ed. Antv.—488 *fortes in arma* Med. tert. *animisque paratis* idem Med. tert. *animisque probatos* Pat. m. sec. Heins. conj. *armisque paratos*, et ascripserat locum Ovid. III. Fast. 215. 'acies ferro Martique paratas.'—489 *in pace regis* Oxon. pr.—490 *crebris non* Pal. Med. pr. Moret. sec. *suadentibus* pro *succedentibus* Farn. *urgues.* cum τελεία στιγμῇ Put. Reg. duo Petav. Moret. pr.—491 *Indicibus* Pal. *regimur notis* Vat. pr. Farn. Reg. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *gerimur* Jun. pr. *votis* Oxon. sec. Petav. tert. *fruimur regimurque* Lov. Moret. pr. Petav. sec. Ambr. tert. Oxon. et Leid. sec. Exc. Gevart.—492 *seu* vel *ceu* Oxon. sec. *cum bellatore* Mazar.—493 *Cum placido* legit

NOTÆ

485 *Servire*] Tibi velut agnito proprio Principi. Barbari porro his temporibus in stipendia Romana ascripti sunt. Immo et eorum Duces Theodosius Imperatoriæ mensæ adhibebat.

Sarmata] Sarmatæ vel Sauromatæ populi sunt, qui Sarmatiam vastissimam regionem incolebant: duplex erat Sarmatia, Europæa et Asiatica: utraque fluvio Tanai dividebatur.

Discors] Sarmatæ perpetuo inter se tumultu agitari solebant.

486 *Sacramenta*] Petit, vel Sacramento vel Jurejurando sese tibi astringat, tuisque sub auspiciis militet.

Gelonus] Geloni populi sunt Scythiæ, qui te Duce militare gestiunt, et patrias pelles, moremque peregrinum abjicere.

487 *Alani*] Populi erant Scythiæ versus fluvium Tanaim.

488 *Ut fortes, &c.*] Jam describit Principem justum et moderatum in pace.

489 *Longumque tueris*] Crebriores Magistratuum mutationes perniciosæ sunt.

492 *Bellatore*] Laudat Honorium, quod iisdem artibus præditus sit, quibus Quirinus seu Romulus, Rex rei militari addictissimus; et Numa Pompilius, secundus Romanorum Rex,

Ceu placido moderante Numa. Non imminet ensis:
Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgo
Texuntur: patria mœstus non truditur exul,
Impia continui cessant augmenta tributi:
Non infelices tabulæ, non hasta refixas
Vendit opes: avida sector non voce citatur:
Nec tua privatis crescunt æraria damnis.

Numa regnante. Non gladius minatur: nullæ sunt *cædes nobilium; non scelera excogitantur passim. Exul tristis non expellitur* e *patria. Incrementa nefaria vectigalium assiduorum desinunt. Non* sunt *proscriptiones infaustæ: non divitiæ* Dominis *extortæ publicantur* sub *hasta: creditor non appellatur clamore cupido; neque fiscus tuus augetur jacturis privatorum.* Tu *liberalis* das *aurum copiosum,*

Heinsius. *miserante* Vat. quint. *numerante* Bonon. *veniet* pro *imminet* Var. LL. ed. Antv.—494 *nec crimina* Lov. *funera* Var. LL. ed. Antv. *crimina vulgi* Vat. sec. *vulgi* vel *vulgo* Med. pr.—495 *traditur* Moret. sec. Hic versus totus ad marginem scriptus erat in Var. LL. ed. Antv.—496 *contigui* Med. tert. m. pr. ad vocem vero *augmenta* notaverat Heinsius sequentia: '*Augmentum* tributum vocabant et *incrementum* posterioris ævi scriptores. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 16. *tributorum auctionem* dixit Tacitus in vita Agricolæ apud Casaub. in Hist. Aug. p. 215.'—497 *cum felices* Var. LL. ed. Antv. *refixa* Vat. sec. Pal. Med. sec. Ambr. pr. Jun. pr. Lov. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *refixa* vel *refixas* Florent. Med. pr.—498 *avidis emtor* quatuor Vat. Farn. Pric. Rott. Petav. pr. Lov. m. pr. Tholos. ambo Moret. Oxon. sec. Leid. sec. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. Ald. et Exc. Gevart. *avidas* septem alii. *avidus* Med. quart. *avidas* vel *avidis* Florent. Med. pr. Mazar. *non emtor* Moret. pr. *avida sector* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Heinsius ad vocem *sector* notaverat locum Cicer. Philipp. II. p. 186. ed. Faërn.—449 *Non tua* Med. quart. Tholos. Notandum vero, versum 499. et 500. inverso ordine posi-

NOTÆ

pacis tuendæ peritissimus.

493 *Ensis*] Semper cædi paratus.

495 *Texuntur*] Delatores non fingunt, non machinantur, non dolose texunt nova crimina.

496 *Impia*] Augmenta tributorum collecta per impietatem Tyrannorum, non locum habent, Honorio imperante.

497 *Tabulæ*] Vel proscriptionum, vel mulctarum, quæ fisco addicebantur.

Non hasta] Sub hasta vendebantur bona proscriptorum: hasta autem præfigebatur publicis venditionibus.

Refixas] Dominis ereptas, extortas.

498 *Sector*] Hic est vel creditor, qui jure antiquo debitorum, qui solvendo non essent, corpora in partes secare poterat: vel sector est qui bona proscriptorum emit, et quasi in partes secat: vel sector denique est delator qui per fas et nefas accusat aliquem, ut partem ejus bonorum aut mulctæ auferat.

Avida voce] Præconis scilicet, qui lucri avidus sectores citat, ut solvant, quæ licitati sunt.

Munificus largi, sed non et prodigus, auri.
Perdurat non emta fides: nec pectora merces
Alligat. Ipsa suo pro pignore castra laborant.
Te miles nutritor amat. Quæ denique Romæ
Cura tibi? quam fixa manet reverentia Patrum?
Firmatur senium juris, priscamque resumunt
Canitiem leges, emendanturque vetustæ,
Acceduntque novæ. Talem sensere Solonem
Res Pandioniæ: sic armipotens Lacedæmon
Despexit muros rigido munita Lycurgo.

sed tamen *non* es *profusus. Fides non emta remanet, neque lucrum constringit corda. Ipsæ cohortes solicitæ sunt pro suo amore. Milites altores diligunt te*, o Honori. *Quod demum est studium Romanorum pro* te? *Quam infixa* animo *est veneratio Senatorum* in te? Sic *antiquitas consuetudinum stabilitur, et leges recipiunt reverentiam antiquam, ac veteres corriguntur, novæque adduntur. Imperium Atheniensium expertum est Solonem talem: ita Sparta bellicosa freta* legibus *Ly-*

tos esse in Var. LL. ed. Antv.—500 *largi* Petav. pr. m. sec. Oxon. pr. *largis* Med. tert. Raphel. Isingr. Thuan. Var. LL. ed. Antv. *laudis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. Oxon. sec. duo Leid. Barth. *largi* vel *laudis* Reg. *lauti* conjecerat Heins. *non es* Vat. quint. *non et* viginti sex alii, Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—501 *non pectore* Ambr. tert.—504 *quæ fixa* Reg. Jun. pr. *sententia* Oxon. a m. pr. *sententia* vel *reverentia* Oxon. sec.—505 *Firmavit* Jun. pr.—506 *vetustas* Jun.—507 *Accenduntque* Vat. quint. *Salonem* Vat. tert. Oisel. Med. tert. Mazar. Moret. pr. —509 Hic versus deest Vatt. omnibus, quatuor Med. tribus Petav. et Ambr. nec non Pal. Farn. Rott. Oisel. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Pat. Bonon. Tholos. Lov. Jun. pr. duobus Leid. et Oxon. ambobus Moret. Exc. Lucens. pr. item Ald. ed. Parm. et Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *Re-*

NOTÆ

501 *Fides*] Fides militum erga te perdurat, stabilis est, sed non est mercenaria, et lucro quæsita, sed per virtutes tuas tibi conciliata.

Merces] Non lucrum tibi conciliat ligatque animos, sed virtus tua. Ipsi milites, qui te inter signa aluerunt, te spectant; *laborant*, soliciti sunt pro te, ut pro veri sui amoris venerabili pignore.

504 *Reverentia Patrum*] Marcus Imperator, vel in rebus arctissimis, non capiebat, sed petebat pecuniam a Senatu, adeo eum venerabatur!

506 *Canitiem*] Ut canities in homine, sic antiquitas in legibus venerabilis.

507 *Solonem*] Atheniensium legislatorem sapientissimum.

508 *Pandioniæ*] Imperium Atheniense a Pandione Rege.

509 *Lycurgo*] Spartanorum legislatore admirabili; cujus leges Spartæ pro muris erant. Sparta sine muris regnabat, veram fortitudinem, non in murorum, sed in animorum robore sitam esse dictitans. Et merito: sic enim diu floruit: at cum muris solis cœpit fidere, cito periit.

Quæ sub te vel causa brevis, vel judicis error
Negligitur? dubiis quis litibus addere finem
Justior, et mersum latebris educere verum?
Quæ pietas, quantusque rigor, tranquillaque magni
Vis animi, nulloque levis terrore moveri;
Nec nova mirari facilis! quam docta facultas
Ingenii, linguæque modus! responsa verentur
Legati, gravibusque latet sub moribus ætas.
Quantus in ore pater! radiat quam torva voluptas

curgi severi contemsit muros. Quæ causa vel *brevis, vel culpa Magistratus sub te spernitur? Ecquis æquior imponere metam litigationibus ambiguis, et eruere veritatem sepultam in tenebris? Qualis pietas, et qualis gravitas, et vis placida animi ingentis, non facilis concuti ullo metu; neque promta admirari novitates! Quam erudita copia ingenii, et lepos sermonis* est tibi! *Oratores venerantur oracula* tua, *et juventus* tua *occultatur sub moribus* plenis *gravitate. Quanta species patris* tui

spexit Pric.—510 *caussa gravis* tres Vatt. Pal. Med. pr. et quart. Exc. Læti. *brevis* viginti duo alii, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *gravis* vel *brevis* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius hic sequentia notaverat. *brevis caussa*] *compendii caussam* dixit Capitolin. p. 27. l. 34. p. 32. l. 30. 'prætorem reprehendit, qui cito reorum caussas audierat.' sic *horti brevissimi* pro parvis. Spartian. in Sever. p. 65. l. 28. p. 127. l. 20. p. 187. l. 16. vid. Casaub. p. 168. *d.* qui errat, dum putat, sic recentiores tantum loqui. Ovid. in Fast. *rus breve* dixit. Hæc Heinsius.—511 *Negligitur* Reg. Oxon. pr. Leid. pr. m. pr. et cum nota interrogandi Livin. Exc. Schott. *Non legitur* Vat. tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Med. Mazar. Tholos. Jun. pr. Leid. pr. m. sec. *Nunc legitur* Rott. *Nec legitur* quatuor Vatt. duo Med. *quis* Exc. Lucens. pr. *qui* Med. tert. Petav. tert. duo Moret. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Vicet. *legibus* pro *litibus* Vat. sec. m. pr. Mazar.—512 *Certior* Med. quart. Moret. pr. *emersum* Vat. pr. m. pr. *deducere* Jun. pr.—513 *Quod pietas* Vat. pr. *quantusque* Ambr. sec. *quantusve* duo Vatt. Pal. Med. sec. et quart. duo Petav. Bonon. Tholos. Moret. sec. Ambr. tert. Lov. *rigor* Vat. pr. Reg. Thuan. Petav. sec. Moret. sec. *vigor* duodecim alii, Exc. Gevart. Vicet. *rigor* vel *vigor* Ambr. pr. Leid. pr.—515 *mutari* Pal. Med. pr. *quam docta* Reg. Thuan. duo Petav. Oxon. pr. Leid. pr. Moret. sec. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. Isingr. *quæ docta* novem alii.—517 *timet* Jun. pr.—518 *Q. in o. pater!* Petav. tert. Parm. Isingr. Colin. Gryph. *pater?* cum signo interrogationis ed. Vicet. *radius* Vat. quint. *radiat!* cum signo exclamationis Lov. duo Moret. Ald. Exc. Gevart. et ita edidit Gesn. *parva voluptas* Vat. tert. Rott. Oisel. Med. sec. m. pr. marg. Isingr. *voluntas* Petav. tert. *parva* vel *torva* Florent. *torva* Gesn.—

NOTÆ

510 *Error*] Si quis judex vel tantillum erraverit, id sub te non negligitur.

516 *Modus*] Vel lepos, vel moderatio, vel gravitas quædam sermonis.

517 *Latet*] Adeo ut quis non facile crederet juvenem esse, qui tam sapienter tamque graviter loquatur.

518 *Radiat*] Quasi in Honorii vultu divina quædam Theodosii magni imago radiare videatur.

Voluptas] Ipsa species frontis tuæ,

Frontis, et augusti majestas grata pudoris!
Jam patrias imples galeas: jam cornus avita
Tentatur vibranda tibi: promittitur ingens
Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quoties clypeatus, et auro
Squameus, et rutilus cristis, et casside major!
Sic cum Threicia primum sudaret in hasta,
Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem.
Quæ vires jaculis! vel cum Gortynia tendis
Spicula, quam felix arcus, certique petitor
Vulneris, et jussum mentiri nescius ictum!

micat in vultu tuo! *Quantæ illecebræ vultus* tui *bellicosi! Et* quam *jucunda* est *majestas* tua *plena verecundia venerabili! Jam* tu, etsi puer, *reples cassidem Patris* tui: *jam hasta avi exploratur tibi torquenda: magna fortitudo expectatur* e primis tuis *exercitiis, et occupat desideria Romana. Quæ præstantia* tua est, *quotiescumque vadis scutatus, et* habens loricam e *squamis aureis, et jubas micantes, et procerior* ob *galeam* ipsam. *Ita fluvii Rhodopeii irrigaverunt Martem puerum, cum laboraret primum in cuspide Thracia. Qui impetus* est in *telis tuis! Aut cum vibras jacula Gortynia, quam arcus* tuus est *fortunatus, et infligens certo*

519 *decoris* Put. Pat.—520 *implens* Med. tert. *conus* Leid. pr. *acuta* Med. sec. *avitas* Put. Petav. sec.—521 *vibranda tibi.* cum τελείᾳ στιγμῇ Lov. Moret. pr. Ald. Exc. Gevart. *vibranda tibi,* Exc. Lat. et Lucens. pr. *vibrata* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. Med. pr. Mazar. Exc. Schotti, Exc. Voss. Barthii cod. et ed. Vicet.—522 *moraris* Pat. et Ald. *moratus* Vat. sec. Pal. Med. tert. inc. Heins. Moret. pr. Leid. sec. duo Petav. Bonon. Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. *moratur* vel *moratus* Florent. et Exc. Lucens. pr.—524 *rutilis* Tholos. —525 *Thraicia* Pric.—526 *purum* Vicet.—527 *vel quæ* Bonon. *et quum* Med. tert. *cum tu* Moret. sec. *Cortynia* omnes Vatt. Pal. Put. Thuan. Mazar. Petav. pr. Moret. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Gorthinia* vel *Corinthia* Lov. *tendis* Lov. duo Moret. totidem Oxon. et Leid. Jun. pr. Ald.—529 *Sanguinis* Med. quart. *jussum* tres Vat. *visum* viginti septem alii, Exc. Schott. Gevart. item

NOTÆ

masculæ, bellicosæ, et velut ad honestam quandam ferociam et torvitatem accedentis, voluptatem nescio quam habet.

519 *Majestas pudoris*] Id est, plena pudore augusto et venerando.

520 *Cornus*] Hasta e corno arbore facta. Jam tentas torquere eandem hastam, quam olim avus tuus torquebat.

522 *Moratur*] Promittitur ingens fortitudo e primis tuis exercitationibus militaribus; et detinet, occupat vota nostra, quæ tota sunt in ea expetenda.

523 *Casside major*] Major, altior, procerior videris, ob altam cassidem.

526 *Rhodopeia*] Thracia, a monte Rhodope. Mars natus dicitur apud Thraces, quod populi sint bellicosi.

527 *Cydon, Gortynia spicula*] Id est, præstantissima, a Gortyne et Cydone oppidis Cretæ, ubi populi erant peritissimi ad sagittas vibrandas.

529 *Mentiri*] Arcus ita felix, ut si

Scis quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas
Armenius; refugo quæ sit fiducia Partho.
Sic Amphioniæ pulcher sudore palæstræ
Alcides pharetras Dircæaque tela solebat
Prætentare feris, olim domitura Gigantas,
Et pacem latura polo: semperque cruentus
Ibat, et Alcmenæ prædam referebat ovanti.
Cœruleus tali prostratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina sylvis.
Cum vectaris equo, simulacraque Martia ludis,

plagam, et qui *nescit aberrare a scopo proposito! Nosti qua industria Cydon, qua dexteritate Armenius torqueat spicula*, et *quæ sit confidentia Partho fugienti. Ita Hercules decorus labore palæstræ Thebanæ consueverat prius experiri sagittas, et jacula Dircæa* in *feris* occidendis, jacula *occisura aliquando gigantes, et datura pacem Cælo; et semper sanguinolentus incedebat, ac reportabat prædam Alcmenæ gaudenti. Python lividus domitus* a *Phœbo simili impedivit gyros* suos *morientes* in *sylvis ruptis. Cum veheris equo, et agis exercitia armorum, quis vegetior cur-*

Sched. Gud. *visu* Mazar. *invisum* Jun. pr. *visum* Var. LL. ed. Antv.—530 *Sidon* duo Vat. Med. quart. *Citon* Oxon. sec. *Cython* Mazar. *dirigit* Vat. pr.—531 *sit quæ fiducia* Pat.—532 *satus Amphione* Farn. *Ephyreæ* Moret. pr. *pulchrum sudare* Var. LL. ed. Antv.—533 *Dictæaque* Vat. quart. et quint. Farn. Reg. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. pr. et Leid. m. sec. Med. tert. *Dircæaque* vel *Dictæaque* Moret. sec. *Dircæaque* vel *directaque* Oxon. sec. *regna* pro *tela* Rott.—534 *feros* Vat. pr. Med. sec. Var. LL. ed. Antv. *fuga* Tholos. *Gigantes* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Gigantas* Bonon. Petav. sec.—535 *Ut pacem* Vat. tert. Rott. *creatus* Put.—536 *Armeno* Jun. pr.—537 *Phiton* duo Moret.—538 *Implevit* Vat. tert. Rott. Med. sec. Mazar. Petav. tert. Exc. Cod. Rhem. *Explicuit* Petav. pr. m. sec. *Implicuit* vel *Implevit* Vat. quart. Florent. *factis* Var. LL. ed. Antv. *moribunda* malit Heins.—539

NOTÆ

jusseris hunc vel illum scopum petere, petat fideliter, nec unquam fallat mendaci vanoque ictu.

531 *Armenius*] Parthos Armeniosque intellige telorum torquendorum itidem peritissimos.

532 *Amphioniæ*] Thebanæ, ab Amphione qui condidit Thebas Herculis patriam futuram.

533 *Dircæa*] Id est, Thebana seu patria tela, a Dirce Lyci Thebarum Regis uxore, quæ a Zetho et Amphione ob vexatam matrem suam Antiopam, equis indomitis alligata et tracta est, ac Deorum commiseratione in fontem *Dircen* prope Thebas commutata. Alii legunt, *Dictæa*, et bene, id est, optima, a Dicte, monte Cretæ, in qua spicula exquisita.

536 *Alcmenæ ovanti*] Filii sui Herculis virtute gaudenti, triumphanti.

537 *Cœruleus*] Niger, lividus, horridus.

Python] De Pythone, in Præf. lib. I. in Ruf.

538 *Fractis*] In sylvis, quas ipse spiris et cauda rumpebat, dum extremos impetus torquet in arbores.

539 *Simulacraque Martia ludis*] Agis per ludum incruenta armorum exer-

Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum
Acrior, aut subitos melior flexisse recursus?
Non te Massagetæ, non gens exercita campo
Thessala, non ipsi poterunt æquare bimembres.
Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur
Agmina: ferventesque tument post terga dracones.
Utque tuis primum sonipes calcaribus arsit,
Ignescunt patulæ nares: non sentit arenas
Ungula, discussæque jubæ sparguntur in armos.
Turbantur phaleræ: spumosis morsibus aurum
Fumat: anhelantes exundant sanguine gemmæ.

vare gyros *lenes fugiendo, quis vibrare hastam, vel* quis *doctior detorquere circuitus repentinos? Non Massagetæ valebunt imitari te, non natio Thessaliæ exercitata cursu, non Centauri ipsi: vix turmæ sociæ, vix exercitus currentes sequuntur te, et serpentes ardentes turgescunt post terga* tua. *Et statim atque equus incaluit stimulis tuis, nares* ejus *apertæ incenduntur: pes non tangit pulverem, et jubæ excussæ diffunduntur in humeros: phaleræ agitantur:* frænum *aureum fumat e spuma dentium: lapilli* habenarum equi *anhelantis replentur cruore. Ipse labor*

Martia vel *mollia* Reg.—540 *mollis* Vat. tert. Rott. Oisel. *simulare* marg. Isingr. *comptum* Moret. pr. *cunctum* Tholos. *cum tu* Jun. pr. *contum* vel *contra* Petav. pr.—541 *Aptior* Put. Pat. *Acrior* vel *Aptior* Lov. *Acrior* vel *Doctior* Petav. pr. *Doctior* Voss. *subito* Med. sec. *iterum* pro *melior* Put. Pat. *finxisse* Pric. Oisel. Med. sec. Mazar. *fixisse* Ambr. pr. Sched. Gud.—542 *campos* Vat. quint.—543 *poterint* conj. Heins. *biformes* Vat. pr. Farn.—544 *feruntur* pro *sequuntur* Petav. sec. *sequentur* inc. Heins. Put.—545 *post bella* Pric. inc. Heins. Exc. Voss. *timent* Vat. tert. Rott. Med. quart. Jun. pr. Put. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—546 *tuus* Pal. Pat. duo Med. *tuus primus* Jun. pr. *sonipes primum* Pat. *hæsit* vel *arsit* Mazar. ad illa vero, *Ignescunt patulæ nares,* Heins. ascripserat not. Ouzel. ad Minuc. pag. 42.—547 *habenas* Sched. Gud. —549 *Turpantur* Ald.—550 *Spumat* Jun. pr. Leid. sec. Exc. Gevart. *exudant* Lov. *exudat* Oisel. *Exsudant* Med. duo, Ambr. pr. Exc. Schott. *exundant* Florent. Med. pr. et quart. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Tholos. Pat. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Vicet.—

NOTÆ

citia, quæ sunt velut quædam præliorum cruentorum præludia.

540 *Sinuare fugas*] Equum levi fuga, hoc est, levi cursu, in varios orbes flectere.

542 *Massagetæ*] Populi Scythiæ Asiaticæ ultra mare Caspium, equis domandis nobiles. Equorum sanguinem cum lacte bibere dicuntur.

543 *Bimembres*] Centauri membris humanis equinisque conflati, et Thessali, optimi equites habiti sunt.

544 *Suspensa*] Ita currentia, ut in altum sublata vix terram tangant.

545 *Dracones*] Depicti in vexillis turgent ob cursum celeriorem; tunc enim magis vento distenduntur.

550 *Anhelantes gemmæ*] Gemmæ in frænis Honorii: *anhelantes* autem, non quod anhelent, sed quod sanguineo equi halitu cruentatæ videantur.

Ipse labor pulvisque decent, confusaque motu
Cæsaries: vestis radiato murice Solem
Combibit: ingesto crispatur purpura vento.
Si dominus legeretur equis, tua posceret ultro
Verbera, Nereidum stabulis nutritus, Arion:
Serviretque tuis, contemto Castore, frænis
Cyllarus, et flavum Xanthus sprevisset Achillem.
Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas,
Portaretque libens: melioraque pondera passus
Bellerophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Auroræ nuntius Æthon,
Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur

et pulvis, et crines tui *turbati cursu decent* te. *Vestimentum* tuum *purpura micanti attrahit Solem: ostrum* tuum *ventilatur vento impulso. Si dominus eligeretur* ab *equis, Arion pastus* in *præsepibus Nereidum peteret sponte imperium tuum; et Cyllarus Castore spreto famularetur habenis tuis, et Xanthus neglexisset Achillem flaventem. Ipse Pegasus offerret tibi pennas servientes, et volens ferret* te, *gerensque onus præstantius respueret lora Bellerophontis. Præterea Æthon nuntius celer Auroræ, qui Æ*thon *expellit sidera hinnitu, et domitatur* a *Lucifero pul-*

551 *decent* duo Vatt. Var. LL. ed. Antv. *concussaque* Oxon. sec. Med. tert. *vultu* Med. quart. *mundo* Jun. pr.—552 *radianti murice* Mazar. *moderato* Ambr. tert.—553 *Conbibit* Put. *Cum bibit* Var. LL. ed. Antv. *invecto* vel *ingesto* Moret. sec.—554 *domini legerentur* Moret. sec.—555 *Orion* Vat. duo Farn. Tholos. Ambr. pr. Exc. Voss. Leid. sec. Exc. Gevart.—556 *contento* inc. Heins.—557 *clarum Achillem* Pric. et Exc. Voss. *fulvum* Exc. Lucens. sec. *flavum* vel *rigidum* Oxon. sec.—558 *famulans* Reg. *famulus* Exc. Voss.—559 pro *passus* Heins. conj. *fassus.*—560 *harenas* pro *habenas* Jun. pr.—561 *Athon* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Med. tert. inc. Heins. Put. Thuan. Jun. pr. Leid. pr. duo Moret. et Ambr. tres Petav. Exc. Lucens. sec. *Athos* Med. sec. *Aton* Oxon. pr. m. pr. *Ethon* vel *Athon* Reg. *Athon* vel *Alchon* Lov.—563 *equidem* pro

NOTÆ

551 *Pulvis*] Horatius: 'Duces, Non indecoro pulvere sordidos.'

552 *Solem combibit*] Adeo ut ex aspectu Solis, purpura videatur esse ardentior, plenior, et speciosior.

555 *Arion*] Adrasti equus a Neptuno datus, nutritus a Nereidibus, vocalis esse dicebatur.

557 *Cyllarus*] Equus Castoris.

Flavum] Heroës non raro flavi dicuntur.

Xanthus] Balius et Xanthus erant equi Achillis. Politianus: 'Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge.'

558 *Pegasus*] Equus alatus, Neptuni et Medusæ filius, quo Bellerophon usus est contra Chimæram.

560 *Bellerophonteas*] Propertius, 'Bellerophontei qua fluit humor equi.'

561 *Æthon*] Id est, ardens, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, *ardere.* Æthon quoque fuit equus Solis, et Pallantis Virgiliani.

Lucifero, quoties equitem te cernit ab astris,
Invidet, inque tuis mavult spumare lupatis.
Nunc quoque quos habitus, quantæ miracula pompæ
Vidimus, Ausonio cum jam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes:
Obnixisque simul pubes electa lacertis
Sidereum gestaret onus! sic numina Memphis
In vulgus proferre solet. Penetralibus exit
Effigies; brevis illa quidem: sed plurimus infra
Liniger et posita suspirat veste sacerdos,

clro, quotiescumque videt e Cœlo te equitantem, æmulatur et malit spumescere sub habenis tuis. Jam etiam quas aspeximus vestes, quanti prodigia apparatus, cum tu, o Honori, *decoratus toga Romana, spectabilior* more *consueto, incederes per gentes Ligurum, et portareris excelse inter catervas candidas, et juventus delecta ferret* te velut *onus cœleste manibus una laborantibus! Ita Ægyptus consuevit producere Deos* suos *in populum. Imago* eorum *egreditur* ex *adytis, illa certe parva: ast infra multus Sacerdos* cum veste *linea, anhelat, baculo supposito, significans*

equitem Vat. tert. Florent. *austris* Reg. Oxon. pr.—564 *mallet* duo Ambr. Exc. Voss.—565 *Tunc quoque* duo Vat. Farn. Moret. pr. *Nunc* vel *Tunc* Vat. quart. *miracula formæ* Moret. sec. Oxon. sec. *quanti ponti* Vat. pr. Farn. *pompæ* vel *formæ* Reg. Oxon. pr.—567 *solito spectantior ires* Exc. Cod. Rhem. *iret* Petav. sec.—568 *varias alte* Moret. pr.—570 *gestarat* Reg. *vel numina* Exc. Voss. *nimphis* Rott. Var. LL. ed. Antv. *Nymphis* Vicet. Parm. Isingr. Colin.—571 *In vulgus gestare* Med. tert. Ambr. pr. Sched. Gud. *solent* Mazar. *penetrabilis* Colin. vitiose.—572 *pluribus* Put. Bonon. Petav. tert. *infra* Oisel. *intra* Pric. Exc. Voss.—573 *Liniger* Vat. sec. Pal. Med. pr. et quart. Put. Thuan. Mazar. Ambr. pr. duo Petav. Exc. Læti. *Laniger* viginti alii, Exc.

NOTÆ

566 *Ausonio amictu*] Trabea seu veste Consulari, Ausoniis seu Romanis propria.

567 *Per Ligurum populos*] Ligures latius accipit, pro tota Gallia Cisalpina. Nam Honorius sumsit hunc Consulatum Mediolani, quod est in eadem Gallia Cisalpina.

568 *Veherere*] Manibus militum te gestantium.

Niveas cohortes] Candida veste indutas; id quod fiebat in testificationem gaudii.

570 *Memphis*] Urbs Ægypti celeberrima, vulgo, *Le grand Caire*: ponitur pro tota Ægypto, ubi diebus solennibus effigies Deorum in publicum deferebantur. [Sic ego sentiebam secutus Carolum Stephanum, Calepinum, et alios; sed monitus sum a doctissimo Huetio, Memphin fuisse ad Occidentalem Nili ripam, *Cairum* vero esse ad Eoam ripam; ideoque *Cairum* esse potius Babyloniam, id quod tradit etiam Munsterus; quanquam tamen, ut ait idem Huetius, Babylon erat ad ripam Nili, a quo tantisper distat *Alcairum*. Ex Addend.]

573 *Liniger*] Ægyptii Sacerdotes

Testatus sudore Deum. Nilotica sistris
Ripa sonat, Phariosque modos Ægyptia ducit
Tibia: submissis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentant
Thybridis et Latii soboles: convenit in unum

hoc *labore* esse *Deum. Littora Niliaca resonant sistris, et fistula Ægyptia cantat melos patrium: Apis admugit cornibus demissis. Nobiles omnes, omnes populi Romæ et Italiæ celebrant cærimonias tuas. Quicquid primorum extitit in mundo,*

Gevart. et Lucens. pr. et ed. Vicet. *et posita* Lov. inc. Heins. Oxon. sec. Leid. sec. duo Med. ambo Moret. Exc. Gevart. et ed. Vicet. *et posito* Tholos. Ambr. tert. *imposita voce* Pric. Ambr. pr. *imposita suspirans veste* tres Vatt. Exc. Læti. *Laniger et posita suspirans veste* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *suspirat* Pric. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Reg. m. pr. duo Petav. Bonon. Pat. Jun. pr. Oxon. pr. duo Ambr. duo Leid. Exc. Gevart. *suspirat voce* Sched. Gud. *suspirans* Ambr. tert. *suspirant* Var. LL. ed. Antv. *imposito vecte* Med. tert. Thuan. Reg. m. pr. Oxon. pr. Leid. pr. m. pr. Bonon. Petav. sec. et ed. Gesn. *vecte* etiam emendaverat Gronov. ad Exc. Schott. Heinsius ascripserat: *imposito vecte*] quærendum qui sint *μελανηφόροι* in veteri Inscriptione nondum edita. sic *dendrophori*, *cistophori*, *thyrsophori*.—574 *Testatus* Med. tert. Thuan. Mazar. Oxon. pr. Leid. pr. *Testatur* Vatt. omnes Pal. Oisel. Exc. Læti. *stridore* Med. quart. Heinsius hic notaverat, non opus esse legi *Deam*. vid. Fabri Semestria. nam intelligendum esse de Anubi. vid. Spartian. p. 76. l. 28. et ad illum locum Salmas. p. 151. vid. Casaub. p. 23. 96. 97. 134. Lamprid. in Commodo p. 49. l. 23. 'sacra Isidis coluit, ut et caput raderet et Anubin portaret.' Spartian. Caracall. p. 89. 'cum Antoninus Commodus ita ea (sacra Isidis) celebraverit, ut et Anubin portaret et pausas ederet.' Salmas. p. 166. *Niliaca* Med. quart. *sistris* Farn. *ripis* ed. Vicet. *Sirtis* Vat. tert. Rott.—575 *Ripa sonat* vel *Turba* Oxon. sec. *fractosque* Jun. pr. *Phariosque* viginti duo alii, Exc. Gevart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et Sched. Gud.—576 *Submissisque* Moret. pr. *adjungit* Petav. tert. Var. LL. ed. Antv.—577 *tuaque omnia sacra* Vat. pr. Farn. *frequentat* tres Vat. Pal. Rott. Oisel. *frequentant* novem alii.—578 *Tigridis* Vat. quint. *Tybridis* vel *Tigridis* Florent. Moret. pr.—579 *ubique* pro *in orbe* Moret. pr.

NOTÆ

linea veste utebantur; unde Juvenali et Martiali, *Linigeri* dicuntur.

574 *Testatus sudore Deum*] Tanto et labore et sudore testantur esse Deum, quem gestant, ob majus scilicet hujusce pondus. Deos enim esse graviores, aut putabant aut simulabant, ad augendam populi superstitionem.

Sistris] Sistrum est crepitaculum æneum, quo Ægyptii Sacerdotes utebantur in sacris Isidis. Dicitur, ἀπὸ τοῦ σείειν, *quatere*, quod quatiatur et sonum edat.

575 *Pharios modos*] Concentum patrium seu Ægyptiacum, a Pharo insula ad ostia Nili.

576 *Apis*] Seu Osiris, Argivorum Rex, Jovis filius et Niobes, trajecit in Ægyptum, ubi populos ad mitiorem vivendi rationem traduxit: docuit eos segetum sationem, et post obitum adoratus est sub vivi bovis specie.

577 *Tua sacra*] Velut numinis alicujus, cærimonias Consulatus tui celebrant.

Quicquid in orbe fuit procerum: quibus auctor honoris
Vel tu, vel genitor. Numeroso Consule Consul
Cingeris, et socios gaudes admittere Patres.
Illustri te prole Tagus, te Gallia doctis
Civibus, et toto stipavit Roma Senatu.
Portatur juvenum cervicibus aurea sedes,
Ornatuque novo gravior Deus. Asperat Indus
Velamenta lapis, pretiosaque fila smaragdis
Ducta virent. Amethystus inest; et fulgor Hiberus
Temperat arcanis hyacinthi cærula flammis.
Nec rudis in tali suffecit gratia textu:

congregatum est in unum locum, *quibus Proceribus vel tu dedisti Magistratus, vel pater* tuus Theodosius. Tu *Consul stiparis* a *multis Consulibus, et lætaris adsciscere Senatores socios. Hispania circumdedit te accolis suis clarissimis, Gallia te incolis eruditis, et Roma* circumdedit te *Senatu universo. Sella* curulis *aurata fertur humeris juvenum, et Numen venerabilius ornamentis novis. Vestis rigescit gemmis Indicis, et fila ditia virescunt deducta e Smaragdis. Amethystus inseritur, et splendor Hispanus moderatur hyacinthum subnigrum ignibus secretis. Neque venustas impolita satis fuit in hoc* opere *contexto: acus adjungit pretium, et labor*

in ore Exc. Voss. *actor honoris* Pal. Oisel. Med. pr. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. duo Petav. ed. Vicet.—584 *juvenis* Put.—586 *Vestimenta* vel *Velamenta* Oxon. sec. *signa* pro *fila* inc. Heins. *smaragdo* Pric. m. pr. *smaragdus* Vat. sec. m. sec. Farn.—587 *Busta* Leid. pr. m. pr. *Ducta* vel *Structa* Oisel. *Ducta* vel *Mixta* Oxon. sec. *nitent* Exc. Voss. *fulgor hibernus* Var. LL. ed. Antv.—588 *Hyacinthus* Vat. quint. *hyacinthia* conj. Heins.—589 *Græcia* Put. Voss.—590

NOTÆ

581 *Socios*] In Consulatu eodem, et simul in incessu comites.

582 *Gallia*] Cisalpina scilicet, in qua Mediolanum, qua urbe delectabatur Honorius, et ante ipsum Theodosius, puto ob præsentiam sanctissimi Præsulis Ambrosii.

584 *Aurea sedes*] Sella curulis ex ebore, sed auro variis in locis mixto. In hac conspicuus Imperator more majorum sedebat.

585 *Deus*] Honorius instar Numinis gestabatur.

Asperat] Ipsa Trabea seu vestis consularis, gemmis contexta, aspera est, rigescit.

587 *Amethystus*] Gemma est diluto violæ colore, et colore etiam purpuræ non prorsus igneo, sed in vini colorem desinente. Græce ἀμέθυστος ab α privante, et μεθύσκω, *inebrio*, quod ebrietati credatur resistere.

Fulgor Hiberus] Innuitur fulgor Carchedoniorum, seu carbunculorum, qui sic dicti sunt a Carthagine magna Hispaniarum domitrice: et eos vocat Hispanos in gratiam sui Principis ex Hispania oriundi. Vel *Fulgor Hiberus*, id est, fulgor auri e Tago, et ex Hispania allati.

588 *Hyacinthi*] Gemma colorem habens amethysto non absimilem, sed tamen dilutiorem.

589 *Rudis*] Naturalis; impolita.

Auget acus meritum, picturatumque metallis
Vivit opus, multaque ornantur Iaspide cultus,
Et variis spirat Nereia bacca figuris.
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitiosa colus? vel cujus pectinis arte
Traxerunt solidæ gemmarum stamina telæ?
Invia quis calidi scrutatus stagna profundi
Tethyos invasit gremium? quis divitis algæ
Germina flagrantes inter quæsivit arenas?
Quis junxit lapides ostro? quis miscuit ignes
Sidonii rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices, Seres subtemina, pondus Hydaspes.

pictus e *metallis spirat, et vestes decorantur Iaspide plurima, et concha marina* quasi *animatur formis diversis. Quæ colus superba evaluit emollire digitis asperitatem tantam? Vel cujus industria pectinis duxit fila* e *Margaritis*, ad *telas solidas* faciendas? *Ecquis rimatus loca inaccessa maris æstuantis, occupavit sinum Tethyos? Ecquis indagavit fœtus musci* marini *pretiosi inter arenas tepentes? Ecquis conjunxit lapillos* cum *purpura? Ecquis conjunxit flammas maris Phœnicii et rubri? Phœnices dederunt colorem, Seres fila, et Hydaspes pondus* gemmarum. *Si* tu, o

---

picturarumque Farn. *metallus* Oxon. pr.—591 *multoque* Petav. tert. *hortatur* Vat. pr. *ortatur* Farn. *oneratur* Oisel. *honeratur* Mazar. *ornatur* Pal. Pric. Tholos. Ambr. pr. Moret. pr. *variantur* Med. tert. *remorantur* Exc. Lucens. pr. *cultus* Med. quart. Moret. pr. Oxon. Var. LL. ed. Antv. *vultus* novem alii. *vultus* vel *cultus* Oxon. pr.—592 *Nereida* Put. *varias figuras* conj. Heins.—593 *potuit tantum* Oxon. sec.—594 *Ingeniosa* vel *Ambitiosa* Reg. *manus* Put. Pat. *manus* vel *colus* Moret. pr. *artem* Vat. pr.—595 *Texerunt* Vat. quint. Pric. Ambr. pr. Moret. pr. Exc. Voss. *Texerunt* vel *Traxerunt* Lov. Heins. conjiciebat *Texuerunt*, ut et *gemmantia*. *flamina* Med. sec. Lov. Pat. Ambr. tert. *flamine* Rott. *stamina* vel *flamina* Pric. Heins. conjiciebat *flumina*. *flamina tædæ* Exc. Voss.—596 *Invida* Exc. Voss. *scrutatur* Leid. sec. *regna* Ambr. pr.—597 *invisæ* Jun. pr. *digitum* inc. Heins.—598 *Gramina* Vat. quint. inc. Heins. Florent. Jun. pr. *fragantes* Pric. *flagrantes* vel *flaventes* Med. quart.—599 *vinxit* Exc. Gevart. *aut quis miscuit* Jun. pr. *tinxit* conj. Burm.—601 *subtegmina* Vat. sec. ambo Moret. Var. LL. ed. Antv. *pondera* Vat. pr. *pontus* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

590 *Auget acus*] Opus superat materiam.

592 *Nereia bacca*] Gemmæ e mari, seu Nereidum regno advectæ.

597 *Tethyos*] Quasi tot gemmæ e Tethyos ornatu avulsæ sint.

Algæ germina] Coralia nempe, et alii fœtus maris.

599 *Ignes*] Gemmas, ignis instar, micantes.

601 *Pondus*] Gemmarum, quæ quo graviores sunt, eo pretiosiores. Suetonius ait Cæsarem, 'Britanniam petiisse spe Margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus.'

Hoc si Mæonias cinctu graderere per urbes,
In te pampineos transferret Lydia thyrsos,
In te Nysa choros. Dubitarent orgia Bacchi,
Cui furerent: irent blandæ sub vincula tigres.
Talis Erythræis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus, et Caspia flectit eburnis
Colla jugis: Satyri circum, crinemque solutæ
Mænades astringunt hederis victricibus Indos:

Honori, *incederes hac veste per urbes Lydiæ, Lydia* eadem *daret tibi hastas pampineas, Nysa* daret *tibi choros* Bacchantum. *Orgia Bacchi ambigerent* pro *quo baccharentur: tigres blandientes venirent sub habenas* tuas. *Sic Bacchus* habens *vestimentum contextum* e *margaritis* maris *rubri, ducit currum, et* e *sede eburnea domat colla* tigrium *Hyrcanarum: Satyri circum* eunt, *et Bacchantes* habentes *capillos*

---

nudus Jun. pr.—602 *Mæonidas* Vat. tert. Rott. Oisel. Petav. tert. *cinctu* Thuan. Mazar. ed. Parm. *cum tu* Med. sec. m. pr. Oisel. *cultu* duo Vatt. Farn. Put. Pat. inc. Heins. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vultu* viginti quatuor alii, Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *vultu* vel *cinctu* Vat. *vultu* vel *cultu* Vat. quart. Med. pr. Petav. tert. Exc. Schotti. *graderere* vel *veherere* Vat. quint. —603 *transferret* Pric. Florent. Reg. Thuan. vet. Gyr. Jun. pr. Leid. pr. Med. vet. Exc. Lucens. sec. Isingr. *proferret* novem alii. *præferret* ed. Parm. *tuscos* pro *thyrsos* Vat. pr.—604 *Nisa* Lov. *visa* Vicet. *choors* Lov. *choros* vel *choors* Vat. tert. *cohors* vel *choros* Moret. pr. *dubitarent* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. *dubitassent* viginti alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—605 *Cum furerent* Put. Petav. sec. *Quoi* Med. tert. *blandos* Petav. sec.—606 *Erythæis* Put. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. *Eriteis* Oxon. pr. Leid. sec. *Eritheis* Vat. tert. *cum vitreis* Vat. pr. Farn. *Erictæis* Ambr. sec. Tholos. Leid. pr. *Erycteis* Var. LL. ed. Antv. *Erictheis* Vat. sec. Moret. pr. *Erithreis* Moret. sec. *Aristæis* Exc. Voss. *intextis* Pal. Med. pr.—607 *Caspida* Lov. *flexit* Tholos. *nectit* vel *flectit* Oxon. sec. *ahenis* Vat. quint.—

NOTÆ

604 *Nysa*] Urbs vel Arabiæ vel Indiæ, a Baccho condita, qui inde dicitur *Dionysius*, quasi *Deus Nysæ*.

Orgia] Cærimoniæ Bacchi, vel Bacchantes, quæ eas celebrant, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *a furore*, quo incitabantur.

605 *Tigres*] Quæ trahunt currum Bacchi. Id quod finxerunt ob crudelitatem ebriorum.

606 *Erythræis*] Mare ἐρυθραῖον, id est, *mare rubrum*, ab Erythra Rege, quem Edom, id est, rufum, Esau fuisse quidam putant.

Nebrida] Νεβρὶς est vestis Bacchi e pellibus contexta.

607 *Caspia*] Colla Tigrium Caspiarum, seu Hyrcanarum, ad mare Caspium.

608 *Jugis*] Jugum est etiam sedes in qua sedet qui currum ducit.

Satyri] Monstra libidinosissima, vultu humano, capite cornuto, simis naribus, pedibus caprinis, quæ ut Numina rustica coluit antiquitas. Dicuntur et *Fauni, Panes, Sylvani, Ægipanes*. De Faunis et Satyris S. Hieronymus in vita S. Pauli Eremitæ.

609 *Mænades*] Bacchantes, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, *furere*.

Ebrius hostili velatur palmite Ganges.
Auspice mox lætum sonuit clamore tribunal,
Te fastos ineunte quater: solennia ludit
Omina libertas: deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili
Ducitur, et grato remeat securior ictu.
Tristis conditio pulsata fronte recedit.

sparsos, constringunt Indos hederis triumphalibus. Ganges inebriatus cingitur ramis *vineæ inimicæ. Solium* Consulare *gratum resonuit statim acclamationibus auspicatis, te intrante quartum fastos. Libertas exhibet cærimonias solennes. Lex frequentat consuetudinem derivatam* a *Vindice, et servus solutus* e *potestate domini* sui *adducitur, et redit tutior,* ob *alapam jucundam. Conditio mæstissima extinguitur,*

608 *Jubis* Moret. pr. *tigris* Ambr. sec.—610 *hastili* pro *hostili* Med. tert.—611 *Auspice* Tholos. Ambr. pr. Exc. Lucens. sec. atque ita in Exc. Schotti emendaverat Gronovius. *Aspice* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *clangore* Med. quart.—612 *Te fasces* Exc. Cod. Rhem. *ludos* Pat. *ludit* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum Amm. Marcell. l. XXII. p. 226. et Claud. in Eutrop. I. 310. *ludit* vel *dedit* Vat. quint.—613 *Omnia* tres Vatt. Oisel. *Omina* tredecim scripti, Exc. Lucens. sec. Ald. ed. Parm. Exc. Schott. et Gevart. item Sched. Gud. *Judice* pro *Vindice* Vat. sec. Med. tert. *pollice* Ambr. pr. m. pr.—614 *servusque* Exc. Voss. *famulumque* Ambr. tert. *lapsatus* Lov. Exc. Gevart. *laxatur* duo Vatt. Farn. Rott. Med. quart. *lassatus* Reg. m. sec. Bonon. Moret. sec. Oxon. sec. duo Petav. duo Ambr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *harili* Var. LL. ed. Antv.—616 *resedit* Vat. pr. *recedit.* cum τελείᾳ στιγμῇ Put. Thuan. duo Petav. ambo Moreti.—617 *In civem.* hic

NOTÆ

610 *Ganges*] Ganges ipse ebrius cingitur palmite ab hostibus, et trahitur in triumphum. Adeo nihil resistit Bacchi, seu vini, potentiæ!

611 *Auspice*] Clamore seu acclamatione fausta, bene omnia auspicante, incipiente.

612 *Te fastos ineunte quater*] Te ineunte quartum Consulatum, et nomine tuo in Fastis quartum inscripto.

Ludit] Libertas exhibet velut ludo quodam cærimonias; vel cærimoniæ celebrantur in danda libertate, in qua manumissus tangitur alapa, virgula, quæ omnia ludus quidam gratissimus videri possint.

613 *Omina solennia*] Felicitatem solennem. Alii legunt, *omnia solennia,* id est, solennes omnes cærimonias.

Vindice] Vindex servus Aquileiorum, qui cum patefecisset conjurationem contra populum Romanum, a Regum fautoribus initam, primus vindicta publice manumissus est. Vindicta autem manumittere, est virgula quadam amice percutere, in signum datæ libertatis; quod tum servus ultimo sic percutiatur, postea liber futurus, et a verbere immunis. Id autem e Servio fiebat in templo Feroniæ, libertorum Deæ.

Morem] Qui a Vindice ad posteros manavit.

615 *Grato ictu*] Alapa gratissima, qua percutiebatur is qui manumittebatur: ut scilicet, exuta servili impudentia, disceret indueretque ruborem ingenuum.

In civem rubuere genæ: tergoque removit
Verbera permissi felix injuria voti.
Prospera Romuleis sperantur tempora rebus,
In nomen ventura tuum: permissa futuris
Dant exempla fidem. Quoties te cursibus ævi
Præfecit, toties accessit laurea patri.
Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi

genis percussis. *Vultus* ejus *erubuit instar civis, et ignominia fortunata* post libertatem e *desiderio concessam repulit flagra ex ejus dorso.* *Anni casuri in nomen tuum expectantur* fore *felices Imperio Romano.* *Exempla præterita excitant* ad id *credendum.* *Quotiescumque* pater tuus Theodosius *præposuit te annis currentibus, toties victoria ipsi patri contigit.* *Olim Gruthungi audentes trajicere*

interpungitur in quatuor Vatt. *tribuere* pro *rubuere* Ambr. tert.—618 *permissi* Rott. Med. quart. Reg. Put. Thuan. Bonon. Pat. Moret. sec. inc. Heins. duo Petav. totidem Oxon. et Leid. tres Ambr. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. sec. item Var. LL. e marg. Parm. *promissi* novem alii. *promissi* vel *permissi* Petav. pr. *Verbera. permissi* Lov.—619 *Aspera* Put. Jun. pr. inc. Heins. *secula* Ambr. pr.—620 *promissa futuris* Put. Ambr. pr. *præmissa* ed. Gesn.—621 *casibus* Var. LL. ed. Antv. *quotiesque recursibus* Med. sec. m. pr. Moret. pr. m. pr.—622 *Profecit* Vat. quint. *Defecit* inc. Heins. *successit laurea* Exc. Voss. *concessit* Vat. sec. Pal. Med. pr. *gloria* inc. Heins.—623 *transire* Vat. sec. Med. pr. Pal. *transnare* Florent. Med. sec. inc. Heins. Vicet. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *tranare* Reg. Petav. pr. Ambr. sec. *Gothunni* Exc. Læti. *Grithongi* Bonon. Petav. sec. *Grithungi* Thuan. *Grotonni* Vat. duo, Pal. Farn. Put. *Grotongi* Vat. quart. et quint. Petav. pr. *Grotunni* Pric. Med. pr. Pat. Moret. pr. ed. Parm. *Grothunni* Florent. *Grothungi* Vat. tert. Rott. *Grotungi* Exc. Gevart. *Grotungui* Reg. *Grutonni* Oxon. sec. *Grutongi* duo Med. Lov. Leid. sec. Petav. tert. *Gruthongi* Tholos. duo Ambr. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *Gruthungi* Oisel. Vet. Gyr. Leid. pr. *Gruthunni* Med. sec. Mazar. Ald. *Grutungui* Exc. Lucens. pr. *Grutungi* Oxon. pr. Sched. Gud. Exc. Cod. Rhemens. *Grutunni* Jun. pr. Ambr. sec. Vicet. *Grutunni* vel *Gruthongi* Var. LL.

NOTÆ

618 *Felix*] Injuria est alapam pati, sed pati ad libertatem accipiendam felix ea est. *Felix voti,* id est, feliciter consequens votum, seu libertatem e voto seu desiderio contingentem.

Verbera] Quia servus post manumissionem civis est, ideoque non amplius verbera timere debet. Nam 'scelus est verberare civem Romanum.' Cicero. Hæc omnia in danda libertate peragebantur, sed et qui manumittebatur, circumagebatur, ut disceret sibi esse potestatem eundi, quo vellet. Accipiebat et prænomen Patroni sui, unde Persius: 'momento turbinis exit Marcus Dama,' &c.

620 *In nomen*] Anni casuri in Consulatum tuum, et tuo nomine designandi.

621 *Cursibus*] Quoties Theodosius dedit tibi Consulatum, et præfecit te curriculo anni regendi, toties messuit novas lauros.

623 *Gruthungi*] Seu *Gothunni,* gens bellicosa e Gothis et Hunnis conflata.

In lintres fregere nemus. Ter mille ruebant
Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.
Dux Odothæus erat: tantæ conamina classis
Incipiens ætas et primus contudit annus.
Submersæ sedere rates: fluitantia nunquam
Largius Arctoos pavere cadavera pisces.
Corporibus premitur Peuce: per quinque recurrens
Ostia barbaricos vix egerat unda cruores.
Confessusque parens Odothæi regis opima
Retulit exuviasque tibi. Civile secundis
Conficis auspiciis bellum: tibi debeat orbis

Istrum, everterunt sylvam ad naves ædificandas: *rates* ex alno, *ter mille repletæ catervis ingentibus irrumpebant per flumen.* His *Ductor erat Odothæus: ætas incipiens et prior annus subruit conatus classis tantæ. Naves mersæ, depressæ sunt: nunquam cadavera fluctuantia nutriverunt liberalius pisces Septemtrionales. Peuce obruitur corporibus* mortuis. *Fluvius exonerans se per ora quinque, vix ejecit sanguinem Barbarorum. Et pater* tuus Theodosius *fassus* est se *reportavisse tua* felicitate *opima* spolia de *Rege Odothæo, et prædas.* Tu vero *perficis secundo*

e marg. Parm.—624 *manus* Vat. quint. *naves* Vat. pr. m. pr. Farn. *rates* idem m. s. *tum mille* Vat. quint. *cum mille* Ambr. pr. Sched. Gud. *tibi mille* Vat. pr. Farn. Oisel. Mazar. *ter mille* vigiuti octo alii, Exc. Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—625 *penæ* Jun. pr. Petav. sec. *navalibus* Pal. Med. pr. *immanibus* vel *navalibus* Vat. sec. *alvi* Vat. pr.—626 *Othodeus* Petav. sec. Moret. sec. *Edotheus* Pric. Pal. Vat. quart. Med. pr. Moret. pr. sequente hac glossa: 'In anno primo Consulatus hujus victus est a patre suo Edotheus Rex Grotunnorum, et exercitus ejus submersus.' *Ethotheus* Mazar. *Edocheus* Petav. pr. *Othodorus* Lov. *turbæ* pro *classis* Vat. sec. *fraudis* vel *classis* Oxon. sec.—627 *æstas* Med. tert. *contudit* quatuor Vatt. Pal. Farn. Florent. tres Med. Put. Mazar. Tholos. Ambr. sec. Moret. sec. Lov. Exc. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. item Var. LL. e marg. Parm. *condidit* Med. quart. *contulit* quatuordecim alii, Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *contudit* vel *contulit* Petav. pr.—628 *Subtractæ* Jun. pr. *Succensæ* Palm. *sedere* Med. quart. *cecidere* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. tres Med. Florent. m. pr. Put. m. sec. Mazar. Moret. pr. Jun. pr. et Leid. Exc. Cod. Rhem. *sedere* vel *cecidere* Vat. quart.—629 *Longius* Vat. quart. Leid. a m. pr. *Largius* vel *Longius* Petav. pr. *Aretheos* Rott.—630 *Peuce premitur* Vat. quint. *recursus* Jun. pr.—632 *pares* Parm. *Othodæi* Moret. sec. *Edothei* Vat. quart. Pal. Pric. Moret. pr. *Edochei* Petav. pr. *Odethei* Med. sec. *Othotheti* Mazar. —634 *Conspicis* Put. Bonon. Pat. Petav. sec. Moret. sec. *debuit* Petav. tert.

NOTÆ

627 *Incipiens*] Ætas tua incipiens vicit hostes, hoc est, hostes tui feliciter victi sunt prima ætate.

629 *Arctoos*] Pisces Danubii, qui fluvius est versus Septemtrionem.

630 *Peuce*] Insula Danubii, cujus incolæ dicuntur *Peuceni.*

631 *Vix egerat*] Re vera Promotus unus e Ducibus Theodosii Odothæum navigiis aggressus, tantam stragem edidit, ut flumen cadaveribus repleretur.

Fata Gruthungorum, debellatumque tyrannum.
Ister sanguineos egit, te Consule, fluctus.
Sed patriis olim fueras successibus auctor,
Nunc eris ipse tuis. Semper venere triumphi
Cum trabeis, sequiturque tuos Victoria fasces.
Sis precor assiduus Consul, Mariique relinquas
Et senis Augusti numerum: quæ gaudia mundo,
Per tua lanugo cum serpere cœperit ora,

tuo *Consulatu civile prælium. Mundus debet tibi funera Gruthungorum, et Tyrannum profligatum. Danubius, Consule te, volvit acervos* mortuorum *cruentos. At quondam auctor extiteras felicitatis paternæ, nunc eris ipse* auctor *tuæ. Tropæa semper contigerunt cum Consulatu* tuo, *et victoria comitatur fasces tuos. Utinam sis Consul perpetuus, et expleas numerum* Consulatuum *Marii et Augusti senis.* Verum *quæ lætitia* erit *Orbi, cum* prima *barba inceperit vestire genas tuas, cum*

Lov. m. sec. *quod debeat* Farn. *deliberat* Vat. pr.—635 *Facta* Med. quart. *Gothunnorum* Exc. Læti. *Grotonnorum* Vat. pr. Farn. *Grotongorum* duo Vat. Petav. pr. *Grothontorum* Lov. *Grothungorum* Florent. *Grothumpnorum* Reg. *Grothundorum* Mazar. *Grothunnorum* Vat. tert. Rott. *Grotunnorum* Vat. sec. Pal. pr. Med. pr. Put. Moret. pr. *Gruthunnorum* Med. sec. Ald. *Gruthungorum* Thuan. Oxon. pr. Leid. pr. Med. quart. Exc. Lucens. sec. *Grutungorum* Exc. Cod. Rhem. Sched. Gud. *Grutunnorum* Jun. pr. Ambr. sec. Pat. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *Grutonnorum* Moret. sec. *Grutongorum* duo Ambr. Med. quart. Petav. tert. Exc. Gevart. *Gruthongorum* Oisel. Tholos. Petav. sec. Leid. sec. Var. LL. ed. Antv.—636 *sanguineos exegit consule* Med. sec. *montes* quatuor Medd. tres Petav. totidem Ambr. duo Oxon. et Leid. Florent. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. Pat. Jun. pr. Lov. ambo Moret. Reg. Put. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. *Ister sanguineos e. t. c. fluctus: Alpinos genitor rupit te consule montes.* Gesn. et al. recentiores.—637 *actor* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Petav. sec. Ambr. sec. inc. Heins.—638 *Non erit* ed. Vicet. *erit* Oxon. et duodecim scripti. *eris* vel *erit* Florent. *tuus* Vat. quart. Oisel. Var. LL. ed. Antv. *erit ille tuis* Mazar. Exc. Cod. Rhem. *tuus* vel *tuis* Reg. Oxon. pr.—640 *assidue* ed. Vicet. *assiduus* viginti duo Codd. Exc. Gevart. et Lucens. sec. item Ald. Heinsius rescribit *assiduum.* ut II. Cons. Stilich. vs. 212. 'Adsis perpetuum Latio.' *matrisque* Oxon. a m. pr. *matrisque* vel *Mariique* Oxon. sec. *relinques* inc. Heins. *relinquens* Oisel. Leid. pr.—641 *mundi* tres Vatt. Pric. Rott. Oisel. *mundo* Vat. pr. et sec. Pal. Med. pr. Exc. Lucens. sec.—642 *crescere cœperat* Jun. pr.—643 *tua*

NOTÆ

635 *Tyrannum*] Odothæum, quem Theodosius vicit sua virtute, sed e Claudiano, felicitate Honorii.

636 *Sanguineos fluctus*] Alii *montes*, acervos mortuorum cruentos et sublatos instar montium.

641 *Numerum*] Utinam expleas numerum Marii, qui septies fuit Consul; et Augusti, qui ter decies.

642 *Lanugo cum serpere cœperit*] Quam lætabitur Orbis, cum te virum videbit! Lanuginem ponere magno cum gaudio, magna cum cærimonia solebant apud antiquos.

Cum tibi prodiderit festas nox pronuba tædas!
Quæ tali devota toro, quæ murice fulgens
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?
Quænam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto dotanda mari? quantusque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenæus et Euri!
O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis, si te jam dicere patrem!
Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captæ spoliis Babylonos onustus

nox nuptialis protulerit tibi faces solennes! Quæ Imperatrix destinata est *tali viro, quæ micans purpura veniet in conjugium sponsi tanti? Quæ nurus veniet tot Divis, locupletanda terris omnibus, et mari universo? Et quantus hymenæus idem celebrabitur per fines Orientis et Occidentis? O si permittatur mihi canere versus conjugales in nuptias tuas,* o *si* permittatur *laudare te patrem! Tempus adveniet, cum tu triumphator trans brachia Rheni, cum Arcadius oneratus exuviis Babylonis captivæ, nominabitis annum communem* cum *Majestate grandiori, et*

Med. sec. Moret. pr. *pertulerit* Leid. pr. *protulerit* Med. quart. Thuan. Oxon. pr. Exc. Lucens. pr. Isingr. Gyrald. *prodiderit* Florent. duo Med. *fetas* Pat. *vox* Jun. pr. *pernuba* Put. *improba* Pric.—644 *devota* viginti scripti, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. *viro* Vat. tert. *munere* Jun. pr.—646 *Quidnam* Tholos. *ejus* pro *arvis* Med. tert.—647 *tanto* Farn. *dotanda* Ambr. tert. *dotata* Vat. pr. Farn. Leid. sec. Exc. Gevart. *donanda* octodecim alii, Exc. Lucens. sec. Exc. Voss. *donanda* vel *dotanda* Ambr. pr.—649 *O modo* Rott. *modo* vel *mihi* Vat. tert. *impendere carmen* legit Heins. qui sequentia ascripserat. *impendere carmen*] sic *impendere operam alicui rei.* Similiter apud Spartian. peccatum. vid. Salmas. p. 12. noster alibi [Cons. Mall. 66.] 'Aut curam impendit populis aut otia Musis.' ut in vet. Cod. Gallico legitur. et [Bell. Gild. vs. 89] e Mss. 'impensaque sæcula bello.' Capitolin. in Antonin. 'tantumque operis ac laboris studiis impendit, ut corpus afficeret.' Valer. Flacc. IV. 581. 'Ne vanas impende preces.'—650 *Jam te* Ambr. tert. *patrem.* cum τελείᾳ στιγμῇ, et glossa, *i. e. si liceat.* Exc. Gevart.—651 Hic τελείαν στιγμὴν habent Reg. et Put.—652 *spoliis captæ* Mazar. *Babylonos* Pric.

NOTÆ

643 *Nox pronuba*] Nox nuptialis, gerens officium pronubæ, quæ deducere solet novam nuptam.

644 *Murice*] Purpura Imperatoria. Purpura quippe e Murice pisce manare credita.

646 *Tot Divis*] Tot Imperatoribus, qui in Deorum numerum ascripti sunt.

648 *Zephyri et Euri*] Per hos ventos intelligit Orientem a quo flat Eurus, et Occidentem a quo flat Zephyrus.

649 *Intendere carmen*] Lyra tensa canere carmen nuptiale, seu Epithalamium, de quo mox.

651 *Trans Rheni cornua*] Subacta Germania ultima, ubi Rhenus in duo cornua immania funditur: unum dicitur *Vahalis*, et alterum *Isala*.

652 *Babylonos*] Intellige Persas et Parthos, populos invictos. Hi eo anno quo natus est Honorius pacem a Theodosio per legatos petierunt.

Communem majore toga signabitis annum,
Crinitusque tuo sudabit fasce Suëvus:
Ultima fraternas horrebunt Bactra secures.

Suevi capillati laborabunt in *fascibus tuis gestandis*, sed *Oriens ultimus timebit secures fratris* tui *Arcadii.*

Rott. Oisel. Florent. Thuan. Pat. Bonon. Lov. m. sec. duo Leid. m. pr. totidem Petav. Exc. Gev. [Martial. p. 108. ex vet. Cod. Put.] *Babylonis* omnes Vatt. Pal. Farn. *Babylonos* vel *Babylonis* Oxon. pr.—653 *meliore* Exc. Voss. marg. Isingr. *signaveris* Petav. tert.—654 *sudabis* Pal. *signabit* Put. Pat. *sudabit* vel *signabit* Reg. *Lyæus* tres Vat. Farn. Rott. Jun. pr. inc. Heins. et edd. Vicet. Parm. Ald. Isingr. Gryph. Colin. *Liceus* Vat. sec. m. sec. *Lyæbus* Florent. quatuor Med. Bonon. Tholos. Ambr. sec. *Liebus* Oisel. Pal. Pric. Thuan. Mazar. Moret. pr. Petav. sec. duo Oxon. totidem Leid. Var. LL. ed. Antv. *Libæus* Petav. pr. Moret. sec. *Libeus* Voss. Vat. quart. et quint. *Licebus* Lov. *Liæbus* vel *Libæus* Reg. *Suevus* vet. Gyr. Ambr. tert. Exc. Gevart. et Lucens. sec. in quo præfixo + signo notabatur, veterem lectionem ibi erasam aut interpolatam esse. *Ultra* vel *Ultima* Lov. *horrebant* Oxon. sec. *Bructea* pro *Bactra* Moret. pr.

NOTÆ

653 *Communem annum*] Id est, simul geretis Consulatum: *majore toga*, cum majestate grandiore, statuque Orbis clariore.

654 *Tuo fasce*] In tua militia, in tuis stipendiis.

Suëvus] Suevi populi ad Danubium, denotant Imperium Occidentis. *Criniti* autem dicuntur, quod comam alerent, id quod et barbari plerique faciebant.

655 *Bactra*] Urbs et regio, in Scythia Asiatica, designant Imperium Orientis.

IX.

CL. CLAUDIANI

EPITHALAMII IN NUPTIAS

HONORII AUGUSTI

ET

MARIÆ

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut nuptiis Thetidis et Pelei Dii adsunt, Apollo Musæque canunt, sic et in nuptiis Honorii et Mariæ.

SURGERET in thalamum ducto cum Pelion arcu,
  Nec caperet tantos hospita terra Deos;

Cum Pelion mons *fornicatis antris attolleretur in* formam *thalami, neque tellus hospita contineret tanta Numina; cum socer marinus et ingens*

In Vaticano quarto et Petaviano primo inscribitur *Cl. Claudiani Liber de Nuptiis Honorii et Mariæ.* in Petav. tert. Moret. sec. et Var. LL. e marg. Parm. *Epithalamium de Nuptiis Honorii et Mariæ.* in Exc. Lucens. sec. erat *Incipit Epithalamium de Nuptiis Honorii Aug. Præf.* Vat. pr. exhibet, *Proœmium in Nuptias Honorii et Mariæ.* et dein post præfationem *Incipit Epithalamium metro Heroico.* in Petav. pr. Præfatio manu recenti ascripta erat. —1 *Surgerat* Med. tert. *cum ducto* Oxon. pr.—2 *Non caperet* Med. tert. *terra*

NOTÆ

Epithalamii] Hymnus in nuptiis cani solitus. Dicitur ab ἐπὶ, *super*, et θάλαμος, *cubiculum conjugale*.

Mariæ] Hæc erat filia Stilichonis Ducis fortissimi, de quo multa jam diximus.

1 *Surgeret*] Attolleret fornices, ut Peleo et Thetidi thalamum præ-

Cum socer æquoreus numerosaque turba sororum
Certarent epulis continuare dies;
Præberetque Jovi communia pocula Chiron,
Molliter obliqua parte refusus equi;
Peneus gelidos mutaret nectare fontes,
Œtæis fluerent spumea vina jugis;
Terpsichore facilem lascivo pollice movit
Barbiton, et molles duxit in antra choros.

multitudo Nympharum *sororum conarentur perpetuare dies* in *conviviis; ac Chiron leniter inclinatus parte inflexa equi, ministraret vinum idem Jovi, et* hominibus; cum *Peneus transformaret aquas frigidas in nectar,* et *vina copiosa effluerent* ex *monte Œtæo; Terpsichore tetigit citharam mollem digitis luxurianti-*

dies Oisel.—3 *Deorum* Thuan. Med. pr. Ambr. sec. m. pr. Exc. Pat. rec. *suorum* Exc. Læti. *sororum* vel *Deorum* Reg. Vat. sec. Ursini Cod.—4 *thalamis* Lov. m. pr. *diem* Thuan. *dapes* Pal. *dapes* vel *dies* Med. pr. *diem* vel *dapes* Vat. quint. *diem* vel *dies* Moret. sec.—5 *præbiberetque* Barth. ed. pr. *pabula* Med. sec. *Chiro* Pric.—6 *reflexus equi* Tholos. pro *obliqua* Heins. *obliqui* legit.—7 *Penusque* pro *Peneus* Var. LL. ed. Antv. *mutarat* Lov. m. pr. *misceret* Vat. tert. Med. pr. Pal. Thuan. marg. Isingr. *mutaret* vel *misceret* Florent. Put. *nectaris amnes* Pat. *nectaris amnes* vel *nectare fontes* Put.—8 *Œteis* vel *Otreis* Moret. sec. *punica* Jun. a m. pr.—9 *gracilem* marg. Isingr.—10 *mollis* Lov. et edd. Vicet. Parm. Ald. *ducit*

NOTÆ

beret: hoc est, cum Pelion mons Thessaliæ magnificentius exornaretur, ac velut majori pompa altius assurgeret, extentis sinuatisque, in arcus speciem, antri sui fornicibus, ad celebrandas Pelei Thetidisque nuptias, ad quas Dii ipsi convenirent.

3 *Socer*] Nereus pater Thetidis, quæ nupsit Peleo, cujus Pelei proinde erat socer.

Sororum] Nereidum, maris Nympharum, quæ filiæ sunt Nerei et Doridis, ideoque Thetidis sorores.

5 *Communia pocula*] Cum Chiron vinum idem Jovi, Diisque aliis, atque hominibus ministraret, ipse communis omnium pincerna: tum enim Dii dignati sunt communibus epulis uti, cum mortalibus

Chiron] Centaurus, partim hominis partim equi figuram habens. Possidebat regionem Thessalicam, circa montem Pelium: erat optimus, et Medicus, et Astronomus, Achillisque futurus præceptor.

6 *Molliter refusus*] Chiron in latus leniter reclinatus, ea parte qua equus erat.

7 *Peneus*] Fluvius Thessaliæ in Græcia.

8 *Œtæis*] Œta mons est Thessaliæ; unde Œtæus dicitur.

9 *Terpsichore*] Τέρψις, *delectatio,* χορὸς, *chorus, saltatio,* hinc dicta est Terpsichore una ex Musis, quasi delectatio, voluptasque chori seu saltationis.

10 *Barbiton*] Barbitos est instrumentum musicum, multis intentum chordis.

Carmina nec Superis, nec displicuere Tonanti,
Cum teneris nossent congrua vota modis.
Centauri Faunique negant. Quæ flectere Rhæton,
Quæ rigidum poterant plectra movere Pholum?
Septima lux aderat cœlo, totiesque renato
Viderat exactos Hesperus igne choros.

bus, et traxit in cavernam choros lascivientes. Cantilenæ Terpsichores *neque Jovi injucundæ fuerunt, neque Diis aliis, cum agnoscerent nuptias* esse *convenientes cantibus tenellis. Centauri et Fauni inficiantur* cantus esse jucundos. Sed *quæ carmina valebant tangere Rhætum, quæ* valebant *tangere Pholum agrestem? Septima dies advenerat Cœlo, et vesper toties resurgens aspexerat* sua *luce saltatio-*

Pric. Ambr. pr. Med. tert.—11 hi sex seqq. versus desiderantur in Pal.—12 *nossent teneris* Moret. pr. *possent* Petav. tert. *essent* Jun. pr. m. sec. *cognita* ed. Vicet.—13 *Faunique negant* Jun. pr. Oxon. pr. edd. Vicet. Parm. Ald. et al. *notant* Var. LL. ed. Antv. *Craton* Oisel. Lov. inc. Heins. Vicet. Ald. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. *Crathon* quatuor Vatt. Rott. Petav. tert. *Chaon* Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *Craion* Leid. pr. *Trachon* Mazar. *Trathon* Reg. *Chraton* Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Caron* Tholos. *Cruton* Moret. sec. *Rechon* Moret. pr. *Rhætum* Med. quart. *Rhæton* Farn. Med. tert. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Rheton* Oxon. pr. *Rhetum* Med. pr. et sec. et Thuan. *Craton* vel *Charon* Pat. *Chaon* vel *Craton* Vat. tert. *Crathon* vel *Chaon* Put. *Chaon* vel *Cheton* Florent. *Crathon* vel *Rhetum* Petav. pr. *Craton* vel *Ræton* Ambr. sec. *Crathon* vel *Herchon* Exc. Voss.—14 *Et rigidum* inc. Heins. *poterat* edd. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Pulm. *poterant* Lov. *Pholum* Ald. *Potum* Exc. Gevart.—15 *renato* viginti Codd. Exc. Cod. Rhem. et Lu-

NOTÆ

12 *Vota*] Nuptiæ, quæ sunt vota et desideria parentum atque virginum.

Congrua vota modis] Id est modi cantusque congrui et convenientes votis seu nuptiis; vel carmina digna festivitate nuptiarum.

13 *Fauni*] Sunt rustica Numina.

Negant] Centauri et Fauni negant molles Terpsichores cantus placere. Claudianus per Centauros Faunosque creditur carpere quosdam ineptos ætatis suæ censores, quibus versus suos non placuisse cognoverat.

Quæ flectere Rhæton] Quæ porro plectra seu carmina movere possent Rhætum, Pholum, et alios Centauros agrestes, duros, intractabiles, et rusticis cantibus assuetos?

15 *Septima lux aderat*] Numerus septenarius apud antiquos celebratus, et præsertim in nuptiis. Donatus in Phormione Terentii; 'In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur.' Macrobius: 'Hic numerus est, qui hominem concipi, formari, edi, vivere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi senectæ, atque omnino constare facit.' Ex his Donat. Macrobiique locis satis patet numerum Septenarium nuptialibus Gentilium festivitatibus fuisse destinatum. Id moris ab Hebræis hausisse Pagani videntur. Unde Laban [Gen. c. 29.] 'Imple,' ait, 'Hebdomadam dierum hujus copulæ:'

Tum Phœbus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine tentavit nobiliore lyram.
Venturumque sacris fidibus jam spondet Achillem:
Jam Phrygias cædes, jam Simoënta canit.
Frondoso strepuit felix Hymenæus Olympo:
Reginam resonant Othrys et Ossa Thetin.

nes perfectas. Tunc Apollo impulit citharam plectro diviniore, quo mollit rupes, quo trahit arbores; et jam, Lyra sacrata, promittit Achillem nasciturum esse, *jam prædicit clades Trojanas, jam Simoëntem. Hymen fortunatus personuit* per *Olympum frondentem: Othrys et Ossa repetunt* nomen *Reginæ Thetidis.*

cens. pr. Var. LL. ed. Antv. *renatus* edd. Vicet. Gesn. Bipont. *renatos* duo Vatt. Med. tert. Tholos. Mazar. item tres Petav. *remotos* Bonon. m. pr. *reducto* Ambr. pr. *renato* vel *renatus* vel *renatos* Reg. Oxon. pr.—16 *exhaustos* Florent. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *toros* Exc. Gevart.—17 *Tunc Phœbus* Vat. quint. Pric. Rott. Florent. Tholos. Petav. pr. duo Moret. tres Med. *Cum Phœbus* Ambr. pr. Exc. Gevart. *Saxa movet* Med. tert. *protrahit* Vat. sec. Farn. Florent. Jun. pr. Ambr. pr. et Moret. Cod. Ursini, item Exc. Lucens. sec. apposito + signo, ut significetur, erasam vel interpolatam esse veterem lectionem. *alnos* Ambr. pr. *alnos* vel *ornos* Med. sec.—18 *mobiliore* Mazar.—19 *pandit* Pat.—20 *sedes* Put. Med. quart. Exc. Voss. *sedes* vel *cædes* Med. pr. *Simoonta* Reg. duo Petav. ambo Moret. Exc. Gevart. Voss. Cod. *Simeonta* Var. LL. ed. Antv.—21 *tepuit* Oisel. Put. Pat. Florent. Lov. Petav. sec. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *strepuit* vel *crepuit* Ambros. tert. item Cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. *strepuit* vel *crepuit* Exc. Pat. *in antro* pro *Olympo* Put. Pat.—22 *resonat* Med. tert. *resonans* Ambr. tert. *resones* Reg. *Thetin* Oisel. Cod. Ursini, Ald. *Thetim* Vatt. quatuor, Pal. Farn. Pric. *Thetin* vel *Thetim* Moret. sec.

NOTÆ

quanquam tamen hebdomada hic annorum est non dierum, ut et apud Ausonium: 'Claudius hebdomaden duplicem trahit.' Unde non mirum est hunc diem usurpari, et præcipue cum agatur de Peleo et Thetide, unde nasciturus Achilles patre major. Forte et conjugium per sex dies celebratum, et die septimo consummatum. Id quod conjicitur ex verbis sequentibus, 'Frondoso strepuit,' &c. Hæc perbenigne mihi suppeditavit nobilissimus doctissimusque Huetius; ad quem, si quis in Claudiano nostro locus est difficilis, aut interpretibus intactus, velut ad inexhaustum eruditionis et humanitatis fontem, confugere soleo.

16 *Hesperus*] Seu Vesper, est stella serotina, quæ matutinis horis dicitur Lucifer et Phosphorus.

17 *Ornos*] Quaslibet arbores: species pro genere.

18 *Nobiliore*] Apollo canit nobilius diviniusque quam Terpsichore.

19 *Spondet Achillem*] Apollo fatidicus præcinit nasciturum esse Achillem, ex hoc Pelei et Thetidis conjugio: ipsumque editurum esse Trojanorum cædes ad fluvium Simoëntem in Troade.

21 *Frondoso Olympo*] Olympus

NOTÆ

mons est altissimus Thessaliæ, sylvis frondentibus variis in locis consitus. Virgilius: 'Frondosum Olympum.'

Hymenæus] Vel Hymen, Deus Nuptiarum, vel Hymnus, qui canitur in laudem nuptiarum, ut in hoc loco.

22 *Othrys et Ossa*] Sunt Thessaliæ montes, qui sæpius in hac nuptiarum celebritate, resonant nomine Reginæ Thetidis, quæ nupserat Peleo Thessaliæ Regi.

X.

CL. CLAUDIANI EPITHALAMIUM HONORII ET MARIÆ.

ARGUMENTUM.

Honorius amat, suspirat, poscit Mariam sibi promissam, conqueritur de mora. Subridet Cupido, volat ad montem Cyprium, matri Veneri denuntiat suum Triumphum. Venus gaudet, festinat, et Diis maris plaudentibus Tritone invecta, Amoribusque comitata, Mediolanum petit: ejus adventu recedunt nubes, arma; succedunt serenitas, lyræ, flores; paratur Thalamus. Hinc Mariam vestit, ornat, eamque ducit venienti obviam Honorio. Post exercitus gratulatur Theodosiique Manibus, et Stilichoni, cujus laudes celebrantur: votumque additur in gratiam nepotum.

Hauserat insolitos promissæ virginis ignes
Augustus, pronoque rudis flagraverat æstu.

Honorius Imperator conceperat amorem insuetum Puellæ sibi *desponsatæ, et in-*

1 *Progressæ* Lov. m. pr.—2 *pronoque* Cod. Ursini et plurimi alii, Exc. Schott.

NOTÆ

1 *Hauserat*] Honorius hauserat amorem ex Maria Stilichonis filia, velut ex fonte amorum plenissimo, hoc est, ex puella omnium maxime amabili.

2 *Prono æstu*] Amore promto et

Nec novus unde calor, nec quid suspiria vellent,
Noverat incipiens, et adhuc ignarus amandi.
Non illi venator equus, non spicula curæ:
Non jaculum torquere libet. Mens omnis aberrat
In vultus, quos finxit Amor. Quam sæpe medullis
Erupit gemitus! quoties incanduit ore

expertus, incensus fuerat ardore promto; et amens, et adhuc imperitus amoris non cognoscebat unde flamma illa *recens* nasceretur, *nec quid gemitus significarent. Non ille curat equum venatorem, non tela: non juvat* illum *vibrare sagittas. Totus animus occupatur in ictu, quem Cupido fecit. Quam crebro suspiria exierunt* ex *pectore* intimo! *quoties rubor prodens arcana* animi *exarsit in vultu* ejus! *et* quo-

Lucens. sec. et Gevart. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. e marg. Parm. *primoque* Vat. tert. Pal. Pric. Thuan. *primoque* vel *pronoque* Vat. pr. Put. Florent. Oisel. Heinsius ad firmandam lectionem *primoque*, ascripserat locum ex Fescen. vs. 41. 'Primisque sese junget amoribus.'—3 Exc. Voss. ita hos versus exhibent: *Sed novus unde calor, sed adhuc securus amandi Noverat incipiens, nec quid suspiria possent.*—4 *Insipiens* Heins. et al.—5 *nec spicula* duo Vatt.—6 *aberrat* Florent. duo Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Cod. Epig. Ambr. Exc. Lucens. pr. edd. Vicet. Gesn. Bipont. *oberrat* Vat. sec. Farn. duo Med. Ambr. pr. m. sec. Lov. m. sec. Leid. pr. Moret. sec. Cod. Ursini, Ald. et Exc. Gevart. *aderrat* incert. Heins. qui remittebat ad Gronov. Gust. in Stat. p. 403.—7 *pinxit* Put. Moret. sec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. *vulnus quod fixit* Vat. quint. Reg. inc. Heins. Oxon. pr. Leid. pr. Exc. Pat. et ed. Gesn. et Bipont. *vultus quos fixit* vet. Gyr. *vulnus quod pungit* Pat. *vulnus quod finxit* Florent. Med. sec. Ambr. sec. *vulnus quod punxit* Thuan. Mazar. Petav. sec. *vulnus quod pinxit* Farn. duo Med. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Tholos. Ambr. tert. Exc. Gevart. et Lucens. pr. ed. Vicet. *finxit* Exc. Læti, Pal. ed. Parm. *pinxit* Ursini Cod. et decem alii. *punxit* vel *fixit* Oxon. pr. *vulnus quod fixit* vel *vultus quos pinxit* Petav. pr. Lov. *vulnus quo punxit* vel *vultus quos pinxit* Vat. quart.—8 *Eripuit* Farn. *Erumpit* Vat. sec. Cod. Ursin. *Erumpunt* Mazar.

NOTÆ

proclivi, quod Mariæ forma videri non posset, quin amor conciperetur. Alii legunt *primo æstu*, id est, primo amore: primi amores sunt vehementiores.

Rudis] Rudis et imperitus in arte amandi.

3 *Nec novus unde calor*] Negligit venationem, et alias exercitationes: ardet, suspirat, nec tamen cognoscit adhuc ea omnia ex amore provenire.

4 *Incipiens*] Sc. amare. Alii legunt *insipiens*, i. e. amens, et velut extra se positus.

6 *Aberrat*] Notum Proverbium, 'Anima est magis, ubi amat, quam ubi animat.' Itaque Honorii totus animus videtur esse extra illum, aberrat, exulat, et nihil spectat, nisi vulnus, quod amor fecit; hoc, est semper se pascit amore Mariæ.

7 *In vultus, quos finxit Amor*] i. e. Animus ejus totus est in vultu Mariæ, quem Amor ipsi repræsentavit formavitque. Alii legunt *vulnus*. Vulnus, ignes, flammam de amore dici notissimum. Virgilius: 'Vulnus alit venis, et cæco carpitur igni.'

Medullis] Ex intimo cordis recessu.

Confessus secreta rubor, nomenque beatum
Injussæ scripsere manus! Jam munera nuptæ
Præparat, et pulchros, Mariæ sed luce minores,
Eligit ornatus; quicquid venerabilis olim
Livia, Divorumque nurus gessere superbæ.
Incusat spes ægra moras, longique videntur
Stare dies, segnemque rotam non flectere Phœbe.
Scyria sic tenerum virgo flammabat Achillem,

ties *manus* ejus *ultro signaverunt felix nomen* Mariæ! *Jam deligit dona pro sponsa, et vestes magnificas, sed inferiores* tamen *pulchritudine Mariæ;* deligit scilicet, *quicquid Livia veneranda* tulit *quondam, et* quicquid *nurus gloriosæ Deorum tulerunt. Spes* Honorii *inquieta damnat moras; et dies longiores videntur consistere, et Luna* videtur *non volvere currum inertem. Ita* Deidamia *puella Scyri, ignara adhuc doli, inflammabat Achillem juvenem; et instruebat manus bel-*

—9 *beatæ* Moret. pr.—10 *Invisæ* Florent. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv.—11 *populos* vel *pulchros* Jun. pr. *dignos Mariæ* Pat. *Mariæ pulchros sed* Moret. sec. *sub luce* vel *seu luce* Vat. pr. *jure* pro *luce* Jun. a m. pr.—14 *spes longa* Med. tert.—15 *moram* vel *rotam* Vat. pr. *rotam* vel *currum* Rott. *flectere* triginta fere Codd. Exc. Gevart. et Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. item Ald. Heinsius ascripserat locum Ovid. Lib. x. Met. vs. 11. 'Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.' *jam volvere* Pat. *nec volvere* Thuan. *volvere* quoque habet ed. Parm. et Vicet. *volvere rotam* Silium Lib. VI. et alios quoque dixisse notaverat Heins. *Phœbe* Exc. Pat. rec. *Phœbi* Vat. quint. *Phœbus* vel *Phœbe* Vat. tert. Reg.—16 *flammavit* Pal. Med.

NOTÆ

9 *Rubor*] Rubor subitus frontis inter amoris indicia reponitur. Ovidius: 'Et rubor in vultu pignora mentis habet.'

10 *Injussæ*] Manus scripserunt nomen beatum Mariæ, sed sponte, sed injussæ, quasi non ipse Honorius sentiret. Id quod accidit amantibus, suaque natura cogitatione aliqua defixis, qui etiam canunt, nec canere se sentiunt.

11 *Luce*] Pulchritudine micante lucis instar.

12 *Venerabilis Livia*] Augusti conjux, quæ inter Deos relata est, ideoque veneratione digna.

13 *Nurus gessere*] Adulatio Poëtica, quasi hæc ornamenta jure hæreditatis ad Honorium venirent.

14 *Spes ægra*] Non quod spes sit ægra, sed quod curis continuis reddat solicitum et ægrum amantem. Virgilius: 'Ægram vana spe lusit amantem.'

Moras] Sallustius: 'Animo cupienti nihil satis festinatur.'

15 *Stare*] Dies non fluere, sed stare videntur; adeo longi apparent.

16 *Scyria*] Apud Lycomedem Scyri Ægæi maris insulæ regem Achilles a matre Thetide bellum Trojanum filio funestum timente, habitu muliebri occultatus fuerat. Tum Deidamia Regis filia, ab Achille compressa peperit Pyrrhum, Neoptolemum dictum.

Flammabat] Amore vehementer inflammabat.

Fraudis adhuc expers: bellatricesque docebat
Ducere fila manus, et, mox quos horruit Ide,
Thessalicos roseo pectebat pollice crines.
Hæc etiam queritur secum: Quonam usque verendus
Cunctatur mea vota socer? quid jungere differt,
Quam pepigit, castasque preces implere recusat?
Non ego, luxuriem Regum moremque secutus,
Quæsivi vultum tabulis: ut nuntia formæ

licosas Achillis ad *fila nenda; et pollice purpureo pectebat capillos Thessalicos, quos mox Troja formidavit.* Honorius *sic quoque conqueritur secum: Quousque socer venerandus* Stilicho *differt mea desideria? Quare procrastinat conjungere* mihi virginem, *quam promisit, et refugit cumulare preces* meas *pudicas? Haud ego imitatus pompam et consuetudinem regum, exquisivi pulchritudinem* per *simulacra* aliqua, *ut*

pr. *inflammabat* Moret. pr.—18 *Ide* plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. et Cod. Rhem. Sched. Gud. item Ald. *Ida* Med. quart. Exc. Schott. *Idem* Parm. *idem* vel *Ide* Reg.—19 *Thessalicos roseo* Farn. inc. Heins. Ursin. Cod. Mazar. Moret. sec. Vat. Livin. edd. Gesn. et Bipont. *Thessalico roseos* tres Vat. Pal. Pric. Rott. *Thessalicos roseo* vel *Thessalico roseos* Vat. pr. et sec. m. pr. *Thessalicos roseo nectebat pollice* Pat. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. sec. *pectebat pollice* Florent. Put. vet. Gyr. Exc. Schott. *nectebat* Vat. pr. et sec. m. sec. Pric. Oisel. *pectebat* Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Ambr. et Jun. pr. Lov. ambo Moreti. *nectebat pectine* Vat. tert. cod. Ursin. Med. sec. Tholos. duo Petav. *pectebat pectine* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. Med. tert. inc. Heins. *pectebat* et emendatum *nectebat* Med. pr. *pectebat* vel *nectebat* Reg. Oxon. pr. Ambr. sec. *flectebat*, vel *nectebat*, vel *pectebat* Oxon. sec.—20 *Hoc* Vat. sec. Med. quart. inc. Heins. Petav. sec. duo Oxon. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Sic* Rott.—21 *senex* Pat. *senex* vel *socer* Put. *quid jungere* Vat. Livin. *qui jungere* Ald.—22 *Quod pepigit* Moret. pr. *pepigi* legit Heins.—23 hi duo versus manu recenti ascripti sunt in Vat. pr. *luxuriam* duo Vat. Pric. Exc. Pat. rec. Lucens. sec. Cod. epigr. Ambr. ed. Vicet. *luxuriem* viginti tres alii, edd. Parm. Heins. Gesn. et Bipont. item Var. LL. e marg. ejusdem. *luxuria* Vat. quart. *moresque* duo Vatt. Petav. pr. *moremve* Jun. pr. *moremque* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Rott. Oisel. *moremque* vel *patrumque* Med. sec.—24 *Quæsierim* Med. sec. *multum* vel *vultum* Petav. sec. *tabulis* Var. LL. ed. Antv. *thalamis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. *tabulis* vel *thalamis* Moret. pr. *ut mutua* Med. tert. *noxia* Ambr. pr. Sched.

NOTÆ

17 *Fraudis adhuc*] Nondum gnara fraudis, qua Achilles veste puellari indutus seipsam decepit.

18 *Horruit Ide*] Ida mons Trojæ, seu potius ipsa Troja tremuit, adventu Achillis pulchre capillati. Lucianus: 'Quam speciosa cæsaries! quam terribilis in bellatoribus! quam decora in adolescentibus!' &c.

19 *Thessalicos crines*] Pectebat crines Achillis Thessali: hunc enim Phthia urbs Thessaliæ genuerat.

20 *Queritur*] Ob amoris impatientiam.

23 *Non ego*] Non petivi, ut pulcherrimarum Principum imagines pictæ ad me mitterentur; id quod faciunt Reges ad pompam et ostentationem.

Lena per innumeros iret pictura penates:
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua commisi falsæ connubia ceræ.
Non rapio præceps alienæ fœdera tædæ,
Sed quæ sponsa mihi pridem, patriisque relicta
Mandatis, uno materni sanguinis ortu
Communem partitur avum. Fastigia supplex

imago illa *adulatrix nuntia pulchritudinis circumferretur per domos innumerabiles. Neque* ego *electurus amorem ambiguum* facturum *thoros diversos, credidi speciei fallaci conjugia difficilia. Non* ego *temerarius aufero pactum alieni matrimoniis, sed* eam, *quæ desponsata* est *mihi, et data imperio patris* mei, *vindicat* sibi *avum communem una origine generis materni.* Ego *precaturus abjeci majestatem* impera-

Gud.—25 *Lena* viginti Codd. Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *Plena* octo alii, Exc. Lucens. sec. *Læva* Rott. Med. tert. Thuan. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. et ed. Vicet. *Lena* vel *Plena* Vat. pr. —26 *Non variis* Thuan. *thalamis varium dubiis* Jun. pr. *tabulis* Exc. Schott. *laturus* Pric. Oisel. *lectura pudorem* inc. Heins.—27 *conubia* Exc. Gevart. *formæ* Thuan.—28 *Nec rapio* Moret. pr. *princeps* pro *præceps*, et *mensæ* pro *tædæ* Jun. pr. et Oxon.—29 *patriisque* Vat. pr. Farn. ambo Moret. Lov. *patrisque* Vatt. quatuor. Pal. Pric.—30 *Mandantis* Thuan. *una* vel *immo* Oisel.—31 *par-*

NOTÆ

25 *Lena*] Ut imago adulatrix, lenocinans, et amoris conciliatrix circumferretur per domos. *Lena* autem dicitur, quasi fungatur officio lenæ, dum puellas minus decoras, adulante penicillo depictas ostentat principibus, quos sic ad amorem et matrimonium accendit, de eo nunquam cogitaturos, nisi talibus lenociniis decepti fuissent. Ovidius: 'maxima lena mora est,' id est, maxima amoris conciliatricula. Alii hoc verbum *lena* aversati legunt *læva*, id est favorabilis, ut apud Virgilium, 'Numina læva sinunt.'

Pictura] Mos ille antiquus mittendi puellarum principum imagines, etiam a nostris observatus. Missa enim est Henrico Magno Mariæ Medicææ effigies. Ceterum, Claudianus arguit tacite factum Eutropii, qui Flavii Promoti filiam, vel Neptim, egregie depictam Arcadio ostentans, illum vel sola pictura pellexit ad nuptias.

26 *Nec variis, &c.*] Non elegi amorem dubium, hoc est instabilem, et toties mutandum, variisque thalamis occasionem daturum, quoties nova virginum aliarum imago mihi proponeretur.

27 *Ardua commisi*] Non ego exposui, credidi imagini cereæ sæpe fallaci, conjugium meum, cum arduum ac difficile sit optime eligere, ac præsertim cum videntur tantum imagines.

28 *Non rapio fœdera*] Non rapio nuptas, aut fœdere pactoque aliquo aliis desponsatas. Sic Augustus abduxit Liviam etiam prægnantem.

29 *Patriisque relicta mandatis*] Probabile est Theodosium, antequam moreretur, mandavisse, ut Honorius Mariam Stilichonis filiam duceret in uxorem.

31 *Partitur avum*] Theodosium se-

Deposui, gessique procum: de limine sacro
Oratum misi proceres, qui proxima nobis
Jura tenent. Fateor, Stilichon, non parva poposci:
Sed certe mereor Princeps, hoc Principe natus,
Qui sibi te generum fraterna prole revinxit,
Cui Mariam debes. Fœnus mihi solve paternum.
Redde suos aulæ. Mater fortasse rogari
Mollior. O patrui germen, cui nominis hæres

toriam, *et egi* me *procum. Primores, qui occupant locum propinquum nobis, missi* sunt ex *aula sacrata rogaturi. Confiteor*, o *Stilicho, non petivi* rem *exiguam, at quidem* hac *dignus sum* ego *Imperator oriundus tali Imperatore* Theodosio, *qui devinxit sibi te generum* per *filiam fratris, cui debes Mariam. Rependc mihi usuram paternam: restitue suos palatio.* Serena *mater Mariæ forsan facilior* est *exorari. O soboles patrui* mei Honorii: *cui* ego Honorius *successi hæres nominis* ejusdem, o Serena

timur Thuan. *fastidia* Vat. pr. *simplex* Farn.—32 *cessique procul* Med. quart. *procum* vel *procul* Med. sec.—33 *Ortatum* Farn. *misi* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. *missi* Vat. tert. Med. sec. Put. Petav. tert. Ambr. tert. *misi* vel *missi* Med. pr. Moret. pr. *Stilicho* Vat. pr. *Stilico* Vat. sec. *fateor Stilico* triginta fere Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et edd. Vicet. Parm. Isingr. Gryph. Colin. *parva* vel *prava* Put. *poposci* vel *reposci* Oxon. sec.—35 *hic principe* Cod. Epigr. Ambr. *Si principe* Med. tert. *et principe* Vat. quint. *ac principe* Vat. quart. *hoc principe* viginti alii, Exc. Schott. et Lucens. pr. Var. LL. e margine Parm. *de principe* vet. Gyr. Var. LL. ed. Antv. *sed principe* Jun. pr.—36 *mole* Oisel.—37 *differs?* Ald. *debes* viginti duo Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *fenus* Bonon. *fœdus* quatuor Vatt. Pal. Rott. *fœnus* Oisel. Petav. sec. *fœnus* vel *fœdus* Vat. pr. Petav. pr. et Pric. Heinsius ascripserat loca Propert. Lib. I. El. 7. et Lib. III. Eleg. 1.—38 *tuos* Farn.—39 *ob* Cod. Ursini. *patrium* Jun. pr. Heinsius legit *patruum*. *cui*

NOTÆ

niorem, qui filios habuit Theodosium Magnum, et Honorium seniorem: hujus Honorii filiam Serenam Stilicho uxorem duxerat: ex Serena et Stilichone nata est Maria, quæ nubit Honorio juniori: hinc et Honorius junior et Maria agnoscunt communem, hæc proavum maternum, ille avum paternum, Theodosium scilicet seniorem.

Fastigia] Ego, qui Imperatoris titulo imperare poteram, me supplicem exhibui.

33 *Misi proceres*] Hæc dicta sunt ad Stilichonis laudem.

36 *Qui sibi te generum*] Mereor Mariam ego natus Theodosio, qui tibi dans uxorem Serenam fratris sui Honorii filiam, et a se adoptatam, te fecit suum generum.

37 *Cui debes*] Cui Theodosio debes Mariam: hanc enim accepisti a conjuge Serena, quam ipse tibi dedit.

Fœnus solve] Da mihi Mariam, quæ mihi erit velut fœnus et merces ampla eorum, quæ debes patri meo Theodosio.

38 *Aulæ*] Redde suas Principes aulæ Cæsareæ.

39 *O patrui germen*] O Serena filia patrui mei Honorii senioris, cujus nomen ego Honorius velut hæres gero.

Successi, sublime decus torrentis Hiberi,
Stirpe soror, pietate parens, tibi creditus infans,
Inque tuo crevi gremio, partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. Quid dividis ergo
Pignora? quid juveni natam non tradis alumno?
Optatusne dies aderit? dabiturne jugalis
Nox unquam? tali solatur vulnera questu.
Risit Amor, placidæque volat trans æquora Matri
Nuntius, et totas jactantior explicat alas.
Mons latus Ionium Cypri præruptus obumbrat,

altus honor Iberi rapidi, soror gente, sed mater affectu, ego *infans commissus* sum *tibi, et crevi in sinu tuo, et partu excepto, tu potius* es *mihi Flaccilla. Cur igitur separas filios* tuos? *Cur non das alumno* tuo *juveni filiam* tuam? *An non dies exoptatus veniet? an non nox nuptialis concedetur unquam?* Honorius *mulcet vulnus* suum *hac querela. Cupido subrisit, et* statim *evolat ultra maria, nuntius* futurus *matri blandæ, utque superbior porrigit pennas omnes. Mons altus tegit latus Ionium Cypri*, mons

germen Farn. *tibi nominis* Oxon. pr.—41 *Stirpe sata* Thuan. *Stirpe parens pietate soror* Moret. pr. *pietate potens* Jun. pr. m. sec. *carens* Thuan. *mihi creditur* Var. LL. ed. Antv. *creditus* Ambr. pr. *creditur* Oxon. et alii. *creditur* vel *creditus* Put.—42 *crevit* Oxon. sec. *thalamo* vel *gremio* Vat. quint. *partumque* Oxon. pr.—43 *potior* Exc. Schotti. *Placcilla* Ambr. tert. *Placcella* Tholos. *Placilla* Rott. *Facilla* Med. tert. Petav. tert. Mazar. *Fascilla* Oxon. sec. *Flacilla* Florent. duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. et Parm. *Flascella* Med. pr. *Floccilla* Moret. sec. *Facilla* vel *Placella* Reg. *Placella* vel *Facella* Oxon. pr.—44 *natam juveni* inc. Heins. Ambr. sec. *reddis* duo Vatt. Pal. Florent. Med. pr. Leid. pr. Thuan. Mazar. *tradis* Med. sec. *credis* inc. Heins. Exc. Schotti; Heinsio improbatur hæc lectio, quia jam præcessit *creditus*.—45 *dabiturque* Farn. Pric. Lov. *dabiturue* Pat.—47 *placidoque* Vat. quart. *placidusque* vel *placidæque* Oxon. sec.—48 *horas* Petav. tert. Lov. Var. LL. ed. Antv. *horas* vel *alas* Petav. sec. —49 *Jonium* viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. et Vicet. in Moret. sec. ascriptum erat, DESCRIPTIO PALATII VENERIS. *Eoum* Vat. pr. Pal. Pric. Oisel. et ed. Gesn. et Bipont. *Eoum* vel *Jonium* Vat. tert. Florent. Lov. *Cypri præruptus* Bonon. Pat. Exc. Schott. Vat. Isingr. Pulm. Delr. *Cypreæ rupis* tredecim alii. *ruppis* Var.

NOTÆ

40 *Torrentis Hiberi*] Fluvii Hispaniæ, sed ponitur pro ipsa Hispania.

41 *Stirpe soror*] Nam Serena adoptata fuerat a Theodosio patre Honorii.

42 *Partuque remoto*] Si partum demas, tu potius mihi mater es, quam Flaccilla. Hæc obiit, Honorio puero admodum relicto. Ea porro non minus dicenda est mater, quæ affectu materno educavit, quam quæ genuit.

44 *Pignora*] Quid separas Mariam et Honorium, quos aut spectas, aut spectare debes, ut proprios liberos.

49 *Latus Ionium Cypri*] Cyprus insula maris Mediterranei credita est Veneri sacra sedes, ob amœnitatem; et quia ad eam nata est; *Ionium latus*,

Invius humano gressu, Phariumque cubile
Proteos, et septem despectat cornua Nili.
Hunc neque canentes audent vestire pruinæ;
Hunc venti pulsare timent, hunc lædere nimbi.
Luxuriæ Venerique vacat. Pars acrior anni
Exulat: æterni patet indulgentia veris.
In campum se fundit apex: hunc aurea sepes
Circuit, et fulvo defendit prata metallo.
Mulciber, ut perhibent, his oscula conjugis emit
Mœnibus, et tales uxorius obtulit arces.

inaccessus pedibus hominum, despicit lectum Ægyptium Protei, et septem ostia Nili. Glacies albæ non audent tegere hunc montem; *venti metuunt hunc percutere. Nubes* metuunt *offendere hunc:* hic *servit voluptati et Veneri. Pars violentior anni expellitur. Clementia veris perpetui aperitur. Vertex* montis *extendit se in planitiem. Aurata sepes cingit hunc, et tuetur prata metallo fulvo. Vulcanus, ut aiunt, emit basia uxoris* suæ *his muris, et* ipse *uxorius dedit tales turres. In-*

LL. ed. Antv. *abundat* vel *obumbrat* Oxon. sec.—50 *gressu* vel *gressui* Reg. *generi* Vat. Liv. *gressu* vel *generi* Vat. pr. *Phariique* Pric.—51 *despectans* Med. quart. *despectant* Vat. quart. Farn. Rott. *despectat* Florent. duo Med. Mazar. Vat. Livin. Jun. pr. Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *cornua* vel *hostia* Ambr. sec. —52 *Hunc neque canentes* Exc. Læti. Vat. pr. m. pr. Pric. Oisel. *cadentes* Vat. quint. *candentes* et emend. *canentes* Lov. *cædentes* Exc. Lucens. sec. apposito + signo, ut notetur, veterem lectionem esse vel erasam vel interpolatam. *spectare* vel *sperare* pro *vestire* Jun. pr.—53 *nimbus* Moret. pr.—54 *Venerique* Exc. Læti. *ventrique* inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. ed. Vicet. *ventrique* vel *Venerique* Reg. Oxon. pr. Moret. sec. duo Petav.—56 *fundit* Exc. Læti. *fudit* Farn. Petav. sec. Ambr. tert. Lov. Exc. Gevart. ed. Vicet. *desidit* vel *se fundit* Ambr. sec. *huc aurea* Med. tert.—57 *flavo* plurima pars Codd. Exc. Schott. Gevart. et Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. item Oxon. Leid. Lovan. et ed. Vicet. *rura* Med. sec.—58 *Mulcifer* Mazar. Oxon. pr. m. sec.—59 *artes* pro *arces* Pal. *aures*

NOTÆ

id est, qua Cyprus respicit mare Ionium, quod ad Ægyptum usque extenditur.

50 *Phariumque*] Id est, Ægyptium, a Pharo parva olim Nili insula, ad quam Proteus ille formarum mutatione insignis stabulabat.

51 *Septem cornua*] Septem ostia Nili, qui inde dicitur a Virgilio, 'Septemgeminus.'

53 *Venti pulsare timent*] Monti Veneris nullam hyemem, ver perpetuum tribuit. Hæc enim Dea est serenitatis, risuumque et voluptatis.

55 *Patet*] Aperitur, porrigitur: omnia quippe verno tempore explicantur, aperiuntur.

58 *Mulciber*] Vulcanus omnia opera insignia, et duratura, facere fingitur.

59 *Uxorius*] Qui uxori placere gestit.

Intus rura micant, manibus quæ subdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono:
Umbrosumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet ante suos Diva sub judice cantus.
Quæ placuit, fruitur ramis: quæ victa, recedit.
Vivunt in Venerem frondes, omnisque vicissim
Felix arbor amat. Nutant ad mutua palmæ
Fœdera: populeo suspirat populus ictu;
Et platani platanis, alnoque assibilat alnus.
Labuntur gemini fontes: hic dulcis, amarus
Alter, et infusis corrumpit mella venenis,
Unde Cupidineas armavit Fama sagittas.

tus agri splendent, qui nullis subacti manibus, et contenti Favonio cultore, florent continuo: et intus *sylva* est *frondosa*, in *qua avis non recipitur, nisi prius sub Dea judicante probet concentus* suos. *Quæ* avis *probata est, potitur sylva; quæ superata est, abit. Folia vivunt pro Venere, et arbor omnis fortunata amat mutuo. Palmæ annuunt ad amicitiam reciprocam: populus gemit impulsu populeo; et platani admurmurant platanis, et alnus alno. Fontes duo* hic *fluunt. Unus dulcis est, alter* est *amarus, et inficiunt mella venenis immixtis, quibus*

Vat. quart.—60 *rura micant* Put. Mazar. Vat. Livin. ed. Parm. *prata* duo Vatt. Farn. Rott. Pric. Med. sec. Reg. Thuan. duo Petav. Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. *rura* vel *prata* Vat. pr. Med. pr. Florent. Jun. pr. *virent* Vat. sec. m. pr. Florent. m. pr. *maribus* Oxon. pr. *morbis* Oxon. alt. a m. pr.—61 *Perpetuo* Vat. pr. Thuan. Jun. et Moret. pr.—63 *sub Diva judice* Vat. sec. Cod. Ursin.—66 *nutantque* Jun. pr. *mitant* Vicet.—68 *platani* vel *platanus* Oxon. pr. *platanis platani* Florent. unus Heins. *platani platanis* Med. tert. Petav. tert. Vat. Livin. inc. Heins. Exc. Lucens. pr Vicet. *platano platanus* tres Vatt. Med. sec. Put. Mazar. Petav. pr. Tholos. Moret. pr. Jun. pr. Ald. *platanus platano* Vat. tert. Farn. *platani platanus* Rott. Petav. sec. *platanus platanis* Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Med. Exc. Gevart. *platani platanis* vel *platanis platani* Reg. *alnusque assibilat alno* Jun. pr.—70 *corrumpit* tres Vatt. *corrumpunt* viginti quinque alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *corrumpit* vel *corrumpunt* Put.—71 *armavi* Leid. pr. *armari* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. quatuor Med. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. inc.

NOTÆ

61 *Zephyro*] Carus Veneri ventus, cujus uxor Flora, seu Zephyritis, Veneri itidem cara.

66 *Felix arbor*] Frugifera, fœcunda. Arbores autem a Poëtis amare finguntur, cum levi Zephyro pulsæ sese osculantur.

Nutant palmæ] In palmis duplex sexus agnoscitur: si hinc inde ad ripas exsurgant mas et fœmina, inclinare et admovere sese videntur velut ad oscula.

69 *Dulcis, amarus*] Fontium montis Venerei, alter dulcis est et melle plenus, cum felix amor; alter amarus, et felle infectus, cum infelix amor est.

71 *Unde*] In utroque fonte amor

Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, similes habitu, gens mollis Amorum.
Hos Nymphæ pariunt: illum Venus aurea solum
Edidit. Ille Deos cœlumque et sidera cornu
Temperat, et summos dignatur figere reges:
Hi plebem feriunt. Nec cetera numina desunt.
Hic habitat nullo constricta Licentia nodo,
Et flecti faciles Iræ, vinoque madentes
Excubiæ, Lacrymæque rudes, et gratus amantum
Pallor, et in primis titubans Audacia furtis,
Jucundique Metus, et non secura Voluptas;
Et lasciva volant levibus Perjuria pennis.

fama armavit tela Cupidinis. Mille fratres pharetrati, qui sunt *genus blandum Amorum, colludunt in ripa, similes vultu, similes veste. Nymphæ producunt hos: pulchra Venus peperit illum solum* Cupidinem. *Ille moderatur arcu* suo *Deos, Cœlum, et Astra; et dignatur ferire reges supremos: hi* Amores *percutiunt vulgus. Neque numina alia hic absunt. Hic Licentia nullis compressa catenis manet, et Iræ promtæ excitari, ac Vigiliæ ebriæ vino, et Fletus juveniles, et Pallor jucundus amantum, et Audacia tremens in furtis prioribus, et Metus dulces, et Voluptas non tuta, et Perjuria impudica volitant ventis velocibus. Inter*

Heins. Bonon. Pat. m. pr. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *armavit* tredecim alii, Ald. et ed. Vicet. *armarit* Sched. Gud. *armavit* vel *armari* Vat. quart. Pric. Lov.—72 *pharetrata* Med. quart.—73 *Mente pares* Rott. *Ore pares* duo Vatt. Pal. *habitu similes* Pric. Vat. Livin. *similes habitu* Vat. pr. Oisel. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. Jun. pr. Heinsius ascripserat locum Cons. Hon. VI. 178. 'Hoc Deus effulgens habitu,' &c. *ævo similes* tres Vatt. duo Med. Pal. Farn. *ævo* vel *habitu* Put.—75 *Deum* Vat. quint.—77 *neque* Leid. pr. *munera* Oxon. sec. m. pr.—78 *habitat* Exc. Læti. *habitant* Vat. quint. m. pr. *districta* Farn. vet. Gyr.—79 *plecti faciles* Med. tert. —80 *gratus amorum* Pric.—81 *titubant* Vat. tert. *factis* Thuan. *factis* vel *furtis* Med. pr.—82 *Jocundique* Vat. pr. et sec.—83 *pennis* Florent. *ventis* triginta Codd. Exc. Lucens. pr. Gevart. et Cod. Rhem. Ald. Parm. Vicet.

NOTÆ

sagittas tingit: est enim et melle et felle fœcundus.

75 *Deos Cœlumque*] Omnia vincit amor, superos quoque. Muretus: Poëtæ tamen 'in Minervam et in studiorum præsides Musas nihil Veneri, nihil Cupidini, juris esse voluerunt.'

76 *Dignatur*] Reges tantum dignos putat quos suis figat telis.

77 *Numina*] Alia sunt Numina, vel potius aliæ pestes, quæ comitantur amorem: tales sunt Licentia, Iræ, &c.

79 *Iræ*] Terentius: 'Amantium iræ, amoris redintegratio est.'

Vino madentes] Item Terentius: 'Sine Cerere et Libero friget Venus.'

80 *Excubiæ*] Solitæ agi ad fores Amasiarum.

Lacrymæ rudes] Effusæ a juvenibus rudibus, et primos tum amores expertis.

83 *Perjuria*] Ovidius: 'Jupiter ex

Quos inter petulans alta cervice Juventas
Excludit Senium luco. Procul atria Divæ
Permutant radios, sylvaque obstante virescunt.
Lemnius hæc etiam gemmis exstruxit et auro,
Admiscens artem pretio, trabibusque smaragdis
Supposuit cæsas hyacinthi rupe columnas.
Beryllo paries, et iaspide lubrica surgunt

quos Deos *Juventus impudens celso capite expellit* ex *sylva Senectutem. Palatium Deæ longe mutat splendorem, et florescit nemore invito. Vulcanus construxit hoc etiam* ex *gemmis et* ex *auro, conjungens industriam, et subjecit trabibus smaragdis columnas recisas* ex *lapide Hyacinthi. Murus* ex *Beryllo, et limina levia* ex *iaspide*

et Colin. *ventis* vel *pennis* Med. pr. et sec. Leid. pr. inc. Heins.—84 *Quos inter* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. Vat. Livin. *lasciva alta cervice* Pal. *juvenca* inc. Heins. *juventa* Vat. sec. Med. quart. Lov. duo Oxon. ed. Vicet. *juventas* duo Vatt. Oisel. Florent. vet. Gyr. Med. tert. Petav. sec. Ambr. tert. m. pr. Bonon. Tholos. Vat. Livin. Exc. Schott. Lucens. sec. ed. Parm. *juventus* quatuordecim alii. *juventus* vel *juventas* Vat. quart. Pat. Ambr. pr.—85 *ludo* Put. Reg. Petav. tert. *lutu* Reg. m. pr. *luco procul.* cum τελείᾳ στιγμῇ Moret. sec.—86 *permutant* Exc. Lucens. pr. *permittant* Vat. quint. ed. Vicet.—87 *hoc* Var. LL. ed. Antv. *hoc* vel *hæc* Med. pr. *instruxit* Med. tert. *astrinxit* tres Vatt. *extrusit* Voss. *construxit* Pal. Pric. Med. pr. Reg. Thuan. Moret. sec.—88 *Conjungens* Moret. pr. *gravibusque* tres Vatt. Farn. Rott. *Smaragdi* Med. pr. Vat. quint. Pal. Oisel. *trabibusque* Vat. pr. Pal. Pric. Oisel. Med. pr. Mazar. Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *trabibusque Smaragdis* cum glossa *i. e. Smaragdinis* Leid. pr. *gravibusque Smaragdis* vel *trabibusque maragdis* pro *maragdinis* Petav. pr. et sec. Heinsius ascripserat seqq. 'Similes appositiones multæ in Historia Augusta. sic Spartian. vit. Hadrian. pag. 2. lin. 27. *adamantem gemmam* pro *adamantina. Statuæ Collossæ* pro *Colosseis.* pro quo male Casaub. p. 164. *Colosseas* reponit. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 65. et 196. *homo prostibulus* idem Salmas. p. 170. *miles podager* pro *podagricus* p. 194. *ratio fabrica* pag. 209. sic *Bajæ aquæ* pro *Bajanis* Propert. lib. I. Eleg. XI. Ah pereant Bajæ crimen amoris aquæ!' &c. hæc Heinsius ad edit. Lugd. A. 1551. *Zmaragdis* Vat. pr.—89 *Supposuit celsas* Ambr. tert. *columbas* Pal. Med. pr. Heinsius notaverat *Supponere* esse verbum Mechanicum, et citaverat Casaub. ad Hist. Aug. p. 133. non autem *superponere,* miraturque id Salmasio non visum p. 165.—90 *lubrica Jaspide*

NOTÆ

alto perjuria ridet amantum, Et jubet Æolios irrita ferre Notos.' At contra Propertius: 'Non semper placidus perjuros ridet amantes Jupiter.'

86 *Permutant*] Palatia aurea ob varium lucis repercussum radios identidem permutare videntur.

Virescunt] Etiam invita et obstante sylvarum opacitate. Vel Palatia hinc auro, inde smaragdis nitentia, modo radios flavos, modo virides emittunt, atque permutant.

87 *Lemnius*] Vulcanus, qui habitat modo Lemnon insulam, in mari Ægæo, modo Ætnam.

88 *Trabibusque smaragdis*] Trabibus, quæ sunt smaragdi. Sic Statius dixit *turmas hostes:* Persius *Heroas sensus.* Smaragdus autem est gemma coloris viridis.

89 *Hyacinthi, &c.*] Vide vs. 587. et 588. IV. Cons. Hon.

90 *Beryllo*] Gemma subviridis in India frequens.

Limina, despectusque solo calcatur achates.
In medio glebis redolentibus area dives
Præbet odoratas messes. Hic mitis amomi,
Hic casiæ matura seges, Panchæaque turgent
Cinnama, nec sicca frondescunt vimina costo,
Tardaque sudanti prorepunt balsama ligno.

attolluntur, et ex *Achate spreto pavimentum stratum est. In medio planities locuples fundit messes fragrantes frustis bene olentibus. Hic est copia exquisitissima amomi suavis, et* via sternitur *casia. Cinnama Arabica abundant; neque rami sylvescunt, costo urente, neque balsama sera stillant* ex *caudice lacrymanti. Quo posteaquam Cu-*

Med. quart.—91 *Lumina* Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *despectoque* Florent. —92 *glebis redeuntibus* Farn. *radiantibus* Pric.—93 *odoratas* Bonon. Pat. Tholos. m. sec. tres Ambr. *hinc mitis amomi, Hinc casiæ* Moret. pr.—94 *nativa* vel *matura* Oxon. sec. *Panchaïa* Pal. Florent. Med. pr. Thuan. vet. Gyr. *Panchæaque* Vat. pr. Pric. Oisel. *Pangæaque* Lov. *Pangæaque* vel *Panchæaque* quatuor Vatt. *turgent* viginti quatuor Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. et Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *surgunt* vel *turgent* Florent. Moret. sec.—95 *non* Florent. Moret. pr. *sicco* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. *sicca* Oisel. Reg. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. pr. Petav. sec. m. pr. qui tamen et *casto* exhibet. *cum sicco* vel *nec casto* Oxon. sec. *casto* Bonon. *gramina* Med. sec. Petav. tert. *gramina* Jun. pr. m. pr. *vulnera* idem, m. sec. *gramina* vel *vimina* Vat. tert. *numina* vel *limina* Florent. *succo* Vat. sec. Pal. Rott. Ursin. Cod. *costo* vel *succo* Vat. quart. Med. pr. vid. Lactant. de Phœnice. *acantho* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Heinsius ascripserat: 'acanthus Sidonius' Stat. Lib. III. Silv. Hercule Surrent. vs. 37. Salmas. ad Solin.—96 *prorepunt* quatuor Vatt. Oisel. duo Med. Oxon. pr. Leid. pr. Exc. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. *proreptant* Exc. Cod. Rhem. *prærepunt* Ambr. pr. *prorumpunt* Rott. Moret. sec. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. *prasumant* Florent. m. pr. *præsudant* Vat. tert. Pal. Med. pr. Thuan. Jun. pr. m. pr. *prorepunt* vel *prorumpunt* Reg. Petav. pr. Oxon.

NOTÆ

Lubrica] Limina levia, facta ex jaspide levi, politissima. Jaspis est gemma ex genere viridium, sed tamen varii sunt hujus colores et species.

91 *Calcatur*] Quasi solum sternatur Achate, ex quo stratum sit pavimentum. Achates est gemma versicoloribus venis ita distincta, ut nemorum, fluviorum, montium, nonnunquam et curruum speciem referat. Laudatur a Plinio Pyrrhi achates, in quo novem Musæ et Apollo spectabantur.

92 *Glebis*] Hæc sunt frusta aut thuris aut myrrhæ.

94 *Matura seges*] Collecta in ipsa maturitate, et ideo exquisitior.

Panchæa] Panchæi populi habitant deserta Sabæ, ubi thus optimum. Alii legunt *Panchaia* ob Panchaiam regionem Arabiæ thure et aromatis divitem.

95 *Vimina*] Sunt rami lenti, qui facile flectuntur.

Costo] Costum est Persidis arbor, quæ unguentum pretiosissimum fundit, in monte Veneris, non sicco caudice, sed abundante.

96 *Prorepunt*] Non balsama lenta guttatim prorepunt, stillant, sed ubertim effluunt.

Quo postquam dilapsus Amor, longasque peregit
Penna vias; alacer, passuque superbior intrat.
Cæsariem tunc forte Venus subnixa corusco
Fingebat solio. Dextra lævaque sorores
Stabant Idaliæ. Largos hæc nectaris imbres
Irrigat: hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat: sed tertia retro
Dat varios nexus, et justo dividit orbes
Ordine, neglectam partem studiosa relinquens.
Plus error decuit. Speculi nec vultus egebat

pido descendit, et ala ejus *absolvit iter longum, ingreditur lætus, et gloriosior incessu. Tum forte Venus innixa solio micanti comebat capillos. Sorores Idaliæ* Charites *astabant* ad *dextram et sinistram. Hæc aspergit* comæ ipsius *copiam ingentem ambrosiæ: hæc separat differentiam multiplicem crinium,* cum *pectine eburneo* habente *multos dentes: at tertia retro nectit cincinnos diversos, et discriminat rotulas serie æquali, omittens consulto partem* comarum velut *contemtam. Negligentia magis convenit. Neque facies indigebat approbatione speculi. Si-*

sec. *prorepunt* vel *præsudant* Florent. *Cinnama* Ambr. sec. *succo* tres Vatt. Farn. Med. sec. Petav. sec. Put. inc. Heins. *ligno* Med. quart. Jun. pr. *rivo* octodecim alii, Exc. Lucens. sec. *rivo* vel *ligno* Lov. Exc. Schotti. Heinsius ascripserat seqq. de Balsamo. Plinius Lib. xii. cap. 25. corrupto loco, cujus initium ‘ Suavitatis eximiæ.’ Justin. Lib. xxxvi. Rhodius ad Composit. 33. Scribon. Largi.—97 *dilapsus* Jun. pr. m. sec. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *delapsus* Raphel. Ms. Pulm. Exc. Lucens. sec. et al. Heinsius conjiciebat *delatus. peremit* Vat. quart.—98 *Pinna* Exc. Lucens. pr.—99 *tum forte* Ambr. pr. Jun. pr. Moret. sec. Cod. Epigr. Ambr.—100 *Figebat* Farn. *Cingebat* Vat. quint. *Pectebat* vel *Fingebat* Oxon. sec. *Fingebat* vel *Pingebat* Petav. pr.—101 *Idalides* Farn. *latos* Pric.—102 *hoc* Med. quart.—103 *Multifidum* Exc. Læti et Lucens. sec. *Multimodum* decem alii, Exc. Schotti et Gevart. Sched. Gud. Oxon. Lovan. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Multifidum* vel *Multimodum* Petav. pr.—104 *nexus varios* Ambr. sec. *orbem* Jun. pr. *orbis* duo Vatt.—105 *relinquens* Med. sec. *reliquit* Vat. pr. Pal. Florent. Med. pr. *relinquit* octo alii, Var. LL. e marg. Parm. Heinsius *relinqui* conjiciebat.—106 *speculi.* cum τελείᾳ

NOTÆ

97 *Quo*] Quem locum, quod Veneris palatium postquam Amor attigit.

98 *Superbior*] Gloriosior, et ipso incessu jactantior, quod fixerit Honorium.

100 *Sorores*] Charites seu Gratiæ administræ Veneris. Charites porro sunt tres Aglaia seu Pasithea, Thalia, et Euphrosyne.

103 *Multifidum discrimen arat*] Crines ita pectit, ut arare videatur, eosque discriminare fissos in multas partes.

104 *Orbes*] Rotulas, spiras, comarum, seu capillos in orbem replicatos, et ut ait Ovidius, ‘ in statione positos.’

106 *Error decuit*] Non est error, sed negligentia quædam, quæ videri posset error, et quæ magis decora est, quam si coma composita esset diligentia accuratissima.

Speculi] Non indigebat speculo, quia tota domus crystallina et gemmata speculum erat.

Judicio. Similis tecto monstratur in omni,
Et rapitur, quocumque videt. Dum singula cernit,
Seque probat, nati venientis conspicit umbram;
Ambrosioque sinu puerum complexa ferocem,
Quid tantum gavisus, ait? quæ prælia sudas,
Improbe? quis jacuit telis? iterumne Tonantem
Inter Sidonias cogis mugire juvencas?
An Titana domas? an pastoralia Lunam
Rursus in antra vocas? durum magnumque videris
Debellasse Deum. Suspensus in oscula matris
Ille refert: Lætare, parens: immane tropæum

milis Venus *apparet in tota domo, et trahitur quemcumque aspiciat* locum. *Dum videt omnia, et approbat se, spectat umbram filii advenientis. Ac* Venus *amplexata gremio* suo *immortali natum superbum; Cur, inquit, adeo lætaris?* ob *quæ sudas certamina maligne? Quis prostratus est jaculis tuis? an cogis rursus Jovem mugire inter boves Phœniciæ? an vincis Solem? an evocas iterum Lunam in cavernas pastorales? Videris* mihi *superasse Deum* aliquem *ferocem et ingentem. Ille* Cupido *inclinans* se *ad matrem osculandam,*

στιγμῇ, Med. tert. *non vultus* Pal. Moret. sec. *vulgus* Rott.—107 *Indicio* Ambr. sec. *Judicio* vel *Indicio* Vat. tert. *monstratus* Vat. quint.—108 *quocumque* sedecim scripti et Ald. *quæcumque* Oisel. *quodcumque* vet. Gyr. tres Vatt. *quodcumque* vel *quocumque* Oxon. pr. Petav. sec. *quodcumque* vel *quacumque* Oxon. sec. *quicumque* vel *quodcumque* vel *quocumque* Reg.—109 *umbras* pro *umbram* inc. Heins.—110 *Ambrosiæque* Vat. tert. Put. Oisel. m. sec. *umbrosoque* Petav. tert.—111 *gavisus, ait, tantum* Pal. Florent. Thuan. *prœlia sudas.* Heinsius ascripserat locum Prudent. Cathem. p. 68. 'Sudavit impar prælium.'—112 *iterumne* Put. Thuan. *ipsumne* vel *iterumne* Vat. tert. *iterumve* Var. LL. ed. Antv.—114 *Titana* vel *Titona* Lov. *hic pastoria* Wolf. *tu pastoria* Var. LL. ed. Antv.—115 *ad antra vocas* Ambr. pr. *dirum* Tholos. *clarum* Bonon. *magnumve* Vat. tert. Pal. Florent. Med. sec.—117 *triumphum* Med. sec. m. pr. inc.

NOTÆ

108 *Et rapitur*] Quocumque vertat oculos, ea rapitur, hoc est tota effigies trahitur atque exhibetur in muris crystallinis, aureis, gemmatis.

109 *Seque probat*] Dum se approbat, et considerat, exploratque, an sua pulchritudo ex ipsa crystalli inspectione sit probatissima.

110 *Ambrosio*] Βροτὸς *mortalis:* ἄμβροτος *immortalis:* hinc ambrosius, id est fragrans spiransque suavitatem immortalitatis.

112 *Tonantem mugire*] An iterum cogis amoris vi Jovem se in taurum transformare, et mugire inter boves Phœniciæ, ut Europam aliquam rapiat?

113 *Sidonias*] Sidon est urbs Phœniciæ; unde Sidonius et Phœnix promiscue usurpantur: pars pro toto.

114 *Titana*] An vincis Solem, seu Phœbum; qui amavit Daphnen, et alias?

Lunam] An evocas Lunam in antra, ut Endymioni pastori placeat? Endymio per annos 30. observavit Lunæ cursum; inde habitus est Lunæ amasius.

115 *Durum*] Nullis vacantem deliciis.

Retulimus. Nostrum jam sentit Honorius arcum.
Scis Mariam, patremque ducem, qui cuspide Gallos
Italiamque fovet; nec te præclara Serenæ
Fama latet. Propera. Regalibus annue votis.
Junge toros. Gremio natum Cytherea removit:
Et crines festina ligat, peplumque fluentem
Allevat, et blando spirantem numine ceston
Cingitur, impulsos pluviis quo mitigat amnes,
Quo mare, quo ventos, irataque fulmina solvit.

respondet: Gaude, o mater. Reportavi victoriam maximam. Honorius nunc sentit tela nostra. Nosti Mariam et patrem ejus *ductorem* Stilichonem, *qui regit hasta* sua *Italiam et Gallos: neque fama illustris Serenæ incognita est. Festina, fave nuptiis Imperatoriis. Conjunge* horum *thalamos. Venus repulit filium* ex *sinu* suo, et *promta religat comam, et attollit vestem laxiorem, atque circumdat sibi cingulum respersum* odore *Divæ amabilis, quo* cingulo *temperat fluvios tumentes imbribus, quo placat mare, quo ventos, et fulmina furentia. Postquam* Venus

Heins.—118 *Detulimus* Leid. pr. *Detulimus* vel *Retulimus* Reg. Oxon. pr. *sentit* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. Jun. et Oxon. pr. *sumpsit* Moret. sec. *sensit* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. Isingr. Gryph.—119 *Cis Mariam* Var. LL. ed. Antv. *patremque* Exc. Lucens. pr. *fratremque* ed. Vicet.—120 *Italiamque fovet*, *regalibus*, intermediis illis, *nec te...propera*, omissis. Moret. pr.—121 *Forma* conj. Burm.—122 *Junge thorum* Vat. Livin. Pric. *thoro* Moret. pr. *choros* Rott. Reg. Thuan. duo Ambr. Oxon. pr. Lov. cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *thorum* vel *choros* Vat. pr. *choros* vel *thoros* Pat. Thuan. Put. Petav. sec. *gremio natum* Florent. duo Med. Reg. Thuan. Jun. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *natum gremio* Rott. Exc. Læti. *removit* tres Vatt. Med. quart. Pat. *refovit* triginta Codd. Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. et Vicet. *removit* vel *refovit* Vat. sec. Florent. Med. sec. Heinsius ascripserat. *refovere* pro *fovere* Spartian. p. 5. l. 8. ‘ Equites Romanos, ac libertinos visitavit, solatiis refovit, consiliis sublevavit.’—123 *festiva* Ambr. pr. *plerumque* Med. sec. m. pr. *fluenti* Vat. sec. m. pr.—124 *Ablevat* Petav. sec. *Adlebat* Exc. Lucens. sec. *Allevat* vel *Colligit* Reg. Oxon. pr. *Allevat* vel *Allidat* Petav. pr. *nivere* pro *numine* inc. Heins. *cestem* Oisel.—125 *pluviis* Med. quart. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *fluviis* tredecim scripti. *pluviis* vel *fluviis* Jun. pr. Lov.—126 *ful-*

NOTÆ

119 *Cuspide*] Hasta, potentia; non enim Stilicho est Imperator, sed Imperatoris vices obit.

Gallos, Italiam] Stilicho præfectus erat Occidenti, sed Italiam præsertim Galliamque nominat, quia dulcius id Stilichoni, qui eos a Barbaris liberaverat.

120 *Serenæ*] Hæc uxor Stilichonis, Mariæque mater.

122 *Cytherea*] Venus a Cytheris, vulgo *Cerigo*, insula maris Mediterranei, in qua colebatur.

123 *Peplum*] Peplus est vestis fœminea, laxior.

124 *Ceston*] Cestus, κεστὸς ἀπὸ τοῦ κεντεῖν *pungere*, est cingulum acu pictum quo utebatur Venus, et quo placare dicebatur fluvios, mare, &c.

125 *Impulsos pluviis amnes*] Id est torrentes.

Ut stetit ad littus, parvos affatur alumnos:
Ecquis erit, pueri, vitreas qui lapsus in undas
Huc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum
Deferar? haud unquam tanto mihi venerit usu.
Sacri, quos petimus, thalami. Pernicius omnes
Quærite, seu concha Libycum circumtonat æquor,
Ægæas seu frangit aquas. Quicumque repertum
Duxerit, aurata donabitur ille pharetra.
Dixerat; et sparsa diversi plebe feruntur
Exploratores. Pelagi sub fluctibus ibat

constitit ad littus, sic alloquitur amores *alumnos teneros: Quis erit,* o *pueri, qui currens ad aquas nitentes, huc adducat Tritonem velocem, quo* ego *invecta rapiar per mare? Nunquam* Triton *venit ad me,* in *tanto opere. Conjugia, quæ nos adimus, sacrata* sunt. *Explorate omnes citius* Tritonem, *seu personat mare Libycum buccina, seu findit aquas maris Ægæi: quicumque adduxerit inventum, ille ornabitur pharetra aurea.* Venus sic *locuta erat, et* statim *indagatores varii ex vaga-*

mina Med. quart. Bonon. *limina* Oisel. *flumina* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *flumina* vel *fulmina* Vat. pr. *solvit* Exc. Læti. *solvit* vel *sistit* Vat. sec. Reg. Ursin. cod.—127 *Et stetit* duo Ambr. Pat. cod. Epigr. Ambr. *parvis* Oisel. *parvis hæc* Vat. pr. Vat. Livin. et ed. Gesn. et Bipont. *parvosque* Pat.—128 *ecquis* Vat. quint. vet. Gyr. duo Ambr. Pat. cod. Epigr. Ambr. Raphel. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *En quis* Med. sec. m. pr. *Et quis* Leid. pr. Oxon. sec. Med. tert. duo Petav. Exc. Gevart. *Hei quis* Pal. *Heu quis* Pric. Oisel. Med. quart. Put. Var. LL. ed. Antv. *Heus quis* duo Vatt. Farn. Rott. Jun. pr. *Hec quis* Med. pr. *Heu* vel *En quis* Vat. pr. *Heus* vel *Hec quis* Vat. tert. Petav. pr. *Heu quis* vel *Et quis* Oxon. pr. *Ecquis* vel *Et quis* Exc. Schott. *primum* pro *pueri* Pat. —129 *Qui rapidum* Mazar. *Hunc rapidum* Farn.—131 *Sacris—thalamis* Oisel. *Sacros—thalamos* Med. tert.—132 *circùmtonat* Vat. sec. Pal. Florent. Med. quatuor, Put. Petav. tert. Pat. duo Ambros. Lov. cod. Ursin. Leid. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. ed. Vicet. *circumsonat* duodecim alii. *circumtonat* vel *circumsonat* Reg.—133 *Ogygius* duodecim scripti, Exc. Gevart. Schott. Lucens. pr. edd. Vicet. Bipont. et Gesn. *Ogigias* Leid. pr. duo Oxon. Var. LL. ed. Antv. *Ægæas* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Ogygias* vel *Ægeas* Vat. quart. Petav. sec. Tholos. *frangat* Florent. Moret. sec.—134 *donabitur* vel *dominabitur* Reg. Oxon. pr.—135 *sparsa diversi plebe* Jun. pr. m. pr. Vat. Livin. *spargi* Bonon. *Dixerat; at sparsi* legit Heinsius. *sparsi diversa plebe* tres Vatt. Pal. Pric. Rott. *sparsi diversa parte* decem alii, Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *pars adversi de plebe* vel *Sparsi diversa parte* Vat. pr. *diversa plebe* Rott. Oisel. Petav. pr. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. *divisa* vel *diversa* Reg. Oxon. pr.—136 *Exploratores.* cum τελείᾳ στιγμῇ Vat. sec. Rott. Florent. Bonon. Tholos. Cod. Ursin. duo Ambr. cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *Exploratores pelagi.* sic interpungitur in Vat. pr. et quart.—

NOTÆ

129 *Tritona*] Tritones sunt Veneris vectores, ideoque Veneri sacri, ut Palumbi, quod fingunt Poëtæ ob eorum salacitatem.

130 *Tanto usu*] Nunquam mihi Triton fuerit utilior.

Carpathii Triton, obluctantemque petebat
Cymothoën. Timet illa ferum, seseque sequenti
Surripit, et duris elabitur uda lacertis.
Heus! inquit speculatus Amor: non vestra sub imis
Furta tegi potuere vadis: accingere nostram
Vecturus dominam. Pretium non vile laboris
Cymothoën facilem, quæ nunc detrectat, habebis.
Hac mercede veni. Prorupit gurgite torvus
Semifer: undosi verrebant brachia crines:
Hispida tendebat bifido vestigia cornu,

bunda Amorum multitudine eunt. Triton nabat sub undis maris Carpathii, et persequebatur Cymothoën reluctantem. Illa metuit bestiam, et subtrahit sese illi *prementi, et ipsa lubrica effugit* ex *brachiis ejus crudis. Heus, unus Amorum intuitus* illum, *ait: num amores vestri potuerunt occultari sub aquis profundis? præpara te, portaturus Reginam nostram* Venerem: *consequeris mercedem non parvam operis* tui, scilicet *Cymothoën docilem, quæ nunc renuit. Adveni* ob *hoc præmium. Semifer terribilis festinavit* per *mare, capilli madentes verrebant lacertos ejus. Qua*

137 *Carpathii T.* Vat. sec. Ambr. sec. Put. inc. Heins. cod. Ursin. Var. LL. e marg. Parm. *Triton Carphatii* duo Vatt. *Carpathiis* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Petav. pr. et Vat. sec. m. sec. *Carpathius* Pal. Med. pr. Thuan. Exc. cod. Rhem. *patebat* Leg. *tenebat* Pric.—138 *Cymothoen* Florent. duo Med. Put. Thuan. Petav. tert. *'Tymothoen* Var. LL. ed. Antv. *feram* Med. quart. Oxon. pr. *petenti* Med. tert. Ambr. pr. Sched. Gud.—139 *subtrahit* Pat. *unda lacertis* duo Vatt. Rott. Oisel. inc. Heins. Put. Reg. m. pr. cod. Ursin. Var. LL. ed. Antv.—140 *inquam* Med. sec. m. pr. *spoliatus amor* Rott. *non vestra* quatuor Vatt. Pal. Farn. *num* Exc. Lucens. sec. item edd. Gesn. et Bipont. quæ post *τὸ vadis* signum interrogationis exhibent. *num* vel *non* Vat. pr. *furta sub imis Vestra tegi, &c.* Mazar.—141 *vadis.* *στιγμῇ τελείᾳ* Vat. sec. Pric. Rott. *vestram* Pal. Med. pr.—142 *Ducturus* Pric. *Laturus* Thuan.—143 *Cymothoem* Florent. Med. sec. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. *se detrectat* Florent.—144 *prorupit* Vat. pr. Florent. Exc. Læti et Lucens. sec. *prorumpit* octo alii.—145 *Semifer* vel *Semivir* Vat. pr. *humosi* Pal. Florent. Med. pr. *verrebant* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *velabant* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—146 *Hispida* Florent. duo Med. Thuan. Mazar. *Aspera* viginti quinque Codd. Exc. Gevart. Schott. et Lucens. sec. ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *Aspera* vel *Hispida* Vat. quart. Put. *tentabant* Rott. Med. tert. *tentabat* Exc. Schott. *certabant* Vat. sec. Ursin. cod. Var. LL. e marg. Parm. *tendebat* Vat. quart. Med. quart. Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. *tendebant* quatuordecim alii, ed. Parm. et Vicet. *terrebat*

NOTÆ

137 *Carpathii*] Mare Carpathium dicitur ab insula Carpatho ad oras Asiæ minoris, inter Ægyptum et Rhodum: *Mer de Scarpanto.*

138 *Cymothoën*] Est Triton fœmina, sic dicta quod per fluctus currat: *κῦμα fluctus,* et *θέω curro.*

141 *Furta*] Amores furtivi et clandestini.

143 *Detrectat*] Concubitum.

146 *Bifido cornu*] Triton cum desinat in piscem, non habet pedes bisulcos, sed branchias quasdam bisulcas sub ventre, crurum similitudinem habentes.

Qua pristis commissa viro. Ter pectora movit.
Jam quarto Paphias tractu sulcabat arenas.
Umbratura Deam retro sinuatur in arcum
Bellua: tum vivo squalentia murice terga
Purpureis mollita rosis. Hoc navigat ostro
Fulta Venus: niveæ delibant æquora plantæ.
Prosequitur volucrum late comitatus Amorum:
Tranquillumque choris quatitur mare. Serta per omnem

parte piscis conjunctus est homini, ferebat pedes hirsutos cornu bisulco: ter agitavit membra. Et *jam quarto motu findebat mare Paphium. Triton pone curvatur in orbem, obumbraturus Deam. Tunc dorsum* ejus *rigens ostro vivo temperatum est rosis purpureis. Venus innixa hac purpura navigat: pedes candidi perstringunt mare. Turba Amorum alatorum comitatur* hanc *undique; et mare placidum verberatur*

Reg. *tendebant* vel *tendebat* Vat. pr. *tendebat* vel *terrebat* Oxon. pr.—147 *pistris* Vat. tert. Pal. Florent. duo Med. Put. Thuan. Mazar. Jun. pr. *pistrix* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. Leid. pr. Vicet. Parm. Ald. duo Oxon. *commixta* Put. *commissa* vel *commixta* Reg. *per pectora* Vat. pr. m. pr. Parm. *tum pectora* Med. quart.—148 *Pharias* Ambr. pr. *tractu quarto Paphias* Pric. Put. Ambr. tert.—149 *Vibratura* Oxon. sec. *Umbratura* vel *Vibratura* Reg. Oxon. pr. *Deum* Med. tert. *curvatur* Oxon. sec. *sinuatur* vel *sinuantur* Put. *arcu* Florent.—150 *Bellua tum* vel *Vela tamen* Put. *tunc vivo* Vat. pr. Pric. Petav. sec. inc. Heins. Med. quart. Tholos. Mazar.—151 *comis* Pat. *toris* Med. tert. Reg. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *thoris* Vat. sec. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. *rosis* tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. Thuan. Mazar. Vat. Livin. *comis* vel *rosis* Put. *hæc* inc. Heins. *antro* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Leid. pr. duo Oxon. *antro* vel *ostro* Florent. *antro* vel *arcu* Moret. pr. Mazar. *antro* vel *alte* Oisel. *ostro* vel *arcu* Med. sec. *ostro* Vat. quint. Jun. pr.—152 *Pulchra* Vat. tert. Pal. Oisel. Thuan. Mazar. duo Med. *Falta* Pat. *Fulta* vel *Pulchra* Vat. pr. Put.—153 *late volucer* Mazar. Pat. *volucrum* Vat. quint. Pric. Med. quart. Jun. pr. Moret. sec. Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet. *volucer* septem alii. *votis* Med. tert. cod. Ursin. inc. Heins. Leid. pr. Ambr. sec. duo Oxon. totidem Petav. cod. Epigr. Ambr. Exc. Schott. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *votis* vel *volucer* Lov. Petav. pr. Vat. et Med. sec.—154 *Tranquillisque choris* Lov. *per orbem* Pric. *omnem domum* Vat. duo Rott. Pal. Oisel. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. Vat. Livin. Jun. pr. *domus* Med. tert. *omnes domos* tres Vatt.

NOTÆ

147 *Pristis*] Genus piscis longissimi, sed hic ponitur pro ea parte Tritonis, qua viro committitur.

148 *Paphias*] Paphos est urbs Cypri Veneri sacra.

149 *Umbratura*] Triton, qua parte bellua est, incurvat caudam immensam, ut hac, quasi fornice aut arcu triumphali obumbret Venerem, eamque a Solis ardoribus defendat.

150 *Squalentia murice*] Dorsum Tritonis squalens rigensque squammis rubris aut violaceis, ideoque murici aut purpuræ similibus, mitigatur rosis Veneri sacris.

151 *Rosis*] Vestibus, aut contexta ex rosis stragula purpurea, seu Tritone tanquam navi vehitur. Flores spargere adventu Heroum solebant: id accidit Alexandro, cui totas vias populi floribus sternebant.

152 *Niveæ*] Candidæ instar nivis.

Neptuni dispersa domum. Cadmeia ludit
Leucothoë, frænatque rosis delphina Palæmon.
Alternas violis Nereus interserit algas.
Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis.
Nec non et variis vectæ Nereides ibant,
Audito rumore, feris. Hanc pisce volutam
Sublevat, Oceani monstrum Tartessia tigris:
Hanc timor Ægæi, rupturus fronte carinas,
Trux Aries. Hæc cœruleæ suspensa leænæ
Innatat: hæc viridem trahitur complexa juvencum.

ab his *cœtibus: flores sparsi* sunt *per totum palatium Neptuni. Leucothoë Cadmeia lascivit, et Palæmon infrænat rosis Delphinum. Nereus adjungit violis algas vicissim. Glaucus alligat canos graminibus æternis, et Nereides accepto murmure, invectæ bestiis diversis, ferebantur. Tigris Tartessia, portentum maris, tollit hanc vectam pisce. Aries crudelis, terror* maris *Ægæi, fracturus fronte naves* portat *illam. Una sublimis* in *leæna marina natat. Altera rapitur amplexata bovem*

Farn. Moret. sec. *tranquilla domum* Thuan.—155 *ludis* Pat.—156 *frenatque rosis* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum Sidonii carm. XI.—157 *violis* fere triginta Codd. Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Nereus violis* Vat. sec. Pric. Thuan. *violis Nereus* Farn. Rott. *intraserit* Med. tert. *interserit* Ursin. cod. et duo Med. *intexerat* Leid. pr. *violas interserit algis* Moret. sec.—158 *immortalibus undis* Ambr. sec.—159 *in variis* Farn. *nexæ* Thuan. Tholos.—160 *rumore* Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. ambo Moret. Lov. Bonon. Put. Exc. Læti, Schott. cod. Rhem. item Lucens. pr. et Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *audito Tritone* ed. Vicet. et Parm. *pisce volutam* Vatt. duo, Ambr. pr. et Ald. *voluto* septem alii. *voluto* vel *volutam* Vat. pr. Petav. sec. *volentem* Exc. Schott.—161 *Sullevat* Med. pr. Lov. *Tartesia* Ambr. tert. Exc. e marg. Parm. *Tarcheia* Med. sec. *Tarchesia* Med. tert. Lov. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *Tracesia* Oxon. pr. *Carcheia* Vat. tert. *Carthesia* Rott. *Carchesia* viginti duo alii, et ed. Vicet. *Cartiesia* Exc. Lucens. pr.—162 *rupturus* sedecim scripti, Exc. Læti. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *rapturus* Vat. sec. *fracturus* Med. pr. Thuan. *fracturus* vel *rapturus* Vat. tert. Pal. Put. *rapturus* vel *rupturus* Ambr. pr. ambo Moret. *fonte* Tholos. Pric. *fronte* Ambr. pr.—163 *cœruleæ leænæ* Vat. pr. et sec. Farn. Oisel. inc. Heins. Mazar. Vat. Livin. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *cœrulea leæna* viginti duo, Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

154 *Quatitur*] Chori Amorum Veneri famulantes remis quatiunt mare.

155 *Cadmeia Leucothoë*] Ino Cadmi filia. Vid. IV. Cons. Honor. vs. 464.

156 *Frænat rosis*] Frænis roseis vel ex rosa nexis retinet Delphinum. Apuleius: ‘Auriga parvulus Delphini Palæmon.’

161 *Tartessia tigris*] Monstrum maris, quod visitur frequens citra Tartessum urbem Hispaniæ in extrema Andaluzia: habet similitudinem aliquam cum tigride, unde ipsi nomen inditum est.

163 *Aries, leæna, juvencus*] Sunt totidem monstra marina, ab animalium terrestrium similitudine sic appellata.

Certatimque novis onerant connubia donis.
Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,
Et gravibus Spatale baccis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.
Mergit se subito, vellitque coralia Doto.
Vimen erat, dum stagna subit: processerat undis:
Gemma fuit. Nuda Venerem cinxere caterva:
Plaudentesque simul tali cum voce sequuntur:
  Hos Mariæ cultus, hæc munera nostra, precamur,
Reginæ Regina feras. Dic talia nunquam
Promeruisse Thetin, nec cum soror Amphitrite

viridem. Et cumulant certatim matrimonium muneribus recentibus. Cymothoë afferebat zonam; Galatea torquem pretiosum, et Spatale diadema insignitum *gemmis pulcherrimis, quas ipsa collegerat* in *mari rubro. Doto mergit se repente, et avellit coralium;* quod *frutex erat, cum intrat aquas,* cum *exivit aquis, margarita fuit. Cœtus nudi circumdederunt Venerem, et una applaudentes prosequuntur* eam *hoc sermone: Rogamus* te, o *Venus Regina, ut offeras Mariæ Reginæ hæc ornamenta, et hæc dona nostra. Dic* ipsi *Thetidem nunquam consecutam esse hos*

Id. ed. Parm. et Vicet.—164 *hæc viridem* vel *æquoreum* Vat. tert.—165 *honerant* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. *ornant* Thuan. Pat. Moret. sec. Exc. Læti. *ornant* vel *onerant* Florent. *conubia* Exc. Gevart.—166 *Cymothee* Farn. *Cymodoce* Vat. sec. *Cymedoe* Var. LL. ed. Antv. *carum* Petav. tert.—167 *Patale* Vat. sec. Mazar. *Pacale* Med. quart. *Spalate* Jun. pr. *Fatale* Reg. Oxon. pr. *Spectale* ed. Vicet. *Pigmea vacis* Oisel. *Pigmea bacis* Vat. pr. m. pr. *dacis diadema* Exc. Gevart.—168 *Intextum.* cum τελείᾳ στιγμῇ Thuan. *illa* Vat. quint. Rott. Ambr. pr.—169 *Mersit* Mazar. *vellitve* Pal. *corallia* Vat. pr. Farn. Rott. Reg. *Doto* Petav. sec. Med. tert. cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Coto* Ambr. pr. *Dotho* Exc. Schott. et Pat. *Dote* duo Vatt. Pal. Oisel. Med. pr. et sec. m. pr. Put. duo Petav. Leid. pr. Var. LL. ed. Antv. *Dothe* Vat. quint. Pric. Florent. Med. quart. Exc. Læti. *Lotho* Ald. *Cloto* Vat. quart. Moret. pr. *Clotho* Reg. Thuan. duo Petav. *Cloe* Vat. sec. cod. Ursin. *Clote* Rott. inc. Heins. Ambr. sec. Mazar. Exc. Gevart. *Clothe* ed. Vicet. *Doto* et emend. *Clote* Lov. *Dote* vel *Cote* Jun. pr. *Doto* vel *Clyto* Moret. sec.—171 *texere* pro *cinxere* Var. LL. ed. Antv. *nudæ catervæ* quatuor Vatt. Pal. Pric. Oisel. Ambr. sec. Exc. Læti. *nuda caterva* decem alii, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *nuda corona* Bonon. Pat. *nuda caterva* vel *corona* Oxon. sec. Ambr. pr. *nuda caterva* vel *nudæ catervæ* Med. sec. Reg. Lov. Oxon. pr. *nudæ catervæ* vel *nuda corona* Vat. pr. Put. Petav. tert.—173 *præmia* Put. *precantur* vel *precamur* Med. pr.—175 *Thetim* tres Vatt. *Thetin* Florent. inc. Heins. *Amphitrite* Bonon. *Amphitrites* Farn.

NOTÆ

165 *Onerant connubia*] Cymothoë, Galatea, Spatale, Doto, Nymphæ marinæ, onerant Venerem gemmis suis, quibus Venus ornet connubia, oneretque novos conjuges.

167 *Gravibus*] Gemmis gravibus, et ideo pulchrioribus. Vide IV. Cons. Hon. vs. 601.

170 *Vimen erat*] Ovidius: 'Sic quoque coralium, quo primum surgit in auras Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.'

Nostro nupta Jovi: devotum sentiat æquor,
Agnoscat famulum virgo Stilichonia pontum.
Victricis nos spem patriæ, classemque paternam
Veximus, ad tristes cum tenderet ultor Achivos.
Jam Ligurum terris spumantia pectora Triton
Appulerat, lassosque fretis extenderat orbes.
Continuo sublime volans ad mœnia Gallis

honores, neque Amphitriten sororem nostram, cum ea ducta est a Jove nostro Neptuno. *Puella Stilichonia experiatur mare sibi esse addictum, cognoscat aquas famulantes. Nos frequenter tulimus naves triumphales, et classem patris* ipsius, *cum vindex rediret, Græcis profligatis. Jam Triton admoverat finibus Ligurum pectus spumosum, et porrexerat arcus fessos* in aquis. Et *statim* illa *volitans in altum advenit ad urbem ædificatam* a *Gallis, ostendentem pellem suis media parte*

Amphitriadæ Vat. pr.—176 *Nostrum nupta sibi* Vat. pr. m. pr.—177 *Tritonia* Petav. tert. *Stiliconia* Vat. sec.—178 *victricis nos spem patriæ* Med. tert. Ambr. tert. cod. Epigr. Ambr. Exc. Læti, ed. Vicet. *Victrices nos sæpe rates* Exc. Lucens. sec. et ita edidit Gesn. *Virtutes nos sæpe patris* Petav. tert. *Victrices nos esse* Var. LL. ed. Antv. *Victricis nos sæpe patriæ*, et emend. *ratem* Leid. pr. *Victrices nos sæpe rates* vel *Victricis nos vela patris* Reg. Oxon. pr. *Victricis spem patriæ* vel *victrices rates* Lov. Oxon. sec. pro *sæpe* Heinsius *nempe* legebat. *classesque paternas* Rott.—179 *ad tristes Achivos* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Med. tert. *ad tristis Achivis* Petav. sec. m. pr. *a victis Achivis* Vat. tert. *attritis Achivis* Vat. pr. Oisel. vet. Gyr. Vat. Livin. Bonon. Pat. m. pr. Exc. Lucens. sec. et Heins. ad hanc lectionem confirmandam Heinsius ascripserat seqq. '*attritis*] Aurel. Victor apud Casaub. ad Hist. Aug. p. 79. attritis jam barbaris ne permitteret vires recipere. Capitolin. in Clodio Albino: Ad eas civitates instaurandas, quas Niger attriverat, pecuniam misit. Trebell. Pollio in Claudio. Hos igitur Claudius ingenita virtute superavit, hos brevi tempore attrivit: et paulo post, Trecenta viginti millia armatorum delevit, oppressit, attrivit. Vopiscus in Aureliano Erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præsidiariis solus attrivit.' *afflictis Achivis* Pric. Florent. *ad victos Achivos* vel *attritis Achivis* Put. *afflictis Achivis* vel *ad victos* vel *ad tristes Achivos* Med. sec. *afflictis Achivis* Heinsio quoque non displicuisse videtur, qui ascripserat loca Vopisc. in Aureliano p. 211. 'Gallos irruentes per totam Galliam afflixit.' et p. 219. 'Illic Carporum copias afflixit.' *contenderet* Petav. tert.—180 *terras* vel *terris* Med. pr. *campis* vel *terris* Vat. tert. Heinsius ascripserat locum Fescenn. vs. 47. 'Ligures favete campi.' *litora* Jun. pr. Vat. sec. Cod. Ursin.—181 *Impulerat* Jun. pr. *lapsosque* Pric. *laxosque* Med. sec. Pat. *lassosque* Vat. sec. *sequens* Pric. *frequens* Pal. Med. pr. Vat. Livin. *frequens* vel *fretis* Vat. pr. et tert. Oxon. pr. Oisel.—182 *sullime* Med. pr.

NOTÆ

175 *Thetin*] Thetis, etsi mater futura esset Achillis, hæc tamen non est consecuta.

176 *Jovi*] Jupiter æquoreus pro Neptuno, Jupiter Stygius pro Plutone dicitur.

181 *Lassos orbes*] Triton fatigatus extendebat in aquis caudam orbiculatam, qua obumbrabat Venerem.

Condita, lanigeri suis ostentantia pellem,
Pervenit. Adventu Veneris spissata recedunt
Nubila: clarescunt puris Aquilonibus Alpes.
Lætitiæ causas ignorat dicere miles;
Lætaturque tamen. Mavortia signa rubescunt
Floribus, et subitis animantur frondibus hastæ.
Illa suum dictis affatur talibus agmen:
Gradivum, nostræ comites, arcete parumper;
Ut soli vacet aula mihi. Procul igneus horror
Thoracum, gladiosque tegat vagina minaces.
Stent bellatrices aquilæ, sævique dracones.

lanati. Nubes expulsæ diffugiunt, adventu Veneris; Alpes nitescunt, Aquilonibus siccis: miles nescit afferre rationes gaudii, et tamen gaudet: vexilla Martis vernant floribus rubentibus, et Cuspides trudunt folia repentina. Illa Venus *alloquitur his verbis choros suos: O comites nostri, removete tantisper Martem, ut aula sit mihi soli. Horribilis splendor loricarum longe* sit, *et vagina occultet enses minitantes. Aquilæ bellicæ figantur, et dracones crudeles. Decet hodie castra cedere*

volant Jun. pr.—183 *lanigeri suis* Vat. Livin. *lanigeræ suis* Florent. m. pr. Raphel. *lanigeris ovis* quatuordecim alii, Exc. Gevart. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *lanigeri suis* Jun. pr. m. pr. et *lanigeris ovis* m. s. *ostendentia* Jun. pr. *ostentantia* Vat. pr. Exc. Læti. *obtestantia* Rott. Med. tert.—184 *spissata* duo Vatt. tres Med. Ambr. tert. Tholos. Cod. Epigr. Ambr. ed. Vicet. *pulsata* Exc. Lucens. sec. Isingr. Vat. pr. ed. Gesn. et al. *pulsata* vel *spissata* Vat. tert. Rott. Reg. Petav. pr. Put. Oxon. pr.—185 *Agmina* Pat. m. pr. *Nubila* vel *Agmina* Put. *rarescunt* viginti duo Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *rarescunt* vel *clarescunt* Vat. quart. Put. *pulsis* Med. tert. *nudis* Pric. Heinsius *sudis* conjiciebat. *Alpes* Exc. Lucens. pr. *imbres* Vat. sec. Rott. Lov. Moret. sec. Tholos. Ambr. tert. Cod. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *Alpes* vel *imbres* Leid. pr. duo Oxon. *Alpes* probat Heinsius, qui ascripserat locum IV. Cons. Hon. 179. 'tota repulsis Nubibus exuitur Thrace, Pangæa renident,' &c.—186 *ducere* Med. sec. m. pr. *discere* Reg. Oxon. pr.—187 *Mavortis signa* Thuan.—188 *animantur floribus* Vat. tert.—189 *Jamque suum* Mazar. *ferum* Med. tert. *verbis* Leid. pr.—190 *nostræ* Vat. sec. Ursin. Cod. *nostri* Gesn. Heins. et ed. Bipont.—191 *Et soli* Moret. sec.—192 *regat* Oxon. sec. *terat* Moret. pr. Var.

NOTÆ

183 *Lanigeri suis*] Mediolanum a Gallis Insubribus conditum, ubi tunc degebat Honorius, sic dictum a sue media parte lanato in fundamentis reperto. 'Urbs quæ lanigero de sue nomen habet.' Sidonius Apollinaris.

185 *Puris Aquilonibus*] Id est, purum aërem reddentibus, sine pluvia scilicet, sine nube.

186 *Ignorat dicere*] Dicit se ignorare.

188 *Animantur*] Hastæ trudunt frondes, quasi animatæ essent ab ipsa parente terra.

1 8 *Dracones*] Signis insculpti.

Fas sit castra meis hodie succumbere signis.
Tibia pro lituis, et pro clangore tubarum
Molle lyræ festumque canant: epulentur ad ipsas
Excubias: mediis spirent crateres in armis.
Laxet terribiles majestas regia fastus,
Et sociam plebem non indignata potestas
Confundat turbæ proceres. Solvantur habenis
Gaudia: nec leges pudeat ridere severas.
Tu festas, Hymenæe, faces; tu, Gratia, flores
Elige; tu geminas, Concordia, necte coronas.
Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus,

vexillis meis. Tibia sonet pro lituis; et pro strepitu buccinarum, lyræ personent leniter et feliciter. Milites genio indulgeant in ipsis stationibus: pateræ spument in medio armorum. Majestas imperatoria remittat superbiam verendam; et potestas imperatoris non repudians societatem populi misceat primores multitudini. Fræna laxentur lætitiæ: neque leges rigidæ erubescant ridere. O Hymenæe, tu delige tædas solennes, tu flores o Gratia; tu o Concordia para coronas duas. Vos, o cœtus alatus, festinate, turba vestra separata, quocumque utilitas impellit; et ne

LL. ed. Antv. *minores* Vat. quint. m. pr.—194 *cuncta* Ambr. pr. *procumbere* Tholos.—195 *clamore tubarum* Vat. quint. *plangore* Med. tert.—196 *festumque* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *fastumque* Med. tert. Put. m. pr. Pat. vet. Gyr. Exc. Gevart. *faustumque* quatuordecim alii, Exc. Schott. Lucens. sec. Gyrald. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *faustumque* vel *festumque* Lov. Reg. Florent. Oxon. duo. *canent* Pric. *canant* vel *sonent* Vat. sec. Cod. Ursin. *epulemur* vel *epulentur* Reg. Oxon. pr. *ad omnes* Tholos.—197 *spirant* Oxon. pr. *spirent* Reg. et Florent. cum glossa. *i. e. redoleant. spirent*, forte *spument* est in Lov. *spirent* vel *spument* Vat. quint. m. sec.—198 *Ignet* Petav. pr. m. pr. Voss. a m. pr. *Lasset* Ambr. sec. *terribilis* Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—200 *Confundat* octodecim scripti, Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *Confundant* Exc. Luc. pr. ed. Vicet.—201 *pudeat leges* Med. quart.—203 *Collige* Moret. pr. *selige*, ex conjectura, Lov.—204 *pinnata cohors* Vat. tert. m. sec. Oisel. Reg. duo Petav. Oxon. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec.

NOTÆ

197 *Spirent*] Crateres reddant optimum odorem, spument et impleantur vini copia, quæ spirare facit, seu quæ spiritibus vivis et igneis homines implet et inflammat.

200 *Confundat turbæ proceres*] Licentia nuptiali.

201 *Leges ridere*] Non leges rident, sed Legislatores et Judices severi: causa pro effectu.

202 *Hymenæe*] Est hic filius Veneris, seu adolescens Atheniensis, qui post liberatas a Piratis virgines intactas, data optione, unam ex iis duxit, cum ea feliciter vixit; ideoque est in nuptiis invocatus.

Faces] Nuptiales: hæ pingebantur in manu Hymenæi: Hymenæus cum face et corona pingi solitus.

203 *Concordia*] Ea in nuptiis invocari solita, et merito.

Divisa properate manu: neu marceat ulla
Segnities. Alii funalibus ordine ductis
Plurima venturæ suspendite lumina nocti.
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant, pars nectareis aspergite tecta
Fontibus, et flamma lucos adolete Sabæos.
Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite, Sidoniasque solo prosternite vestes.
Ast alii thalamum docto componite textu.
Stamine gemmato, picturatisque columnis

ulla pigritia langueat. Alii candelabris ordine rite dispositis, suspendite faces multas nocti imminenti. Hi conentur ornare januas micantes myrto nostra: pars vestrum *irrigate domum aquis ambrosiis, et incendite igne sylvas Sabæas: pars explicate vestes fulvas Serum tinctas croco, et sternite solum stragulis purpureis. Sed alii concinnate cubile textu erudito. Vertex lecti extollatur filis gemmeis et*

---

pinnata vel *pennata* Petav. tert. *quoscumque* Bonon. *quo quemque* legit Heinsius, qui ascripserat locum Epith. Pallad. vs. 10. 'Pennati passum pueri, quo quemque vocavit Umbra, jacent.'—205 *Diversa* Med. quart. *ne marceat* Moret. sec. *non marceat* Pal. Med. pr. Thuan. *aula* Med. quart.—206 *fugacibus* Var. LL. ed. Antv.—207 *Sacratæ suspendite nubila* Oxon. *felici* Voss. a m. pr.—208 *Hi* Med. quart. *Hæc* Rott. Leid. pr. *Hic* decem alii, Exc. Schott. Lucens. pr. et Gevart. Var. LL. ed. Antv. *positis* pro *postes* Petav. tert. *obducite* vel *obducere* Moret. pr.—209 *Contendat* Rott. tres Med. Cod. Ursin. inc. Heins. Reg. Tholos. duo Petav. Leid. pr. Moret. sec. duo Oxon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. Lucens. sec. *Contendat* vel *Contendant* Moret. pr. *conspergere* Exc. Schott. *adspergere* Gesn.—210 *fontibus* Exc. Læti et Lucens. pr. *fluctibus* Pric. *frondibus* Pat. Var. LL. ed. Antv. *frontibus* Vat. quint. m. pr. *floribus* Farn. Moret. pr. ed. Vicet. Heinsius *roribus* legit. *flammis* Pat. *adolere* duo Vatt. duo Med. et ed. Gesn. *abolere* Vat. sec. *adolete* quatuordecim alii. *abolere* vel *adolere* Ursin. Cod. *Sabinos* vel *Sabæos* Med. pr. —211 *lintea Serum* Farn. Ambr. tert. item Cod. Epigr. Ambr.—212 *prosternito* Leid. pr. duo Oxon. *præsternite* Raphel.—213 *ducto* Florent. m. pr. *docte textum* Pal. Ambr. pr. Med. pr. m. pr. *docte* vel *doctum* Thuan. Petav. tert. *docto* vel *ducto* Vat. quint. *docto textu* vel *docte textum* Oisel.—214 *gemmarum* Med. sec. m. pr. *tergemino* Leid. pr. *gemmato* vel *tergemino* Reg. Petav. pr.

NOTÆ

208 *Nostra myrto*] Myrtus est arbor sacra Veneri.

210 *Lucos Sabæos*] Incendite tantam thuris copiam, ut sylvæ ipsæ incendi videantur. Copiam thuris majorem tibi, o Leonida, mittimus, aiebat Alexander, ne sis parcus in Deos. *Sabæi* autem sunt populi Arabiæ thure divites, dicti ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, *venerari, colere*, quod Dii thure colantur.

211 *Serum*] Hi sunt populi extremi Orientis, ultra Sinenses, unde Serica advehuntur.

212 *Sidonias*] Purpureas, a Sidone urbe Phœniciæ purpuris commendata.

213 *Thalamum*] Veteres genialem torum impensius ornare consueverant.

Ædificetur apex: qualem non Lydia dives
Erexit Pelopi: nec quem struxere Lyæo
Indorum spoliis et opaco palmite Bacchæ.
Illic exuvias omnes cumulate parentum:
Quicquid avus senior Mauro vel Saxone victis,
Quicquid ab innumeris, socio Stilichone tremendus,
Quæsivit genitor bellis: quodcumque Gelonus
Armeniusve dedit: quantum crinita sagittis
Attulit extremo Meroë circumflua Nilo:
Misit Achæmenio quicquid de Tigride Medus,
Cum supplex emeret Romanam Parthia pacem.
Nobilibus gazis opibusque cubilia surgant
Barbaricis: omnes thalamo conferte triumphos.

columnis picturatis; qualem non Lydia opulenta exstruxit Pelopi; qualem non Bacchantes condiderunt Baccho ex præda Indorum, et ex umbraculis vitis. Illic congerite spolia omnia parentum; quicquid avus Theodosius *senior comparavit deletis Mauris vel Saxonibus: quicquid metuendus pater* Theodosius, *Stilichone comitante, collegit a bellis innumerabilibus, quodcumque Geloni, vel Armenii dederunt; quantum Meroë capillata telis, circumdata Nilo ultimo apportavit; quicquid Medi miserunt de Tigride Achæmenio, cum Parthia humilis emeret pacem Romanorum: lectus attollatur gazis Regalibus, et divitiis barbarorum, aggerite omnes victorias* in *lecto.*

Voss. a m. s. Leid. et Oxon. pr.—218 *cumulare* Farn.—219 *Santone victo* Ambr. tert.—220 *in innumeris* vel *ab innumeris* Jun. pr. a m. s. *socero* Med. quart. *Stilicone* Vat. sec. *tremendis* Reg. Mazar. Petav. sec. duo Ambr.—221 Hic versus margini ascriptus est in Petav. pr. et in Bonon. desideratur. *quodcumque* viginti Codd. Exc. Gevart. Var. e marg. Parm. *quæcumque* Vicet. Ald. et alii olim editi.—222 *Armeniusque* Oxon. pr. *dabit* vel *dedit* Petav. tert. *quidquid* vel *quantum* Reg. Oxon. pr. *crinata* Lov. *sagittas* Moret. pr.—224 *Misit* Med. sec. *Mittit* Vat. tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. Med. pr. *Achæmenio* Exc. Lucens. pr. *Achimenio* Leid. pr. duo Vatt. Put. Reg. Thuan. Moret. pr. Petav. pr.—227 *thalami* Ambr. sec. *thalamis* Vat. sec. Cod. Ursin. Voss. *conferre* Pal.—

NOTÆ

215 *Lydia dives*] Regio minoris Asiæ, Crœso et aurifero Pactolo insignis.

216 *Pelopi*] Tantali filio.

Lyæo] Baccho; *ἀπὸ τοῦ λύειν, solvere*, quod solvat curis animos.

219 *Mauro*] Mauri sunt Africæ populi: Saxones Germaniæ.

221 *Gelonus*] Geloni sunt populi Scythiæ.

222 *Armenius*] Armenia regio est Asiæ.

223 *Meroë*] Insula facta a Nilo, vulgo *Guegueres*, cujus populi sagittas suis crinibus indebant.

224 *Achæmenio*] Persico: Achæmenia enim est pars Persidis, a Rege Achæmene.

227 *Omnes triumphos*] Omnes cumulate fructus omnium triumphorum.

Sic ait: et Sponsæ petit improvisa penates.
Illa autem, secura tori, tædasque parari
Nescia, divinæ fruitur sermone parentis,
Maternosque bibit mores: exemplaque discit
Prisca pudicitiæ. Latios nec volvere libros
Desinit aut Graios, ipsa genitrice magistra;
Mæonius quæcumque senex, aut Thracius Orpheus,
Aut Mitylenæo modulatur pectine Sappho.
Sic Triviam Latona monet: sic mitis in antro
Mnemosyne docili tradit præcepta Thaliæ.
Cum procul augeri nitor, et jucundior aër
Attonitam lustrare domum, fundique comarum
Gratus odor. Mox vera fides, numenque refulsit.

Venus *ita loquitur, et inexpectata vadit domum sponsæ Mariæ. Illa autem* Maria *non solicita* de *matrimonio, et ignara nuptias præparari* sibi, *potitur colloquiis matris divinæ* Serenæ, *et imbibit animo virtutes maternas, atque ediscit exempla antiquæ castitatis, neque cessat legere libros Latinos vel Græcos, matre ipsa præceptrice.* Legit *quæcumque senex Mæonius canit, aut Orpheus Thracius, aut Sappho canit plectro Mitylenæo. Latona ita admonet Dianam: ita Mnemosyne lenis dat in recessu* suo *documenta Thaliæ ingenuæ.* His Maria vacat, *cum splendor longe* cœpit *crescere, et aër purior illustrare domum admirantem, ac suavis odor*

228 *sponte* Leid. pr. Var. LL. ed. Antv. et ed. Gesn.—229 *chori* Vicet.—230 *divino* Moret. pr. *divinæ* vel *divino* Vat. pr.—231 *exemplaque dicit* Rott.—232 *priscos* pro *Latios* Pal. Med. pr.—234 *quodcumque* Med. tert. Thuan. *quoscumque* Ambr. tert.—235 *moderatur* Mazar. *pectine* vel *carmine* Vat. tert.—236 *movet* Rott. Ambr. sec. Jun. pr. Leid. pr. m. pr.—237 *Hemosyne* Moret. pr. *Heumonie* Leid. pr. *Neumusie* Oxon. pr. *Nemasyne* Reg. *Nemosine* Vicet. *Nesimone* Var. LL. e marg. Parm. *tradit docili* Reg. *Mater casta piæ tradit* Oxon. sec.—238 *Tunc procul* Pat. Tholos. *fæcundior* Pat. *jocundior* Lov. omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Put. Petav. pr. Ald.—240 *lumenque*

NOTÆ

228 *Improvisa*] Ipsa inexpectata, et ex improviso adveniens.

230 *Nescia*] Felicem virginem, cui Numina student impensius, dum vacat ipsa, et fruitur innocentia ætatis.

Divinæ fruitur sermone parentis] Serenæ, quæ docta erat, et doctorum patrona, ut Proba mater Probini et Olybrii, et Cornelia mater Gracchorum.

234 *Mæonius senex*] Homerus, natus, secundum aliquos, ad Mæonem, fluvium Asiæ minoris.

235 *Mitylenæo*] Mitylene est urbs in Lesbo, maris Ægæi insula, ubi nata Sappho poëtria excellentissima.

236 *Triviam*] Dianam in triviis coli solitam.

237 *Mnemosyne*] Hæc, ex Jove in serpentem verso, novem Musas peperit.

Thaliæ] Una est Musarum, sic dicta ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *florere*, quod Poëtarum laudes in dies magis ac magis efflorescant.

Cunctatur stupefacta Venus. Nunc ora puellæ,
Nunc flavam niveo miratur vertice matrem.
Hæc modo crescenti, plenæ par altera Lunæ.
Assurgit ceu forte minor sub matre virenti
Laurus, et ingentes ramos, olimque futuras
Promittit jam parva comas: vel flore sub uno
Ceu geminæ Pæstana rosæ per jugera regnant.
Hæc largo matura die, saturataque vernis
Roribus indulget spatio: latet altera nodo,
Nec teneris audet foliis admittere soles.
Astitit, et blande Mariam Cytherea salutat.
  Salve, sidereæ proles augusta Serenæ,
Magnorum soboles Regum, parituraque Reges.

capillorum dispergi. Statim veritas patuit, et Dea effulsit. Venus attonita remanet: modo obstupescit pulchritudinem igneam filiæ, modo matrem micantem capite cano: una similis est *Lunæ crescenti, altera plenæ Lunæ: quemadmodum laurus forte inferior attollitur sub matre virescente, et parva jam pollicetur ramos magnos, et verticem futurum aliquando: vel quemadmodum duæ rosæ triumphant sub uno ramulo per agros Pæstanos: hæc matura* ob *multum tempus, et satiata roribus Veris, porrigitur in loco; altera delitescit* sub *nodo, neque audet recipere calores frondibus delicatis. Venus stetit prope, et alloquitur officiose Mariam. Ave,* o *filia augusta Serenæ divinæ, progenita* ab *Imperatoribus ingentibus, et progenitura Impe-*

decem Codd. *lumenque* vel *numenque* Vat. pr.—242 *crinem* Jun. pr.—243 hi quinque versus manu recenti ascripti erant in Vat. pr. *modo crescenti* Vat. sec. Oisel. tres Med. Reg. Moret. sec. Petav. tert. Ald. et ed. Vicet. *nova* Leid. pr. cum duodecim aliis, Exc. Læti. Lucens. sec. et Colin. *nova* vel *modo* Vat. tert. Petav. Lov. *pars altera* Oisel.—244 *Assurgit.* cum τελείᾳ στιγμῇ Vat. sec. et tert. *seu forte* Lov. duo Petav.—246 *Permutat jam parva* Jun. pr. *sub imo* Thuan. Mazar. Tholos.—247 *seu* Reg. *Pæssana* Var. LL. ed. Antv. *in jugera* Vat. pr. *nova per juga* Pric.—248 *securaque* Pric. *veris* Moret. pr.—249 *Floribus* Med. tert. Cod. Epigr. Ambr. *Imbribus* Moret. sec. *Solibus* Med. sec. *Roribus* vel *Floribus* Oxon. sec. *Roribus* vel *Solibus* Vat. tert. *jacet altera* Jun. pr.—250 *committere* Pat. *committere* vel *admittere* Reg. *solem* Pric. Oisel.—251 *Constitit* Med. sec. *Mariam blande* Pric. *matrem* vel *Ma-*

NOTÆ

241 *Cunctatur*] Venus stat velut dubia et suspensa, quam magis admiretur, an matrem Serenam, an filiam Mariam; quarum hæc, forma ignis instar micante; illa, venerabili canitie, conspicua est.

244 *Sub matre*] Arbor enim est mater alterius. Horatius, 'Sylvæ filia nobilis.'

246 *Comas*] Ostendit spem comæ cujusdam eximiæ.

Flore sub uno] Sub uno ramulo florido.

247 *Pæstana*] Urbs Pæstum est in Calabria, Italiæ regione, in qua bis per annum nascuntur rosæ. Virgilius: 'biferique rosaria Pæsti.'

248 *Matura*] Quasi matura sit, quod

Te propter Paphias sedes Cyprumque reliqui,
Te propter libuit tantos explere labores,
Et tantum tranasse maris: ne vilior ultra
Privatos paterere lares: neu tempore longo
Dilatos juvenis nutriret Honorius ignes.
Accipe fortunam generis: diadema resume,
Quod tribuas natis, et in hæc penetralia rursus
Unde parens progressa, redi: fac nulla subesse
Vincula cognatæ: quamvis aliena fuisses
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quæ propior sceptris facies? quis dignior aula

ratores: tui causa deserui palatium Paphi et Cyprum: tui causa juvit perficere tantum laborem, et trajicere tantum maris: ne tu diutius, minus honorata quam par est, *remaneres* in *domo privata, neve Honorius juvenis aleret* per *tempus longius amorem dilatum. Fruere felicitate gentis tuæ, et recipe diadema, quod des filiis tuis: ac revertere iterum in hanc Regiam, unde mater* tua *orta* est. *Esto nulla supersint jura cognationis: etsi non fores cognata Imperatoribus, poteras* tamen *promereri Imperium* ob *hanc pulchritudinem. Quæ forma dignior* erat *sceptro?*

riam Petav. sec.—252 *suboles Augusta* Exc. Lucens. sec.—254 *Phasias* Var. LL. ed. Antv. *ædes* duo Vatt. Farn. Med. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *sedes* Lov. ex conjectura, cum octodecim aliis. *ædes* vel *sedes* Oxon. pr. *Cypronque* Oisel. *relinqui* Rott. Leid. pr.—255 *tantos libuit* Jun. pr. Reg. Tholos. *licuit* Oxon. pr. *magnos* Florent. *tantos* Oxon. pr. *implere* Ambr. pr. *tantum complere laboris* Med. quart.—256 *tranasse* duo Med. Reg. Put. Petav. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *tranare* tres Vatt. Pric. Pal. Thuan. Mazar. *transnare* duo Vatt. Jun. pr. Oisel. Florent. Med. pr. Cod. Ursin. *neu vilior* Jun. pr. et Moret. Exc. Schott. et Gevart. Var. LL. ed. Antv. *nec vilior* octo alii.—257 *paterere* Florent. tres Med. Jun. pr. Moret. pr. Thuan. Put. Vat. Livin. Mazar. *patiare* duo Vatt. Rott. Med. quart. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *patiere* Vat. sec. m. pr. Pat. duo Ambr. *patiare* vel *paterere* Petav. sec. *nec tempore* Put. Cod. Epigr. Ambr. *ne tempore* Med. quart. Reg. Pat. Ambr. sec.—258 *Duratos* Ambr. pr. Sched. Gud. *Dilato* Bonon. *Juveni* Ambr. sec. inc. Heins. *differret* Reg. *nutriret* vel *differret* Oxon. sec.—259 *generis:* hic τελείαν στιγμὴν habent Florent. Med. pr. Put. Mazar. duo Petav. ambo Moret. —260 *Quid tribuas* Oisel. *ad hæc* Vat. sec. Ursin. Cod.—261 *egressa* Pat. Moret. pr. *veni* vel *redi* Oxon. sec. *subesse* vel *subisse* Vat. quart. Florent. —263 *Principibus regum* Florent.—264 *proprior* vel *propior* Oxon. pr. *qui*

NOTÆ

largam et copiosam multorum dierum lucem hauserit.

257 *Paterere*] Ne sustineres te remanere diutius in privata domo, quæ te indigna erat.

259 *Fortunam*] Fruere felicitate generis tui, hoc est, augusta dignitate quæ tibi debetur, et propter genus tibi commune cum Honorio, et propter pulchritudinem tuam.

Diadema resume] Quod jure cognationis cum Theodosio habere debebas.

261 *Parens progressa*] Tua quippe mater agnoscit avum Theodosium seniorem, cujus nepos est Honorius.

Vultus erat? non labra rosæ, non colla pruinæ,
Non crines æquant violæ, non lumina flammæ.
Quam juncto leviter sese discrimine confert
Umbra supercilii! miscet quam justa ruborem
Temperies! nimio nec sanguine candor abundat.
Auroræ vincis digitos, humerosque Dianæ.
Ipsam jam superas matrem. Si Bacchus amator
Dotali potuit cœlum signare Corona,
Cur nullis virgo redimitur pulchrior astris?
Jam tibi molitur stellantia serta Bootes,
Inque decus Mariæ jam sidera parturit æther.

quæ facies dignior Regia? rosæ non adæquant labra, non nives collum, non violæ capillos, non ignis oculos. Umbra supercilii quam leniter producit sese differentia conjuncta! quam æqualis temperies affundit ruborem! neque candor affluit sanguine nimio! superas digitos Auroræ, cervicem Dianæ. Jam vincis matrem ipsam. Si Bacchus amans potuit cœlum insignire corona conjugali, quare puella formosior Ariadne *nullis ornatur sideribus? jam Bootes præparat tibi serta siderea, et cœlum*

dignior Exc. Lucens. sec.—265 *erit* Gesn. ed. Bipont. et al. *erat* Pal. Med. pr. Thuan. Heins.—266 *æquent* malit Heins.—267 *leviter vincto* Put. *leviter* vel *pariter* Reg. Oxon. pr. *juncto* Leid. pr. et duodecim alii, et Exc. Schott. *juncti* septem alii, Var. LL. e marg. Parm. *vincto* Exc. Læti. Vicet. Parm. Ald. *victo* Med. quart. inc. Heins. *vincti* Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. et ed. Vicet. *juncti* vel *vincti* Oxon. pr. *juncto* vel *juncti* Oisel. *jugi* Moret. sec. *differt* Pat.—268 *ruborem* Jun. pr. Ald. *pudorem* vel *ruborem* Vat. pr. et quart. *ruborem ex pudore* interpretatur Vat. quart.—269 *abundans* inc. Heins. Petav. sec.—270 *digitos vincis* Pric.—271 *Jam superas ipsam matrem* Mazar. *sed Bacchus* Cod. Epigr. Ambr. *si* vel *sic* Vat. pr. *Bacchus amorque* Oxon. sec. m. pr.—272 *donare* Med. sec. Petav. tert. Moret. pr. *ditare* Med. tert. Ursin. Cod. Reg. Tholos. duo Oxon. Moret. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *signare* inc. Heins. Exc. Læti. et Lucens. pr. *donare* vel *signare* Vat. tert. *signare* vel *redimire* Vat. quart. *dignare* vel *signare* Petav. sec. *ditare* vel *signare* Lov. *signare* vel *signire* Vat. pr. unde *insignire* conj. Heins.—273 *Cum nullis* Mazar. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. *rutilis* Oxon. sec. m. pr. *Cur* vel *Cum* Vat. pr.—274 *signa* Vat. quint.—275 *Jamque decus* Ambr. pr. et Cod.

NOTÆ

266 *Violæ*] Non æquant crines subnigros, et violis similes.

268 *Supercilii*] Supercilia sese producunt, sese conferunt, separata a se invicem quodam discrimine, quod tam leve est ut juncta esse videantur.

269 *Candor*] Ita temperatus est, huic ut nimius sanguis non officiat.

270 *Digitos*] Roseos: Aurora dicitur *ῥοδοδάκτυλος*, id est, *digitos roseos habens.*

Humeros Dianæ] Cervicem lacteam.

271 *Superas matrem*] Pulchrior es, quam fuit tua mater.

272 *Corona*] Ariadnem Minois filiam amavit Bacchus, ejusque coronam inter astra retulit.

274 *Bootes*] Supra in III. Cons. Hon. vs. 170.

I digno nectenda viro, tantique per orbem
Consors imperii! jam te venerabitur Hister.
Nomen adorabunt populi. Jam Rhenus et Albis
Serviet: in medios ibis Regina Sygambros.
Quid numerem gentes, Atlanteosque recessus
Oceani? toto pariter dotabere mundo.
Dixit; et ornatus, dederant quos nuper ovantes
Nereides, collo membrisque micantibus aptat.
Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus:
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.
Ante fores jam pompa sonat, pilentaque sacram
Præradiant ductura nurum. Calet obvius ire

jam parit astra in honorem Mariæ. I Maria *conjungenda viro merito, et socia futura imperii tanti per orbem. Jam Danubius colet te. Gentes* omnes *colent nomen* tuum. *Jam Rhenus et Albis obedient* tibi: *incedes tu Imperatrix in Sicambros medios. Quare commemorem populos, et fines Atlanteos Oceani? Dotaberis æqualiter orbe universo.* Venus sic *locuta est; et accommodat cervici, et corpori* Mariæ *splendenti, ea ornamenta, quæ modo Nereides gaudentes tribuerant* ipsi. *Ipsa* Venus *discriminat acu* capillos *capitis, constringit vestes ejus: ipsa adaptat velum* nuptiale *comis puellaribus. Jam comitatus resonat ante portam, et*

Ep. Ambr. *æthra* Ambr. pr.—276 *I digno* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. atque ita correxerat Heinsius. *O digno* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Jam digno* Petav. tert. *Condigno* Pat. *In digno* Med. tert. *Indigno* Var. LL. ed. Antv. *I digno* vel *O digno* Petav. sec.—278 *Rhenus* et *Alpis* Farn. Petav. tert. —279 *Sigambros* Oisel. *Sicambras* Vat. tert. *Sycambros* Gesn.—280 *Atlanteique* legit Heins.—281 *dotabere* quatuor Vatt. Put. Thuan. Mazar. duo Petav. *donabere* Vat. pr. Leid. pr. Pal. Pric. Vat. Livin. *dominabere* Med. quart. Tholos. *ditabere* Moret. sec. m. pr. *ditabere* vel *dominabere* Oxon. sec. *donabere* vel *dotabere* Med. pr. Ambr. sec. *donabere* vel *dominabere* Exc. Schott. Gronovius ascripserat locum IV. Cons. Honor. 648. 'Et toto dotanda mari.' *dotabere* vel *donabere* vel *dominabere* Oxon. pr. *ditabere* vel *donabere* vel *dominabere* Reg. *cælo* pro *mundo* Med. sec.—282 *dedit aut* Put.—284 *constrinxit acu* Leid. pr. *constringit* Vat. sec. Rott. duo Med. Ursin. Cod. duo Oxon. Reg. Pat. Tholos. duo Petav. totidem Ambr. Exc. Lucens. sec. *confringit* Var. LL. ed. Antv. *distinguit* vel *constringit* inc. Heins. *succingit amictus* Med. quart. *amictum* Vat. pr. Med. pr. Pal. Vat. Livin.—286 *pilenta sonant* Moret. pr. Heinsius lectorem ablegaverat ad not. Casaub. ad Hist. Aug. p. 145. *sacram* Oisel. Ambr. sec. *sacra* omnes fere Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. in quibus et *sacram* ex conjectura, Ald. edd. Parm. Vicet. et Colin.

NOTÆ

279 *Sygambros*] Hi sunt bellicosissimi Germaniæ populi.

280 *Atlanteosque recessus*] Loca remota Africæ, quæ alluit Oceanus Atlanteus.

284 *Substringit*] Ut Maria tenuior graciliorque appareat.

285 *Flammea*] Flammeum est velum nuptiale, sic dictum a colore flavo flammas imitante.

286 *Pompa*] Comitatus egregius, quo pompa nuptiarum celebrior efficitur.

Pilenta] Species currus, quo virgines sacræ, seu sacrorum antistitæ, vehi solebant. Sed postea hic mos ad

Jam Princeps, tardumque cupit discedere solem.
Nobilis haud aliter sonipes, quem primus amoris
Solicitavit odor, tumidus quatiensque decoras
Turbata cervice jubas, Pharsalia rura
Pervolat, et notos hinnitu flagitat amnes,
Naribus accensis: mulcet fœcunda magistros
Spes gregis, et pulchro gaudent armenta marito.
  Candidus interea positis exercitus armis
Exultat socerum circa; nec signifer ullus,
Nec miles pluviæ flores dispergere ritu
Cessat, purpureoque ducem perfundere nimbo.

currus portaturus nurum sacratam præfulget. Imperator Honorius *ardet procedere obviam, et expetit Solem longiorem abire. Ita insignis equus, quem odor primus amoris impulit, prætrepidans et concutiens jubas pulchras, collo undante, cursitat per agros Thessalos, ac petit hinnitu* suo *fluvios cognitos, naribus inflammatis;* hic equus *spes abundans gregis recreat rectorem* ejus, *et armenta lætantur marito præstanti. Interim exercitus togatus, armis depositis, gaudet prope socerum* Stilichonem, *neque ullus vexillifer, neque* ullus *miles desinit spargere flores instar imbrium, et aspergere ductorem* Sti-

—288 *tantumque* Oxon. sec. m. pr.—289 *priscus amoris* Vat. pr. et tert. m. pr. Pric. Oisel. Florent. *primus* vel *priscus* Med. sec. inc. Heins.—291 *Turbata cervice* Exc. Lucens. sec. apposito + signo, ut ibi erasa vel interpolata fuerit vetus lectio. *Curvata* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *Curvatas* Farn. *Crinata* Tholos. *Pharsalica* duo Vatt. Petav. pr. Exc. Læti.—292 *totos* Pal. *atque novos* Mazar. *totos* vel *notos* Med. pr. *Pervolat hinnitu conceptos* Exc. Cod. Rhem. *efflagitat* Exc. Læti. *amnes* Exc. Lucens. pr. *omnis* ed. Vicet. *annis* Med. tert. *ignes* Leid. pr. m. sec. et decem alii, Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. ed. Gesn. et Bipont. *amnes* vel *ignes* Vat. quart.—293 *accensos* Petav. tert. *accensis* Exc. Lucens. pr. *accensus* viginti Codd. Exc. Schott. et Gevart. ed. Vicet. et Parm. *accensis* vel *accensus* Med. tert. Reg. Mazar. Oxon. pr. *mulget* Vat. pr. m. pr. *magistrum* inc. Heins. Ambr. sec. ed. Gesn. et Bipont. *magistros* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—294 *magistro* pro *marito* Med. sec. m. pr.—296 *socerum juxta* ed. Vicet. *circa* triginta alii, Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. Schott. et Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *signifer ultra* Exc. Gevart.—297 *ritu dispergere flores* Vat. sec. Pric. Ursin. Cod. Tholos. Pat. Exc. Gevart. *ritu pluviæ* duo Vatt. Petav. pr. *diffundere* Jun. pr. *flores* vel *rores* Reg. Oxon. pr.—298 *diem perfundere* Pal. Med. pr. Put. Thuan.

NOTÆ

virgines principes, quæ quodammodo sacræ dici possunt, transiit.

289 *Haud aliter sonipes*] Vel ex hac comparatione disces paganorum turpitudinem. Hanc tamen comparationem laudat Scaliger Pater.

291 *Pharsalia*] Thessalica: Thessaliæ autem equi optimi.

295 *Candidus*] Vel togatus placidusque, armis depositis: vel revera alba veste indutus ad hilaritatem.

Hæc quoque velati lauro myrtoque canebant:
Dive parens, seu te complectitur axis Olympi,
Seu colis Elysias, animarum præmia, valles,
En promissa tibi Stilichon jam vota peregit.
Jam gratæ rediere vices. Cunabula pensat:
Acceptum reddit thalamum: natoque reponit,
Quod dederas genitor. Nunquam te, sancte, pigebit
Judicii: nec te pietas suprema fefellit.
Dignus, quem legeres: dignus, cui pignora tanti
Principis, et rerum commendarentur habenæ.

lichonem *nube florea.* Milites *etiam coronati lauro et myrto cantabant hæc: O Dive pater*, Theodosi, *seu sedes cœli possidet te, seu habitas valles Elysias*, quæ sunt *merces animarum* fortium, *ecce Stilicho complevit vota promissa tibi. Jam vicissitudo jucunda reversa est. Compensat* te ob *cunas suas: restituit thalamum acceptum* a te: *redditque filio* tuo, *quod* tu *pater concesseras. Nunquam pœnitebit te, Dive* Theodosi, *delectus* tui. *Neque voluntas extrema decepit te. Dignus* erat Stilicho, *quem deligeres; dignus* erat, *cui Imperator*, qui est *tantum*

Bonon. Pat. m. pr. *diem* vel *ducem* Vat. pr. et tert. *profundere* Farn. —299 *Hoc quoque* Reg. *myrraque* Med. tert.—300 *Dure parens* Jun. pr. —301 *premis* Vat. Pr. Pal. Pric. Oisel. Med. pr. Thuan. Mazar. *colis* vel *premis* Jun. pr. Vat. tert. Florent. *sedes* Pat. *colles* Vat. sec. Cod. Ursin. *sedes* vel *valles* Put.—302 *præmissa* Jun. pr. *Stilico* Vat. sec.—303 hic versus deerat in Pal. *En gratæ* duo Vat. Oisel. Jun. pr. Florent. Med. quart. Ald. *grates* Vat. sec. *jam ctæ* pro *gratæ* Var. LL. ed. Antv. *cunabula* vet. Gyr. Leid. pr. Ambr. sec. Pat. m. pr. Moret. sec. Med. tert. duo Oxon. Cod. Epigr. Ambr. *conubia* omnes Vatt. Pal. Farn. Oisel. *connubia* vel *cunabula* inc. Heins. Mazar. Exc. Lucens. pr. *pensant* Vat. tert. Put. duo Petav. ed. Parm.—304 *votumque reponit* Pric. *rependit* Farn. Med. quart. *reponit* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum ex I. laud. Stilic. vs. 70. *rependit* vel *reponit* Lov. Florent. Med. pr.—305 *Quæ dederat* Moret. pr. *dederas* Petav. pr. et Jun. m. sec. Ursin. Cod. Mazar. Barth. *dederat* duo Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *genitor dederas* Tholos. Ambr. *dederat* vel *dederas* Moret. *pigescit* Var. LL. ed. Antv.—306 *extrema fefellit* Farn.—307 *quem legeres* duo Vatt. Pal. tres Med. Put. Thuan. duo Petav. Leid. pr. Oxon. pr. m. pr. Lov. Bonon. Vat. Livin. Exc. Læti et Lucens. *cui leges* duo Vat. Pric. Rott. Reg. Mazar. *quem leges*, vel, *cui leges* Petav. sec. *cui leges* vel *quem legeres* Vat. tert. Jun. pr. Farn. Med. sec. *pignora tanta* Ambr. pr.—308 *regni* Jun. pr. *tantæ* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Med. pr. Put. m. sec. Thuan. Mazar. *rerum* Med. sec. *tantæ* vel *rerum* Florent.—309 *dicere nunc possem* Vat. sec. Med.

NOTÆ

303 *Rediere vices*] Grata redit vicissitudo, qua, ut tu, Theodosi, dederas filiam adoptivam Serenam conjugem Stilichoni; hic vicissim dat Mariam filiam Honorio, sicque reddit thalamum, seu matrimonium alterum, seu alternatim, vicissim.

Cunabula pensat] Te compensat ob cunas et educationem suam. Stilicho quippe educatus fuerat a Theodosio.

306 *Pietas*] Supremus piæ voluntatis actus, quo Theodosius Stilichonem dedit Honorio tutorem.

Dicere nunc possem, quæ prælia gesta sub Hæmo,
Quæque cruentarint fumantem Strymona pugnæ:
Quam notus clypeo, quanta vi fulminet hostem,
Ni prohiberet Hymen. Quæ tempestiva relatu
Nunc canimus. Quis consilio, quis juris et æqui
Nosse modum melior? quod semper dissidet, in te
Convenit: ingenio robur, prudentia forti.
Fronte quis æquali? quem sic Romana decerent
Culmina? sufficerent tantis quæ pectora curis?

pignus, et habenæ Imperii committerentur. Nunc possem referre bella, quæ gesta sunt a Stilichone *sub Æmo, et certamina, quæ infecerint Strymonem calentem.* Possem referre, *quam insignis* est *armis, quanta fortitudine dejiciat hostem, nisi nuptiæ* Honorii *impedirent: nunc cantamus, quæ sunt idonea dictu. Quis præstantior* est Stilichone *providentia? quis* præstantior *cognoscere rationem justitiæ et æquitatis? Quod ubique disjungitur* in aliis, *conjungitur in te,* scilicet *fortitudo* cum *ingenio,* et *sapientia* cum *fortitudine. Quis* est *simili* dignitate *oris? Quem ita fastigium Romanum deceret? Quis animus par esset tantis laboribus? Etiamsi*

tert. Cod. Ursin. vet. Gyr. Moret. sec. Leid. pr. Ambr. tert. Lov. Exc. Gevart. et Lucens. *Discere* Petav. pr. Mazar. Exc. Gevart. *possemus* tredecim alii. *possent* Petav. tert. Cod. Epigr. Ambr. *possent* vel *possemus* Oxon. sec. *possem* vel *possemus* Petav. sec. *prælia justa* Farn.—310 *cruentarint* Exc. Lucens. pr. *cruentarunt* inc. Heins. Med. sec. Jun. pr. Var. LL. e marg. Parm. *cruentarent* octo alii et ed. Vicet.—311 *fulminat* Rott. Med. tert. *hostes* Vat. sec. Cod. Ursin. *hastam* Reg. m. sec.—312 *quem tempestiva* Med. tert. *Cui tempestiva* leg. Heins.—313 *Non canimus* Pat. *qui consilio* Jun. pr. *Consilii* Vat. tert. *conscilio* Farn.—314 *dissidet* Thuan. Petav. Mazar. Ald. et ed. Parm. *dissilit* tredecim alii, Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. et ed. Vicet. *dissilit* vel *dissidet* Oisel. Reg. duo Oxon. Lov. Exc. Gevart.—315 *in gremio* Vat. tert. m. sec. *ingenio* vel *invicto* Florent. *prudentia* vel *patientia* Jun. pr.—316 *æqualis* Pric. Rott. Florent. Ambr. pr. Moret. sec. Med. quart. Lov. Exc. Gevart. Jun. a m. pr. *æqualis* vel *æquali* Vat. pr. *quam sic* Exc. Lucens. sec. apposito + signo. *decorent* Vat. pr.—317 *sufficient* Jun. pr. *tantis quæ* quatuor Vatt. *quæ tantis* Vat. pr. Pal. Med. pr. et Moret. Thuan. Mazar. Vat. Livin. *culmina* Reg. *terris* pro *curis* Exc. Gevart.—318 *Stet* Ambr. tert. *Sis*

NOTÆ

309 *Hæmo*] Monte Thraciæ, ubi Theodosius, comitante Stilichone, Thracas Scythasque vicerat.

310 *Fumantem*] Strymonem, fluvium Thraciæ, calido hostium sanguine fumantem.

311 *Notus clypeo*] Exercitatus insignisque armorum tractatione. Virgilius: 'Quantus in clypeum assurgat,' id est, quam fortis sit.

313 *Juris et æqui*] Jus est summus rigor: æquitas, est benigna legis interpretatio. Ut si quis transilierit muros ad tuendam urbem: si summum jus spectes, necandus; si æquitatem, remunerandus. Æquitas dicitur ἐπιείκεια.

316 *Quem sic Romana decerent culmina*] Quem sic deceret regere Imperium Romanum, et in solio sedere? Miror tamen, cur ista Claudianus dicat, auget quippe suspicionem, quæ in multorum animis insederat, Stilichonem de imperio cogitare.

Stes licet in populo; clamat, quicumque videbit,
Hic est, hic Stilichon. Sic se testatur et offert
Celsa potestatis species; non voce feroci,
Non alto simulata gradu, non improba gestu.
Affectant alii quicquid, fingique laborant,
Hoc donat Natura tibi. Pudor emicat una,
Formosusque rigor: vultusque auctura verendos
Canities festina venit. Consorte remota,

stes inter vulgus; quicumque aspiciet, exclamabit, Hic est hic Stilicho. Ita alta majestas potestatis ostendit et exhibet sese, non affectata sermone superbo, non arroganti passu, non lasciva gestu. Quicquid alii exquirunt, et tentant formari, natura tribuit hoc tibi. Pudor et pulchra gravitas simul nitent in te; *et cani citius adveniunt, aucturi venerationem oris* tui. *Expulsæ fato pro aliis sunt tibi et gravitas*

Jun. pr. *Sis* vel *Stes* Vat. quart. et quint. Petav. pr. *populis* Tholos. *clamat* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *clament* et *videbunt* Moret. sec. *clamet* ed. Bipont. et Gesn. atque ita leg. Heins.—319 *Hic est, hic Stilico* duodecim scripti et Sched. Gud. *Hic* vel *Hoc* Petav. pr. *Hic ille est* tres Vatt. Rott. *Hic est hic Stilico sese* Vat. Livin. *qui sic* Med. tert. *sic se* Farn. atque ita leg. Heins. *sese* Leid. pr. et tredecim alii, item Sched. Gud. *Sic te* vel *sic se* Vat. pr. Rott. Med. sec. *effert* Oxon. sec. Heinsius ascripserat locum VI. Cons. Honor. vs. 11. 'quem mons Evandrius effert.' ut ibi in Cod. Oxon. comparet.—320 *potestati* inc. Heins. *nec voce* Rott. Reg. Ambr. pr. Bonon. Tholos.—321 *stimulata* duo Vatt. Petav. sec. m. pr. Var. LL. ed. Antv.—323 *Hoc donat* triginta Codd. et Var. LL. e marg. Parm. *Hæc donat* Cod. Epigr. Ambr.—324 *Formosusque rubor* Thuan. *vultus auctura* Jun. pr. Vat. sec. Med. quart. Reg. Mazar. Cod. Ursin. *auctore* Petav. tert. *vultuque actura verendo* Var. LL. ed. Antv. *vultuque auctura verendo* Med. pr. *actore verendo* Cod. Epigr. Ambr. *actore verendo* vel *auctura verendos* Petav. sec. *verendus* Petav. sec.—325 *festiva* Exc. Gevart. *festina* vel *festiva* Petav. sec. *festiva venit* vel *canit* Vat. quint. Heinsius ascripserat locum Plin. in Panegyrico. ubi 'festinatæ senectutis insignia' vocat *Canitiem*, quam in Trajano commendat, quæ Claudianus videtur respexisse: vide locum apud Casaub. ad Hist. Aug. p. 239. *cum sorte* Leid. pr. et duodecim alii, item Exc. Lucens. sec. *non sorte* Pric. *cum sorte remotæ* ed. Gesn. et Bipont. *consorte remoto* duo Vat. Jun. pr. duo Oxon. Cod. Ursin. item Ald. et sic leg. Gevart. Rufinum intelligens, in Epist. ad Heinsium. *remota* vel *remoto*

NOTÆ

319 *Hic est*] Persius: 'At pulchrum est digito monstrari, et dicier Hic est.'

320 *Celsa potestatis*] Status erectus et excelsus cum quadam majestate conjunctus, seu animus ille victor, Regumque tutor, sese prodit eximia quadam ipsius corporis specie, et sermone, incessu, gestuque quodam gravi, sine ulla affectatione.

321 *Improba*] Effœminata, lasciva, turpis, ob gestum indecorum.

322 *Fingique laborant*] Quicquid alii esse cupiunt, quascumque formas induere conantur, eas omnes Natura tibi liberaliter impertita est.

325 *Canities festina*] Sic Plinius de Trajano, 'Nec sine quodam munere

Contingunt gravitasque seni, viresque juventæ.
Utraque te cingit propriis insignibus ætas.
Ornatur Fortuna viro. Non ulla nocendi
Tela, nec infecti jugulis civilibus enses.
Non odium terrore moves, nec fræna resolvit
Gratia: diligimus pariter, pariterque timemus.
Ipse metus te noster amat: justissime legum
Arbiter, egregiæ custos fidissime pacis,
Optime ductorum, fortunatissime patrum,

senectutis, et vigor juventutis. Ætas utraque ornat te ornamentis propriis. Fortuna commendatur te tali *viro; nulla* sunt *arma* ad *nocendum, neque gladii polluti sanguine civium: non excitas odium terrore, neque gratia relaxat habenas: amamus te simul, et simul timemus: ipse noster timor colit te, moderator æquissime legum, conservator religiosissime pacis eximiæ, fidelissime ducum, felicissime patrum; plus*

Put. Petay. pr.—326 *Contingunt* octodecim scripti, Exc. Gevart. et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *Contingat* Vat. tert. Pric. Med. sec. *Contingant* Med. tert. *Contingit* Vat. Livin. Ald. *Contingunt* vel *Contingat* Vat. pr. *Contingunt* vel *Contingant* Exc. Schott. *gravitas senio* Vat. sec. Farn. Put. Ambr. tert. Exc. Læti et Gevart. *senio gravitas* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Med. Cod. Ursin. Thuan. Mazar. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *gravitas senii* decem alii, Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. nec non Var. LL. e marg. Parm. *gravitasque seni* pro *senii* duo Med. inc. Heins. Moret. sec. duo Petav. Leid. pr. Ald. item Var. LL. ed. Antv. *gravitasque seni* vel *gravitas senii* Oxon. pr. *gravitasque seni*, vel *gravitas senii*, vel *senio gravitas* Exc. Schott. *viresque regendi* Pal. Thuan. Med. pr.—328 *non ima* Mazar. *nocenti* leg. Heins.—329 *infesti* Exc. Schott. *infensi* vel *infesti* Reg. *infecti* vel *infesti* Vat. quart. Oxon. pr.—330 *movet* Jun. pr. *non frena* Florent. Mazar. *removit* pro *resolvit* Petav. sec.—333 *custos fidissimæ pacis* duo Vatt. Petav. pr. *justissime* Jun. pr. *pacis fidissime custos* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *pacis fidelissime custos* Vicet. et Parm. vitiose.—334 *doctorum* Vat. pr. m. pr. Ambr. sec. m. pr. Bonon. Pat. *doctorum* et emend. *tutorum* Put.

NOTÆ

Deum festinatis senectutis insignibus ad augendam majestatem ornata cæsaries.'

Consorte remota] Id est, ægritudine, dolore, languore, qui consortes et socii sunt canitiei seu senectutis. Nam ex Horatio: ' Multa senem circumveniunt incommoda.' Alii legunt *cum sorte remotæ:* id est, tibi et gravitas senii seu senectutis, et vires juventutis, sorte, seu ipsa natura remotæ pro aliis senibus, tibi contingunt præter sortem conditionemve communem.

327 *Insignibus*] Insignia senectutis sunt canities; insignia juventutis sunt robur. Utrumque habet Stilicho.

328 *Ornatur Fortuna viro*] Sic fortuna ornabatur Alexandro. Plutarchus.

330 *Fræna*] Non gratia quicquam remittit ex justa sua severitate.

332 *Metus*] Qualis scilicet est filiorum in parentes, quos metuunt offendere.

Plus jam, plus domino cuncti debere fatemur,
Quod gener est, invicte, tuus. Vincire corona:
Insere te nostris, contemto jure, choreis.
Sic puer Eucherius superet virtute parentem:
Aurea sic videat similes Thermantia tædas:
Sic uterus crescat Mariæ: sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus considat avitis.

jam, plus omnes confitemur, o *insuperabilis* Stilicho, *nos debere imperatori, quod est gener tuus: circumda* tibi *coronam ; misce te choris nostris, magistratu seposito.* Hoc annuas, et *sic Eucherius filius* tuus *vincat* te *patrem virtute ; sic Thermantia formosa* filia tua *aspiciat nuptias tales: sic venter Mariæ turgeat : sic tenellus Honoriades natus in purpura, sedeat in genibus avi* Stilichonis.

doctorum vel *ductorum* Moret. sec.—335 *Plus tibi plus* Vat. sec. Ursin. Cod. *Plus tibi quam* Reg. Oxon. sec. Moret. sec. *Plus tibi plus* vel *Plus tibi quam* Oxon. pr. *plus tibi jam* marg. Isingr. *functi* Oisel. *cunctis* Ambr. pr. *fatentur* vel *fatemur* Med. pr.—336 *Et gener est* Moret. pr. *tuum genus* Med. quart. *tuis* Vat. quart. *tui* Ambr. pr. Med. sec. m. pr. Sched. Gud. *innecte coronas* Moret. sec. *innecte* vel *vincire* Reg. *coronam* idem. Reg. Exc. Læti. Vicet. Parm.—337 *Inserere* Pal. unde Heinsius *Inserere O* legit. *contento jure* Petav. tert. *tropæis* Oxon. sec. m. pr.—338 *parentum* Vicet. Parm.—339 *jubeas similes* Pric. m. pr. *similes videat* Med. quart. *similis* Exc. Lucens. pr. *Terimantia* Oxon. pr.—340 *proles crescat* Reg. *uterus* vel *proles* Oxon. pr.—341 *Honorides* Vat. sec. *considet* Lov. Tholos. Moret. sec. Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. in calce Vat. pr. ascriptum erat, EPITHALAMIUM HONORII EXPLICIT. INCIPIT DE BELLO GILDONICO LIB. I.

NOTÆ

337 *Contemto jure*] Seposita illa dignitatis tuæ gravitate, quæ debet removeri a turba hominum, ob lætitiam nuptialem.

338 *Eucherius*] Stilichonis filius.

339 *Thermantia*] Stilichonis filia, quæ similiter nupsit Honorio; sed paulo post extincta fato præcoce. Zosimus addit Serenam, regnandi cupiditate incensam, ope veneficæ effecisse, ne Honorius susciperet liberos.

340 *Mariæ*] Claudiani vota ventus rapuit; nam hæc nympha delicatula non suscepit liberos, quia immatura morte abrepta est, et sepulta in Basilica S. Petri. Ejus sepulchrum haud ita pridem patuit Romæ; ubi ejus peplum, pila lusoria, et alia crepundia, quibus viva delectabatur, inventa sunt, cum hac inscriptione, *Maria florentissima.*

341 *Honoriades considat*] Parvus Honorii filius, natus in purpura, imponatur genibus avi Stilichonis, seu statim excipiatur ab avo. Veteres recens natos liberos tollebant, sublatos genibus imponebant. 'Ingredere ad illam, ut pariat super genua mea,' aiebat Rachel, Gen. c. 30.

XI.

CL. CLAUDIANI
IN NUPTIAS[a]
HONORII AUGUSTI
ET
MARIÆ
FESCENNINA.[b]
ALCAICUM.[c]

ARGUMENTUM.

LAUDATUR Honorius a forma, a dexteritate in jaculando et equitando: præfertur Heroibus Diisque: ejus pulchritudo digna est, quæ moveat Deas, quæ flectat Scythas, Amazonas; unde beatior est, quæ tam pulchro nubet Principi.

PRINCEPS corusco sidere pulchrior,
Parthis sagittas tendere certior,

O *Imperator formosior astro micanti, peritior Parthis vibrare tela, eques auda-*

Hæc Fescennina in Mss. omnibus Epithalamio præfiguntur. In Moret. sec. hoc carmen sequitur post libros in Eutropium. In Moret. pr. et Exc. Gevart. nulla est inscriptio, et sequuntur hæc post IV. Cons. Honor. In Vat. quarto erat, *Incipit procemium Honorii et Mariæ Epithalamium.* et in margine, *Incipit Epithalamium carmen vel Fescenninum.* In Petav. pr. legebatur, *Incipit Fescennina de Nuptiis Honorii Aug.* l. II. Tholosanus habet, *Incipit Fecen-*

NOTÆ

[a] *Nuptias*] De his nuptiis cogitavit Stilicho, ut rudi Principe in generum ascito securius imperium regeret.

[b] *Fescennina*] Sunt species carminum, quæ majori cum licentia composita sunt: sic dicta ab Urbe *Fescennia* in Hetruria, unde primum allata sunt.

[c] *Alcaicum*] Hoc carminum genus sic appellatum est ab Alcæo Lesbio inventore.

2 *Parthis*] Asiæ populis, qui in sagittis vibrandis solertiores erant; adeo ut vel fugiendo vincerent.

Eques Gelonis imperiosior,
Quæ digna mentis laus erit arduæ?
Quæ digna formæ laus erit igneæ?
Te Leda mallet, quam dare Castorem:
Præfert Achilli te proprio Thetis:
Victum fatetur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu cum per altas impiger ilices
Prædo citatum cornipedem regis,
Luduntque ventis instabiles comæ,

cior Gelonis, quod meritum erit elogium animi tui *excelsi? quod meritum erit elogium pulchritudinis* tuæ *radiantis? Leda mallet peperisse te, quam Castorem: Thetis anteponeret te Achilli suo* filio. *Delos confiteatur Phœbum superatum* a te. *Lydia putat Bacchum inferiorem. Tu cum venator diligens im-*

nina de Nuptiis Honorii Aug. Fescenna est in Bonon. Lucens. pr. exhibet *Incipit Fescennina de Nuptiis Honorii Augusti.* Aldus *Epithalamium* inscribit. In Var. LL. e marg. Parm. similiter legitur *Epithalamium super Nuptias Honorii. Fescennina.* in Lov. Exc. Schott. et Sched. Gud. *Fescenina* vocatur. Heinsius ascripserat loca Senec. Med. p. 223. Casaub. de Satyr. Poësi p. 235. Horat. Epist. ad Aug. et Schol. p. 694.

1 *clarior* Vat. tert. m. pr. Var. LL. e marg. Parm. *clarior* vel *pulchrior* Mazar.—2 *sagittis* vel *sagittas* Vat. tert. *mittere* Pal. Med. pr. *tendere* est in vulgatis. Heinsius ascripserat seqq. 'Videndum an *tendere sagittas* sit Latinum. *Tendere arcum* dicitur. *intendere spicula* Epithal. Pallad. 20.: Mollia lascivis intendunt spicula Faunis. quomodo et Bell. Gild. et intentos capiti circumspicit enses.' *doctior* Vat. pr. Exc. Put. Var. LL. e marg. Parm.—3 *Equis* Tholos. *Eques* vel *Equis* Vat. tert. Heins. ascripserat Auson. Ep. XXI. init.—6 *Lede* Vat. pr. *malet* Mazar.—7 *Profert* Oxon. pr. *propior Thetis* Exc. Cod. Rhem.—9 *Credit* vel *Condit* Rott.—10 *Tu quum* Florent. tres Med. Ambr. pr. Tholos. Exc. Lucens. pr. *Tum quum* edd. Vicet. Parm. Isingr. Colin. Gryph. *Tunc quum* Med. quart. Ursin. Cod. *Cum tu* inc. Heins. *I nunc* Lov.—11 *Prædo* Vat. pr. vet. Gyr. Farn. et Exc. Lucens. sec. apposito + signo. *Præda* Kœnig. Gesn. et ed. Bipont. *Rheda* vel *Freno* conjecerat Heinsius, sed *Rheda* deleverat. *regis* Vat. quint. Rott. Petav. sec. *reges* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Vicet. Parm. Ald. Raphel. Isingr. *regas* Leid. pr. Oxon. pr. Lucens. vet. Gyr. Reg. m. pr. Med. tert. Heins.—12 *Luduntque* Rott. Reg. Oxon. pr. *Ludantque* octo alii, item Gyr. Exc. Lucens. sec. et Heins. *Ludentque* om-

NOTÆ

Certior] Adeo, ut nullus ictus a scopo aberraret.

3 *Gelonis*] Hi sunt Scythiæ populi, equitandi peritissimi.

Imperiosior] Adeo ut equum vertat quocumque voluerit.

4 *Mentis arduæ*] Rebus excelsis occupatæ, vel animi sublimis.

5 *Formæ igneæ*] Excellentis, cœlestis, divinæ.

6 *Leda*] Uxor Tyndari Œbaliæ Regis, mater Pollucis et Castoris.

10 *Per altas ilices*] Per sylvas aliis invias.

11 *Prædo*] Prædator venatorque ferarum. Alii legunt, *præda citatum*, quasi ipse equus inflammatus præda volet.

Telis jacebunt sponte tuis feræ,
Gaudensque sacris vulneribus leo
Admittet hastam, morte superbior.
Venus reversum spernat Adonidem,
Damnet reductum Cynthia Virbium.
Cum post labores, sub platani voles
Virentis umbra, vel gelido specu,
Torrentiorem fallere Sirium,
Et membra somno fessa resolveris:
O quantus uret tum Dryadas calor?

pellas equum stimulatum per sylvas excelsas, et crines tui mobiles diffundantur ventis, feræ ultro cadent jaculis tuis, et leo lætatus plagis sacratis, gloriosior sua morte recipiet cuspidem. Venus contemnat Adonidem redeuntem: Diana condemnet Hippolytum resuscitatum. Sed *cum post venationem voles eludere Sirium ardentiorem sub tegmine platani viridantis, vel* sub *antro frigido, et* cum *relaxaveris sopore corpus fatigatum: o quantus amor inflammabit Dryades? Quot*

nes Vatt. Pal. Farn. Ald. Raphel. Isingr. Gesn. et ed. Bipont. *Laudantque* Bon. Pat. *Ludentque* Leid. a m. s. *Ludentque* vel *Plaudentque* Petav. pr.—13 *hærebunt* Exc. Lucens. sec.—15 *Admittit* Florent. *studium* pro *hastam* Oxon. Jun. pr. *superbior* Var. LL. e marg. Parm. *superior* Petav. tert. ed. Vicet. et Parm. Var. LL. ed. Antv.—16 *adversum* vel *adductum* Jun. pr. Exc. Voss. *spernet* Vat. tert. m. sec. *spernit* octo alii. *spernat* Vat. pr. m. sec. Thuan. Moret. lib. unus Ambr. atque ita corrigit Heinsius.—17 *Damnet* Vat. m. sec. Thuan. Moret. pr. *Damnat* decem alii. *reductum* vel *revinctum* Reg. *Delium* pro *Virbium* Thuan.—18 *voles* Med. quart. inc. Heins. duo Ambr. Pat. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. et Vicet. *cubes* Leid. sec. cum duodecim aliis, item Sched. Gud. *viles* Exc. Voss. Var. LL. ed. Antv. *Cibi* Pal. *vires* Vat. pr. Farn. Oisel. Pat. m. pr. *jaces* Med. tert. Oxon. pr. *jaces* et emend. *voles* Leid. pr. *petes* Exc. Lucens. sec. *jaces* vel *cubes* Reg. *jaces* vel *voles* Vat. pr. et quint. Farn. *vires* vel *jaces* Petav. sec. *cubes* vel *voles* Pric. Moret. pr. et Lov. cum glossa *sc. fallere*. *jaces* vel *vires* vel *voles* Tholos. *vires* vel *soles* vel *cubes* Florent. Heinsius corrigebat *lubet*.—19 *gelida* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Med. pr.—22 *uret tunc* Thuan. Jun. pr. Ambr. sec. item Moret. *uret tum* duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *tum* deest Moret. sec. *uret tam* Oxon. pr. *uret in Dryadas* septem alii et Var. LL. ed. Antv. *uret tum* vel *iret in* Put. *iret in Dryadas* Vat. tert. Pal. Oisel. duo Med. Mazar. Petav. tert. Var. LL. ed.

NOTÆ

14 *Sacris vulneribus*] A principe sacro illatis.

16 *Reversum*] Ex fato, alternis semestribus, postquam ab apro occisus est. Hunc dicunt fuisse Solem, qui per sex menses hyemis hirsuta facie a nobis longius recedit.

17 *Virbium*] De bello Getico, vs. 440.

20 *Sirium*] Stella in ore Caniculæ, ex Servio. Ponitur et pro toto sidere Caniculæ. Græce σείριος, ἀπὸ σείρειν, *exsiccare*, ex Vossio: quod illa stella ardentissima crederetur a veteribus.

22 *Dryades*] Dicuntur ἀπὸ δρυὸς, *a quercu*. Sunt Nymphæ sylvarum.

Quot æstuantes ancipiti gradu
Furtiva carpent oscula Naides?
Quis vero acerbis horridior Scythis,
Quis belluarum corde furentior,
Qui, cum micantem te prope viderit,
Non optet ultro servitium pati?
Quis non catenas arripiat libens,
Colloque poscat vincula libero?
Tu si nivalis per juga Caucasi
Sævas petisses pulcher Amazonas,
Peltata pugnas desereret cohors,
Sexu recepto: patris et immemor
Inter frementes Hippolyte tubas

Naides fluctuantes pede suspenso delibabunt basia occulta? Ecquis autem inhumanior Scythis diris, ecquis crudelior natura ferarum, qui cum aspexerit propius te fulgentem, non sponte expetat ferre jugum tuum? Ecquis non rapiat volens catenas, et poscat vincula cervice libera? Si per culmina Caucasi nivosi tu formosus lacessisses Amazonas crudeles, caterva peltata desisteret prælio, resumto ingenio muliebri, *et Hippolyte oblita patris, abjiceret mollita bipennem districtam inter buccinas*

Antv. m. pr. Barth. cod. *ibit* vel *iret in* Vat. pr. *iret* vel *uret in* Florent. *Dryadas* Med. tert. Reg. duo Ambr. Vet. Gyr. Oxon. pr. Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *Dryades* sex alii. *Dryadas* vel *Dryades* tres Vatt.—23 *Quo te* Oxon. pr. Petav. sec. Med. tert. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. *Quot te* Vat. sec. Moret. sec. Reg. Cod. Ursin. Exc. Læti, ed. Parm. *Quod te* ed. Vicet. *Quantum* Vat. tert. Leid. pr. *Quantæ* Pric. *Quot te* vel *Quam te* Rott. *Qua te* Exc. Voss.—24 *caperent* Mazar. *Naiades* omnes Vatt. duo Leid. Pal. Farn. Oisel. *Naïdes* Lov. m. sec. Exc. Lucens. sec.—25 *horridis* pro *acerbis* Vat. pr. *acrior* pro *horridior* Mazar. *Getis* pro *Scythis* Pric. *Sertis* vel *Getis* Exc. Voss. —26 *bestiarum* Jun. pr. *ferocior* Leid. sec. m. sec. Med. quart. Exc. Gevart. —27 *Quis* Vat. tert. Med. quart. Cod. Ursin. Raphel. *Quis* vel *Qui* Vat. pr. *Qui* septem alii.—29 *accipiat* tres Vatt. Jun. pr. Rott. Petav. pr. Cod. Ursin. Exc. Pat. rec. *ambiat* Med. tert. Pal. qui et *ambierit* ex conjectura exhibet. *accipiat* vel *arripiat* Put.—32 *særa* Leid. pr. Petav. sec. *petisses* vel *petisti* Reg. *Amazones* Vat. pr. Farn. Pric. Florent. Med. tert. m. pr. Reg. Thuan. Mazar. duo Moret.—33 *Peltataque pugnas deseret* Mazar. *desererent* Bonon.—34 *patris* vel *Martis* Petav. pr. Voss.—35 *In te frementes* Mazar. *frequentes* Exc. Pat.

NOTÆ

24 *Naides*] Νάω, *nato, fluo,* sunt hæ Nymphæ aquarum.

31 *Caucasi*] Mons hic Scythiæ.

32 *Amazonas*] Mulieres bellicosæ, habitantes in Scythia ad fluvium Thermodoontem: sic dictæ ab *α* privante, et *μάζος, mamma,* quod scilicet mammam dextram exurerent, quo essent ad jaculandum peritiores. Vel dicuntur quasi ἅμα ζῶσαι, *simul viventes,* ab omni virorum consortio separatæ.

34 *Patris*] Hippolyte Regina Amazonum oblita patris Martis.

Strictam securim languida poneret;
Et seminudo pectore cingulum
Forti negatum solveret Herculi,
Bellumque solus conficeret decor.
Beata, quæ te mox faciet virum,
Primisque sese junget amoribus.

clangentes, et mamma exerta exueret Balteum recusatum Herculi generoso: atque una pulchritudo absolveret pugnam. Felix illa, *quæ reddet mox te maritum, et conjunget sese tibi primis amoribus.*

rec.—37 *seminidum* Jun. pr. m. sec. *E seminudo* Cod. Epigr. Ambr.—38 *traderet* marg. Isingr.—40 *nox te* Farn. Mazar. *te nox* Vet. Gyr. Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. *mox te* Thuan. *mox* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *faciat* Leid. sec.—41 *Primisque* Lov. *Novisque* Mazar. *Jungi* Pal.

NOTÆ

38 *Negatum*] Hercules, secundum quosdam, dum contra Amazonas bellum gerit, balteum Hippolytæ detrahere non potuit, priusquam extincta foret.

XII.

ARGUMENTUM.

In nuptiis Honorii lætentur omnia, terra, nemora, fluvii, campi, montes. Astrepat Athesis, Mincius, Padus, Tiberis, Roma: gaudeat natalis Hispania, ejusque fluvii, et Oriens et Occidens: taceant omnes venti, unus regnet Zephyrus.

Age cuncta nuptiali
Redimita vere tellus,

Eia o *terra universa coronata floribus genialibus, honora matrimonium domini* tui

Hic in vulgatis *Ode secunda* scribitur. in Moret. pr. et Exc. Gevart. hæc inscriptio deest. duo ultimi versus hujus odes in unum committuntur in tribus Vatt. duobus Med. et Petav. Reg. Pal. Moret. sec. et Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet.—1 *Auge* Reg. m. pr. Oxon. pr. *Lege* Tholos. *cuncta thoro nup-*

NOTÆ

Sunt hi Versus Trochaici Iambici, in quibus scilicet dominantur pedes Trochæus et Iambus.

1 *Cuncta*] Nuptiis Regum et Im-

Celebra toros heriles.
Omne nemus cum fluviis,
Omne canat profundum.
  Ligures favete campi:
Veneti favete montes:
Subitisque se rosetis
Vestiat Alpinus apex:
Et rubeant pruinæ.
  Athesis strepat choreis;
Calamis flexuosus
Leve Mincius susurret,
Et Padus electriferis
Admoduletur alnis.

Honorii. *Omnis sylva cum fluminibus, omne mare resonet; plaudite* o *agri Ligurum, plaudite* o *montes Venetorum, et cacumen Alpium ornet se rosariis repentinis, ac nives florescant. Athesis resonet choris, et Mincius sinuosus admurmuret leniter* cum *arundinibus* suis; *et Eridanus accinat alnis electriferis. Ac Tibris personet,*

tiali Petav. sec.—2 *Delius* pro *tellus* Pal.—3 *Celebret* Jun. pr. m. sec. Petav. pr. Vatt. duo *celebra* vel *celebret* Florent. *choros* tredecim Codd. Exc. Cod. Rhem. *toros* vel *choros* Reg. *erilis* Leid. pr. *herilis* Vat. pr. Vicet. *viriles* Med. sec. Put. Mazar. Ambr. sec. Exc. Cod. Rhem. *heriles* vel *viriles* Petav. tert.—4 *foliis* Oxon. pr. Med. sec. m. sec. Pat. Ambr. sec. duo Pulman. item Moret. *fluviis* vel *foliis* Vat. quint. Rott. Reg. Put. Petav. pr.—5 *canta* Med. sec. m. pr. *canet* Lov.—6 *tacete* inc. Heins. *campis* ed. Parm.—7 *Venere favete* Pal. Med. pr. Mazar. *Venetici* Med. tert. *Veneri* vel *Veneti* Put.—8 *jam rosetis* Ambr. sec. *se rosis* Med. sec. m. pr. Mazar. *se* deest Thuan. et Moret. pr.—10 *Et rubeant pruinæ rosis* Thuan. *rubescant* inc. Heins. *modo pruinæ* Moret. sec.—11 *Athos* Med. quart.—12 *Calamisque* vel *Claniusque fluv.* Oisel. *flexuosus* Florent. Med. tert. *flexuosis* Lov. Voss. Barth. lib. et alii.—13 *Leve* quatuordecim Codd. et ed. Vicet. *Lene* duo Vatt. Pal. Farn. Jun. pr. Oxon. Ambr. pr. Parm. Ald. *nuncius* pro *Mincius* Vat. pr. qui et *micius* exhibet. *militus* Vat.

NOTÆ

peratorum lætentur omnes, coronas sumant, choreas ducant.

Nuptiali vere] Vere nubant omnia, Flora cum Zephyro, aves cum avibus, &c.

3 *Toros heriles*] Omnium rerum dominum facit Honorium.

6 *Ligures*] Mediolani celebratæ sunt nuptiæ, non longe ab Alpibus, Liguribus, &c.

8 *Subitis*] Repente natis, sponte terra prodeuntibus.

10 *Rubeant pruinæ*] Vertantur in rosas rubentes.

11 *Athesis*] Athesis, Mincius, et Padus, totidem fluvii in Gallia Cisalpina.

14 *Electriferis*] Ad Padi ripas sorores Phaëthontis versas esse in arbores electrum ferentes Poëtæ fabulantur.

Epulisque jam repleto
Resonet Quirite Tybris:
Dominique læta votis
Aurea septemgeminas
Roma coronet arces.
Procul audiant Iberi;
Fluit unde semen aulæ:
Ubi plena laurearum,
Imperio fœta domus,
Vix numerat triumphos.
Habet hinc patrem maritus,
Habet hinc puella matrem,
Geminaque parte ductum
Cæsareum flumineo

Romanis jam plenis dapum, et Roma pulchra gaudens nuptiis Imperatoris sui, *coronet colles septemplices. Audiant Hispani longe, ex quibus sanguis Imperatorum deducitur: ubi domus est repleta lauris,* et *fœcunda imperiis vix recenset victorias. Sponsus trahit inde patrem* Theodosium; *sponsa trahit inde matrem* Serenam: *et Nobilitas Cæsarea deducta* ex *parte duplici redit* velut *origine fluminea. Viri-*

LL. ed. Antv. *Minciusque* Vat. sec. Med. sec.—15 *alvis* Vat. pr.—17 *Resones* Pat. *Quirine* Ald. *Quirite* viginti quatuor scripti, Exc. Gevart. Schott. et Lucens. sec. ed. Vicet. et Parm. *Tigris* Tholos.—18 *Dominique* Exc. Lucens. pr. *Deumque* Med. sec. m. pr. Mazar. *Denique* Vat. quint. *Donumque* Vat. pr. *Demumque* Rott. Tholos. Ambr. sec. Moret. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Vicet. *Demumque* vel *Dominique* Reg. *Dominique* vel *Omnique* Exc. Læti. *jocis* pro *votis* Ambr. sec.—20 *coronat* Vat. quint. Tholos. *arces* vel *fores* Mazar.—22 *Fluit* viginti octo Codd. Exc. Schott. et Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. item e marg. Parm. et Ald. *unde* omnes Vatt. Farn. Lov. *inde* Ambr. pr. Vat. tert. m. sec. Put. *Effluit* pro *Fluit unde* Med. pr. *unde* vel *inde* Exc. Schott.—24 *fœta* duo Ambr. Med. quart. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *feta* Vat. quart. *ferta* inc. Heins. *freta* Leid. sec. et viginti septem alii, Exc. Gevart. Sched. Gud. *fœta* vel *freta* Petav. pr. Moret. sec.—25 *numeret* Vat. tert. post hunc versum Tholos. tres alios inserit: *Theodosium faventibus Cunctis apud Sirmium Purpuram induit.*—27 *matrem puella* Pal. Med. pr.—28 *ductus* Rott.—29 *flamineo* Rott. tres Vatt. Pal. Farn. Ambr. sec. Med. quart. Mazar. Exc. Læti. *flammeo* vet. Gyr. Oxon.

NOTÆ

16 *Repleto*] Dapibus ab Imperatore datis; in magnis enim celebritatibus publicum dabatur epulum.

18 *Votis*] Nuptiis, quæ ita optatæ sunt: *Læta votis*, id est, gaudens votis satiatis.

19 *Aurea*] Pulchra vel splendida, ob templa aurata.

20 *Coronet*] Postes ædium novis nuptis destinatarum sertis coronabantur.

22 *Semen*] Theodosiorum, qui nati sunt in Hispania.

Stemma recurrit ortu.
Decorent vireta Bætin;
Tagus intumescat auro;
Generisque procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur antris.
Oriensque, regna fratrum,
Simul Occidensque plaudant.
Placidæ jocentur urbes,
Quæque novo, quæque nitent

daria ornent Bætin; Tagus exundet auro, et Oceanus auctor gentis lasciviat sub cavernis crystallinis, et Oriens Imperium fratris Arcadii, *et una Occidens applaudant. Urbes tranquillæ rideant, et quæ splendent Sole Oriente, et quæ Occidente.*

pr. Leid. sec. Moret. sec. tres Med. Put. Pat. Tholos. Lov. cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Vicet. ed. *flumine* Vat. quart. Oisel. Petav. tert. *flameo* Vat. tert. m. pr. Pric. *flamigero* Ambr. sec. *flamineo* vel *flammeo* Vat. pr.—30 *Stegma* Med. pr. *Scema* Vat. quint. Rott. *cucurrit* Pat. *recurrat* Oisel. Ambr. sec.—31 *vineta* Jun. pr. Var. LL. ed. Antv. quod probat Schottus. *virecta* Oxon. pr. Leid. sec. Put. Exc. Gevart. *Bætin* Florent. *Bætim* Jun. pr. *Bæthim* Farn. *Betim* Exc. Lucens. pr. *Bæthen* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. tres Med. *Bæthem* quinque alii et ed. Vicet. *Bethem* Bonon. Pat. cod. Epigr. Ambr. *Bethen* Put. Thuan. Mazar. Ambr. pr. *Beten* Leid. pr. Reg. Oxon. pr. *Betem* duo Petav. Leid. sec. Lov. *Bæthem* vel *Bæthim* Vat. pr.—33 *Generis,* sine copula, Mazar. Reg. Oxon. pr. *procurator* Vat. tert.—35 *Insidietur* Petav. tert. *undis* duo Vatt. ed. Vicet. *antris* Codd. plurimi, Exc. Lucens. sec. Ald. ed. Parm. item Var. LL. ed. Antv.—36 *Oriensque* Pric. Exc. Lucens. sec. *Oriens,* sine copula, tres Vatt. Pal. Med. pr. *signa* Ambr. sec. Cod. Epigr. Ambr. *regna* Petav. Ambr. sec.—37 *Similisque* Rott. *plaudant* Vat. pr. Farn. *plaudas* Pal. Med. pr. Thuan. *plaudens* Vat. quint. *laudet* Vat. sec. Cod. Ursin. *pangat* Pat. *pangat* vel *plaudat* Put. Gesn. Kœnig. et ed. Bipont. *Occidens,* sine copula, Moret. sec. Hic vero versus deest in Med. quart. et Oxon. pr. Jun. pr. vero duos illos versus sic transponit *simul Occidensque plaudant Oriensque regna frat.*—38 *jocentur* Pric. Med. tert. Reg. Mazar. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *locentur* octodecim alii, Cod. Barth. ed. Vicet. et Parm. *locantur* Lov. cum glossa *i. e. lætentur. loquentur* Var. LL. e marg. Parm. *lætentur* duo Med. Thuan. Ambr. sec. Ald. *lætentur* vel *locentur* duo Vatt. Pal. *jocentur* vel *locentur* Oxon. pr.—39 *quæque tepent* Ambr. pr. Sched. Gud.

NOTÆ

29 *Flumineo recurrit ortu*] Nobilitas conjugum ex latere paterno et materno *recurrit ortu flumineo,* id est, serie non interrupta, quasi fluxu perpetuo ex eadem Hispania nascens recurrit, redit, conjungitur in Honorio et Maria. Claverius legit, *Ortu fœmineo recurrit,* ob Mariam scilicet nuptam Honorio.

31 *Bætin*] Bætis et Tagus sunt fluvii Hispaniæ, vulgo *Tajo* et *Guidalquivir.*

33 *Generis procreator*] Quia ad Oceanum Theodosius natus est.

Deficiente Phœbo.
Aquiloniæ procellæ,
Rabidi tacete Cori:
Taceat sonorus Auster:
Solus ovantem Zephyrus
Perdominetur annum.

Silete *tempestates Boreæ; Silete* o *Cauri furentes; sileat Notus turbulentus, unus Favonius moderetur annum florentem.*

—41 *Aquilone* Exc. Gevart.—42 *Rabidi* duo Leid. cum viginti quatuor aliis, Exc. Gevart. Læti, et Lucens. pr. ed. Vicet. *Rapidi* Vat. quint. Pal. Farn. Reg. *Rapidi* vel *Rabuli* Tholos. *Chori* pro *Cori* Var. LL. ed. Antv.—43 *Teneat* Tholos.—45 *dominetur annum* Vat. pr. *per annum dominetur* Rott. *Prodominetur* Ambr. sec.

NOTÆ

39 *Novo*] Nonnulli ex Philosophis dicebant, Solem nocte extingui, et denuo in diem accendi.

XIII.

ARGUMENTUM.

Stilicho coronetur, tubas expellat tæda nuptialis: sanguis ab aula tractus recurrit in aulam: Stilicho et gener est et socer Imperatoris.

Solitas galea fulgere comas,
Stilichon, molli necte corona.
Cessent litui, sævumque procul

O Stilicho cinge corona florea crines consuetos micare casside. Tubæ taceant,

Hoc carmen bis legitur in nonnullis libris, hic et posteriori loco in fine libri de Bello Gildonico. Put. Liber Gyrald. inscribit *Ad Stiliconem.* in Petav. pr. vocatur *Epinitium Epigr.*—1 *Solis* Petav. tert. *solitus galea* Lov.—2 *Stilico* tres Vatt. *Stilicho* Vat. quart.—3 *vacuumque procul* Put. Lov. Petav. pr. Barth. lib. Voss. Wolf. Oxon. sec. Heins. conj. *viduumque.*—

NOTÆ

Versus Anapæstici, in quibus pes Anapæstus dominatur.

2 *Molli*] Florea, nuptiali.

Martem felix tæda releget.
Tractus ab aula rursus in aulam
Redeat sanguis patris officiis.
Junge potenti pignora dextra.
Gener Augusti pridem fueras,
Nunc rursus eris socer Augusti.
Quæ jam rabies livoris erit?
Vel quis dabitur color invidiæ?
Stilichon socer est: pater est Stilichon.

et faces nuptiarum *fortunatæ expellant longe Martem terribilem. Sanguis fluens ex palatio recurrat iterum ad palatium, officiis patris* Stilichonis. *Conjunge,* o Stilicho, *liberos* tuos *firmo fœdere. Jamdudum fueras gener Imperatoris* Theodosii, *nunc iterum eris socer Imperatoris* Honorii. *Quis jam furor erit invidiæ? Quam zelotypia speciem sumet? Stilicho socer est, Stilicho pater est.*

4 *relegat* Vat. quint.—5 *Gratus* pro *Tractus* Vat. pr. *ad aulam* Pric.—6 *matris* vel *patris* Vat. quart.—7 *federa* Petav. pr. m. sec. Sched. Gud. Cod. Cujac. *fœdera* vel *pignora* Florent.—8 *primum* Florent. *prius* Vat. pr. *fueras* vel *fuerat* Jun. pr. *fuisti* Moret. sec.—9 *eris* vel *erit* Jun. pr. —10 *Quæ jam rabies* in Leid. sec. hic erat hiatus aliquot foliorum.—11 *Ecquis dabitur* Med. sec. *cloor* Pal. *calor* Ambr. sec. *color* vel *locus* Oisel. *quid dabitur colori* Pat. *Stilico socer est! Stilico pater est.* Oxon. sec. *Stilico pater est, socer est Stilico* Florent. Pal. Med. pr. Put. Moret. pr. Lov. Jun. pr. Oxon. pr. Petav. pr. Ambr. tert. Scaliger volebat *Stilico socer est, gener est Stilico.*

NOTÆ

7 *Pignora*] O Stilicho junge filios Honorium et Mariam; non quod Honorius sit filius, sed quia a Stilichone tutore educatus est ut filius.

Dextra] Firmo fœdere, quod intelligitur per dextram, quam jungebant convenientes in matrimonium.

8 *Gener Augusti*] Ob Serenam a Theodosio adoptatam, quam in uxorem duxerat.

XIV.

ARGUMENTUM.

Claudianus prosequitur Honorium euntem ad thalamum nuptialem, hortaturque omnes ad cantus et jocos.

Attollens thalamis Idalium jubar
Dilectus Veneri nascitur Hesperus.
Jam nuptæ trepidat solicitus pudor;
Jam produnt lacrymas flammea simplices.
Ne cessa, juvenis, cominus aggredi,
Impacata licet sæviat unguibus.
Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos.
Armat spina rosas: mella tegunt apes:
Crescunt difficili gaudia jurgio:
Accenditque magis, quæ refugit, Venus.

*Hesperus charus Veneri exoritur, efferens radios Idalios pro nuptiis. * * Nemo consequitur odoramenta suavissima, neque refert mella Hyblæa* ex *alvearibus, si parcat vultui* suo, *si metuat senticeta. Vepres defendunt rosas, apes defendunt*

1 *Sidereum* Vat. tert.—2 *Dilectus Veneri* Petav. pr. cum hac Glossa. Virgil. Æn. VIII. 589. 'Lucifer unda, Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,' &c.—3 *pudor* Exc. Lucens. pr. *timor* Pal. Med. pr. Thuan. ed. Vicet.—4 *lacrimæ* Thuan.—5 *Nec cessa* Vat. pr. et quart. Pric. Rott. inc. Heins. Moret. pr. Ald. Oxon. Voss. *Nec cessat* Amb. tert. Var. LL. e marg. Parm. *propius* Pric.—6 *Inpacata* octodecim scripti, Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Jam pacata* inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *Nam pacuta* Ambr. tert. *serviat* Var. LL. ed. Antv.—7 *Nec quisquam* Vat. tert. Oxon. pr. *Non, fruitur quisquam* Lov. *coloribus* vel *odoribus* Oxon. pr.—8 *tenebris* Mazar. *Hyblæum favum* Pric. *spoliet* Oxon. pr. m. pr. *non spoliat* duo Med. Ald.—9 *Si fronti timeat, si caveat rubos* Vat. sec. Cod. Ursin. *timeat tubas* Jun. pr. m. pr.—10 *tegent* Voss. a m. pr. *tuentur* id. a m. s.—12 *Acceditque* Thuan. Pal. Petav. tert. Barth. lib. XIII. Hic versus deest in Vat. pr. *tulerim* Med. pr. *oscula*

NOTÆ

1 *Idalium jubar*] Seu radios Idalios, id est, Veneri sacros: ab Idalo Cypri monte.

2 *Dilectus*] Oriente Hespero, seu stella vespertina, sponsa collocabatur in thalamo sponsi, et ideo dilectus Veneri et amantibus Hesperus.

8 *Hyblæos*] Ab Hybla monte Siciliæ, ubi apes optimæ.

Quod flenti tuleris, plus sapit, osculum.
Dices o quoties, Hoc mihi dulcius,
Quam flavos decies vincere Sarmatas!
Aspirate novam pectoribus fidem,
Mansuramque facem tradite sensibus.
Tam junctis manibus nectite vincula,
Quam frondens hedera stringitur æsculus,
Quam lento premitur palmite populus.
Et murmur, querula blandius alite,
Linguis assidui reddite mutuis.
Et labris animam conciliantibus,
Alternum rapiat somnus anhelitum.
Amplexu caleat purpura regio,
Et vestes Tyrio sanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido prosilias toro,
Nocturni referens vulnera prælii.
Ducant pervigiles carmina tibiæ,

mella. * * *O quoties dices! Hoc* est *gratius mihi, quam superare decies Sarmatas flavos. Infundite* vestris *cordibus novam fidelitatem, et figite* imis *sensibus flammam duraturam.* * * *Quam æsculus frondescens constringitur* ab *hedera, quam populus comprimitur ramis lentis.* * * *Tibiæ vigiles resonent cantibus, et*

Med. tert.—14 *hoc quoties* Vat. pr. Put.—16 *Aspirare* Bonon. *facem* Pal.—17 *Mansuramque fidem* Pal. Thol. duo Med. Cod. Barth. *mensibus* Moret. sec. *gentibus* Jun. pr. m. pr.—18 *vinctis* duo Med. *victis* Pal. Med. pr. et quart. *tradite* tres Vatt. Florent. Med. sec. Cod. Ursin. Jun. pr. Moret. pr. Lov. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *tradite* vel *nectite* duo Vatt. Rott.—20 *læto* Jun. pr. *plamite* Var. LL. ed. Antv.—22 *assidui* Farn. atque ita Heinsius legit. *assiduo* octodecim scripti, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *assiduis* Thuan. Oisel. Med. sec. Mazar. Petav. tert. Exc. Schott. et Cod. Rhem. *assidue* Var. LL. e marg. Parm. *assiduo* et a m. sec. *assiduis* Jun. pr. *assidui* vel *assiduis* Put. *nuncii* Oisel. *nunciis* duo Med. Mazar. Petav. tert. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *mutuo* Thuan. *mutui* Jun. pr. *mutuis* vel *nuncii* Vat. pr. *mutuis* vel *nunciis* Vat. tert. Put. *nunciis* vel *labiis* Pal.—23 *animum* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *animam* Exc. Schotti.—24 *capiat* Vat. pr. Farn. *hanelitum* Var. LL. ed. Antv.—25 *caleat* Reg. Moret. pr. m. sec. Vat. tert. Exc. Schott. *rubeat* Pat. Ald. *careat* viginti quinque Codd. Exc. Lucens. pr. Lov. Jun. Oxon. Leid. Exc. Voss. ed. Parm. et Vicet. *caleat* vel *careat* Leid. pr. Oxon. pr. —26 *Tyrias* Vat. pr. *alio sanguine* Moret. sec.—27 *nobilitet virgineus* Med. tert. *nobilitat* Tholos.—28 *Tunc* quindecim scripti. *Dum* Ambr. pr. *prosiliat* Pal. Thuan.—29 *referas* Reg. Ambr. pr.—31 *Promissisque*

NOTÆ

30 *Tibiæ pervigiles*] Per totam noctem tibicines pervigiles seu insomnes canant.

Delph. et Var. Clas. *Claud.* Z

Permissisque jocis turba licentior
Exultet tetricis libera legibus.
Passim cum ducibus ludite milites,
Passim cum pueris ludite virgines.
Hæc vox ætheriis insonet axibus:
Hæc vox per populos, per mare transeat:
Formosus Mariam ducit Honorius.

risu concesso, caterva liberior, soluta severis legibus, saltet. O *milites, colludite promiscue cum ductoribus:* o *virgines colludite promiscue cum adolescentibus. Hæc vox resonet* per *Polos cælestes; hæc vox pervolet per terras, per mare: Pulcher Honorius ducit Mariam conjugem.*

Pal. Oisel. Med. pr. *permissis* Auson. Epigr. 2. 'Ludat permissis sobria Musa jocis.' uti est in vet. Cod. Ms. *locis* duo Vatt. Pric. Bonon. Med. sec. *loris* vel *jocis* Put. *licentius* Petav. pr. m. sec.—34 Deest hic versus in Med. sec.—35 *intonet* Med. quart. *insonet* omnes Vatt. *consonet* Florent. *axibus* Med. tert. *auribus* quatuordecim Codd. et Exc. Gevart.—36 *scopulos* vel *populos* Vat. pr.—37 *Famosus* Ambr. pr. *Formosam* Lov. Moret. pr. m. pr. *Mariem* Oisel. *duxit* Jun. Leid. pr. et sedecim alii. in Vat. quart. et quint. *Ducit Honorius* novum constituit versum.

NOTÆ

36 *Populos*] Per terras, quæ continet populos: Metonymia.

XV.

CL. CLAUDIANI

DE

BELLO GILDONICO

LIBER.

ARGUMENTUM.

POETA exultat ob restitutam a Stilichone Libyam. Res narratur. Roma macilenta queritur apud Jovem, quod olim rerum domina, ob ademtam sibi a Gildone Libyam, pane indigeat. Diique Deæque moventur. Adest et Africa querula et præferens serpentes suos Gildoni tyranno, latroni, impuro et venefico. Jupiter motus promittit Gildonem ab Honorio victum iri. Hinc duo Theodosii Avus et Pater petunt, hic Constantinopolim, ille Italiam: ambo detestantur inimicitias fraternas, perfidiamque Gildonis; et hortantur fratres Arcadium et Honorium ad concordiam. Post Honorius ardet vincere, sed ab hoc bello, ut indigno, hunc deterret Stilicho, qui eo auspice armat, et statuit petere Africam, Gildonemque vincere.

Hunc librum nonnulli Codd. inscribunt *tertium in Rufinum.* recenti manu scriptus erat in Petav. pr. In Moret. pr. legitur post Panegyricum Theodoro dictum. In Moret. sec. et Exc. Gevart. secundo loco legitur. Florentinus Codex inscribit, 'De Victoria Stiliconis et Honorii contra Gildonem.' Vaticanus quartus simpliciter, *De Gildone sive Bello ejus.* Vat. sec.

NOTÆ

De Bello Gildonico] Hoc bellum susceptum est contra Gildonem, qui mortuo Theodosio, minimam spem in parvulis Arcadio et Honorio fore arbitratus, Africam, aut Africæ magnam partem invaserat. Ille autem Gildo, auspiciis Honorii, a Stilichone devictus est, sicque Imperio Romano restituta est Africa.

REDDITUS imperiis Auster, subjectaque rursum
Alterius convexa poli. Rectore sub uno
Conspirat geminus frænis communibus orbis.
Junximus Europen Libyæ. Concordia Fratrum
Plena redit. Patriis quod solum defuit armis,

Pars *Meridiana restituta* est *ditioni* Romanæ, *et convexitas poli alterius* est *iterum subdita: uterque Mundus conjurat sub uno moderatore legibus iisdem. Conjunximus Europam* cum *Africa. Concordia fratrum perfecta revertitur. Ty-*

Rott. pr. Exc. Schott. Sched. Gud. inscribunt, DE BELLO GILDONICO. Exc. Læti præfigunt Præfationem, quæ ante lib. II. in Rufin. legitur, cum inscriptione BELLI CIVILIS LIBER TERTIUS. In Ambr. sec. et Leid. pr. erat, INCIPIT LIBER DE GILDONE. Petav. pr. habet dictam Præfationem, ut et Leid. pr. in quo erat, *Incipit Propositio Libri de Gildone.* In Vat. tert. vet. Gyr. item Vat. Livin. Præfatio desideratur. In Gyraldi Cod. ascriptum erat, 'De Gildone vid. Oros. in VII. et Diaconus XVIII.' Hic vero liber cum Mss. Lucensibus collatus non erat.

1 *Redditur* Put. Pat. *Redditus* vel *Subditus* Oisel. *rursus* tres Vatt. Oisel. *rursum* Put.—2 *Alterius* decem scripti. *Alterni* Moret. pr. *poli.* cum τελείᾳ στιγμῇ tres Med. Thuan. Put. Mazar. Lov. duo Petav. totidem Ambr.—3 *Conspirat gemini orbis* Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. *Conspirant gemini orbes* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Lov.—4 *Europam* Farn. Pric. Rott. *Europem* tres Vatt. Pat. Florent. Mazar. Petav. pr. *Europen* Vat. pr. Pal. Oisel. Med. pr. *factum* pro *fratum* ed. Vicet.—5 *Læta redit* Vat. quint. Exc. Pat. rec. *Leta* Petav. pr. *patriis solum quod* duo Vatt. et totidem Med. Oisel. Vat. Livin. *patriisque solum quod* Pal. Pat. Med. pr. *armis* Exc. Læti. *arvis* ed. Parm. et Vicet. *annis* inc. Heins.

NOTÆ

1 *Auster*] Ventus est Meridianus: ponitur pro Africa, quæ terræ pars est Meridiana, comparatione Romanorum. Id est, altera pars Orbis, Africa nempe, seu pars Meridiana: in quo Orbe Imperatores Arcadius et Honorius regnant.

2 *Alterius convexa poli*] Duo Imperatores regnant in orbe terrarum, velut duo Numina in suo polo seu Cœlo. Polus autem duplex; Arcticus seu Septemtrionalis, quem Romani conservabant: et polus Antarcticus, seu Meridianus, quem Gildon invaserat. At duce Stilichone hic polus, seu convexitas hujus poli, seu potius regio vergens ad hunc polum, scilicet Africa, reddita est Imperio Romano.

Rectore sub uno] Stilichone, qui, Rufino sublato, rector erat Arcadii et Honorii, ac proinde totius Orbis.

3 *Geminus orbis*] Oriens et Occidens, vel potius Septemtrio et Meridies.

Frænis communibus] Legibus, imperiis, quibus tanquam habenis homines regantur. Mens autem ea fuerat Theodosii, ut Arcadius et Honorius simul orbem possiderent: at Rufinus invasit Illyricum, Eutropius partem Africæ; partem aliam Gildon ante occupaverat: tres illi tyranni a Stilichone sublati sunt: quorum tertius est Gildon.

4 *Libyæ*] Africæ: pars ponitur pro toto; vel Libyæ, quia Gildo magnam Libyæ interioris partem expilarat.

5 *Plena*] Absoluta, perfecta fratrum Arcadii et Honorii renovatur concordia, quæ artibus Rufini turbari

Tertius occubuit nati virtute tyrannus.
Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt,
Dum stupet, et tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cinyphias exercitus attigit oras,
Jam domitus Gildon. Nullis victoria nodis
Hæsit, non terræ spatio, non objice ponti.
Congressum, profugum, captum vox nuntiat una,

rannus tertius prostratus est fortitudine filii Honorii, id *quod unum defuit triumphis patris* Theodosii. *Animus* meus *horrescit adhuc, et differt* tam *apertam lætitiam, dum obstupescit, ac moratur credere tantis optatis. Exercitus non adhuc pervenit* ad *tractus Africanos*, et *Gildon jam superatus est. Triumphus non impeditus est ullis difficultatibus, non longitudine viarum, non obstaculis maris. Vox eadem refert eum* Gildonem *certasse, fugisse*, et *captum* esse, *et victoria præver-*

armis vel *arvis* Exc. Pat. rec.—7 *tempora differt* inc. Heins. *gaudia desunt* Pal. Med. pr. lib. Barth.—9 *Nondum* tres Vat. Reg. *Nondum Cinyfeas* Leid. *Cinyphias* vel *Cepheas* Med. sec. *alas* pro *oras* Vat. sec. m. pr.—10 *Gildo domitus* Moret. sec. *Gildon* Vat. tert. Pric. Florent. duo Med. totidem Petav. Bonon. Tholos. Lov. Ambr. et Oxon. sec. ed. Parm. et Vicet. *Gildo* septem alii. Oxon. pr. sequentem de Gildone Glossam exhibet. 'Mortuo Theodosio Juniore Gildo Comes Africæ, arbitratus parvam in parvulis spem fore sc. Arcadio et Honorio, Africam viribus propriis cœpit usurpare. Hujus frater Mazelzer germani perfidiam perhorrescens in Italiam rediit. Gildo duos ejus filios, quos pater reliquerat, circumventos occidit. Mazelzer sciens a Theodosio quantum omnino homines in rebus desperatis per fidem impetraverint, Scapanam insulam adiit, inde secum sanctos viros abducens, cum quibus dies aliquot jejunium continuavit ante triduum quam hosti contiguus fieret. Cernit nocte beatum Ambrosium paullo ante defunctum, quo victoriam caperet, diem sibi indicantem ac locum. Ac tertio die hostes suos et Gildonis auxiliares sine bello dei nutu in deditionem accepit. Gildo ipse fugam arripiens adscensa navi Africam rediit, et ibi post aliquot dies strangulatus interiit.'—11 *nec spatio* Moret. sec. *terræ spatio* Vat. quart. Pal. duo Med. Reg. ambo Moret. Lov. Tholos. Petav. pr. Ambr. tert. *spatio terræ* tres Vatt.

NOTÆ

atque imminui videbatur.

Defuit] Theodosius non vicit Gildonem, ac proinde hæc victoria ejus felicitati defuit.

6 *Nati virtute*] Honorius non interfuit huic bello, sed bellum hujus auspiciis a Stilichone gestum est.

8 *Cunctatur credere*] Etsi victoria de Gildone clara est, tamen tam admirabilis est, tam subita, atque insperata, ut dubitem huic credere.

Tanto voto] Tantis victoriis ex voto seu ex desiderio contingentibus, vel ita desideratis.

9 *Cinyphias*] Africanas, a fluvio *Cinyphe. Cinyphis*, vel *Cinyphos*, inter duas Syrtes in colle gratiarum nascitur, teste Herodoto, et grandes hircos alit, dictos inde *Ciniphios*, vel *Cinyphios*.

11 *Hæsit*] Virgilius: 'Hectoris Æneæque manu victoria Graium Hæsit,' &c.

Spatio terræ] Poterat enim Gildo in immensa Africæ spatia recedere, sicque bellum producere: id ne fieret Stilicho mira prudentia providit: vel potius spatio terræ, id est locorum distantia.

12 *Congressum*] Mira victoriæ ce-

Rumoremque sui prævenit laurea belli.
Quo, precor, hæc effecta Deo? robusta vetusque
Tempore tam parvo potuit dementia vinci?
Quem veniens indixit hyems, ver perculit, hostem.
Exitii jam Roma timens, et fessa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi,
Non solito vultu, non qualis jura Britannis
Dividit, aut trepidos submittit fascibus Indos.
Vox tenuis, tardique gradus, oculique latentes

tit famam belli sui. Quo, quæso, Deo **auspice** ***hæc res perfecta*** **est? An** ***insania violenta et inveterata superari potuit tam brevi tempore? quem hyems adveniens declaravit hostem, ver profligavit*** **eundem.** ***Roma jam metuens perniciem, ac fatigata frugibus*** **sibi** ***ademtis, ibat ad portam Cœli volubilis, non vultu consueto, nec qualis dat leges Britannis, aut subjicit imperiis*** **suis** ***Indos timentes. Vox ipsi erat infirma, et gressus lenti, et oculi languentes: genæ ceciderunt interius: macies***

Oisel.—13 *suum* vel *sui* Put. *voti* Reg. *mundi* Rott. Med. tert. Tholos. Lov. et Leid. m. pr. *belli* vel *mundi* Oisel. *mundi* vel *voti* Oxon. pr. *belli* vel *voti* Oxon. sec.—14 *effata* Put. m. pr. *effæta* Mazar. *effeta* Vat. pr. m. pr. et quart. Oisel. Bonon. Pat. *effata* vel *effecta* Reg. Florent. Ambr. sec. *loco* pro *Deo* Pal. Med. pr.—16 *induxit* tres Vatt. Pric. Oisel. *indixit* octodecim alii, Exc. Gevart. et Pat. rec. ed. Vicet. *indixit*, vel *induxit* duo Oxon. et Vat. tert. *perdidit hostem* Pat. *pertulit* Farn. Exc. Gevart. *proterit* Lov. vet. Gyr. *perculit* vel *vendidit* Vat. pr. *perculit* vel *pertulit* Oxon. pr.—17 *Exitium* Mazar. *Exicium* quatuor Vatt. Farn. Pric. Oisel. *Exitii* duo Vatt. Rott. duo. Med. totidem Heins. et Petav. Reg. Thuan. Bonon. Tholos. Lov. Ambr. tert. duo Oxon. Exc. Pat. rec. *Exicii* vel *Exicium* Petav. sec.—18 *rabidi* Farn.—19 *vultu* Vat. tert. Pal. Farn. Pric. Oisel. ed. Parm. *nisu* Oxon. sec. *visu* septemdecim alii, Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *luxu* Vat. sec. *vultu* vel *visu* Vat. pr. Put. *non qualis* Vat. sec. Pal. Pric. tres Med. Reg. Mazar. Moret. pr. *rura* marg. Isingr.—20 *tepidos* Ambr. tert. *submittat* Petav. sec. *legibus* duo Vatt. Reg. Petav. pr. Tholos. Leid. Moret. sec. Exc. Pat. rec. *fluctibus* Med. sec. m. pr. *fascibus* vel *legibus* Oxon. pr.—21 *tardusque* Oxon.

NOTÆ

leritas, et Cæsarianæ similis, *Veni, vidi, vici.*

Profugum] Gildo tentabat fugere, et ideo profugus dicitur, et mox captus est.

13 *Prævenit*] Victoria pæne ante bellum nuntiata est.

16 *Quem veniens*] Hyeme bellum indictum est, vere hostis velut fulmine aliquo perculsus est.

17 *Exitii jam Roma timens*] Ut hominibus, sic et urbibus sunt sua fata. 'Tot oppidorum cadavera projecta jacent:' Cicero. 'Mortis timens,' Lucretius.

Negatis frugibus] Gildo frumentarias Romæ naves ita in Africa retinuerat, ut jam Proceres timerent ne plebs ob annonæ caritatem efferata in seditionem erumperet.

18 *Olympi rapidi*] Cœli, quod rapido motu volvitur.

20 *Fascibus*] Fasces sumuntur pro Imperio, cujus signa sunt: signum pro re signata, Metonymicôs.

Interius: fugere genæ: jejuna lacertos
Exedit macies: humeris vix sustinet ægris
Squalentem clypeum: laxata casside prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis hastam.
Attigit ut tandem cœlum, genibusque Tonantis
Procubuit, tales orditur mœsta querelas:
Si mea mansuris meruerunt mœnia nasci,
Jupiter, auguriis; si stant immota Sibyllæ
Carmina, Tarpeias si necdum respuis arces;

orta ex *jejunio attenuavit brachia: ægre sustentat humeris infirmis scutum triste: galea soluta ostendit canos, et trahit cuspidem oppletam rubigine. Postquam tandem contigit Cœlum, et accidit ad genua Jovis; mærens incipit hos questus. Si muri mei meriti sunt surgere, auspiciis æternis,* o *Jupiter; si prædictiones Sibyllæ remanent constantes; si non adhuc contemnis turres Tarpeias, venio* ad te *rogans,*

sec. *latentes* Petav. pr. Moret. pr. Exc. Ruben. ed. Vicet. *jacentes* Exc. Læti. *jacentes* vel *latentes* Exc. Pat. rec.—22 *Interius.* cum τελείᾳ στιγμῇ duo Vatt. Petav. pr. Vat. Livin. Gesn. Kœnig. et ed. Bipont. *jacentes: Interius fugere* Heins. *sedere* Thuan. ed. Vicet. Gesn. Kœnig. ed. Bipont. Ruben. in Exc. suis notat ita legi in aliis, et Lipsium hoc maluisse. *fugere* vel *sedere* Exc. Pat. rec.—23 *Exedit* unus Heins. *Excedit* Petav. sec. ed. Vicet. *Extendit* Thuan.—24 *lassata* Vat. quint. Pal. Florent. duo Med. unus Heins. Bonon. Tholos. Lov. Oxon. sec. Ambr. tert. marg. Isingr. duo Pulm. et Barth. tres libri. *laxata* vel *forata* Pric. *cuspide* Mazar. m. pr. Ambr. pr. Petav. sec. Sched. Gud. *cuspide* vel *casside* Med. sec. Reg.—25 *Caniciem* vel *Canicies* Vat. pr.—26 *genibusque gravatis* Pric.—27 *talesque* ed. Parm. et Vicet. *tales* duo Moret. Lov. Ald. Raphel. Exc. Gevart. *voce querelas* Med. quart. Exc. Pat. rec. *loquelas* Ambr. pr.—28 *meruisset* octodecim scripti, Var. LL. ed. Antv. *meruissent* Oxon. duo, Voss. duo, Lov. *meruerunt* Exc. Pat. rec. m. sec. *meruisset* vel *meruerunt* Vat. quart. Pal. Leid. pr. Moret. sec. *mœnia* Exc. Læti. *nomina* ed. Vicet.—30 *necdum* Mazar. *nondum* Leid. pr. et quatuordecim alii, Ald. Var. LL. ed. Antv. *respicis* Vat. sec. *despicis* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *respuis* Vat. tert. Pric. vet. Gyr. Florent. Pat. Mazar. *respicis* vel *respuis* Vat. pr. *despicis* vel *respuis*

NOTÆ

22 *Fugere genæ*] Genæ olim rubentes, et succo optimo plenæ, marcent, fugiunt, cadunt, fluunt.

25 *Canitiem*] Velut senectus argumentum esset fati imminentis.

Trahit] Quasi onus molestum, cui ferendo vires tenues non sufficiant.

28 *Mansuris auguriis*] Præsagiis ex avium inspectione observatis, et æternitatem Imperio Romano promittentibus.

29 *Sibyllæ carmina*] Quæ itidem populo Romano imperium Romanum sempiternum promiserunt: Sibylla dicitur, quasi Σιοῦ βουλὴ, *consilium Dei.*

30 *Tarpeias arces*] Capitolium, sic dictum a Tarpeia vestali, Tarpeii custodis filia, a Sabinis, quibus arcem prodiderat, oppressa.

Advenio supplex, non ut proculcet Araxen
Consul ovans, nostræve premant pharetrata secures
Susa, nec ut rubris Aquilas figamus arenis.
Hæc nobis, hæc ante dabas. Nunc pabula tantum
Roma precor. Miserere tuæ, pater optime, gentis.
Extremam defende famem. Satiavimus iram,
Si qua fuit. Lugenda Getis, et flenda Suëvis
Hausimus: ipsa meos exhorret Parthia casus.
Quid referam morbive luem, tumulosve repletos
Stragibus, et crebras corrupto sidere mortes?

non ut consul triumphans proterat Araxen, et potestas nostra contundat Susa Pharetras ferentia, neque ut figamus signa ad *rubrum mare. Hæc nobis, hæc prius indulgebas.* Ego *Roma nunc solum rogo alimenta:* o *pater optime, miserere populi tui. Remove famem ultimam. Explevimus iracundiam* tuam, *si qua fuit. Pertulimus* mala *deflenda Getis, et dolenda Suevis: Parthia ipsa horret calamitates meas. Quorsum narrem contagia morbi, et ingentes strues cadaverum, ac funera assidua*

Put.—31 *Oaxen* Vat. pr. *Oaxem* decem alii. Exc. Ruben. *Oraxem* Leid. pr. Oxon. pr. Lov. Vat. quart. Rott. Reg. Mazar. Pat. Tholos. *Araxem* duo Med. Thuan. Ambr. sec. Moret. sec. Vat. quart. pro varia lectione, vet. Gyr. Exc. Gevart. *Oaxem* vel *Oraxem* Moret. pr. Med. pr.—32 *nostræve* duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. duo Moret. et Ambr. totidem Oxon. tres Petav. Var. LL. ed. Antv. *nostræque* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. Ald. *nostræne* ed. Vicet. *prement* Oisel.—33 *in rubris* viginti octo Codd. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. *rubeis* Med. quart. *fugiamus* Pat.—34 *vobis* ed. Parm.—35 *Roma tamen* vel *Roma petit* Med. sec. *dux optime* Med. quart.—36 Heins. conj. *satiarimus*.—37 *Si qua fuit* vel *forent* Moret. sec.—38 *exhorret* vet. Gyr. *horrescit* Moret. pr. *horreret* omnes Vatt. Pal. Pric. *horrebat* Farn. ed. Vicet. Exc. Pat. rec. m. sec. *horret jam* Vat. pr. m. sec. Rott. Med. sec. Bonon. Put. Vat. Livin. *en horret* corrigebat Heinsius.—39 *mundive* Ambr. pr. *morbique* Farn. Med. sec. *tumulosve* Vat. quart. Pal. Pric. Rott. Oxon. pr. Leid. pr. *tumulosque* alii. *cumulosve* Med. pr. m. pr. Vicet. Ald. Isingr. Raphel. et Gesn. et ed. Bipont. *cumulosque* vel *tumulosve* quatuor Vatt. Farn. Oisel.—40 *crebris* Vat. quint.—

NOTÆ

31 *Araxen*] Fluvium Armeniæ, sed accipitur pro Asia: pars pro toto.

33 *Susa*] Regia est Persarum peritissimorum usu sagittarum.

Aquilas] Non ut signa Romanorum figamus ad rubrum mare.

35 *Tuæ gentis*] Ex te ortæ; nam Romulus Martis filius; Mars filius erat Jovis; sicque Romani originem ducunt ab ipso Jove.

37 *Getis*] Getæ, et Suevi, populi immanissimi, qui Romanos sæpius infestarunt.

38 *Parthia*] Parthorum Persarumque regio tangitur casibus meis; sicque sum *vel hosti miseranda*: adagium.

39 *Luem*] Ex fame pestis, ex peste mors late grassabatur.

40 *Corrupto sidere*] Non quod sidus corruptum sit, sed quod astrorum malignitate aër corrumpatur.

Aut fluvium per tecta vagum, summisque minantem
Collibus? ingentes vexi submersa carinas,
Remorumque sonos, et Pyrrhæ sæcula sensi.
Hei mihi, quo Latiæ vires, Urbisque potestas
Decidit? in qualem paulatim fluximus umbram?
Armato quondam populo, Patrumque vigebam
Consiliis: domui terras, urbesque revinxi
Legibus: ad Solem victrix utrumque cucurri.
Postquam jura ferox in se communia Cæsar

ex astro maligno? Vel flumen errans, per domos, et prope *assurgens ad verticem montium?* Ego *mersa tuli magnas naves; ac passa sum murmur remorum, atque* mala *ætatis Pyrrhæ. O me* infelicem! *quo imperium Italicum et potentia urbis* Romæ *abiit? In quam devenimus sensim umbram? Olim* ego *valebam armis populi* mei, *et prudentia Senatorum: subegi Orbem, et astrinxi* uno *imperio homines:* ego *triumphans volavi ad Orientem et Occidentem. Postquam Cæsar fortissimus transmisit in se potestatem communem, et mores corrupti*

41 *Aut* quatuor Med. unus Heins. Reg. Lov. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Gevart. *Nam* Pric. *An* Oisel. *Au* Ambr. sec. *An* vel *Aut* Vat. pr. *minacem* Oxon. pr. *minatum* vel *minantem* Vat. pr.—44 *He mihi* Vat. pr. *Ei mihi* Florent. Med. tert. Petav. sec. Lov. *Heu* duo Vatt. Reg. Pric. Thuan. Petav. pr. Med. quart. ed. Vicet. *Latiæ gentes* Med. pr. unus Heins. *gentis* Pal. *urbisque* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Læti. *orbisque* duodecim alii, ed. Parm. et Vicet. Ald. Exc. Pat. rec. item Gevart. *urbisque* vel *orbisque* Oisel.—45 *Recidit* Pal. Heins. Gesn. et ed. Bipont. *Procidit* Moret. sec. *quales umbras* Rott. Med. sec. *talem* Reg. *talem* vel *qualem* Oxon. pr. *fleximus* Vat. quint. Tholos. *fiximus* Petav. sec.—46 *Armato populo* vet. Gyr. *Armatis populis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Armatis* vel *Armentis* Vat. pr. *patrumque* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *patriisque* Leid. pr. Ambr. pr. Mazar. Exc. Cod. Rhem. Heins. Gesn. et ed. Bipont.—47 *Conciliis* Vat. pr.

NOTÆ

41 *Fluvium*] Tiberim exundantem per domos: mira enim et prodigio similis est Tiberis exundatio.

43 *Pyrrhæ sæcula*] Diluvium, quale tempore Deucalionis et Pyrrhæ contigit in Græcia.

45 *Umbram*] In vanam levemque speciem atque inanem effigiem devenimus; nos, quæ caput eramus totius Orbis, ac solido imperio omnia regebamus.

46 *Armato*] Populo Martio, et arma victricia gestanti.

Vigebam] Valebam, florebam sapientia Senatorum meorum, qui Patres dicti sunt, quod consilio, auctoritate, et fide patria Rempublicam regerent.

47 *Urbesque revinxi*] Alii legunt, *hominesque revinxi*. i. e. Ego quasi omnium hominum parens atque Imperatrix eos unis legibus, uno imperio, velut communi vinculo, retinui, atque parere assuefeci.

48 *Solem utrumque*] Id est, utramque Solis oram, Orientem et Occidentem.

49 *Ferox Cæsar*] Julius Cæsar, armis acerrimus.

Transtulit, et lapsi mores, desuetaque priscis
Artibus in gremium pacis servile recessi,
Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum
Classibus æstivis alerent, geminoque vicissim
Littore diversi complerent horrea venti.
Stabat certa salus: Memphis si forte negasset,

sunt, *atque oblita antiquæ disciplinæ abii in sinum turpis pacis*, Imperatores *pro tantis meis beneficiis donaverunt mihi Libyam et Ægyptum, ut nutrirent navibus æstate* missis *populum, Principem, et Senatum bellorum arbitrum, et* ex *duobus littoribus venti alternatim replerent granaria* publica *urbis*. Tum *victus certus manebat: si forsan Ægyptus recusabat* frumentum, *rependebam pro-*

urbesque Reg. Oxon. pr. Leid. pr. m. sec. *omnesque* Vat. pr. *orbemque* Moret. sec. Ald. *urbesque* Tholos. Heinsius ascripserat III. Paneg. Stilic. 284. *hominesque* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. *hominemque* Pal. Med. pr. unus Heins. *urbesque* vel *hominesque* Petav. pr.—49 *rura* Oisel.—50 *elapsi* Vat. pr. et tert. Pric. Oisel. Ambr. tert. Exc. Læti. *et lapsi* Leid. pr. et octodecim alii, ed. Vicet. Exc. Gevart. item Var. LL. ed. Antv. *et lapsi* vel *elapsi* Vat. quart.—51 *Arcibus* Med. pr. Ambr. sec. unus Heins. *senile* ed. Vicet. *servire* conjiciebat Heins.—52 *Nilum Libyamque* Moret. pr. Vat. sec. *Libyam Nilumque* Exc. Schott. Gronovius ascripserat locum Tacit. II. Ann. c. 59. *dederunt* Pric.—54 *alerem* Pric. inc. Heins. ad illa *Classibus æstivis* ascripserat Heinsius locum Spartiani in Commodo, 'classem Africanam constituit, quæ subsidio esset, si forte Alexandrina frumenta cessassent.' de his classibus vide Lipsii Electa et Contarenum de re frumentaria.—55 *divisi* Leid. pr. et Vicet. *complerant* Pric.—56 *Nimphis* Rott.—57 *parilem* Vat. pr. Oisel. Florent. m.

NOTÆ

50 *Priscis artibus*] Antiquæ oblita disciplinæ, quæ fovebat frugalitatem, removebat luxum, qui paci successit. 'Quippe remoto Carthaginis metu sublataque imperii æmula, non gradu, sed præcipiti cursu a virtute discitum, ad vitia transcursum.' Velleius. Idque futurum prædixerat Scipio Nasica, dum contra Catonem probabat Carthaginem non esse delendam.

51 *Servile*] Servili modo, turpiter elanguescere cœpi in sinu pacis tutæ ac profundæ.

52 *Libyam*] Aucto populo Romano, fruges Italæ Siculæque non sufficiebant: additæ classes, quæ ex Africa, et Ægypto, ubi est Nilus, frumentum asportarent.

53 *Dominam plebem*] Populum alias late regem; Senatum bellatorem, cujus nutu bella gererentur.

54 *Gemino littore*] Ex littore et Libyæ et Ægypti.

55 *Complerent*] Non venti quidem ipsi afflantes ex variis regionibus, Libya scilicet et Ægypto, replerent horrea, sed impellerent classes onustas frumento, quod repleret horrea, quæ in urbe numerata sunt plusquam trecenta.

56 *Stabat*] Firma erat, et fixa remanebat salus, seu certus victus, certum alimentum, quo vita seu salus fovetur.

Memphis] Urbs Ægypti, vulgo *Le grand Caire*, ponitur pro tota Ægypto, pars pro toto. Vide IV. Cons. Honor. 570.

Pensabam Pharium Gætulis messibus annum.
Frugiferas certare rates, lateque videbam
Punica Niliacis concurrere carbasa velis.
Cum subiit par Roma mihi, divisaque sumsit
Æquales Aurora togas: Ægyptia rura
In partem cessere novam. Spes unica nobis
Restabat Libye, quæ vix ægreque fovebat

ventum Ægyptium frugibus Libyæ. Cernebam undique naves frumentarias contendere, et naves Carthaginienses accelerare cum navibus Ægyptiis. Cum Roma altera æqualis mihi exorta est, et Oriens separatus cepit togas similes: agri Ægyptii fecerunt partem novam. Libya spes una supererat nobis, quæ nos alebat magna

pr. Mazar. marg. Isingr. *Pharium* vel *parilem* Put. Vat. Livin. *Pharium annum* vel *Phariam alnum* Petav. pr. *Pharum* ed. Vicet. *mensibus* Florent. Pat. Petav. sec.—58 *Frugiferasque rates late certare* Put. *certasse* Farn. Moret. sec. ed. Parm. et Vicet. *vices* vel *rates* Lov.—59 *occurrere* Mazar. Moret. sec. *ventis* Put. —60 *Quum subiit* Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *subit* Farn. *subito* duodecim alii. *Tum subito* Pat. *divisaque* Ald. *diversaque* Vat. sec. Pal. Med. sec. Thuan. unus Heins. Moret. sec.—61 *tura* Pal. *jura* Med. pr. Ambr. sec. unus Heins. qui hoc probat, et ascripserat vs. 454. infra 'jus Latium,' &c. item Vopisc. in Probo p. 289. 'Copton et Ptolemaidem Romano juri addidit.'—62 *novæ* tres Vatt. duo Oxon. totidem Med. et Petav. Leid. pr. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Mazar. inc. Heins. Moret. pr. et sec. cum glossa *i. e. Romæ*. Exc. Gevart. item Cod. Rhem. *novam* duo Vatt. Pal. Pric. Petav. sec. m. sec. ed. Parm. *novæ* vel *novam* Put. *Nothi* Farn. *unica mundi* Med. tert.—63 *Libyæ* Vat. sec. *Libye* viginti Codd. item Ald. *fovebat* Exc. Læti. *favebat* Lov. *ferebat* Med. quart. ed.

NOTÆ

57 *Pharium annum*] Annonam annuam, ubertatemque Ægyptiam. Pharos olim insula Ægypti, a Nilo destructa; inde Ægyptus dicitur Terra Pharia. Ovid. 'Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque, Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.'

Gætulis] Gætulia pars est Libyæ: ponitur pro ipsa Libya, pars pro toto.

59 *Punica carbasa*] Id est, vela seu naves Carthaginienses, seu Libycas, cum velis, seu navibus Ægyptiis, ad afferendum mihi frumentum certatim contendere atque concurrere videbam, cum exorta est Constantinopolis, quæ est altera Roma, mihique similis; et cum Aurora, seu Imperium Orientis, divisum ac separatum ab Imperio Romano, quod est in Occidente, sumsit 'æquales togas,' id est, æqualia Imperii et gentis insignia. Porro *carbasa Punica* dicta sunt a Phœnicia, quæ pars est Asiæ, quod populi Libyæ et Carthaginis ex Phœnicia advenerant. Nec omittendum est, translatum in urbem Constantinopolim Imperium, omen multis visum esse Imperii Romani labantis atque morientis.

62 *Cessere novam*] Ægyptus a novo domino occupata est, scilicet ab Arcadio Imperatore Orientis.

63 *Libye*] Vel *Libya*. Hæc sola nobis restabat, spesque erat unica frumenti advehendi, si Auster secundus afflaret.

Solo ducta Noto: nunquam secura futuri,
Semper inops, ventique fidem poscebat et anni.
Hanc quoque nunc Gildon rapuit sub fine cadentis
Autumni. Pavido metimur cœrula voto,
Puppis si qua venit, si quid fortasse potenti
Vel pudor extorsit domino, vel prædo reliquit.
Pascimur arbitrio Mauri: nec debita reddi,
Sed sua concedi jactat, gaudetque diurnos,

difficultate impulsa uno Austro, nunquam tuta pro *futuro, usque pauper, et rogabat favorem venti, et anni. Gildon ademit nobis etiam hanc* Libyam, *sub exitum Autumni finientis. Prospectamus maria, desiderio timido, si aliqua navis advenit, si forsan aut verecundia expressit aliquid a tyranno formidando, vel si prædo omisit* aliquid. *Nutrimur* ad *nutum Mauri, et* iste *gloriatur non rependi debita* frumenta, *sed sua dari,*

Vicet.—65 *et anni* vel *in annum* Reg.—66 *dum* pro *nunc* Petav. sec. *Gildon* Exc. Læti. *Gildo* omnes Vatt. Pal. Farn. *tenuit* Pal. Med. pr. inc. Heins. lib. Barth. *tacentis* Ambr. sec. *cadentes* vel *potentis* Lov.—67 *metitur* Oisel. Pat. Put. m. pr. Leid. pr. Oxon. sec. Pulman. Ambr. tert. Exc. Gevart. *ponto* Mazar.—68 *Si qua venit* Oxon. pr. *quod* Oxon. sec. *parato* Pric.—69 *prædo* Pal. Med. pr. unus Heins. Reg. Thuan. Lov. Tholos. Oxon. pr. Ald. *præda* novem alii. *prædo* vel *præda* Med. pr. Exc. Pat. rec. Heinsius ascripserat locum Spartian. in Severo pag. 71. 'postea invadentibus multis Rempublicam, res Romana prædonibus direptui fuit.'—70 *non debita* Thuan. Ald. *nec* Vat. Livin. *reddi* Vat. sec. *reddit* octo alii, Var. LL. ed. Antv.—71 *gaudet jactatque*

NOTÆ

64 *Solo ducta Noto*] Non quod Libya ad nos Austro adducatur, sed frumentum in Libya contentum. Auster sive Notus, ventus pluvius, sed in Africa serenus, favet nautis ex Africa in Italiam venientibus.

Nunquam secura futuri] Libyca annona nunquam satis tuta ac certa erat nobis, pro futuro tempore, ob incertam anni Libyæque sitientis spem, incertamque navigationem: sicque ut adveheretur, optabamus ut annus, seu proventus Libyæ annuus esset fidus, et bene responderet votis agricolæ; optabamus etiam, ut ventus Auster faveret fideliter: nam alioquin Romam advehi non posset annuus ille proventus.

67 *Metimur*] Prospectamus maria oculis, ut solent frumentum alimentumque expectantes, sed timido voto, seu desiderio: sæpius enim desperamus, seu metimur, id est, spectamus quam longo mari interjecto distet a nobis frumentum.

Cærula] Maria sic dicta a colore cœruleo.

69 *Vel pudor*] Si pudor aliquid frumenti extorsit a Gildone tyranno potente.

Vel prædo] Si Gildo, qui Africam prædatus est, aliquam terræ partem reliquit, quam non sit depopulatus.

70 *Mauri*] Gildonis, qui interiorem Africæ partem, ubi Mauri sunt, diripuit.

Nec debita] Gloriatur se non reddere frumenta, quæ deberet Romæ rerum dominæ, sed dare ut famulæ, quæ sua sunt.

Ut famulæ, præbere cibos: vitamque famemque
Librat barbarico fastu, vulgique superbit
Fletibus, et tantæ suspendit fata ruinæ.
Romuleas vendit segetes, et possidet arva
Vulneribus quæsita meis. Ideone tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine gessi?
Idcirco voluit contemta luce reverti
Regulus? hæc damnis, genitor, Cannensibus emi?
Incassum toties lituis navalibus arsit

et lætatur ministrare alimenta quotidiana mihi Romæ *sicut ancillæ; et ambitione barbara trutinatur vitam et famem* meam, *ac turgescit lacrymis populi, atque differt fata tanti exitii. Vendit frumenta Romana, atque occupat agros partos plagis meis. An idcirco* per *tot annos feci bellum lacrymabile cum Carthagine superba?* An *ideo Regulus optavit redire, vita spreta? Hoc acquisivi,* o *Pater* Jupiter, *clade Cannensi?* An *mare Siculum et Hispanum toties frustra incensa sunt tubis nava-*

Tholos. Med. sec.—72 *prare* pro *præbere* Pat.—73 *Vibrat* Med. tert.—76 *ideoque* Mazar. *annos* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *annis* Vat. sec. Farn. Oxon. pr. Moret. sec. Ambr. tert. Lov. m. pr. *annos* vel *annis* Reg. —77 *timida* Vat. pr. Reg. Petav. sec. *gessi Carthagine bellum* Moret. sec. —78 *contemta* Vet. Gyr. Vat. Livin. Put. Reg. Thuan. Mazar. Lov. Moret. sec. tres Ambr. Exc. Gevart. *contenta* Vicet. Ald. Parm. et edd. plurimæ *contempta* Pat. Tholos. Sched. Gud.—79 *hoc* Put. Reg. Thuan. Mazar. quatuor Med. duo Heins. Lov. Pat. Moret. pr. tres Ambr. Var. LL. ed. Antv. *hæc* Vicet. Parm. Junt. et al. *genitor damnis* Med. tert. *damni* Pal. Med. pr. *hæc damnis* Petav. pr. *emi* Vat. pr. et tert. Pric. Oisel. Pat. Put. m. sec. Florent. Med. sec. inc. Heins. Ald. *emit* Med. pr. Thuan. *egit* lib. Barth. *egi* tres Vatt. Farn. duo Med. totidem Oxon. tres Petav. duo Ambr. Reg. Put. m. pr. Bonon. Tholos. Lov. Leid. pr. Moret. sec. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *egi* vel *emi* Rott. Ambr. sec.—80 *vacuis* Med. tert. *Latiis* Vat. pr. m. sec. *terris* Pal. *transtris* conjiciebat

NOTÆ

73 *Librat*] Pendit, atque librat, non vitam, non famem, sed vel ampliorem annonam, vel pauciora grana, quæ aut vitam fovent, aut famem pariunt: quasi diceret: Do fruges amplas, vivant: do exiguas, patiantur, esuriant.

74 *Suspendit*] Vel differt ruinam Romæ, quasi esset in sua potestate.

79 *Regulus*] Atilius Regulus, qui a Carthaginiensibus missus Romam, ut ageret de permutatione captivorum, probavit non esse permutandos, causatus eos capi non potuisse, si generose mori voluissent: moxque rediit Carthaginem, dissuadentibus amicis, non ignarus 'quid sibi barbarus tortor pararet.'

Damnis Cannensibus] Vicus Apuliæ in Italia prope fluvium Aufidum, vulgo *Lofantò*, ubi quadraginta Romanorum millia fusa sunt.

80 *Lituis navalibus*] Tubis seu præliis navalibus: signum pro re signata.

Hispanum Siculumque fretum? vastataque tellus,
Totque duces cæsi, ruptaque emissus ab Alpe
Pœnus, et attonitæ jam proximus Hannibal Urbi?
Scilicet, ut domitis frueretur barbarus Afris,
Muro sustinui Martem, noctesque cruentas
Collina pro turre tuli? Gildonis ad usum
Carthago ter victa ruit? hoc mille gementis
Italiæ clades, impensaque sæcula bello;

libus? An *ideo agri* mei *depopulati* sunt, *totque ductores interfecti, et erupit ab Alpibus effractis Annibal Carthaginiensis, et jam propinquus urbi obstupefactæ? Nempe, ut* Gildo *barbarus potiretur Afris superatis, sustentavi bellum muris* meis, *atque passa sum noctes sanguinolentas ante turrim Collinam? Carthago ter subacta cecidit pro emolumento Gildonis? Mille strages Italiæ conflictatæ, et sæcula insumta*

Heinsius.—82 *raptaque* Put. m. pr. ed. Vicet. *emissus* Vat. pr. *inmissus* Vat. Livin. *aula* pro *Alpe* Moret. sec. m. pr.—83 *hosti* Put.—84 *Solis* pro *Scilicet* Var. LL. ed. Antv. *in domitis* vel *ut domitis* Med. pr. *hostis* pro *Afris* Thuan. —85 *Muro* Exc. Læti. *Mauro* Vat. tert. Farn. Med. sec. m. pr. Put. Reg. Ambr. sec. Moret. sec. duo Oxon. Vat. Livin. ed. Vicet. et Colin. *Muro* vel *Mauro* Lov. Med. pr. *mortesque* Med. tert. *noctemque cruentam* Pric.—86 *Collinam* Vat. pr. *sub turre* duo Vatt. Petav. pr. Voss. Exc. Pat. rec. *turre* vel *parte* Put.—87 *ter victa fere* Lov. *victa ruit* Vat. pr. et tert. Florent. inc. Heins. Mazar. Pat. Ambr. sec. Exc. Pat. rec. ed. Parm. et Vicet. *fuit* viginti quatuor alii, Exc. Gevart. *fuit* vel *ruit* Ambr. pr. *hoc mille* Leid. pr. duo Oxon. ambo Moret. Lov. Ald. Wolf. *hæc* duo Vatt. Petav. pr. Thuan. edd. Parm. Vicet. Junt. Gryph. *hæ* Isingr. Raphel. elapsa litera.—88 *impressaque* Leid. pr. Pat. inc. Heins. Ald. *impensaque* Florent. quatuor Med. tres Petav. totidem Ambr. unus Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. ed. Vicet. Heinsius ascripserat loca Spartian. in Hadriano. 'Socrui suæ præcipuos honores impendit ludis gladiatoriis cæterisque officiis.' pag. 5. l. 20.

NOTÆ

82 *Alpe*] Hannibal superavit Alpes, ruptis aceto ignique cautibus.

83 *Proximus*] Hannibal tertio ab Urbe lapide castra metatus est: unde Proverbium, 'Hannibal ad portas,' ad indicandum maximum Romanorum terrorem. Sed ille imbrium, ventorumque violentia, velut divinitus, ab urbis mœnibus summotus est.

85 *Muro*] Sustinui meis muris Martem, hoc est Hannibalem, circum mea mœnia cum duobus equitum millibus obequitantem.

Noctesque cruentas Collina pro turre] Hannibal a porta Collina usque ad templum Herculis obequitans, Romam explorabat: Fulvius Flaccus non tulit, sed armata manu illum in castra sua recedere coëgit. Die postera, et adhuc sequente, ambo exercitus alacriter pugnare apparabant, sed exorta subita tempestate, semel atque iterum perculsi, a pugna destiterunt. Ceterum quam Livius *Collinam* vocat, Valerius Maximus appellat *portam Capenam*, qua scilicet itur Capuam. Sic enim ille: 'Capenam portam armis Annibale pulsante.'

88 *Sæcula*] Tribus bellis Punicis, vel Carthaginiensibus, Roma diutissime fatigata est.

Hoc Fabius, fortisque mihi Marcellus agebant,
Ut Gildon cumularet opes? haurire venena
Compulimus dirum Syphacem, fractumque Metello
Traximus immanem Marii sub vincla Jugurtham?
Et Numidæ Gildonis erunt? pro funera tanta!
Pro labor! in Bocchi regnum sudavit uterque
Scipio? Romano vicistis sanguine Mauri?

ad *bellum, hoc faciebant; Fabius et Marcellus bellicosus hoc* faciebant *mihi, ut Gildo accumularet divitias? coëgimus Syphacem crudelem bibere virus, et rapuimus in catenas Marii Jugurtham efferum,* jam *edomitum a Metello? Et* hæc *pertinebunt,* ad *Gildonem Numidam? O mortes tantæ! o labor! ambo Scipiones sudaverunt, ut Bocchus regnaret?* o *Mauri superastis cruore Romano? Ille populus tamdiu bella-*

et Trebell. Pollio. in Odenato, p. 192. 'impendere sudorem.' IV. Cons. Honor. 649. 'O mihi si liceat thalamis impendere carmen!' ubi vide, quæ in his Var. LL. notata sunt. et in Laud. Serenæ vs. 112. 'non ante suis impendit amorem Pignoribus.' et Eidyll. II. vs. 31. 'Nec nisi servandæ jactus impendere vitæ.' infra vs. 450. 'Quas vigilat Veneri, castris impendere noctes.' *bellis* Vat. sec. *bello* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Mazar. Vat. Livin.—89 *Hunc* Vat. quint. *simul* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *mihi* Vat. pr. et tert. vet. Gyr. Pric. Oisel. Florent. inc. Heins. Mazar. Pat. Leid. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. Sched. Gud. *mihi* vel *simul* Put. *agebat* tredecim Codd. et Exc. Gevart.—91 *Siphacem* Lov. *Syphacem dirum* Med. quart. *durum* Vat. quint. Lov. Leid. pr. Oxon. pr. *metallum* Vat. quart.—93 *pro funera* Vat. pr. m. pr. Put. *quanta* Vat. quint. *tanta* vel *quanta* Ambr. sec.—94 *dolor* Vat. quart. Farn. Pric. duo Ambr. *labor* Oisel. Florent. m. pr. duo Med. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. tert. Lov. Vat. Livin. Exc. Gevart. *dolor* vel *labor* Med. pr. Oxon. pr. et sec. *Bochi* Vat. pr. *Boci* Var. LL. ed. Antv. *regnum Bochi* tres Vatt. Moret. pr. *sudabit* Vat. pr. *sudaret* Petav. tert. m. pr. unde *sudârit* corrigit Heins. *uterque* vel *utroque* Tholos.—95 *vicisti* Oxon.

NOTÆ

91 *Syphacem*] Hic Rex Numidiæ Scipioni per Lælium conciliatus, violata fide, Hannibali adhæsit, sed victus a Masinissa, et a Scipione, in triumpho ductus est. In carcere inedia periit: non tamen venenum hausit, sed Hannibal. Unde nonnulli legunt, *Compulimus dirum Hannibalem.* Ovidius *Syphacem* producit in secunda syllaba: 'Superat Masinissa Syphacem.'

92 *Jugurtham*] Micipsa Rex Numidiæ Jugurtham fratris sui Manastabalis filium, cum duobus filiis suis, hæredem relinquit: at Jugurtha fratres patrueles impuberes occidit, ut solus regnet. Romani crimen ulturi huic bellum indicunt: variis cladibus ille a Metello affligitur atque frangitur; sed tandem captus, atque a Mario in triumpho ductus, post in carcere, dolore contabuit.

93 *Et Numidæ Gildonis erunt*] Et hæc erunt in potestate Gildonis? qui modo Maurus modo Numida dicitur, quia his populis imperabat.

94 *In Bocchi regnum*] Ut Bocchi posteritâs Africa potiretur? Bocchus autem fuit Rex Mauritaniæ et Gætuliæ.

95 *Mauri*] Populi Africæ: vicistisne effuso sanguine Romanorum? An ideo effusus est eorum sanguis, ut vinceretis?

Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,
Qui trabeas et sceptra dabat, quem semper in armis
Horribilem gentes, placidum sensere subactæ.
Nunc inhonorus, egens, perfert miserabile pacis
Supplicium, nulloque palam circumdatus hoste,
Obessi discrimen habet. Per singula letum
Impendet momenta mihi, dubitandaque pauci
Præscribunt alimenta dies. Heu prospera fata!
Quid mihi septenos montes, turbamque dedisti,
Quæ parvo non posset ali? felicior essem
Angustis opibus: mallem tolerare Sabinos,

tor, qui imperavit Orbi, qui donabat consulatum et regna, quem nationes expertæ sunt formidabilem in bello, domitæ lenem in pace: ille populus, *nunc inglorius et pauper, patitur pœnas deplorandas otii, et* a *nullo cinctus hoste aperte suffert pericula obsidionis. Mors imminet mihi per momenta quæque, et annona dubia præfinit* mihi *dies exiguos. O sortem secundam! quare*, o Jupiter, *tribuisti mihi colles septem, et multitudinem, quæ non posset nutriri parvo* commeatu? *forem*

pr. *Mauri?* Florent. *Mauros* Petav. tert. *Mauri.* cum τελείᾳ στιγμῇ Gesn. ed. Bipont. et Kœnig.—96 *populis* Thuan. Moret. pr. Voss. *profuit* Vat. quint. *Urbi* Vat. quart. *urbi* vel *orbi* Med. pr.—97 *sceptra dedit* Ald.—98 *placidum gentes* Vat. sec. Moret. pr. *coactæ* Med. tert. *solutæ* vet. Gyr. *coactæ* vel *subactæ* Put.—99 *inops* pro *egens* Petav. pr. *præfert* Pal. Pric. Rott. Med. pr. Lov. m. pr. Oxon. pr. Put. Pat. Petav. sec. Tholos. Ambr. pr. ambo Moreti, ed. Parm. Exc. Gevart. *perfert* Var. LL. e marg. Parm. *pacis* vel *paucis* Florent. Ambr. pr.—100 *nullo palam* Farn. *miseroque palam* Leid. pr. m. sec. *circumdatur* Ambr. pr.—101 *adit* conj. Heins.—102 *Impendit* Thuan. Leid. pr. Moret. pr. Petav. sec. m. sec. *monimenta* Var. LL. ed. Antv. *dubitataque* vel *dubitandaque* Reg.—103 *heus prospera* Vat. quart. Mazar. *perfida* Med. tert. *prospera fati* ex conjectura Lov.—104 *trabeamque* Reg. *dedisti* Leid. pr. cum viginti aliis, ed. Parm. et Vicet. *dedistis* Vat. tert. Pric. Rott. m. sec. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Mazar.—105 *puero* Vat. quint. Pal. m. pr. Med. pr. *possit* Farn.—106 *Angustis* Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. *tolerasse* Oisel. Med.

NOTÆ

97 *Trabeas*] Consulatum, qui designatur per trabeas, quæ sunt vestes consulares.

99 *Pacis supplicium*] Patior mala, quæ longa pax peperit. Juvenalis: 'Nunc patimur longæ pacis mala.'

101 *Obsessi discrimen*] Populus, etsi non cinctus ab hoste, tamen ob famem in periculum vitæ incidit, quasi obsideatur.

102 *Dubitandaque*] Annona, quæ dubia atque incerta est, mihi præfinire ac præscribere videtur paucos ad vivendum dies.

103 *Heu prospèra fata*] Quasi dicat, Heu! nimis prospera nobis fuerunt fata, quæ tantam mihi dederunt civium multitudinem, quæ ali nunc non posset.

106 *Sabinos et Veios*] Primos Romanorum hostes.

Et Veios: brevior duxi securius ævum.
Ipsa nocet moles. Utinam remeare liceret
Ad veteres fines, et mœnia pauperis Anci!
Sufficerent Etrusca mihi Campanaque culta,
Et Quinti Curiique seges, patriæque petenti
Rusticus inferret proprias Dictator aristas.
Nunc quid agam? Libyam Gildon tenet, altera Nilum.
Ast ego, quæ terras humeris pontumque subegi,

beatior divitiis exiguis; satius esset pati Sabinos et Veios. Ego *minor traduxi vitam tutius. Ipsa magnitudo incommodat* mihi. *Utinam permitteretur* mihi *redire ad priscos limites, et muros Anci pauperis! agri Hetruriæ et Campaniæ, et fruges Quinti ac Curii satis essent mihi, ac Dictator agrestis afferret spicas suas patriæ roganti. Nunc quid faciam? Gildo possidet Libyam, altera* Aurora occupat *Ægyptum: ast ego, quæ domui terras et mare dextra* mea, *derelinquor. Mer-*

quart. Exc. Cod. Rhem.—107 *Bejos* Vat. pr. *Vehios* Vat. quart. Pal. Leid. pr. Exc. Læti. *duxit* Oisel.—109 *fines veteres* Pat. *cives* Farn.—110 *Sufficient* Med. quart. *culta* vel *rura* Med. pr.—111 *Ut Quinti* Leid. pr. *Quincti* Florent. *petenti* Vat. tert. Med. sec. Pat. Ambr. tert. Exc. Læti. et Ruben. *potenti* viginti septem Codd. Oxon. Leid. Lovan. tres Pulman. ed. Vicet. et Exc. Gevart. *potenti* vel *petenti* Med. pr.—112 *inferret proprias* Florent. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Lov. Tholos. Vat. Livin. duo Heins. tres Petav. totidem Ambr. quatuor Med. ed. Parm. Exc. Gevart. Sched. Gud. *et proprias ferret* ed. Vicet. *harenas* pro *aristas* Vat. tert. m. pr. Pric.—113 *Nunc* Vat. Livin. Exc. Læti. *Num* Vat. pr. m. pr. *Heu* Ambr. pr. Ald. Sched. Gud. *Nam* octodecim alii, Exc. Gevart. ed. Vicet. *Heu* vel *Nam* Var. LL. e marg. Parm. *altera Nilum* Florent. cum Glossa, *i. e. Constantinopolis.* vid. vs. 61.—114 *Atque ego* vel *Ast ego* Put. *qui* Petav. sec. *humerisque subegi* Moret. sec. *armis* Vat. Livin. Exc. Læti. et Ruben. qui *numeris* legebat. ad quæ sequentia in margine notavit Heinsius. *numeris*] 'ita legendum censuit Philippus Rubenius in Electis suis, cui non accedo. probo magis τὸ ARMIS. vel etiam τὸ HUMERIS, ut Gronovius explicat in Statium.' *peregi* Leid. pr. Heinsius ad vulgatam *humeris subegi* firmandam ascripserat loca Claudian. de B. Get. 571. 'molemque labantis Imperii fulcite humeris.' et Vopisc. in Probo p. 236. 'Sciendum tibi est tuis nunc humeris incubuisse rempublicam.' et Ovid. l. II.

NOTÆ

107 *Brevior*] Minor, et breviores habens Imperii limites.

109 *Anci*] Ancus Martius fuit quartus Rex Romanorum, pauper quidem, si cum immensis Imperatorum divitiis census ejus comparetur.

111 *Quinti*] Lucius Quintius Cincinnatus ab agro evocatus, ut Dictator fieret, sua manu semen spargens inventus est.

Curii] Curius Romanus civis fortissimus et frugalissimus, Pyrrhum Regem Epirotarum victum Italia expulit, Samnitum munera contemsit, sedens in scamno, rapasque in foco torrens.

112 *Dictator*] Lucius Quintius Cincinnatus, de quo supra modo diximus.

113 *Altera*] Aurora, Imperium Orientis, Constantinopolis, in qua imperabat Arcadius.

114 *Humeris*] Totis viribus, omni conatu.

Deseror. Emeritæ jam præmia nulla senectæ.
Di, quibus iratis crevi, succurrite tandem:
Exorate patrem; tuque o, quæ vecta per altum,
Sponte Palatinis mutasti collibus Idam,
Prælatoque lavas Phrygios Almone leones,
Maternis precibus natum jam flecte, Cybebe.
Sin prohibent Parcæ, falsisque elusa vetustas

ces nulla est *senectutis* meæ *defessæ*. O *superi, quibus indignantibus aucta sum, subvenite* mihi *tandem: rogate Jovem parentem; et tu*, o *Cybele, quæ advecta per mare ultro permutasti Idam montem*, cum *collibus Romanis, et abluis Leones Trojanos* in *Almone anteposito, nunc move filium* Jovem *precibus maternis. Sin fata*

Trist. ad Augustum. 221. 'Non ea te moles Romani nominis urguet, Inque tuis humeris tam leve fertur onus.'—115 *et meritæ* Moret. sec. *tam* Rott.—116 *in terris* Put. *succurrere* Thuan.—117 *Exorata* vel *Explorata* Med. pr. *et si* Moret. sec. *O quæ sponte* Oisel. Pat. Med. sec. Exc. Cod. Rhem. *si* vel *quæ* Pric. *sic* vel *quæ* Florent. *quæ vecta per altum Sponte, &c.* Vat. pr. et tert. *si sponte per altum Vecta* Gesn. ed. Bipont. et Kœnig. *altum si sponte per o quæ* Vat. Livin. *altam* Leid. pr. Med. tert.—118 *Palestinas* Ambr. pr. *mutastis* Oxon. pr. *mutatis* Pat. Petav. sec. Med. tert.—119 *levas* Vat. sec. m. pr. Pric. *Stigio Salmone* Vat. tert. *Armone* Var. LL. ed. Antv.—120 *natum precibus* Mazar. *precibus natum* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *Cybele* duodecim scripti et ed. Parm. *Cybelle* Gesn. et ed. Bipont.—121 *Sin* Moret. sec.

NOTÆ

115 *Emeritæ*] Bellicis laboribus defessæ senectutis, quæ mitius excipi deberet, instar emeritorum, qui post multos labores vacationem a ludis obtinuerunt.

116 *Quibus iratis*] Ego Roma, Diis iratis, crevisse videor, si tantam mihi concessere magnitudinem, ut fame pressa miserabiliter perirem.

117 *Exorate*] Precibus vestris evincite, expugnate, reddite propitium.

Vecta per altum] Tuque, o Cybele Deorum mater, quæ advecta mari mutasti Idam montem cum collibus Romanis. Cybele autem, seu Cybeles simulacrum advectum est ductu Claudiæ virginis Vestalis, quæ navim in qua illud simulacrum erat, adverso Tiberi, Zona sua traxit, 'precata propalam, ut ita demum sequeretur si sibi pudicitia constaret.' Suetonius.

118 *Palatinis*] Mons Palatinus Romæ, dictus primo *Palantium*, deinde *Palatium:* inde Palatinus.

Idam] Montem Phrygiæ, in quo Cybele colebatur.

119 *Almone*] Fluvius Romæ vicinus, in quo Cybeles simulacrum saxeum ablutum est a sacrificulis: qui mos quotannis renovabatur die 12. Aprilis, tumque Dea mitigari credita, et cum sordibus deponere quicquid malevolentiæ contra Romanos concipere potuisset. At simulacrum ablutum in urbem referebatur. Sed et Cybeles Sacerdotes fanatici et turpes.

Leones] Hi finguntur trahere currum Cybeles: quia Cybele, seu Vesta, seu Terra, mater communis omnium animalium.

121 *Parcæ*] Seu fata, quæ sunt etiam supra Jovem. Sed fatum illud nihil est aliud quam verus Deus, qui est supra omnes Deos.

Auspiciis: alio saltem prosternite casu,
Et pœnæ mutate genus. Porsenna reducat
Tarquinios; renovet ferales Allia pugnas.
Me potius sævi manibus permittite Pyrrhi:
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis.
Cuncta fame leviora mihi. Sic fata, refusis
Obticuit lacrymis. Mater Cytherea, parensque
Flet Mavors, sanctæque memor Tritonia Vestæ.

vetant, et antiquitas decepta est *auguriis fallacibus, saltem percellite* me *alia ruina, et commutate genus supplicii. Porsenna revocet Tarquinios: Allia redintegret funesta prælia: tradite me potius potestati Pyrrhi crudelis; tradite me furori Senonum, tradite me ignibus Brenni. Omnia* sunt *leviora mihi fame. Ita* Roma *locuta, siluit fletibus obortis. Venus mater flet, et Mars pater, et Pallas recordata*

Si duo Vatt. Rott. Moret. sec. Med. quart. *falsis elusa* Farn. Moret. pr.—122 *Auguriis* Ms. Pulman. *alios saltem* Var. LL. ed. Antv.—124 *removet* Leid. pr. *revocet* Vat. tert. Rott. *feralis* Put. *Alea* Tholos. *Allia* Florent. duo Med. tres Petav. *Gallia* Vat. sec. Pal. Put. Reg. Thuan. Oxon. pr. Ambr. tert. *Gallia* vel *Allia* Med. pr. Moret. sec. Lov. Mazar. *pugnas* Vat. pr. Florent. Oisel. vet. Gyr. Mazar. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *tedas* Thuan. *cædes* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *pugnas* vel *cædes* Vat. tert. Put.—125 *manibus sævi* Lov. Med. quart. *prosternite* Pal. et quatuor Vatt. *committite* Pat. *permittite* Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. Mazar. Vat. Livin. Heinsius ascripserat locum Spartian. in Didio Juliano: 'Vespera in Senatum venit, totumque se senatui permisit.' *puni* pro *Pyrrhi* Mazar.—127 *meliora* Vat. quint. Pat. Med. sec.

NOTÆ

122 *Auspiciis*] Duodecim vulturum, quos vidit Romulus antequam Romam conderet.

123 *Porsenna*] Rex Hetruriæ reducat Tarquinium superbum, et ejus filios libidinosos, quos mei cives ejecerunt.

124 *Allia*] Fluvius, qui influit in Tiberim, insignis clade Romanorum, qui ibi a Brenno Gallorum duce profligati sunt. Unde Lucanus: 'Et damnata diu Romanis Allia fastis.'

125 *Pyrrhi*] Regis Epirotarum inter infensissimos Romanorum hostes reponendi.

126 *Me Senonum*] Senones, Brenno duce, Romam incenderunt.

127 *Cuncta fame*] Omnia mala potius feram, quam famem. Homerus, λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, *fame perire miserrimum.*

128 *Mater Cytherea*] Venus sic dicta a Cythera, insula contra Cretam, Veneri dicata: vocatur autem mater, quia Roma ex Ænea, Æneas ex Venere ducebat originem.

Parens Mavors] Mars pater erat Romuli, ac proinde Romanæ gentis. Multi ferre non possunt Deos flentes: sed tales erant Dii Homerici.

129 *Tritonia*] Pallas sic dicta a fluvio Tritone in Africa, quod primum virginali habitu ad hunc vel fluvium vel lacum apparuerit: qui fluvius vel lacus erumpit ex Palude Tritonide: hinc Pallas dicta *Tritonia*, et *Tritonis, idis.*

Vestæ memor] Palladium, seu Palladis simulacrum custodiebatur apud Virgines Vestales; ideo Tritonia seu Pallas recordatur Vestæ.

Nec Cybele, sicco nec stabat lumine Juno.
Mœrent Indigetes, et si quos Roma recepit,
Aut dedit ipsa Deos. Genitor jam corda remitti
Cœperat, et sacrum dextra sedare tumultum:
Cum procul insanis quatiens ululatibus axem,
Et contusa genas, mediis apparet in astris
Africa. Rescissæ vestes, et spicea passim
Serta jacent: lacero crinales vertice dentes,
Effractum pendebat ebur, talique superbas

Vestæ sanctæ: neque Cybele manebat siccis oculis, neque Juno. Indigetes lugent, et ii, *si quos Deos Roma accepit, vel ipsa dedit. Pater* Jupiter *jam incipiebat mollire pectus, et placare manu murmur sacrum, cum longe Africa concutiens Cœlum lamentis horrendis, et* laniata per *genas, ostendit se in medio æthere: vestimenta* ejus *discerpta, et serta aristarum jacent, pecten scissus, et ruptum ebur suspendeba-*

Ambr. tert. *modo* pro *mihi* Tholos.—130 *Cybele sicco* Vat. Farn. Florent. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. quatuor Med. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *sicco Cybele* Bonon. Tholos. Pat. Lov. Moret. sec. et Petav. sec. Ambr. tert. unus Heins. duo Oxon. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Gevart. item Gesn. ed. Bipont. et Kœnig.—132 *corda* duo Vatt. et Med. Reg. Put. Bonon. Lov. Leid. pr. duo Oxon. totidem Ambr. tres Petav. Exc. Gev. Var. LL. ed. Antv. *corde* sex alii. *corda* vel *corde* Oisel. Med. sec. *remittit* ed. Vicet.—133 *sacrum* Flor. m. sec. *sacra* Med. quart.—135 *contusa* Vat. pr. et sec. Oisel. Petav. sec. *confusa* Farn. *concussa* viginti alii, item Exc. Gevart. *contusa* vel *concussa* Reg. Med. pr. *genis* Florent. m. pr.—136 *discissæ* Moret. pr. *decisæ* Moret. sec. *recisæ* Pal. Put. Petav. sec. Exc. Gevart. *descissæ* Vat. sec. Farn. *rescissæ* vel *descissæ* Reg. *sparsim* octodecim scripti, ed. Vicet. Exc. Gevart.—138 *Et stratum* Exc. Læti et Ruben. *Et fractum* decem Codd. ed. Vicet. Var. LL.

NOTÆ

130 *Cybele*] Mater Deorum: nonnulli eam cum Vesta confundunt.

131 *Indigetes*] Homines præstantissimi, qui in Deorum numerum ascripti sunt: ut Romulus, &c.

Roma recepit] Roma, ut Cœlum aliquod, recepit gentium omnium devictarum Deos, nequis scilicet remaneret in urbibus aut provinciis suum honorem ulturus. Lepidam certe superstitionem! Roma tamen solum Hebræorum Deum non consecravit, quia is jubebat se coli solum, ceteris exterminatis; et Deum aliquem colere alio, quo ipse jussisset modo, nefas. At Romani plures Deos volebant, ut forte nullum haberent: sic tamen apud eos omnium superstitionum colluvies confluxerat.

132 *Aut dedit*] Roma dedit Romulum et Cæsares, qui inter Deos referebantur.

133 *Sacrum tumultum*] Excitatum a Diis Romæ calamitatem indignantibus.

Dextra sedare] Mos eorum, qui erant locuturi. Lucanus: 'Dextraque silentia jussit.'

137 *Dentes, et ebur*] Id est, dentes eburnei, seu pecten eburneus, quo Africa utitur ad pectendos crines. Huic autem datur pecten eburneus propter Elephantos quos alit.

Irrupit clamore fores: Quid magne moraris
Jupiter, avulso nexu, pelagique solutis
Legibus, iratum populis immittere fratrem?
Mergi prima peto. Veniant prærupta Pachyno
Æquora: laxatis subsidant Syrtibus urbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. Felicior illa perustæ
Pars Libyæ, nimio quæ se munita calore
Defendit, tantique vacat secura tyranni.
Crescat zona rubens: medius flagrantis Olympi

tur ex *capite lacerato:* illa *irruit* in Cœli *limina, hæc vociferans: Quare cunctaris, o magne Jupiter, laxare fratrem* Neptunum *indignantem* in *terras ruptis vinculis, et dissolutis legibus maris? Posco prima submergi: erumpant maria præcipitantia* ex *Pachyno: oppida obruantur Syrtibus apertis. Si fata non possunt eripere mihi Gildonem, eripe me Gildoni. Illa regio Libyæ ardentis fortunatior* est, *quæ defensa ardore immodico tutatur se, quiescitque tuta a tyranno tanto. Zona*

ed. Antv. *Effractum* viginti alii. *superbas* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. cum glossa, *i. e. nobiles. supernas* Med. sec. m. sec. item Gesn. ed. Bipont. Kœnig. quod probare visus Heinsius, qui ascripserat seqq. sic VI. Cons, Honor. 95. ‘seniore supernas Jam repetente plagas.’ ubi similis varietas. et in carmine de piis Fratribus 28. ‘documenta supernæ Justitiæ.’ id est *cælestis.* et l. II. de Raptu 239. ‘quæ te fortuna supernis Abstulit?’ et l. III. Rapt. 107. ‘Inque superna refer.’—139 *Inrumpit* Vat. sec. Moret. pr. *vias* pro *fores* Pric.—141 *Legibus* vel *Nexibus* Oisel. *populis* Exc. Læti. *terris* ed. Vicet. Colin. *terris* vel *populis* Exc. Pat. rec. *frenum* pro *fratrem* Pric. *freni* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—142 *cuncta peto* Ambr. pr. *prærepta* Med. pr. Cod. Barth. *Pachynno* Vat. pr. et sec. *Pachynon* Colin.—143 *laxatis* Exc. Læti. *lassatis* Oxon. sec. Med. tert. edd. Vicet. et Parm. *subsistant* Med. quart.—144 *nequeant* Ambr. pr. *obducere* Pat. *abrumpere* Exc. Læti.—145 *præustæ* Leid. pr. Oisel.—146 *nimio* Exc. Pat. rec. *medio* Pat. ed. Vicet.—147 *Defendat* ed. Vicet. *qua* Vat. pr. *tantique* vel *tandemque* Med. pr.—148 *Crescit* Petav. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart. Med. tert. *Crescit* vel *Crescat* Reg. Oisel. *melius* Thuan. Mazar. Tholos. Vat. sec. Med. tert. Petav. sec. ambo Moret. tres Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *medius* vel *melius*

NOTÆ

140 *Avulso nexu, &c.*] Avulsis illis limitibus, qui quasi vincula mare retinent: et dissolutis illis legibus, quæ mare vetant transgredi terminos.

141 *Iratum fratrem*] Neptunum, qui ponitur pro mari.

142 *Pachyno*] Pachynus unus est ex promontoriis Siciliæ, respicit Africam: hodie *Capo Passaro.*

143 *Laxatis Syrtibus*] Ita Syrtes Africæ laxentur, et aperiantur, ut pateat via facilior undis erumpentibus, et obrutæ urbes subsidant. Syrtes dicuntur, *ἀπὸ τοῦ σύρειν, trahere,* quod naves trahere videantur. Avienus: ‘Late trahit æquora Syrtis.’

145 *Perustæ*] Libyæ interioris, quæ perpetuis Zonæ torridæ fervoribus aduritur.

148 *Crescat*] Zona torrida, et totus ille circulus, quo illa continetur, crescat, et me quoque comburat, ut fiam sterilis. Imprecatio est.

Me quoque limes agat. Melius deserta jacebo
Vomeris impatiens. Pulsis dominentur aratris
Dipsades, et sitiens attollat gleba cerastas.
Quid me temperies juvit? quid mitior æther?
Gildoni fœcunda fui. Jam Solis habenæ
Bis senas torquent hyemes, cervicibus ex quo
Hæret triste jugum: nostris jam luctibus ille
Consenuit, regnumque sibi tot vindicat annos.
Atque utinam regnum! privato jure tenetur,
Exigui specie fundi, quod Nilus et Atlas

torrida augeatur: semita media Cœli ardentis rapiat me quoque. Felicius jacebo sterilis, non ferens aratrum. Dipsades regnent, spicis remotis, terra siticulosa proferat cerastas. Quid salubritas profuit mihi? Quid aër lenior? Fertilis fui pro *Gildone. Jam Sol* cum *loris volvit duodecim hyemes, ex quo* tempore *ferale jugum adhærescit collo* meo: *ille jam senior factus est* inter *calamitates nostras, et per tot annos sumit sibi imperium. Et utinam imperium! quicquid est* inter *Nilum et Atlantem, occupatur lege privata, quasi campus par-*

Reg. Petav. pr. inc. Heins.—149 *Me quo* Bonon. *agit* Reg. *melius* Leid. pr. Oxon. pr. *melior* vel *melius* Vat. pr. *jacerem* Med. tert.—150 *dominetur* Vat. pr. *aratris* Vat. pr. et tert. Oisel. Med. quart. Pat. Mazar. Exc. Pat. rec. ed. Vicet. *aristis* octodecim alii, Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. *aratris* vel *aristis* Oxon. sec. Petav. tert. Florent.—151 *Dipsas* Vat. pr. et tert. m. pr. Florent. marg. Isingr. *Daspes* Med. quart. *Aspides* Thuan. *Cerastes* Med. quart. Moret. sec.—152 *vivit* Leid. pr. *inivit* Med. sec. *mitior aër* Pric. Mazar.—153 *fecunda fui?* cum nota interrogationis, Mazar.—155 *Hæsit* Vat. sec. m. pr. *Hæret* vel *Hæsit* Reg.—156 *Consenuit* vel *Consuevit* Vat. pr. *regnumque sui* Moret. pr. *regnum quod tot sibi* Vat. pr. *vendicat* Moret. pr. Exc. Gevart. *annos* Vat. pr. Oisel. m. pr. Vat. Livin. *annis* octo alii.—157 *privati* Thuan. *privati* vel *privato* Oxon. sec. *rure terremit* Oisel. *jure tenetur* Vat. pr. et tert. Pat. Petav. sec. m. sec. Vat. Livin. *tenemur* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *tenerem* Moret. sec.—158 *Exilis* vel *Exigui* Put. Florent. *specie regni* Vat. pr. m. pr. *fundi specie* Put. Lov. Petav. sec. *speciem* Moret. sec. *fundi* vel *regni* Vat. tert. *qua* Ambr.

NOTÆ

151 *Dipsades*] Sunt serpentes dicti *ἀπὸ τοῦ διψᾷν, sitire*, quia ab his perculsi, quo plus potant, plus sitiunt, sitique pereunt.

Cerastas] Cerastæ sunt etiam serpentes, sic dicti, quod cornua exerant, *κέρας cornu.*

156 *Consenuit*] Alii legunt, *consuevit*, nec male: consuevit luctibus, ac proinde non movetur.

157 *Atque utinam regnum*] Si enim Rex esset Gildo, me blandius exciperet, et huic parerem libentius; sed quis non doleat se servire prædoni immanissimo?

158 *Exigui fundi*] Quasi Gildo vilem vel parvam Africæ possessionem reputet.

Quod Nilus et Atlas] Immensa illa vastitas terræ, per quam Nilus et Atlas, Barce et Gades, Ganges et Ægyptus disjunguntur, servit prædoni Gildoni.

Dissidet: occiduis quod Gadibus arida Barce,
Quodque Paraetonio secedit littore Ganges,
Hoc sibi transcripsit proprium. Pars tertia mundi,
Unius prædonis ager. Distantibus idem
Inter se vitiis cinctus: quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu pejore refundit.
Instat terribilis vivis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter.
Nulla quies: oritur præda cessante libido:
Divitibusque dies, et nox metuenda maritis.
Quisquis vel locuples, pulchra vel conjuge notus,
Crimine pulsatur falso. Si crimina desunt,

vus. Secundum *quod Barce sitiens recedit* a *Gadibus occidentalibus, et* secundum *quod Ganges recedit* ab *ora Ægyptiaca, hujus sibi Gildo tribuit proprietatem. Pars tertia Orbis* est *campus latronis unius,* ipse *stipatus vitiis multum differentibus: quicquid rapuit immensa avaritia, dissipat luxu deteriore. Formidabilis est viventibus, hæres morientibus, raptor puellis, adulter infamis connubiis. Nulla est illi requies; deficiente præda, nascitur impudicitia: et dies timendus est locupletibus, et nox conjugibus. Quicumque est aut dives, aut cognitus formosa uxore, accusatur falso scelere. Si non sunt scelera, invitatus in convivium occiditur. Nullum mortis*

tert. *quo* Lov. Var. LL. e marg. Parm.—159 *Possidet* pro *Dissidet* Leid. pr. duo Petav. *occiduis* ambo Moret. Ald. *occiduus* Exc. Læti. *quodque Gadibus* Florent. *quo* Var. LL. e marg. Parm. *qua* Ambr. tert. *Barce* Vat. pr. duo Med. Exc. Læti. *Parce* Lov. Bonon. Pat. tres Ambr. *Parthe* viginti Codd. Oxon. duo. Voss. duo. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv.—160 *Quaque Parætonio* Thuan. Ambr. tert. *Pharetonio* ed. Vicet. *gurgite* Exc. Cod. Rhem. *pinguis* pro *Ganges* Vat. pr. m. pr.—161 *Hic sibi* Rott. *transscripsit* vet. Gyr. *transcribit* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott.—162 *ager* vel *erit* Oisel. Petav. tert.—163 *quæcumque* Put. Mazar. *quocumque* vel *quodcumque* Oxon. pr.—164 *Tinxit* Med. quart. *profundit* Pat.—165 *visus* pro *vivis* Moret. pr. Med. tert. *unus* ed. Vicet.—166 *raptu* Vicet.—169 *pulchra vel conjuge* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *vel pulchra conjuge* Vat. sec. Med. sec. Put. Mazar. Moret. pr. Ambr. sec.—170 *desunt* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *desinit* duo Vatt. Med. tert. Reg. Tholos. Petav. pr. m. pr. duo Oxon. Var. LL. e marg.

NOTÆ

159 *Barce*] Oppidum Pentapoleos in Africa.

160 *Parætonio*] Ægyptiaco: nam Parætonium oppidum est Alexandriæ vicinum.

Ganges] De hoc sæpius alibi.

162 *Distantibus vitiis*] Avaritia et luxu quasi obsessus est, vel cinctus est atque septus; velut suis ipse, iisque contrariis vitiis fortior; quasi vitia sint ejus comites et satellites.

165 *Morientibus*] Persequitur viventes, quibus eripit bona: persequitur morientes, ut seipsum faciant hæredem: rapit puellas, conjuges, &c.

170 *Pulsatur*] Accusatur, evertitur.

Accitus conviva perit. Mors nulla refugit
Artificem: varios succos spumasque requirit
Serpentum virides, et adhuc ignota novercis
Gramina. Si quisquam vultu præsentia damnet,
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipsis
Emicat ad nutum stricto mucrone minister.
Fixus quisque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas, incertaque pocula pallens
Haurit, et intentos capiti circumspicit enses.
Splendet Tartareo furialis mensa paratu,

genus *latet inventorem* sceleris Gildonem: *vestigat liquores diversos, et spumas lividas draconum, et herbas incognitas adhuc novercis. Si aliquis vultu arguat* statum *præsentem, et ingemiscat liberius, satelles sævus inter ipsa convivia exsilit nudo gladio ad arbitrium Gildonis. Quisque affixus lecto* cum *tacito metu gustat cibos mortiferos, et expallescens vacuat scyphos dubios, atque circumspectat gladios imminentes capiti. Mensa funesta refulget pompa inferna, exundans strage, crudelis*

Parm.—171 *Acscitus* Pric. *Ascitus* Bonon. *Arcitus* Var. LL. ed. Antv. *Adscitus* legebat Heinsius, et inter alia ascripserat locum Ovidii IV. Pont. Ep. IX. 'Tu certe scis hoc Superis adscite videsque Cæsar.'—172 *fucos* Med. quart. *spumamque* Mazar. *reliquit* Tholos. Moret. pr.—173 *Serpentes* Pal. Med. pr. *adhæc* Put.—174 *damnat* Pric. Med. tert.—175 *Libertusve* Thuan. *gemit* Vat. tert. m. pr. *in ipsis* vel *eisdem* Oxon. pr. *in ipsis* vel *herilem* Reg. Oxon. sec.—177 *tacita* vel *tacitus* Thuan.—178 *Carnificis* Vat. quart.—179 *instantes capiti* Moret. sec. *lateri* Vat. tert. Pric. Oisel. Pat. Mazar. unus Heinsii. *lateri* vel *capiti* Vat. pr. Florent. Med. pr. Put. inc. Heins.—180 *feralis* Pric. Lov. et

NOTÆ

171 *Accitus conviva*] Invitatur in convivium, ubi vel gladio vel veneno, seu boletis pestiferis perit. Unde Distichum: 'Defungi fungis hominem, Macrine, putabas: Boleti leti causa fuere tui.' Martiali tribuit hoc Distichum Cujacius.

172 *Artificem*] Gildo sævus mortis artifex scit omnes artes, quibus quis occidi possit; et nemo tam callidus est, ut effugere valeat ejus dolos.

174 *Gramina*] Herbas, venena, qualia nondum norunt novercæ, id est, teterrima. Notæ novercarum insidiæ. Ovidius: 'Lurida terribiles miscent aconita novercæ.'

176 *Emicat*] Satelles ad arbitrium Gildonis emicat, ut occidat eum, qui liberius ausit gemere, et præsentem rerum statum vel vultu arguere. Sic tyrannus flentes et gementes occidit; sic Caligula, Nero, et alii inter pocula occiderunt convivas.

177 *Fixus*] Quisque in lecto seu triclinio fixus, ac velut attonitus ob timorem gustat epulas, quæ sæpius necant comedentes, ideoque dicuntur *carnifices epulæ.*

178 *Incertaque pocula*] Dubia et ancipitia: postquam enim ea quis hausit, dubitare potest, an non mortem simul hauserit.

179 *Intentos capiti*] Videt, metuitque enses capiti imminentes, instar Damoclis Horatiani, 'Districtus ensis cui super impia Cervice pendet,' &c.

180 *Tartareo*] Apparatu, qui convivas sæpius sub tartara mittat.

Cæde madens, atrox gladio, suspecta veneno.
Ut vino calefacta Venus, tum sævior ardet
Luxuries: mixtis redolent unguenta coronis.
Crinitos inter famulos, pubemque canoram,
Orbatas jubet ire nurus, nuperque peremtis
Arridere viris. Phalarin tormentaque flammæ
Profuit, et Siculi mugitus ferre juvenci,
Quam tales audire choros. Nec damna pudoris

ob *enses*, *timenda* ob *virus*. *Postquam amor incensus* est *vino*, *tunc libido atrocior inflammatur: coronæ fragrant unguentis permixtis. Gildo cogit incedere uxores viduatas inter servos comatos et pueros symphoniacos, et arridere* sibi *post conjuges modo interfectos. Præstabat pati Phalarin, et supplicia ignium, et proferre boatus tauri Siculi, quam adesse his saltationibus. Neque infamis jactura honoris, satis*

sic conjiciebat Heinsius.—181 *spectata* Pric. m. pr.—182 *vitro* Moret. sec. *calefacta manus* Tholos. *tunc sævior* Vat. tert. Farn. Pric. Florent. Thuan. Pat. duo Ambr. *urguet* Pric. Oisel. Mazar. Pat. Med. quart. *ardet* vel *urget* Florent. Put.—183 *redolet* Lov.—184 *Crinitus* Oisel. *Crinitos* Exc. Læti. *famulos inter* Vat. quint. *plebemque* Pat. Exc. Gevart. *plebemque* vel *pubemque* Put. *coronam* Farn. Thuan. *canoram* tres Med. *decoram* Vat. tert. Pric. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Mazar. Moret. sec. Exc. Cod. Rhem. et Ruben. ed. Vicet. *decoram* vel *canoram* Vat. pr. Florent. Put. Pat. item Exc. Pat. rec. Heinsius ad confirmandam lectionem *decoram* ascripserat locum Capitol. in Vero, ubi comissationes ejus describit p. 36. l. 75. ‘donatos autem pueros decoros, qui ministrarent, singulis.’ sc. convivis. utitur et voce *decori* passim. sic p. 39. l. 22. sic ‘pueri decori’ Spartiano in Heliogabalo p. 103. l. 42. notaverat tamen *canoram* rectum esse. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 166. Salmas. p. 215.—185 *ornatas* Pat.—186 *Phalarim* omnes Vatt. Rott. Oisel. *Phalaris* Thuan.—187 *Profuit* Exc. Læti. *Præfuit* Vat. sec. Farn. Rott. Med. quart. ed. Vicet. *Profuit* vel *Præstitit* Ambr. sec. in margine item Vat. pr. manu Viri docti correctum *Præstitit*. *scire juvenci* Thuan. *Siculi Tyranni* Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—188 *ambire choros* Mazar. *sonos* Put. *pudori* Ambr.

NOTÆ

182 *Vino calefacta Venus*] Quæ sine Cerere et Libero frigere solet.

183 *Coronis*] Coronæ redolent, suavissimumque afflant odorem, quia mistæ sunt unguentis, seu suffimentis: in conviviis autem veteres coronari floribus solebant, et ad voluptatem, et ad retundendos vini vapores.

184 *Crinitos*] Servos illos crinitos atque calamistratos antiqui magno pretio parabant, et epulis ministros præficiebant.

Pubemque canoram] Nec minore delectu conquirebant pueros symphoniacos, psaltriasque, et lasciva ministeria, ad cantus sensuumque voluptatem.

185 *Nurus*] Fœminas, uxores maritis orbatas; vel nurus proprie: quasi Gildo eas jubeat ire in conspectum socerorum, id quod est crudelius: easque jubeat sibi Gildoni arridere, quarum maritos modo occiderit: id quod est crudelissimum.

186 *Phalarin*] Tyrannum Agrigentinorum in Sicilia, qui homines in tauro æneo inclusos flammis suppositis omni immanitate torrebat.

188 *Quam*] *Phalarin ferre profuit, quam choros*, intellige *profuit potius*.

Turpia sufficiunt. Mauris clarissima quæque
Fastidita datur: media Carthagine ductæ
Barbara Sidoniæ subeunt connubia matres.
Æthiopem nobis generum, Nasamona maritum
Ingerit: exterret cunabula discolor infans.
His fretus sociis, ipso jam Principe major
Incedit. Peditum præcurrunt agmina longe.
Circumdant equitum turmæ, Regesque clientes,
Quos nostris ditat spoliis. Proturbat avita
Quemque domo: veteres detrudit rure colonos.
Exiliis dispersa feror. Nunquamne reverti

est: illustrissima quæque fœmina contemta traditur Mauris. Matres Carthaginienses maritatæ in luce *mediæ Carthaginis tolerant matrimonia barbara.* Gildo *obtrudit nobis Æthiopem* pro *genero, Namasonem* pro *conjuge: infans degenerans territat* ipsas *cunas.* Gildo *stipatus fœderatis his* monstris, *et jam potentior est ipso Imperatore. Catervæ peditum procul antevolant: catervæ equitum cingunt eum, et Reges clientes, quos locupletat exuviis nostris: ejicit unumquemque* ex *avita domo: expellit agricolas antiquos* suis *prædiis. Errabunda agitor exiliis: an non*

tert.—190 *ducta* Rott.—191 *connubia* Exc. Gevart. *convivia* vel *connubia* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. Put.—192 *generum nobis* Med. quart. *Nasona* Put. —193 *exterret* Exc. Læti. *et terret* ed. Vicet. *discolor* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *decolor* Ambr. pr. *degener* Vat. pr. et tert. Oisel. Mazar. Vat. Livin. Gesn. et ed. Bipont. *degener* vel *discolor* Florent. Med. sec. Put. inc. Heins. et Vat. pr. pro diversa lectione.—194 *Hic* Moret. pr. *Hic* vel *His* Oxon. sec. *populis* pro *sociis* Exc. Pat. rec.—195 *pecudum* Pat. *procurrunt* Tholos. *præcedunt* Mazar. Moret. pr.—196 *Circumstant* Moret. sec.—197 *proturbat* Vat. pr. Pric. Florent. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Lov.

NOTÆ

Livius dixit 'orationem precibus, quam jurgio similem.' Tacitus, 'pacem, quam bellum optabant.'

Choros] Cantus saltationesque impurissimas.

189 *Sufficiunt*] Nec satis est violasse pudorem fœminarum nobilium; cum Gildonis satiata est libido, fastidiuntur, Maurisque exponuntur.

191 *Barbara*] Matres Carthaginenses coguntur nubere barbaris: Sidoniæ autem dicuntur ab Urbe Sidone in Phœnicia, unde primi Carthaginis incolæ advecti sunt.

192 *Æthiopem*] Æthiops dicitur ἀπὸ τοῦ αἴθειν, *ardere*, et ὤψ, ὠπὸς, *vultus*, quod hi vultu nigro, et velut adusto sint.

Nasamona] Nasamones sunt populi Africæ.

193 *Ingerit*] Obtrudit invitis ac repugnantibus.

Discolor] Alii legunt *Degener*, i. e. Infans discolor, seu degenerans a colore et virtute parentum, qui eos terret, immo et ipsa cunabula non assueta his monstris territare videtur.

194 *Sociis*] Æthiopibus et Nasamonibus superbiens, Regum ipsorum potentiam superare se putat.

196 *Reges clientes*] Quos in fidem et clientelam recepit: quod invidiosum est, tantum potuisse Gildonem.

199 *Exiliis*] Ego Africa sum dis-

Fas erit, errantesque solo jam reddere cives ?
Iret adhuc in verba dolor, ni Jupiter alto
Cœpisset solio: voces adamante notabat
Atropos, et Lachesis jungebat stamina dictis:
Nec te, Roma, diu, nec te patiemur inultam,
Africa. Communem prosternet Honorius hostem.
Pergite securæ. Vestrum vis nulla tenorem
Separat: et soli famulabitur Africa Romæ.

licebit unquam redire, ac restituere terris nostris *cives vagantes? Mœror ulterius progrederetur in sermonem, nisi Jupiter* ex *solio excelso incepisset loqui: Atropos imprimebat verba* Jovis in *adamante, et Lachesis inserebat fila verbis* jungendis: *Neque feremus diu te*, ait Jupiter, *sine vindicta*, o *Roma*, *neque te* o *Africa. Honorius profligabit hostem utriusque. Ite sine cura; nulla violentia sejunget vestram conjunctionem; et Africa obediet uni Romæ. Locutus est, et inspi-*

Vat. Livin. Exc. Læti et Gevart. *perturbat* duodecim alii.—200 *Fas erit? Errantesque solo natali redd. cives* Ambr. tert. *atque solo natali* Vat. sec. Moret. pr. Tholos. *errantesque solo jam* tres Vatt. *me reddere* Reg. Moret. sec. *mihi reddere* Rott. Med. sec. Exc. Gevart. atque ita conjecerat Heinsius.—201 *Isset* Exc. Læti, et Ruben. *in multa dolor* Thuan. *ni Jupiter* quatuor Vatt. duo Petav. et Heins. tres Med. Pric. Oisel. Florent. Reg. Pat. Ambr. sec. Mazar. Vat. Livin. *non Jupiter* Pal. *n'' Jupiter* Thuan. Petav. tert.—202 *notabat* Lov. Leid. pr. Vat. tert. ambo Moret. duo Oxon. Ald. Exc. Gevart. *notavit* Vat. pr. Oisel. Pat. *notabat* vel *notavit* Florent. Med. pr.—203 *urgebat* Med. quart. *jungebat* Exc. Læti. *jungebat* vel *urgebat* Exc. Pat. rec.—204 *Non te Roma—non te* Ambr. pr. *inultam* vel *inultas* Vat. pr.—205 *disperdet* Florent.—206 *nostrum* Pal. *tenorem* vel *cruorem* Oxon. sec.—207 *Separet* Mo-

NOTÆ

persa; id est, incolæ mei variis exiliis a Gildone dispersi sunt.

Nunquamne reverti] An non licebit civibus meis redire in Africam natalem? An non licebit eos exules restituere solo natali, seu patriæ?

201 *Iret adhuc*] Africa adhuc mœrens pergeret loqui, nisi Jupiter ipse vetaret ac loqueretur.

203 *Atropos*] Una ex Parcis, sic dicta ab *α sine*, et *τρέπειν vertere*, quod hæc non possit verti aut mutari. Parcæ autem sunt Jovis amanuenses; et ejus verba excerpunt, exscribuntque, et quo firmiora sint, in adamante notant atque incidunt.

Lachesis] Altera ex Parcis, dicta *ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν sortiri*, quod sortiatur seu sorte trahat fila, simulque hominum vitam. Hæc vero jungebat nectebatque fila seu stamina, ad dicta Jovis simul conjungenda, melius ut possent custodiri, quæ dicta Jovis sunt fata irrevocabilia. Statius: 'Grave, et immutabile sanctis Pondus adest verbis, et vocem fata sequuntur.' Alii fata supra Jovem constituunt, sed hoc liberum Poëtis in varietate fabularum.

206 *Pergite securæ*] Pergite esse securæ, et nihil de Gildonis tyrannide timete.

Tenorem] Vestram conjunctionem, vestram illam Romæ in imperando, Africæ in obediendo constantiam immutabilem, vis nulla separabit.

Dixit, et afflavit Romam meliore juventa.
Continuo redit ille vigor, seniique colorem
Mutavere comæ. Solidatam crista resurgens
Erexit galeam, clypeique recanduit orbis,
Et levis excussa micuit rubigine cornus.
Humentis jam Noctis equos, Lethæaque Somnus
Fræna regens, tacito volvebat sidera curru.
Jam duo Divorum proceres, seniorque minorque

ravit Romæ juventutem vegetiorem. Statim vis illa renovatur, et crines verterunt colorem senectutis: cristæ elatæ simul *extulerunt cassidem firmam, et rotunditas scuti refulsit, ac celer hasta enituit, rubigine detersa. Jam Somnus ducens equos humidos noctis, et habenas Lethæas, torquebat astra curru silente. Jam Theodosii bini, primores Divorum, et senior et junior incede-*

ret. pr. m. sec.—209 *Continue* Thuan. *rigor* Ambr. sec. *rigorem* pro *colorem* Moret. pr. Vat. sec. Ambr. tert.—210 *solidatum* Lov. m. pr.—212 *conus* tres Vatt. Farn. Rott. Oisel. *cornus* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. m. sec. Florent. m. pr. Pat. Lov. m. sec. Vat. Livin. *conus, cronus* vel *cornus* Med. pr.—213 *Humentes* Heins. Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *Humentis* Vat. quint. Petav. pr.—214 *ferens* Pric. *gerens* Vat. pr. Oisel. Florent. marg. Isingr. Put. Pat. *gerens* vel *regens* Vat. pr. *volabat* Med. pr. unus Heins. *lapsu* Ambr. sec. *curru* Vet. Gyr. Vat. Livin. Pric. Oisel. Vat. pr. Florent. m. pr. *cursu* quatuor Vatt. Pal. Rott. *cursu* vel *curru* Put.—215 *Et jam* Oisel. *Jam duo* vel *Et jam* Vat. pr. *seniorque* Vat. pr. Oisel. Pric. Florent. Mazar. Pat. Exc. Cod. Rhem. *majorque* Gesn. et ed. Bipont. *majorque* vel *seniorque* Vat. tert. Med. pr.—

NOTÆ

208 *Afflavit*] Deorum afflatu omnia reflorescunt.

209 *Vigor*] Vis illa antiqua Romæ renovatur, adeo ut crines qui modo erant cani, mutaverint colorem illum senectutis, et colorem juventutis induerint.

210 *Crista*] Crista, quæ dejecta erat a Roma seniore, quæ languida, ac debilis videri poterat, resurgit, et simul galeam ostendit erectiorem atque firmiorem: sic Poëtæ dant sensum rebus inanimis.

211 *Clypeique recanduit*] Orbis clypei refulsit, atque novo candore emicuit. Dicitur *clypeus*, vel *clipeus:* hic ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, *tegere*, *furari*, quod tegat et quasi furetur oculis lævam hominis partem: ille dicitur ἀπὸ τοῦ γλύφειν, *sculpere*, quod cœletur insculptis imaginibus, et præclaris in bello gestis: vel ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, *tegere*, ita ut dicatur *clypeus* per syncopen, quasi *calupeus*.

212 *Cornus*] Arbor ex qua fiunt hastæ, lanceæ, tela: hic ponitur pro hasta aut lancea: causa pro effectu, materia scilicet pro materiato.

213 *Humentis*] Equos noctis rore madentis.

Somnus] Deus habitus ab antiquis; isque placidissimus; fingitur spargere 'molles suasura papavera somnos,' regere habenas Lethæas, hoc est, inducentes oblivionem; nam per somnum videas 'corda oblita laborum.' Somnus noctis frater. Τινὲς ἀδελφὸν τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν, *quidam fratrem mortis somnum vocant:* Athenagoras.

Theudosii pacem laturi gentibus ibant:
Qui Jovis arcanos monitus, mandataque ferrent
Fratribus, et geminis sancirent fœdera regnis.
Sic cum præcipites artem vicere procellæ,
Assiduoque gemens undarum verbere nutat
Descensura ratis, cæca sub nocte vocati
Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones.
Circulus ut patuit Lunæ, secuere meatus
Diversos. Italas senior tendebat in oras:

bant, daturi pacem populis: qui Theodosii *reportarent duobus fratribus secretas admonitiones, et jussa Jovis, ac stabilirent fœdera* in *duobus Imperiis. Ita cum turbulentæ tempestates superaverunt industriam* gubernatoris, *et navis perculsa agitatione continua fluctuum vacillat* mox *submergenda; Lacones Ledæi invocati inter caliginem obscuram, sustinent navim* mox facturam *naufragium. Ubi globus Lunæ apertus est,* Theodosii *fecerunt* sibi *vias varias: senior avus ibat in tractus*

216 *Theudosius* Vat. sec. *Theodosii* Oxon. duo, Leid. Lovan. Vicet. Parm. *Thedosii* Leid. pr. duo Oxon. Ald. Junt. Gryph. Colin.—217 *arcanaque* Leid. pr. Oxon.—218 *saciarent* Ambr. pr. *sociarent* Vat. quint. atque ita conjecerat Heinsius. *regni* Oxon. pr.—219 *artem* quatuor Med. duo Heins. Reg. Pat. Thuan. Mazar. tres Petav. Exc. Læti, et Var. LL. e marg. Parm. *arcem* Pal. Oisel. Florent. Put. Isingr. Vicet. Parm. Ald. Junt. Colin. Gryph. *arcem* vel *artem* Lov.—221 *Decessura* duo Moret. Lov. Ald. Exc. Gevart. et Ruben. *Descensura* Exc. Læti. *Defensura* Rott. *Descessura* Vat. quart. *Desessura* legebat Heinsius. *quales sub nocte* Moret. pr. *vocari* Vicet. Parm.—222 *ostendunt bella dracones* marg. Isingr.—223 *ut Lunæ patuit* Vat. sec.—224 *ad oras* Pal. Farn. Rott. *in oras* Vet. Gyr. Moret. pr. Ambr. sec. Pat. Mazar. *ad arces*

NOTÆ

216 *Theudosii*] Theodosius major, seu senior avus; et Theodosius minor, seu junior, pater Arcadii et Honorii: neque Dii tantum dicuntur, sed proceres eminentes inter Deos: hunc fastum invexit Poëtarum Ethnicorum vel ambitio vel adulatio. Theodosius avus, vir bello strenuus: sed malevolorum invidia, et Valentis Imperatoris superstitiosa suspicione oppressus est. Etenim hic princeps audiens ab aruspicibus sibi funestas fore literas, Θ. Ε. Ο. Δ. multos occidit, quorum nomina ab iis literis incipiebant, et inter eos Theodosium seniorem, cujus caput Carthagine amputatum est.

218 *Fratribus*] Arcadio et Honorio.

Geminis regnis] Duobus Imperiis, Orientis et Occidentis, stabilirent pacem, quæ velut quodam fœdere immutabili rata et sancita floreret.

219 *Sic cum*] Hæc comparatio 'haud satis magna' visa est Scaligero patri.

222 *Ledæi Lacones*] Ut Castor et Pollux ex Jove et Leda geniti in Laconia Græciæ regione nautis sunt propitii, et pulsa tempestate navem sustentant, sic duo Theodosii, avus et pater, Reipublicæ navim fluctuantem servaverunt.

223 *Circulus*] Poëtæ finxerunt cir-

At pater, intrantem Pontum qua Bosporos arctat,
Arcadii thalamis, urbique illapsus Eoæ.
Quem simul ut vidit natus (nam clara nitebat
Cynthia) permixto tremuerunt gaudia fletu,
Complexuque fovens, quos non speraverat, artus,
O mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit,
Unde tuis optatus ades? da tangere dextram,
Qua gentes cecidere feræ. Quis tale removit
Præsidium terris? ut te mortalia pridem
Implorant, lugentque pium, fortemque requirunt!

Italiæ: sed pater, qua parte *Bosporus* Thracius *angustat mare ingrediens descendit* in *cubiculum Arcadii, et* in *urbem Orientis. Quem statim atque filius aspexit (etenim luna nitida micabat) lætitia ejus horruit mistis lacrymis, et constringens amplexu corpus, quod non expectaverat, ait, O rediens* ad *me nunc primum post Alpes, unde venis expetitus* a *tuis* filiis? *permitte contingere manum, qua barbaræ nationes oppressæ sunt. Quis avertit* te *tantum columen a terris? Quomodo te* homines *mortales invocant jamdudum, et deflent* ut *clementem, et desiderant* ut *ge-*

duo Vatt. Moret. sec.—225 *intravit partem* Thuan. *intratum* Leid. pr. m. sec. *pontum* Vat. Livin. *portum* Leid. pr. cum viginti quinque aliis, item Ald. Lov. et Oxon. duo. *pontum* vel *portum* Petav. pr. Florent. Mazar. *Bosporos* Vat. pr. Exc. Læti. *Bosporus* Gesn. et ed. Bipont. *hastat* Med. sec. m. pr.—226 *illapsus* Vat. Livin. *inlapsus* Vat. pr. *elapsus* octodecim scripti, Ald. et ed. Vicet. *urbi delapsus* Med. sec.—227 *simul ut* Vat. quint. Pal. Farn. Rott. ed. Parm. *suus ut* Exc. Cod. Rhem. *sic ut* Vat. pr. et tert. Pric. Oisel. Mazar. Pat. *simul ac* Med. quart. Vet. Gyr. Lov. m. sec. Put. Leid. pr. Oxon. pr. Var. LL. e marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. *jam clara* Var. LL. ed. Antv.—228 *tenuerunt* Med. quart.—229 *Conspectuque* conjecerat Heinsius.—230 *tunc primum* Vat. tert. *nec primum* ed. Vicet. *primum* vel *pridem* Put.—231 *jungere* Vat. tert. Pal. Thuan.—232 *remotus* Florent. m. pr.—234 *implorent* Pat. *longeque*

NOTÆ

culum lunæ esse superis ad nos venientibus ostium ultimum: sub quo circulo posita sunt ea omnia, quæ sunt morti obnoxia.

225 *Pater*] Theodosius pater Arcadii et Honorii.

Bosporos] Thracius; ad quem est urbs Constantinopolis, ubi sedes Imperii *Eoi;* id est, Orientis, seu Auroræ. Ἕως et Ἠὼς, *Aurora.* Bosporus dicitur quasi *βοὸς πόρος, transitus bovis;* quia mare ibi tam angustum est, ut bos hac transire queat.

228 *Cynthia*] Luna a Cyntho monte Deli insula, ubi Diana nata est; quæ Diana eadem est ac Luna.

Tremuerunt gaudia] Arcadius ipse gaudens tremuit ob visum ex improviso patrem, quem non sperabat se visurum.

229 *Artus*] Non artus, quos mortui non habent, sed nescio quam paterni corporis imaginem.

230 *Post Alpes*] Ubi Theodosius tanta dederat virtutis documenta, ut supra diximus.

234 *Fortemque requirunt*] Ob tumultus secutos, quos tamen feliciter

Cui pater in tales rupit suspiria voces:
Hoc erat? in fratres medio discordia Mauro
Nascitur: et mundus germanaque dissidet aula?
Gildonisque salus tanti sit palma furoris?
Scilicet egregius morum, magnoque tuendus,
Et cujus meritis pietas a fratre recedat.

nerosum! Ad *quem* Arcadium *pater abrupit suspiria in hæc verba: Hoc erat! certamen oritur inter fratres, Mauro interposito, atque Orbis et Aula fratrum dissentit? An incolumitas Gildonis erit præmium tantorum odiorum?* Est *nempe* ille *excellens virtutibus, et conservandus ingenti* pretio, *ac* dignus *cujus virtute*

Oisel. *lugentque* Vat. pr. m. pr. Pric.—235 *Tunc pater* Farn. *Tum* ed. Vicet. *Cum* Thuan. *Cui* Exc. Læti. *repit* Moret. pr. *rumpit* Thuan. *reddit* vel *rupit* Put.—236 *Hoc erat in fatis.* cum τελείᾳ στιγμῇ vel signo interrogandi? Ambr. pr. Bonon. duo Med. Exc. Læti et Gevart. item Ruben. *in fratres?* duo Vatt. Put. Petav. sec. *fratres* vel *fatis* Reg.—237 *germana* Oxon. pr. Thuan. Mazar. *germanaque* Gryph. et Exc. Schott.—238 *Gildonisve* Farn. Florent. *Gildonisne* Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *sit tanti* Vat. sec. *tanti sit* Florent. quatuor Med. Tholos. Ambr. tert. unus Heins. ambo Moret. Exc. Ruben. *fit palma* Leid. pr. Exc. Cod. Rhem. *fit* vel *sit* Put. *palma* Pric. Oisel. Oxon. sec. m. pr. Mazar. Petav. sec. vet. Gyr. Pat. duo Ambr. Exc. Læti, Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *caussa* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Ambr. tert. *caussa* vel *palma* Vat. tert. Med. pr. Florent. Put.—239 *Si licet* Farn. *timendus* ed. Parm. et Vicet. Exc. Læti. *tuendus* vel *timendus* Florent.—240 *Et quovis* ed. Vicet. *a fratre* Pric. *in fratre* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Mazar. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. et Moret. sec. Exc. Læti, Gevart. et ed. Parm. *infracta* quatuor Vatt.

NOTÆ

Stilicho compescuit.

235 *Rupit suspiria*] Pater Theodosius abrupit silentia imo pectore suspirans, et alloquens filium Arcadium.

236 *Hoc erat*] Ironica indignatio: quasi diceret: Hæc ergo erat causa, cur vobis fratribus tantum Imperium relinquerem, ut inter vos dissensio excitaretur? 'Hoc erat alma parens quod me per tela, per ignes eripis,' &c. Virgilius.

Medio Mauro] Gildone interposito, quem aggrediebatur Honorius, sed Arcadius eum tutabatur, et ideo inter fratres nascebatur discordia.

237 *Germana aula*] Aula Orientis in urbe Constantinopoli, et Aula Occidentis in urbe Roma, quæ fratrum Aula una esse deberet, et uno animo administrari.

238 *Salus*] An salus Gildonis esse debet præmium, mercesque tantorum inter fratres odiorum, tantarumque cladium, Honorio illum lacessente, et defendente Arcadio, ut scilicet ab hoc contra illum ejus vita conservetur?

239 *Morum*] Virtutum, nam mores sunt omne genus virtutis. 'Maxima enim morum semper patientia virtus;' Cato. 'Egregiusque animi,' Virgilius: reticetur, *virtute*.

Magno] Pretio. Virgilius: 'Cum magno optaverit emtum Intactum Pallanta.'

240 *Pietas*] Gildo dignus est, qui efficiat, ut frater a fratre recedat, ut frater fratrem oderit? Pietas dicitur de Deo, de patria, de parentibus, de fratribus, &c.

In primo genitore, vide, civile calebat
Dissidium. Dubio stabant Romana sub ictu.
Quis procul Armenius, vel quis Mæotide ripa
Rex ignotus agit, qui me non juvit euntem?
Auxilio fovere Getæ, venere Geloni.
Solus at hic, non puppe data, non milite misso,
Subsedit, fluitante fide. Si signa petisset
Obvia, detecto submissius hoste dolerem.

amor fratris *avertatur a fratre. Considera primum in* me *patre* tuo merita Gildonis. *Bellum civile ardebat: res Romanæ stabant sub ictu ancipiti. Quis longe Armenius* Rex, *aut quis Rex incognitus in littore Mæotico vivit, qui non adjuverit* me *proficiscentem ad* bellum? *Getæ sustentarunt* nos suis *viribus, Geloni advenerunt: sed iste unus* Gildo *ambigua fide remansit, navi non ministrata, non missis militibus. Si ruisset in vexilla* mihi *contraria, minus irascerer,* ipso *hoste aperto.*

Pal. Farn. Rott. *in fratre* et emend. *a fratre* Leid. pr. Exc. Ruben. *in fratre* vel *infracta* Florent. Thuan. *infracta, in fratre* vel *a fratre* Vat. tert. *fraterna* leg. Heins. *recedit* Vat. quint. Pat.—241 *vides* Med. quart. *videt* Pric. *vide* vel *vides* Petav. pr. *colebat* Med. sec. m. s.—242 *Discidium* triginta Codd. Exc. Gevart. male. vid. vs. 237.—243 *quis vel* Vat. sec. Pric.—244 *agit* vel *erat* Put. *non me juvit* Leid. pr. et viginti alii, ed. Parm. et Vicet. *me non adjuvit* Pal. Med. pr. *non me quis* Oxon. sec. *vicit* Petav. sec. *novit* pro *juvit* Florent. *egentem* Ambr. pr.—245 *auxilio* cum στιγμῇ, Petav. sec. Heinsius ascripserat, '*juvet*] recte hæc leguntur; nil muta. sic et *juvare* absolute. Vulcat. Gallican. in Avidio Cassio: sed et aliis civitatibus, quæ illum juverant, ignovit. Val. Flacc. l. IV. 618. hostemque juvabis Auxilio.' *fovere* Leid. pr. m. pr. Pric. Oisel. Ald. Exc. Læti. *favere* viginti duo alii, ed. Parm. et Vicet. *favere* vel *fovere* Vat. pr. Put. *fovere Geloni* Exc. Ruben.—246 *Solus at hic* marg. Parm. et Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Solus adhuc* Vat. pr. Pric. Oisel. Exc. Ruben. ed. Parm. et Vicet. *pube* Thuan. Mazar. *puppe* vel *pube* Oxon. sec.—247 *tulisset* Pal. Med. pr. unus Heins. *petissent* Med. sec. m. pr.—248 *dejecto* Tholos. *defecto* Vat. pr. Oisel. Florent. m. pr. *detecto* Leid. pr. duo Oxon. *detecto* vel *dejecto* Ambr. sec. Heinsius ascripserat locum Lamprid. in Alexandro Severo. p. 120. ' ne aliquando detectus capitali supplicio subderetur.' et p. 129. ' statim in furto detectus est.' *dolorem* pro *dolerem* ed. Parm.

NOTÆ

241 *Vide*] In me patre tuo vide merita Gildonis, qui me solus non adjuvit, cum reges omnes me adjuvarent.

Civile] Cum *Maximo* et *Victore*, qui a Theodosii virtute oppressi sunt. De *Maximo* supra; *Victor* autem erat hujusce filius: utrumque Theodosius in urbe Aquileia morte multavit.

242 *Sub ictu*] Imperium Romanum, quasi victima, stabat, et velut expectabat ictum subitum, qui dubiam efficeret ejus salutem.

243 *Armenius*] Armenia est regio Asiæ.

Mæotide] Palus Mæotis est supra Pontum Euxinum, cujus ripam Mæotidem incolunt varii populi.

245 *Getæ, Geloni*] Sunt populi versus Septemtrionem.

248 *Detecto*] Hoste aperto. Alii legunt *defecto*, i. e. Ipso Gildone de-

Restitit in speculis fati, turbaque reductus
Libravit geminas, eventu judice, vires,
Ad rerum momenta cliens, seseque daturus
Victori: fortuna simul cum Marte pependit.
Et si non cupidis essem præreptus ab astris,
Exemplum sequerer Tulli, laniandaque dumis
Impia diversis raptarem membra quadrigis.
Germani nunc usque tui responsa colebat:
En iterum calcat. Tali te credere monstro

At mansit in consideranda sorte futura, et sejunctus a *catervis pependit vires utrasque exitu judicaturo, cliens pro varietate rerum, et suscepturus partes victoris: fortuna* ejus *suspensa est una cum bello. Et si* ego Theodosius *non fuissem raptus a Cælo desiderante* me, *imitarer exemplum Tulli* Hostilii, *et traherem* per *quadrigas oppositas corpus impii* Gildonis *lacerandum sentibus.* Ille *ad hoc usque tempus venerabatur imperia fratris tui: ecce rursus proculcat* ea. *Apparas confidere tali*

—249 Hic versus deest in Pat. *turbamque* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—252 *cum Marte simul Fortuna pependit* Med. pr. Pal. Put. ed. Vicet. *fortuna prior* Mazar. *una* pro *simul* Thuan. *mente* Farn. Pric. Oisel. Florent. Mazar. Pat. vet. Gyr. Exc. Ruben. *Marte* Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. *morte* ed. Vicet. *Marte* vel *mente* duo Vatt. Med. sec. Put.—253 *O si* Vat. tert. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. Thuan. Mazar. Exc. Læti. *Ut si* Vat. quart. *Et si* Leid. pr. cum duodecim aliis, ed. Parm. et Vicet. *Sed si* Lov. vet. Gyr. Moret. sec. *Ac si* vel *O si* Var. LL. e marg. Parm. *præceptus* Farn. et unus Heins. *præraptus* Thuan. Vicet. Parm. *præruptus* Florent. m. pr.—254 *laniandaque* Vat. tert. Pat. *laniataque* viginti quatuor Codd. Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. ed. Antv. et ed. Vicet.—255 *aptarem* decem scripti. *Raptarem* Exc. Ruben. ed. Vicet.—256 *calebat* Med. sec. m. pr.—257 *En* Vat. tert. Pric. vet. Gyr. Vat. Livin. *Nunc iterum* Leid. pr. cum viginti tribus aliis, Exc. Gev. Var. LL. e marg. Parm. et Ald. *Nunc* vel *En* Put. *Num* Ald. vitiose.

NOTÆ

ficiente, factoque hoste manifesto, minus dolerem; sed ferre non possum hominis perfidiam.

249 *In speculis fati*] Remansit, quasi speculaturus quod fatum, quæ sors futura esset belli, et pependit utriusque exercitus vires ex eventu judicaturus, et fortioris partes suscepturus. Cicero: ‘Rex semper in speculis fuit.’

251 *Cliens*] Gildo scilicet imitans libræ ancipitis motum, clientem se profitebatur pro momentis, seu motu, seu varietate rerum atque temporum, adeo ut cui fortuna, eidem ipse adhæreret, et eo penderet, quo res melius verterentur.

252 *Fortuna*] Gildo fortunam suam suspensam tenuit, nec cuiquam favit, donec sors belli remansit dubia atque suspensa.

253 *Præreptus*] Si non fuissem morte præreptus, et in Cœlum ascriptus.

254 *Tulli*] Albani ‘Fidenate bello missi in auxilium Romanorum ex fœdere, medii inter duos expectavere fortunam.’ At Tullus Hostilius tertius Romæ Rex ‘hoste victo ruptorem fœderis Metium Suffetium,’ seu

Post patrem fratremque paras? sed magna rependit,
Inque tuam sortem numerosas transtulit urbes.
Ergo fas pretio cedet? mercede placebit
Seditio? taceo, læsi quod transfuga fratris,
Quod levis ingenio. Quamvis discrimine summo
Proditor apportet suspensa morte salutem,
Nusquam gratus erit. Damnamus luce reperta

portento post patrem et fratrem? At vero Gildo *reddit magna, et transmisit multa oppida in tuam partem. Æquitas igitur vincetur mercede? Perfidia placebit* ob *munera? Sileo, quod iste sit desertor fratris* tui *offensi, quod* sit *inconstanti indole. Etiamsi* tamen *perfidus* iste *ingenti* cum *periculo afferat vitam quæ fluctuabat* in *morte, nunquam erit jucundus: vita restituta condemnamus prodi-*

calcat Farn. *calcat* vel *temptat* Pric. *reddere* Leid. pr. *tali sub judice* Pat.—258 *fratrem patremque* duo Med. *matremque* vel *fratremque* Moret. pr. *rependit* Med. tert.—259 *tuas sortes* duo Vatt. Reg. Petav. pr. *addicit* pro *transtulit* Vat. quart.—260 *mens* pro *fas* Med. quart.—261 *Seditio* duo Vatt. Reg. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Proditio* Heins. Gesn. et ed. Bipont. *Proditio* vel *Seditio* Vat. pr. Petav. pr. *patris* Leid. pr. Petav. sec. Med. tert. Oxon. pr. Ambr. tert. Reg. Thuan. Tholos. tres Vatt. *fratris* vel *patris* Vat. pr. Farn. Pric. Med. pr. Petav. pr. Lov. item Moret. pr.—263 *apparet* Vat. pr. m. pr. Pric. *suspensa* cum glossa, *i. e. dilata* Florent. cum decem aliis. *suspensam* Ambr. sec. qui et *Marte* pro *morte* exhibet. *luce* vel *morte* Thuan. *suspensam* probat Heins.—264 *Nusquam* Leid. pr. *Numquam* decem alii. *Nunquam* Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *justus* pro *gratus* Var. LL. ed. Antv. *reperta* Oxon. pr. *recepta* vet. Gyr. Med. tert. Put. Petav. tert. *reperta* vel *retenta* Pric.

NOTÆ

Fufetium, 'religatum inter duos currus, pernicibus equis distraxit: Albamque ipsam, quamvis parentem, æmulam tamen, diruit.' Florus. 'Raptabatque viri mendacis viscera Tullus Per sylvam, et sparsi rorabant sanguine vepres.' Virgilius.

258 *Post patrem fratremque*] Quos Gildo fefellit, elusit.

Sed magna] Objicitur, sed Gildo reddit Arcadio magnas urbes, et Africam ipsam Honorio ereptam parat ipsi tradere. Quasi vero id proditor faceret.

260 *Ergo fas*] Responsio: ergo fas seu æquitas vincetur mercede? Et placebit perfidia ob talia munera?

261 *Fratris*] Deseruit fratrem tuum, cujus erat cliens.

263 *Salutem*] Etsi de honore, de Imperio, de vita periclitemur, tamen non placet salus, quam attulerit proditor.

Suspensam salutem] Salus quæ suspensa sit et incerta, quæ vacillat modo casura morte impendente, non placet, si proditor eam afferat.

264 *Damnamus*] Nos certiores facti salutis, de qua desperaverimus, damnamus tamen eum, qui nos perfidia aliqua a periculo liberavit: placet enim aliquando perfidia, semper displicet perfidus. Augustus apud Plutarchum, ἐγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδότας οὐκ ἐπαινῶ: *ego proditionem amo, proditores non laudo.* Philippus proditiones amabat, non proditores.

Perfidiam: nec nos patimur committere tali
Hoc genus emtori. Cives cum mœnibus offert?
Hoc vendit patriam. Plerique in tempus abusi
Mox odere tamen. Tenuit sic Graia Philippus
Oppida. Pellæo libertas concidit auro.
Romani scelerum semper sprevere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius Regi nudata fraude remisit,
Infesto quem Marte petit, bellumque negavit
Per famuli patrare nefas: ductosque Camillus

tionem; neque nos sinimus credere hanc gentem nostram *ejusmodi emtori: iste proponit cives* venales *cum urbibus? iste vendit patriam. Multi abusi ad tempus, statim tamen oderunt: ita Philippus occupavit urbes Græcas, libertas eversa est pecunia Pellæa. Romani semper contemserunt administros criminum. Fabricius, detecto dolo, remisit* Pyrrho medicum *promittentem dare virus mortiferum domino* suo; *quem* Pyrrhum Fabricius *lacessivit pugna infensa, et noluit conficere bellum*

Oxon. sec. Claver. Barth.—265 *vos* Lov. Mazar. Ambr. sec. Vat. tert. *concurrere* vel *committere* Med. pr.—266 *Hoc genus* cum τελείᾳ στιγμῇ Vat. pr. *offert* Thuan. Petav. tert. *effert* Oisel. *assunt* Lov. m. pr. *aufert* Leid. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Vat. tert. Reg. Petav. pr. *affert* decem alii. *affert* vel *offert* Med. pr. Oxon. sec.—267 *Hic vendit* Vat. quint. Exc. Læti. *Et vendit* Med. quart. *Hæc* Vat. tert. Petav. sec. Med. tert. *Hoc* Leid. pr. cum octodecim aliis, item ed. Vicet. *populique* Pal. duo Med. Moret. pr. m. sec. *populique* vel *plerique* Med. pr.—268 *renuit* Oisel. *grata* pro *Graia* Pal. Med. pr.—269 *anno* pro *auro* Thuan.—270 *semper scelerum* duo Vatt. Pric. Reg. Petav. pr. Moret. sec. *prodidere* marg. Isingr.—271 *Pyrrho* pro *domino* marg. Isingr.—272 *mandata* Moret. sec. *fronte* vel *fraude* Moret. pr. *remittit* Mazar.—273 *infestum* Tholos. *infausto* Reg. Oxon. pr. Var. LL. ed. Antv.—274 *ductosque* vel *ductusque* Mo-

NOTÆ

266 *Emtori*] Nec unquam nos patiemur hoc genus nostrum Imperatorium, hosce nostros filios, credere emtori perfido, qui vendet cives urbesque: non feremus hanc eis inuri maculam, ut alter alterius Imperium minuat artibus cujuscumque proditoris.

267 *Abusi*] Multi ad tempus abusi proditoribus, mox tamen eos oderunt.

268 *Philippus*] Rex Macedonum, pater Alexandri, dictitabat nullam arcem esse inexpugnabilem, in quam introduci posset asellus auro onustus.

269 *Libertas*] Libertas Græcorum periit, eversa est auro Philippi Pellæi, sic dicti ab urbe Macedoniæ *Pella*, Philippi et Alexandri natalibus inclyta.

272 *Fabricius*] Cum vicina castra ipse Fabricius, et Rex haberent, Timochares medicus Pyrrhi, vel Nicias amicus, nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi quicquam pollicitaretur: quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus spopondisset. Hoc factum Curio tribuit Florus.

274 *Patrare*] Conficere, et ad finem perducere. Cicero; 'promissa

Trans murum pueros obsessæ reddidit urbi.
Traduntur pœnis alii, cum prælia solvant;
Hic manet, ut moveat. Quod respuit alter in hostem,
Suscipis in fratrem. Longi pro dedecus ævi!
Cui placet, australes Gildon condonat habenas,
Tantaque mutatos sequitur provincia mores.
Quaslibet ad partes animus nutaverit anceps:
Transfundit secum Libyam, refluumque malignus

per crimen servi: atque Camillus restituit civibus obsessis pueros adductos ad se *trans murum. Ceteri exponuntur suppliciis, cum dirimant pugnas: hic* Gildo *remanet, ut excitet* bellum. *Id aggrederis contra fratrem, quod alius renuit contra hostem:* O *opprobrium* non visum *longa ætate! Gildo dat Imperium meridianum cui lubet, et provincia tanta obtemperat levitati inconstanti, quamcumque in partem mens dubia propendeat, transfert secum Libyam, et improbus ille præbet regnum*

tet. pr.—275 *Post murum* Put. *credidit* Pal.—276 *prædia* Med. sec. *præmia* Farn. Ambr. pr. *solvunt* Pric. *solvant* vel *tollant* Vat. pr.—277 *Hæc* Var. LL. ed. Antv. *maneat* Vicet. Parm. *moneat* vel *moveat* Put. *quod respuit* decem Codd. *quem* Lov. Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *in hoste* Thuan. Tholos.—278 *Suscipit* Reg. *Suspicis* Med. sec. *in fratres* Thuan. *in fratrem* cum τελείᾳ στιγμῇ Med. pr. Put. Lov. Ald. Exc. Gevart. cum signo interrog. Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *pro dedecus* Vat. pr. *post dedecus* Put.—279 *Qui placet* Oisel. *cum donat* Pat. Moret. pr. *condonat* Pric. Oisel. Pat. m. sec. *cum prodit* inc. Heins. *cum tradit* viginti duo Codd. Var. LL. ed. Antv. *cum tradat* Farn. Reg. Moret. sec. *cum tradet* Vat. quint. *cum turbat* et emend. *trudat* Leid. pr. *contradit* Sched. Gud. *contradat* Med. quart. Exc. Gevart. *cum donat* vel *cum tradit* Put. *condonat* vel *cum tradit* Vat. pr. *condonat* vel *cum tradat* Florent. *cum donat* vel *condonat* Vat. tert. Heinsius conjiciebat *num tradit. habenas?* cum signo interrogationis, Petav. pr. uti et vs. seq. *mores?*—281 *Quascumque* Moret. sec. Exc. Gevart. *animus mutaverit* Vat. quart. et quint. *animum mutaverit* Leid. pr. Vat. tert. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. Oxon. pr. Ald. *animus* vel *animum* Petav. pr. *animum* Reg. Pat. ed. Parm. *nutaverit* Vat. sec. Med. quart. tres Petav. ed. Parm. *mutaverit* decem alii. *animus nutaverit* vel *animum mutaverit* Vat. pr. Med. sec. *animis nutaverit* Lov. Heinsius legit *animi nutaverit anceps.*—282 *Transfudit* Pric. Exc. Læti. *Transtundit* Var. LL. ed. Antv. *Libyam secum* viginti octo

NOTÆ

patravit,' id est, perfecit.

275 *Pueros*] Primorum urbis Faliscorum filios, quos ludimagister sermonibus variis pertrahendo usque ad castra Camilli perduxerat, ipsique Camillo prodiderat: sed hic vinctum ludimagistrum urbis proditorem ultra remisit, sicque Faliscos beneficio magis, quam armis superatos portas sibi pandere officiose coëgit.

276 *Solvant*] Medicus Pyrrhi, ludimagister Faliscorum rapiuntur ad pœnas, quod dolo et scelere tentent solvere et finire prælia.

278 *Longi ævi*] O dedecus tale, quale nec visum nec videndum est per longa sæcula.

280 *Mutatos*] Sequitur mutationem, et inconstantiam morum, levitatemque Punicam Gildonis.

282 *Refluumque*] Gildo Maurus quocumque inclinet, transfert secum

Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.
Tollite Massylas fraudes: removete bilingues
Insidias, et verba soli spirantia virus.
Ne consanguineis certetur cominus armis,
Ne, precor: hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis;
In Mauros hoc crimen eat. Quid noster iniquum
Molitur Stilichon? quando non ille jubenti
Paruit? an quisquam nobis devotior extat?

mobile. Africa fuit donum Mauri. Rejicite astutiam Massylam, rejicite dolos ambiguos, et sermones redolentes venenum loci. Ne pugnetur prope telis fraternis, ne quæso, pugnetur. *Hæc* prælia *digna Thebis crudelibus et Mycenis: hoc scelus vertatur contra Mauros. Quid noster Stilicho machinatur injustum? Quando non ille obedivit imperanti? An aliquis est addictior nobis? Ut taceam facta diversa,*

Codd. *refugumque* Tholos. *malignis* Exc. Læti et Ruben.—283 *mundus* pro *munus* Moret. pr. m. pr. *Maurique fit Africa munus* legit Heinsius. In Vatic. quarto reliqua desunt usque ad lib. I. in Eutrop. sub finem.—284 *Massilias* duo Oxon. *Massalias* Pat. Lov. *Massylias* tredecim scripti et Exc. Cod. Rhem.—285 *doli* Pric. *soli* Leid. pr. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *sperantia* Farn. *soli spirantia fraudes* Pat.—286 *Nec* quatuordecim Codd. Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv.—287 *Ne precor* octodecim scripti, Exc. Ruben. Læti et Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *Nec precor* Vat. sec. *Hæc precor* Vat. sec. Med. quart. Reg. Ambr. pr. Moret. pr. duo Petav. et Oxon. ed. Vicet. *Deprecor* Farn. Med. tert. *Te precor* Med. sec. Moret. sec. *Ne precor* et m. sec. emend. *Hæc precor* Lov. *Ne precor* vel *Deprecor* Vat. pr. Pric. *Thebis trucibus* Pric. *vel digna* Pric.—288 *instauras* Var. LL. ed. Antv. *erit* Put.—289 *Stilico* Vat. sec. *Stilichon* Exc. Læti. *minanti* Var. LL. ed. Antv.—290 *aut quisquam* Moret. pr.

NOTÆ

Libyam, et simul Imperium, instar maris reflui, commodat, pro nutu id ut arenam trahens atque retrahens, et ex Africa donum faciens; quod mirum, Africam esse latronis munus.

284 *Massylas*] Massyli sunt populi Africæ, quos omnes arguunt ut perfidum, ut perniciosum, et fugiendum hominum genus; quorum verba venenata sunt, quia mira promittunt, moxque fallunt, ideoque bilingues dicuntur. Virgilius: 'Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues.'

286 *Ne consanguineis*] Ne frater in fratrem pro Gildone arma capiat. Hoc enim tentabant vel Gildo vel Eutropius, ut fratribus inter se commissis securi forent.

287 *Thebis*] Prælia fraterna digna sunt Thebis, ubi Etheocles, et Polynices fratres inter sese crudelissime pugnarunt, et sese invicem occiderunt.

Mycenis] Hæc prælia digna sunt etiam Mycenis, ubi fratres itidem Atreus et Thyestes sese invicem odio nefario persequebantur. Thebæ et Mycenæ sunt in Græcia, hæc in Peloponneso, illa in Bœotia, unde Thebæ Bœotiæ dictæ sunt.

288 *In Mauros hoc crimen eat*] Solebant omnia mala precari hostibus.

Ut sileam varios, mecum quos gesserit, actus;
Quæ vidi post fata, loquar. Cum Divus abirem,
Res incompositas, fateor, tumidasque reliqui.
Stringebat vetitos etiamnum exercitus enses
Alpinis odiis, alternaque jurgia victi
Victoresque dabant. Vix hæc amentia nostris
Excubiis, nedum puero rectore, quiesset.
Heu quantum timui vobis, quid libera tanti
Militis auderet moles, cum cæca remoto

quæ edidit mecum, dicam ea, *quæ aspexi post mortem. Cum ego Divus fierem, deserui, confiteor, res inordinatas et inquietas. Tunc etiam exercitus ob seditiones Alpinas nudabat gladios illicitos, et victi et victores vicissim præbebant* occasiones *rixarum: hæc insania ægre sedata fuisset nostris curis, et minus* adhuc *a puero gubernatore. Ah! quantum* ego *solicitus fui* pro *vobis, ne multitudo tot militum, liberata* metu *Principis, tentaret aliquid, cum jam amens et gaudens effervesceret*

haud quisquam legit Heinsius. *vobis* Tholos. *nodis* Exc. Ruben. ed. Parm. *vobis* vel *nodis* Exc. Læti. *clementior* Moret. pr. *devinctior* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. *devotior* Pat. et Ald. atque ita conjecerat Heinsius.—291 *taceam* Ambr. pr. *mecum quos* Vat. pr. et quint. Oisel. Mazar. Pat. Petav. pr. Vat. Livin. *gesserat* Lov. *jusserit* Ambr. tert. *gesserit* vel *gesserat* Florent.—292 *loquar* Voss. *sequar* vel *loquar* Reg.—293 *timidasque* ed. Vicet. *Numidasque* Moret. pr. m. pr. *relinqui* Vat. tert.—294 *Stringebant etiam vetitos* Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *etiamnum* Pric. Exc. Læti. *jam tunc* Med. duo, Pat. *jam nunc* Pal. Med. pr. unus Heins. Exc. Gevart. *etiam nunc* duo Vatt. Farn. Oisel. Med. tert. ed. Vicet. *etiam tunc* Petav. sec. Lov. Leid. pr. Ald. *etiam tunc* Oxon. sec. Moret. sec. *jam non* Florent.—295 *victis* Med. tert.—296 *dementia* Moret. sec.—297 *necdum* sex Mss. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *victore* Vat. quint. Thuan. Oxon. *quiescit* Leid. pr. m. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Reg. duo Vatt. *quiescet* Vat. tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. Vicet. *quiesset* Pric. Med. sec. m. pr. Mazar. Ambr. tert. Vat. Livin. Lov. ex emendatione, Exc. Læti, ac Ruben. Var. LL. e marg. Parm. *quiesset* vel *quievit* Vat. pr.—298 *timui nobis* Thuan. *timui liber* Vat. quint. *qui* Reg. *quod* duo Vatt. Pal. *quid* Leid. pr. et duodecim alii. *quod* vel *quid* Put. *per* Tholos. *ne* Pat. Ambr. sec. ed. Vicet. *prælia* vel *libera* Put. *tanti* Exc. Læti. *tantum* Pal. Med. pr. —299 *carcere moto* Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. m. pr. Med. sec. Ambr. pr. Varr. LL. e marg. Parm. *carcere moto,* vel *terra remoto,* vel *cæca remoto*

NOTÆ

292 *Cum Divus abirem*] Cum ex vita abirem inter Divos referendus.

293 *Tumidas*] Res male quiescentes, et adhuc agitationem ostendentes instar tumidi maris.

295 *Alpinis odiis*] Remanebant adhuc semina odii Alpini; hoc est, quod Eugenius et Arbogastes excitaverant ad Alpes contra Imperium.

297 *Nedum puero*] Hos motus ego non potui sedare meis curis, meis excubiis; a fortiori puer rector Imperii sedare non potuisset.

298 *Libera*] Nequid moverent milites liberati metu Principis, qui eos sua auctoritate compescere poterat.

299 *Moles*] Multitudo, roburque militum.

Ferveret jam læta metu. Dissensus acerbus,
Sed gravior consensus erat. Tunc ipse paterna
Successit pietate mihi, tenerumque rudemque
Fovit, et in veros eduxit Principis annos:
Rufinumque tibi, quem tu tremuisse fateris,
Depulit. Hunc solum memorem, solumque fidelem
Experior. Volui si quid, dum vita maneret,
Aut visus voluisse, gerit; venerabilis illi,
Ceu numen præsensque, vocor. Si tanta recusas,

pulso timore: discordia atrox inter eos erat, *sed concordia atrocior contra Principem. Tum ipse* Stilicho *successit mihi amore patrio, et fovit* te *tenellum et ignarum, et educavit* te *ad legitimam ætatem Imperatoris; et amovit Rufinum, quem tu* turpiter *tibi timori fuisse confiteris. Agnosco hunc* Stilichonem *solum gratum, et solum fidum: siquid volui, aut siquid visus* sum *voluisse, dum vita superesset* mihi, ille *facit. Ille me invocat, ut Divum verendum, ac præsentem:*

Vat. pr.—300 *jam læta* Ambr. sec. Med. quart. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *tam læta* viginti Codd. Ald. et ed. Parm. *tum læta* Exc. Gevart. *tam* vel *jam* Med. pr. *lecta* Thuan. *suis* pro *metu* Pric. *metu* vel *manu* Put. *novis dissensus acervis* Oisel. *discessus* Thuan. *acerbis* Pric. *novis dissensus acervis* vel *metu. dissensus acerbus* Vat. pr.—301 *Sed* Med. quart. Exc. Gevart. *Et gravior* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *At gravior* Ambr. sec. inc. Heins. *confessus* Farn. *nunc* Med. sec. *nonne* leg. Heins. *iste* Vat. pr.—302 *miserumque rudemque* ed. Vicet.—303 *in certos* Rott. *veros* i. e. *legitimos* ascripserat Heinsius. *produxit* Thuan. *reduxit* Med. quart.—304 *quem te* Med. quart. *renuisse* Oxon. sec. m. pr. *metuisse* Thuan. *fremuisse* Rott. *timuisse* Florent. Petav. pr.—305 *Reppulit* Moret. sec.—306 *volui dum si quid* Oxon. pr. *fata manerent* Put.—307 *videor voluisse* Vat. sec. *visus voluisse* Med. quart. *Ad jussus* pro *Aut visus* Thuan. *venerabilis ulli* Med. tert.—308 *numen præsensque* octodecim scripti. Exc. Læti. *præsens numenque* tres Vatt. Pric.

NOTÆ

300 *Dissensus*] Inter milites tumultuantes gravis erat dissensio, aliis alia volentibus; sed gravior et magis timenda consensio, simulque periculum, ne spreta stirpe Theodosii, novum Imperatorem ingererent, ut sæpe ante a militibus factitatum.

302 *Tenerumque*] Arcadius tamen moriente Theodosio annum agebat vigesimum, sed quæ in tali ætate rerum experientia? Huic erat nigra cæsaries, et prava statura, sed in pingendo vel scribendo magna dexteritas: hunc docuerat illustris sanctusque Senator Arsenius, quem non modo sprevit, sed etiam in eum dira statuit. Qua de re cum cogitaret Arsenius, hanc vocem audivisse dicitur, 'fuge, sede, tace.' Hinc desertum petiit, sicque *fugit, sedit, tacuit*, et ob suam virtutem inter Sanctos est ascriptus.

303 *In veros eduxit*] Formavit annos tuos tales, quales esse debent anni Principis veri, Principis optimi.

304 *Tremuisse*] Erat certe, quod Arcadius timeret Rufinum; nisi enim obstitisset Stilicho, Rufinus aut invasisset aut oppressisset Imperium.

308 *Præsens*] Numina antiqui pu-

At soceri reverere faces, at respice fratris
Connubium, pignusque meæ regale Serenæ.
Debueras etiam fraternis obvius ire
Hostibus, ille tuis. Quæ gens, quis Rhenus et Hister
Vos opibus junctos, conspirantesque tulisset?
Sed tantum permitte cadat: nil poscimus ultra.
Ille licet sese prætentis Syrtibus armet,
Oppositoque Atlante tegat, licet arva referta

si renuis talia; honora saltem affinitatem soceri: considera saltem matrimonium fratris tui, et nuptias regias Serenæ meæ. Immo debuisses progredi oppositus hostibus fratris tui, *ille tuis: quæ natio, quis Rhenus et Danubius sustinuissent vos conjunctos copiis, et consentientes? At patere solum* ut Gildo *opprimatur: nihil petimus amplius. Iste etiamsi muniat se oppositis Syrtibus, ac protegat se Atlante*

Oisel. *numenque vocor præsens* Gesn. et ed. Bipont. *vocet* Med. quart. *si jussa* Oxon. pr. *recuses* Thuan. Mazar.—309 *Aut soceri* Pal. Pric. duo Med. Exc. Læti. *At* Leid. pr. Put. Mazar. Bonon. Tholos. Lov. Vat. Livin. duo Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. ed. Parm. *At* vel *Aut* Ambr. sec. *aut respice* tres Vatt. Farnes. Pric. duo Med. *at respice* Vat. Livin. Mazar. Florent. inc. Heins. *at* vel *aut* Vat. pr. duo Med. Put. Ambr. sec. unus Heins. ed. Vicet.—310 *Connubium* Rott. *Conjugium* Pric. Oisel. Florent. Pat. *Conjugium* vel *Connubium* Vat. tert. Put. Med. pr. *pignusque meum* Med. sec. m. pr. *legale* Put. m. pr.—311 *hostibus ire Obvius* Med. sec.—312 *quis gens* Pal. Med. pr. *quis Rhenus* Leid. pr. et sedecim alii, item Exc. Gevart. *qui* edd. pleræque præter Vicet. Parm. Colin. *Rhetus* Var. LL. e marg. Parm. —313 *junctos* Vat. pr. Exc. Læti. *opibus junctis* Oisel. *victos* ed. Vicet. *junctos opibus* Moret. pr. *Vos conspirantes opibus junctosque* viginti quatuor Codd. Exc. Gev. Var. LL. e marg. Parm. Ald. ed. Vicet. nec non Var. LL. ed. Antv. *conspiratis* vel *conspirantes* Leid. pr. *tulisset* tres Vatt. Rott. *tulissent* Leid. pr. duo Vatt. Pric. Gesn. ed. Bipont. Kœnig.—314 *promitte* Lov. Ambr. pr. *dimitte* Pat. *cadat* Vat. pr. ed. Vicet. *cadet* plurima pars Codd. Ald. Exc. Gevart. *poscimus* vel *possumus* Lov.—316 *adamante tegat* Pric.

NOTÆ

tabant ubique præsentia, et nihil non videntia.

Recusas] Si non te movent talia monita, si non virtus Stilichonis, at saltem moveat te observantia ei debita, qui socer est fratris tui Honorii, quique te, ut pater, fovet; sicque avertaris a fovendo Gildone hoste publico.

309 *Soceri*] Vocat Socerum, qui erat socer, non Arcadii, sed Honorii.

Faces] Reverere affinitatem Stilichonis, qui per faces, hoc est, conjugium, dedit filiam Mariam conjugem fratri tuo Honorio, cujus est socer.

310 *Serenæ*] Reverere nuptias regales Serenæ, fratris mei filiæ, sororisque tuæ patruelis, et filiæ meæ adoptivæ, quæ nupsit Stilichoni; et quæ tibi velut certum pignus esse deberet et mei et tui in Honorium Stilichonemque amoris.

311 *Debueras*] Debuisses, o Arcadi, proficisci contra hostes fratris Honorii, et ille contra tuos.

315 *Syrtibus*] De his supra alibi.

316 *Atlante*] Hic mons est Mauritaniæ in Africa.

Anguibus, et Solis medios objecerit æstus:
Novi consilium, novi Stilichonis in omnes
Æqualem casus animum: penetrabit arenas:
Inveniet virtute viam. Sic Divus: et inde
Sic natus: Jussis, genitor, parebitur ultro.
Amplector præcepta lubens: nec carior alter
Cognato Stilichone mihi. Commissa profanus
Ille luat: redeat jam tutior Africa fratri.
Talia dum longo secum sermone retexunt,
Hesperiam pervenit avus, castumque cubile
Ingreditur, Tyrio qua fusus Honorius ostro

objecto: etiamsi iste opposuerit agros plenos serpentibus, et calores ardentissimos Solis: cognosco prudentiam Stilichonis, cognosco fortitudinem ejus *parem casibus cunctis: pervadet arenas, reperiet iter virtute* sua. *Ita* Theodosius *Divus locutus est, et ita deinde filius* ejus Arcadius dixit: *Sponte obedietur imperiis tuis,* o *pater: recipio volens mandata* tua: *neque alius* est mihi *dilectior Stilichone affini: iste impius* Gildo *puniatur* ob *delicta: Africa jam securior restituatur fratri* meo Honorio. *Dum hæc* Theodosius pater et Arcadius *revolvunt inter se verbis multis,* Theodosius *avus attigit Italiam, et intrat cubiculum pudicum in quo Ho-*

Ambr. pr. Med. sec. *Atlante* vel *adamante* Moret. sec. Exc. Pat. rec. *regat* pro *tegat* ed. Vicet. *arma* Rott. Med. sec. m. pr. Petav. sec. Exc. Gevart. *arma* vel *arva* Lov.—317 *mediis objecerit* Rott. Med. sec. m. pr. *objecerat* Vatic. pr. m. pr. *ictus* pro *æstus* Lov. m. pr.—318 *Stiliconis* Vatic. pr. et sec.—321 *Sic gnatus* Vatic. prim. et Oisel. *parebitur* Vatic. prim. et tert. Florent. Vat. Livin. ed. Parm. *parebimus* duo Vatt. totidem Oxon. Pal. Farn. Rott. Moret. sec. Lov. Ald. Vicet. Gryph. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *parebimus* vel *parebitur* Put.—322 *non carior* Med. quart.—323 *Cognatus* Moret. sec. *Stilicone* Vat. sec. *promissa* vel *commissa* Reg. *luat ille profanus Commissum* Med. sec.—324 *mitior* Pat. Ald. *Affrica* tres Vatt.—325 *secum longo* Vat. quint. Med. tert. Put. *retexuut* Florent. Oisel. Pat. Vat. Livin. *volutat* ed. Vicet, *volutant* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Moret. sec. *volutant* vel *retexunt* Vat. pr. et tert.—326 *convenit* Vat. pr. m. pr.—327 *Tyrio qua* Vat. pr. *fusus* Florent. Med. quart. Mazar. inc. Heins.

NOTÆ

317 *Anguibus*] Africa scatet omni serpentum genere; quorum pulchra descriptio apud Lucanum l. IX.

Medios] Licet se abscondat in regionibus Zonæ mediæ, seu torridæ subjectis, ac perinde in locis quæ ardentissimo Solis calore torrentur.

319 *Æqualem*] Novi fortitudinem et prudentiam Stilichonis nihil non posse aggredi, sustinere, vincere.

Penetrabit] Permeabit deserta arenosa Africæ, et nihil tam arduum est, quo non penetret ejus virtus. 'Invia virtuti nulla est via.' Ovidius.

323 *Profanus*] Impius, qui violat sacram Imperatoris sui majestatem.

327 *Ostro*] Vestes purpureæ antiquis pro stragulis erant in lectis sternendis. Purpura Tyria in pretio

Carpebat teneros Maria cum conjuge somnos.
Assistit capiti: tunc sic per somnia fatur:
Tantane devictis tumuit fiducia Mauris,
Care nepos? iterum post me conjurat in arma
Progenies vesana Jubæ, bellumque resumit
Victoris cum stirpe sui? Firmumne jacentem
Obliti, Libyam nostro sudore receptam
Rursus habent? ausus Latio contendere Gildon?
Germani nec fata timet? Nunc ire profecto
Nunc vellem, notosque senex ostendere vultus.

norius cubans in purpura Tyria fruebatur sopore dulci cum uxore Maria. Astat prope *caput* ejus: *tum ita alloquitur eum in somnis: An confidentia tanta cepit Mauros subactos, O nepos dilecte? Post* prælia *mea genus insanum Jubæ rursum conspirat in certamina, et instaurat pugnas cum prole domitoris sui? An obliti sunt Firmum* tyrannum *deletum? possident iterum Libyam restitutam nostris laboribus? Gildo audet pugnare contra Italiam? neque metuit calamitatem fratris sui? Nunc certe, nunc ego senex arderem proficisci, et ostentare* illi *ora cognita,*

Exc. Læti, ed. Parm. *fortis* octodecim alii, Exc. Ruben. Var. LL. ed. Antv. ed. Vicet. *fultus* Moret. sec. *fortis* vel *fusus* Put.—329 *Adstitit et capiti* Reg. *tum* Med. quart.—330 *devictis tenuit f. Mauris* vet. Gyr. *devictis tumuit f. M.* duodecim scripti, Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *devictos tumuit f. Mauros* ed. Vicet. *devectos* Put. *timuit* Med. tert. Oxon. sec. *timuit* vel *tenuit* Med. pr. *devictis tumuit dementia M.* Reg. *devictos tenuit f. M.* Heins. Gesn. ed. Bipont.—331 *conjuret* Thuan.—332 *resumat* Thuan. *resumsit* Tholos.—333 *Victori* Moret. pr. *Firmum jacentem* Med. quart. *fratremne* Florent. m. pr. Petav. pr. Thuan. cum glossa *i. e. Firmum.*—335 *Rursus habent* Exc. Schott. in quibus Gronovius ascripserat legendum forte *arent: an sub Latio* pro *ausus Latio* Leid. pr. *Gildon* Exc. Læti. *Gildo* vel *bello* Oxon. pr. —336 *nec* Vat. Livin. *non* Moret. sec. Ald. *nunc* inc. Heins. qui inde *num* corrigebat. *facta* Pal. Farn. Pric. Petav. tert. Lov. m. pr. Oxon. marg. Isingr. *fata* ed. Vicet. et Parm. *fata* vel *facta* Med. pr. Oxon. sec. *non ire* ed. Vicet. *scire* Med. tert. *ipse* Pat. *ire* vel *ipse* Vat. tert.—337 *senes* Reg. Petav. sec.

NOTÆ

fuit: dicitur ab Urbe Tyro in Phœnicia.

330 *Tantane*] Alludit ad illud Virgilii: 'Tantane vos generis tenuit fiducia vestri!'

331 *Conjurat*] Quasi non tam bellum sit, quam conjuratio. Sic tamen Virgilius: 'motu Conjurat trepido Latium.'

332 *Jubæ*] Hic Rex erat Mauritaniæ in Africa.

333 *Firmumne*] *Firmus* Gildonis frater insolens Tyrannus *Zamam* fratrem peremerat, et ne, ut contumax, damnatus perimeretur, a Romanis desciverat; hinc pressus a Theodosio seniore homo crapulæ deditus, in mortem ruit voluntariam.

336 *Germani*] Neque Gildo timet fatalem casum *Firmi* fratris sui, qui a Theodosio seniore debellatus est.

337 *Notosque*] Quasi solo vultu posset profligare Gildonem: et re quidem ipsa aiunt in Theodosio avo fuisse Martiam vultus torvitatem.

Nonne meam fugiet Maurus, cum viderit, umbram?
Quid dubitas? exsurge toris: invade rebellem.
Captivum mihi redde meum: desiste morari.
Hoc generi fatale tuo; dum sanguis in orbe
Noster erit, semper pallebit Regia Bocchi.
Jungantur spoliis Firmi Gildonis opima.
Exornet geminos Maurusia laurea currus.
Una domus toties una de gente triumphet.
Di bene; quod tantis interlabentibus annis
Servati Firmusque mihi, fraterque nepoti.
Dixit, et afflatus vicino sole refugit.

An non Gildo Maurus effugiet cum aspexerit vel *speciem meam? Quid cunctaris,* O Honori? *surge* ex *thalamo, aggredere rebellem* Gildonem. *Restitue mihi captivum meum: noli cunctari. Hoc* munus est *fatale gentis tuæ: dum genus nostrum regnabit in mundo, palatia Bocchi perpetuo extimescent. Opima* spolia *Gildonis conjungantur cum exuviis Firmi. Laurus Mauritana decoret currus duos: una domus triumphet toties de stirpe una.* O *Superi, bene* fecistis! *quod* spatio *tot annorum interfluentium reservati* sunt, *et Firmus mihi, et* Gildo Firmi *frater nepoti* meo Honorio. *Sic* Theodosius avus *locutus est, et mox tactus radiis Solis*

inc. Heins. *senes* vel *senex* Oxon. pr.—338 *Numne* Petav. tert. *fugiet* Moret. sec. *fugeret* Thuan. unde Heinsius legebat *fugiat. cum viderit* Put.—339 *dubitas exire* Mazar. *invadere bellum* Vat. pr. et tert. Oisel. Mazar. *invade rebelles* Leid. pr. et viginti octo alii. Oxon. uterque. Lov. Ald. Parm. Vicet. Junt. Colin. Var. LL. ed. Antv. *invadere bellum* vel *invade rebellem* Put. Florent. —340 *Capturum* Farn.—341 *in urbe* Reg. *orbe* vel *urbe* Oxon. sec.—342 *parebit* Vat. sec. Ambr. tert. Voss. pr. et alter a m. s. *pallebit* vel *parebit* Petav. pr. *Bochi* Vat. pr. Lov. duo Med. *Bocci* Vicet. *Boci* Parm. *Bacchi* Var. LL. ed. Antv.—344 *Exorent* Put.—345 *triumphat* Farn.—346 *armis* Lov.—347 *Servatus* Thuan. Var. LL. ed. Antv.—348 *affatus vicino* Tholos. Vat. Livin.

NOTÆ

341 *Fatale*] Hoc munus a fatis concessum est generi Theodosiorum, ut vincant Mauros, Firmum, Gildonem, aliosque, qui Bocchi Mauritaniæ Regis Palatium occupant.

342 *Pallebit*] Non Regia pallebit, sed ii Reges qui sunt in Regia extimescent pallescentque. Sic ponitur continens pro contento, et effectus pro causa, quia pallor est timoris effectus.

343 *Opima*] Opima spolia sunt ea quæ dux duci eripit.

344 *Laurea*] Currus triumphales lauro ornabantur.

346 *Dii bene*] Gloriæ nostræ consuluerunt, quod mihi avo Firmum Tyrannum vincendum dederunt; quodque triginta circiter annis elapsis, tibi *nepoti* Gildonem Firmi fratrem superandum reservarunt.

348 *Afflatus*] Impulsus radiis Solis appropinquantis; tamdiu enim umbræ versari poterant cum mortalibus, quamdiu Sol non oriretur; tum enim evanescebant. Virgilius: 'Et me sævus equis oriens afflavit anhelis.'

At juvenem stimulis immanibus æmula virtus
Exacuit: jam puppe vehi, jam stagna secare
Fervet, et absentes invadere cuspide Mauros.
Tum jubet acciri socerum, dextramque vocato
Conserit, et quæ sit potior sententia, quærit.
Per somnos mihi, sancte pater, jam sæpe futura
Panduntur, multæque canunt præsagia noctes.
Namque procul Libyco venatu cingere saltus,
Et juga rimari canibus Gætula videbar.
Mœrebat regio sævi vastata Leonis
Incursu: pecudum strages, passimque juvenci

appropinquantis evanuit. Sed fortitudo imitatrix excitat juvenem Honorium *stimulis ingentibus: jam* ille *ardet ferri navibus, jam findere aquas, et aggredi gladio Mauros remotos. Tum imperat advocari socerum* Stilichonem, *et jungit dextram* cum eo *accito, ac petit quod consilium* sit *melius. Res venturæ jam aperiuntur mihi per somnia, o Socer venerande, et noctes plures cantant mihi certa præsagia. Etenim* mihi *videbar circumdare* in *venatione sylvas Libycas longe, et vestigare* cum *canibus montes Gætuliæ: tractus* ille *squalebat depopulatus excursionibus leonis crudelis: cædes pecorum* cernebantur *et tauri semianimes undique,*

divino Vat. sec. *recessit* Med. quart. Pat.—350 *quippe* Lov. m. pr.—351 *Ardet* Pat.—352 *Tunc* Vat. quint. *Tum* Leid. pr. et septem alii, item Exc. Ruben. *valet* Florent. m. pr. *ac sciri* Pric.—253 *melior* Pal. Med. pr. Petav. tert. ambo Moret. unus Heins.—354 *care pater* Pal. Med. pr. unus Heins. *parens* Ambr. sec. inc. Heins. qui ascripserat seqq. *modus loquendi usitatus:* Vopisc. sub finem Taciti pag. 233. ‘Claudius Capellianus Cercio Metiano S. Obtinuimus, pater sancte, quod semper optavimus.’ et ibidem: ‘Antronio, justo patri, Antronius Tiberianus S. Nunc te, pater sancte, interesse decuit senatui amplissimo.’ sic Socer Sanctissimus, vetus Inscriptio apud Castalion. p. 79. in Rutilium. *tam sæpe* Var. LL. ed. Antv. *persæpe* Moret. sec.—355 *multasque* Vat. pr. m. pr. Pric. m. sec.—356 *Jamque procul* duo Vatt. Ms. Pulman. et Barth. *videor mi* Petav. sec. Thuan. qui tamen et *venatu* exhibet. *visus distringere* Mazar. Exc. Cod. Rhem. Isingr. *venatu cingere* vel *visus distringere* Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. m. pr. Put.—358 *Mœrebat* vel *Mœrebar* Exc. Læti.—359 *Incursu et pecudum* Thuan. *sparsimque* idem Thuan. pro *juvenci*

NOTÆ

349 *Stimulis immanibus*] Ingentibus, sævis, ad cædem et sanguinem impellentibus.

Æmula] Virtus, seu fortitudo æmula, atque imitatrix virtutis Theodosii, inflammat Honorium.

351 *Absentes*] Honorius tanto Martis œstro percitus est, ut in Mauros, licet absentes ac remotos, convertat mucronem, aut jam se convertere putet. ‘Sævit in absentes’ Virgilius de lupo furente in agnos inclusos, et muro remotos.

354 *Sancte*] Sanctus est venerandus, quem qui violat capitali supplicio puniri debet. Justinianus de rerum divis. §. 10.

Semineces, et adhuc infecta mapalia tabo,
Sparsaque sanguineis pastorum funera campis.
Aggredior latebras monstri, mirumque relatu
Conspicio. Dilapsus honos: cervice minaces
Defluxere jubæ: fractos inglorius armos
Supposuit, servile gemens, ingestaque vincla
Unguibus, et subitæ collo sonuere catenæ.
Nunc etiam paribus secum certare tropæis
Hortator me cogit avus. Quonam usque morati

et tuguria adhuc commaculata sanie, et cadavera pastorum disjecta in *agris cruentatis. Invado latibula portenti, et video rem admirabilem dictu: decus* ejus *evanuit: villi formidabiles demissi sunt* in *collo.* Ipse *inhonorus subjecit humeros subactos ingemiscens serviliter: et compedes injectæ unguibus* ejus, *ac catenæ repentinæ resonuerunt* super *cervicem. Nunc etiam avus* Theodosius *suasor impellit me pugnare secum pro victoriis similibus: quo* fine nos *semper lenti hæremus?*

viventi Vicet. vitiose.—360 *sed adhuc* Leid. pr. *infesta mapalia* Put. Leid. pr.—361 *corpora* Pric.—363 *Aspicio* Ambr. pr. *Conspicio* vel *Concipio* Petav. pr. *delapsus* Reg. Thuan. Oxon. sec. Petav. tert. Mazar. *honor* Farn. Pric. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Med. tert.—364 *strictos* Med. quart. *fractosque* Florent. Pat. Lov. m. pr. edd. Parm. Junt. Ald. Colin.—365 *injectaque* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *ingestaque* Med. tert. Petav. sec. m. pr. Bonon. Moret. pr. m. sec. duo Oxon. *incensaque* Var. LL. ed. Antv.—366 *collum* Ambr. pr. *sonuere* quatuor Med. Mazar. unus Heins. Exc. Læti et ed. Vicet. *subiere* duo Oxon. duo Leid. Lovan. et alii, item Var. LL. ed. Antv. *sonuere* vel *subiere* Vat. pr. Put.—367 *triumphis* Farn.—368 *Hortator* Florent. Mazar. Vat. Livin. ed. Parm. *Hortatur* Vat. tert. Pric. Put. *Hortatu* Leid. pr. et triginta alii, Exc. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. Ald. et ed. Vicet. *Hortator* vel *Hortatu* Med. sec. *Hortatur* vel *Hortatu* Vat. pr. *tangit avus* Leid. pr. Ambr. sec. inc. Heins. *cogis* ed. Vicet. *morari* Vat. pr. Exc. Læti. *remoti* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *remote* Petav. sec. *remoti* vel

NOTÆ

360 *Mapalia*] Sunt casæ pastorum Libycorum, seu casæ Punicæ. Virgilius: 'Et raris habitata Mapalia tectis.'

361 *Funera*] Per *sparsa funera*, intellige disjecta cadavera. Virgilius: 'Aut funus lacerum tellus habet?' 'Funus lacerum:' id est, *cadaver laceratum*. Cicero de Clodio: 'Neque ullo in loco potius mortem ejus lacerari, quam in quo vita esset damnata.' Per 'mortem' intellige *cadaver*.

363 *Dilapsus honos*] Ea forma, ea species, quæ Leoni regi animantium conciliat honorem ac decus inter bestias, fluxa est, ac marcescere videtur.

364 *Defluxere jubæ*] Quæ alioqui stant ita erectæ, ut minari putes.

365 *Servile*] Serviliter: quod argumentum est Gildonem Regem, mox instar Leonis popularis esse vincendum, ac servili jugo premendum.

367 *Paribus*] Avus meus Theodosius hortatur me *certare*, hoc est certatim, et ad sui imitationem pugnare, ut vincam Gildonem, sicut vicit Firmum Gildonis fratrem, et talia de hoc tropæa erigam, qualia de Firmo ipse erexit.

Cunctamur? decuit pridem complere biremes,
Et pelagi superare minas. Transmittere primus
Ipse paro. Quæcumque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat. Germania cuncta feratur
Navibus, et socia comitentur classe Sygambri.
Pallida translatum jam sentiat Africa Rhenum.
An patiar tot probra sedens: juvenisque relinquam,
Quæ tenui rexique puer? bis noster ad Alpes
Alterius genitor defensum regna cucurrit.

Jamdudum oportuit replere naves, et vincere iras maris. Ego ipse prior apparo trajicere illud mare. *Nationes barbaræ, quæcumque cohibentur imperio meo, accurrant: Germania tota portetur navibus, et Sicambri stipentur* me *classibus auxiliaribus. Jam Africa timens experiatur Rhenum* esse *transmissum* contra *se. An* ego *otiosus tolerabo tot opprobia? An juvenis deseram* ea, *quæ ego puer possedi et gubernavi? noster parens bis properavit ad Alpes tutaturus Imperium*

morati Morêt. pr. *remisti* conjiciebat Heins.—369 *Cōnamūr* vel *Cunctamur* Pric. *quondam complere* Pat.—370 *moras* Vat. pr. Farn. Oisel. *minas* Leid. pr. cum quatuordecim aliis, item Var. LL. ed. Antv. *minas* vel *moras* Vat. tert. Florent. Put. duo Oxon. *transmittere pontum* Exc. Læti. *transmittere pinus* Ambr. pr. Med. sec. Voss. *primus* vel *pinus* Florent. Petav. pr. Heinsius primo conjiciebat *pinu*, sed postea *τὸ primus* pro vera lectione agnovit, ascripto loco Tertulliani p. 172. Not. Rigalt. ubi ex veteri Cod. legendum 'manta transmittit,' quæ illic ex ejus sententia vera est lectio. *primus* vel *Divus* Vat. tert.—371 *quacumque* Exc. Læti. Ald. *quocumque* ed. Vicet. et Parm. *quicumque* vel *quæcumque* Lov. *vultu* Farn.—372 *adveniet* Exc. Læti. *adveniens* Lov. m. pr. *Germania cuncta* Oisel. Pat. Med. quart. *tota* septem alii. *cuncta* vel *tota* Vat. pr. Florent. Vat. Livin. vet. Gyr.—373 *socii* Reg. Tholos. *comitantur* Reg. Var. LL. ed. Antv. *nave* vel *classe* Put. *Sychambri* Vat. pr. *Sycambri* Reg. *Sicambri* Gesn. et ed. Bipont.—374 *remum* Lov. m. pr. *Rhenum* vel *remum* Vat. tert.—375 *patior* Farn. duo Med. Put. Bonon. Lov. Moret. sec. Petav. tert. inc. Heins. ed. Vicet. *tam probra* Rott. Med. sec. *senex* pro *sedens* Pat. m. pr.—376 *Quod tenui* Reg. *rexique* Vat. Livin. *texique* Bonon. vet. Gyr. *vexique* Ald. *nam* vel *bis* Put.—377 *Alterius* Vat. pr. Pric. Ambr. tert. Isingr. *Ulterius* Leid. pr. et octodecim alii, Ald. ed. Parm. Exc. Cod. Rhem. item Var. LL. ed. Antv. *Ulterius* vel *Alterius* Petav.

NOTÆ

372 *Stringitur*] Nationes quæ meo imperio ad nutum meum constringuntur, retinentur.

373 *Sygambri*] Vel *Sycambri*, populi Rheni accolæ, de his supra.

374 *Rhenum*] Africa sentiat Rhenum, id est universas gentes, quæ Rhenum accolunt, quæque mihi subditæ sunt.

376 *Alpes*] Contra Eugenium, et Arbogasten; contraque Maximum, de quibus omnibus supra.

377 *Alterius*] Valentiniani Imperatoris; cujus, post Gratiani cædem, imperium ut proprii filii tutatus est grato animo Dux conspicuus Theodosius.

Nos prædæ faciles insultandique jacemus?
Finierat. Stilichon contra cui talia reddit:
Adversine tubam, Princeps, dignabere Mauri?
An feret ignavus clari solatia fati,
Te bellante mori? decernet Honorius inde,
Hinc Gildon? prius astra Chaos miscebit Averno.
Vindictam mandasse sat est. Plus nominis horror,
Quam tuus ensis aget. Minuit præsentia famam.

alterius. Nos expositi populationi *facili et opprimendi torpescimus?* Honorius *absolverat sermonem* suum, *cui Stilicho respondet hæc contra: An* putabis *bellum Mauri oppositi* te *dignum, o Imperator? An* iste *iners referet consolationem mortis illustris, cadere* scilicet *te dimicante? Honorius inde pugnabit, hinc Gildo? Chaos ante confundet sidera* cum *Inferis: sufficit imperare ultionem: terror nominis* tui *plus faciet, quam gladius tuus: præsentia imminuit famam,* Princeps: *qui*

pr. Vat. tert. *defendere* Rott. *defensaque* Moret. pr.—378 *Non prædæ* inc. Heins. *prædo* ed. Parm. *prædæ* Var. LL. e marg. Parm. *insultandæque* Pal. *insultantique* Vat. quint. Rott. duo Med. Leid. pr. Moret. pr. Lov. duo Oxon. Ald. Vicet. Parm. Junt. Colin. *insultandique* novem alii et Exc. Pat. rec. *insultandique* vel *insultantique* Med. pr.—379 *Finis erat* Vat. tert. m. sec. *Stilico* Vat. sec. Med. quart. *Stilichon* Exc. Læti. *contra quem* Mazar. *cui contra* duo Vatt. Thuan. ed. Parm. et Vicet. *contra sic* Pat. *fatur* pro *reddit* Florent. Tholos. Med. tert. m. pr.—380 *Aversine* Med. tert. *Adversumne* Thuan. *tubam* Vat. pr. *tubas* Oxon. pr. *belli* pro *Princeps* Vat. pr.—381 *An feret* Pat. Lov. *Ac feret* Scalig. Exc. Schotti, in quibus Gronovius notaverat in Gryph. ed. legi *Afferat. Affert* Bonon. *Auferet* Raphel. Isingr. Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. m. pr. Vat. Livin. Put. Var. LL. ed. Antv. *Afferet* viginti quatuor Codd. item duo Leid. ed. Parm. et Vicet. *At feret* Barth. ed. pr. *tanti solatia* Vat. quint. *leti* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. *fati* vel *lethi* Moret. pr.—382 *decertet* Med. sec. m. sec. *decurret* edd. Vicet. Parm. Ald. Junt. Isingr. Pulm. et al. *decernet* viginti quatuor alii, Exc. Læti, Gevart. et Ruben. nec non Var. LL. e marg. Parm. *decernet* vel *decertet* Moret. pr.—383 *Gildon* Exc. Læti. *post* pro *prius* marg. Isingr. *miscebis* Pal. Med. pr.—384 *Vindictis* vel *Vindictam* Reg. *mandare* Thuan. *nominis error* Put.—385 *agit* Vat. pr. Tholos.

NOTÆ

378 *Nos prædæ faciles*] Nos jacemus, torpescimus, tanquam ii, qui facile expilari possunt, et quibus facile est insultare.

380 *Tubam dignabere*] An judicabis conflictum bellicum sonante tuba cum Mauro commissum, dignum esse te, tanto Imperatore? *Tuba* pro bello ponitur, signum pro re signata, Metonymicῶs.

381 *Solatia*] Ab Augusto victore superari gloriosum est. Ovidius: 'solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille.'

382 *Honorius*] Inde pugnabit Honorius Augustus Imperator, hinc Gildo prædo Africæ!

383 *Chaos*] Chaos Poëtis est rerum omnium horrenda confusio, quæ erat ante orbem conditum.

Averno] Avernus lacus Italiæ, de hoc alibi.

384 *Nominis horror*] Alexander plus terrore nominis sui quam armis superavit.

Qui stetit, æquatur campo, collataque nescit
Majestatem acies: sed quod magis utile facto,
Atque hosti gravius, sensus adverte, docebo.
Est illi patribus, sed non et moribus, isdem
Mascezel; fugiens qui dira piacula fratris,

stetit in *arena, fit æqualis; et exercitus instructus non respicit Majestatem. At quod magis accommodatum est operi, atque acerbius hosti ostendam* tibi, *adhibe mentem. Est illi* Gildoni *frater Mascezel eodem genere, sed non* eodem *ingenio, qui evitans crimina crudelia fratris* sui, *credidit, et spes suas, et*

inc. Heins. *agat* Vat. sec. Ambr. tert. *aget* Exc. Læti. *habet* Pric. *minuit* Leid. pr. Reg. m. sec. duo Oxon. totidem Petav. Vat. Livin. Pat. Moret. sec. Ambr. tert. vet. Gyr. *minuent* Florent. *minuunt* tres Vatt. Rott. Oisel. *minuit* vel *minuunt* duo Med. *minuet* vel *minuunt* Put.—386 *Qui stetit* Med. sec. Heins. hic notavit *stare* pro *pugnare* quandoque inveniri, et ascripserat locum Spartiani in Caracalla p. 87. ‘ contra leonem etiam stetit.’—387 *qua magis* Rott. *si quod magis* Florent. m. pr. *sed quid magis* legebat Heinsius. *factum* Mazar. Oisel. Moret. sec. *facto* duo Vatt. Pal. Pric. Rott. Thuan. Moret. pr. Petav. sec. Oxon. sec. duo Leid. Ald. et Exc. Gevart. *factu* Reg. Pat. Vet. Gyr. Bonon. Med. quart. duo Petav. Vicet. *facto* vel *factu* Lov. Oxon. pr. *factum* vel *facto* vel *factu* Put. *facto* Sched. Schott. in quibus a Gronovio notatum erat in aliis *cerno* legi. Heinsius ascripserat locum Spartian. in Didio Juliano. ‘ Convocato Senatu, quæsitisque sententiis, quid facto opus esset.’ et Victor in Severo. ‘ quæ factu ardua.’ *animos adverte* Vat. tert. *averte* Farn.—389 *patribus* duo Leid. et viginti alii, Ald. ed. Parm. et Vicet. Exc. Cod. Rhem. et Ruben. *patruus* septem alii. *patruus* vel *patribus* Vat. pr. Oxon. sec. *frater non* pro *sed non et* Med. quart. *non est moribus* Farn. *idem* Pric. Oisel. Reg. Thuan. Moret. pr. *idem* vel *isdem* Vat. pr.—390 *Mascezel* Vat. pr. Med. pr. Ambr. tert. vet. Gyr. Exc. Læti et Ruben. *Mascezer* Rott. Mazar. *Marcestel* Thuan. *Mascezes* Leid. pr. Petav. sec. Ambr. sec. Tholos. Exc. Gevart. *Mascetes* Vat. sec. Put. Ambr. pr. Sched. Gud. *Masceses* Oisel. *Mascelzes* Vat. tert. *Mascerzes* inc. Heins. *Massetes* Bonon. *Masceres* Pal. *Mascelzer* Pric. Florent. *Marcezer* Med. sec. Moret. pr. *Macezer* ed. Vicet. *Malcelver* Petav. pr. *Malceter* Var. LL. ed. Antv. *Mazelcer* Oxon. pr. *Massaietes* Farn. *Massagetes* Vat. quint. Med. tert. Lat. *Massegetes* Moret. sec. *Massegetes* vel *Macezer* Med. quart. *Mascezes* vel *Massagetes* Leid. sec. *Mascelzes* vel *Massacales* Lov. *Marcelzer* vel *Massezer* Petav. pr. *Massetes* vel *Mascezes* Oxon. sec. *effugiens* Exc. Ruben. *dura* Vat. quint. Florent. Bonon. Pat. Ambr. pr. Oxon. sec. Petav. tert. *dura* vel *dira* Reg. *pericula* Farn. Put. Pat. Ambr. sec. *patris* Pal. Med. pr.

NOTÆ

386 *Qui stetit*] Princeps qui se commisit, qui stetit in acie, fit quodammodo æqualis in campo, et exercitus inter tubas non respicit amplius Majestatem Principis Romani. Unde Principes in bello cum inferioribus pugnare non debent: nam si vincant, gloria exigna est; si vincantur, grande dedecus.

389 *At non et moribus*] Nec mirum est: studia fratrum sunt sæpe diversa, et inter se pugnantia. Ovidius: ‘ Fratrum quoque gratia rara est.’

390 *Mascezel*] Magna certe sagacitas Stilichonis, qui cum nomine Honorii non posset bellum inferre Gildoni sine offensa Arcadii, Mascezelem privata injuria accensum summisit in fratrem Gildonem, qui mox versus in desperationem seipsum oc-

Spesque suas vitamque tuo commisit asylo.
Hunc ubi tentatis frustra mactare nequivit
Insidiis, patrias in pignora contulit iras;
Et quos ipse sinu parvos gestaverat, una
Obtruncat juvenes: inhumataque corpora vulgo
Dispulit, et tumulo cognatas arcuit umbras:
Naturamque simul, fratremque, hominemque cruentus
Exuit, et tenuem cæsis invidit arenam.
Hoc facinus refugo damnavit Sole Mycenas,

vitam suam *præsidio tuo. Postquam* Gildo *non potuit immolare hunc* Mascezelem, *dolis expertis inutiliter, convertit odium patris in filios* ipsius, *et quos ipse tulerat tenellos* in *gremio, trucidat simul juvenes, ac disjecit passim cadavera* eorum *insepulta, atque removit umbras consanguineas* a *sepulcro, et crudelis expulit* sensus *naturæ simul, et fratris, et hominis; atque privavit interfectos pulvere exiguo. Tale crimen infamavit Mycenas, Sole fugiente, et amovit lucem:*

—391 *Spemque tuam* Ald. *Spesque suas* Vat. Livin. *suo* Pal. Med. pr.—392 *ut tentatis* Pal. Med. sec. *jactatis* Tholos. *mactare* vel *mutare* Vat. sec. *tentare* Oisel. unde Heinsius conjiciebat *temerare.*—394 *Et quos ipse sinu* Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. Pat. Leid. pr. Vat. Livin. vet. Gyr. *Et quos ipse manu parvos* Ambr. sec. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Quosque manu pueros parvos* tres Vatt. Pal. *Quosque sinu pueros parvos* Rott. Ambr. pr. *Quosque manu pueros parvos* vel *Et quos ipse sinu parvos* Put. *sinu* vel *manu* Leid. pr. Med. pr.—395 *Obtruncat* Vat. pr. Pric. Oisel. Florent. Mazar. Pat. vet. Gyr. Vat. Livin. *Occidit* tres Vatt. Pal. Farn.—396 *Distulit* Put. Tholos. *Depulit* Pric. Moret. sec. *cumulo* Med. quart. *arguit* Vat. pr. Lov. Ambr. pr. Petav. sec.—399 *Mycenos*

NOTÆ

cidit. Et victor Mascezel post, signo a Stilichone dato, in ponte quodam ambulans in aquam detrusus atque dejectus est. Hanc Mascezelis, Firmi, et Gildonis fratrum, et Cyriæ sororis opibus abundantis familiam laudat S. Hieronymus ob fidem in Africa susceptam, ubi amplum patrimonium habuerunt.

Piacula] Crimina, quæ expiari mereantur.

391 *Asylo*] Ad te confugit, tanquam ad asylum. Asylum enim est locus tutissimus, ac sanctissimus: σύλη et σῦλον *spolium; ἄσυλος inspoliatus,* seu *qui non debet spoliari; ἄσυλον locus in quo nefas quenquam spoliare.*

393 *Patrias iras*] Convertit iras, quas in patrem eorum Mascezelem conceperat, in filios ipsius. *Patrias iras* active, ut vocant, sumi potest, et passive. Nam vel est ira qua pater filios suos insectatur; vel est ira qua pater ipse ab aliquo vexatur. Ita Symmachus 'injuria Agamemnonis,' quam fecit, vel quam excepit. Virgilio, 'vulnus' dicitur, quod quis fecit, vel quod quis excepit.

395 *Juvenes*] Occidit filios Mascezelis fratris junioris.

398 *Invidit*] Invidere sepulturam mortuis, iisque fratribus, aut fratris sui filiis, hoc sapit patrui teterrimam immanitatem. Cicero, 'spoliatus illius diei supremi celebritate, quam concedere etiam inimici solent.'

399 *Hoc facinus damnavit Mycenas*] Hoc est Mycenæ damnatæ sunt, et

Avertitque diem: sceleri sed reddidit Atreus
Crimen, et infandas excusat conjuge mensas.
Hic odium, non pœna fuit. Te prodita jura,
Te pater ultorem, te nudi pulvere Manes,
Te pietas polluta rogat. Si flentibus aram,
Et proprium miseris numen statuistis, Athenæ:

ast Atreus rependit scelus pro *scelere, et purgat mensas crudeles* ob *uxorem* violatam. *Hic furor fuit, non supplicium. Leges derelictæ invocant te,* o Honori, *pater* Mascezel *orat te punitorem, te umbræ privatæ cinere, te pietas violata* orat. *Si decrevistis,* o *Athenæ, altaria lugentibus, et Deos proprios* pro *afflictis: si Inachides*

Oisel.—400 *Advertitque* Med. tert. Petav. sec. inc. Heins. *sceleris* Pal. Rott. duo Med. duo Heins. totidem Oxon. et Leid. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *diem sceleri.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Farn. Pric. Florent. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. Lov. Wolff. Vicet. Parm. Ald. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Raphel. Barth. et al. *diem. sceleris sed* Put. Reg. Tholos. duo Petav. Lov. Exc. Gevart. *diem. sceleri sed* Moret. sec. *diem. sceleris sic* Moret. pr. Mazar.—401 *immanes* vel *infaustas* Reg.—402 *Hinc odium* Leid. pr. duo Vatt. Pric. Oisel. Florent. duo Med. Exc. Læti. *Hoc* Vat. sec. Pal. Farn. Rott. Med. pr. Reg. Petav. pr. m. pr. Lov. Moret. sec. unus Heins. *Huic* Vat. quint. duo Ambr. Ald. Barth. *Hic* Put. Thuan. Bon. Pat. Tholos. Oxon. sec. Leid. sec. Med. tert. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. *sed prodita* Pric. Moret. sec. atque ita Heinsius legit. *per prodita* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *vita* Var. LL. ed. Antv. *jura* vel *vita* Ambr. sec.—404 *Te polluta rogat pietas* Moret. sec. *fletibus* Vat. pr. m. sec. Med. tert.—405 *Si proprium* Reg. Petav. pr. Vat. quint. *Si* vel *Et proprium* Oxon. sec. *statuistis nomen* Moret. sec. *numen* viginti sex Codd. item duo Leidd. ed. Parm. et Vicet. Exc. Ge-

NOTÆ

infamatæ ob tale facinus, sive ob cædem puerorum, quos Atreus ex uxore Ærope a Thyeste fratre adulterata susceptos eidem Thyestæ dedit epulandos. Quod facinus ita Sol exhorruisse dicitur, ut revocato ad auroram cursu diem averterit. Ovidius: 'Si non Æropen frater sceleratus amasset, Aversos Solis non legeremus equos.'

Mycenas] Mycena, vel Mycenæ, urbs Peloponnesi, ubi regnavit Atreus.

401 *Conjuge*] Atreus reddidit scelus pro scelere, et ideo factum excusat, quod uxor sua a Thyeste fratre constuprata fuerit.

402 *Hic*] Atreo odium fuit Thyestes, non pœna: hoc est pro scelere reddidit scelus, quod est impetus animi effervescentis; non vero punivit Thyesten, ut fuit justitiæ et æquitatis; hoc est, odio persecutus est Thyesten; non eum pœna mortis affecit; sed in odium ejus, mactavit pueros ex Ærope natos.

Prodita] Jura naturæ, humanitatis, sanguinis, quæ, ab omnibus fideliter servari debent, a Gildone prodita, neglecta, proculcata sunt.

403 *Pater*] Mascezel pater liberorum a Gildone interfectorum rogat te futurum ultorem impiæ cædis.

Nudi pulvere] Manes horum juvenum, qui nudati sunt, exiguo pulvere, velut indumento necessario exuti, destituti sunt a Gildone, quod summæ est impietatis.

404 *Flentibus*] Ara Misericordiæ et Clementiæ in foro Atheniensium

Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides, belloque rogos meruere maritis :
Si mœstæ squalore comæ, lacrymisque Senatum
In Numidas pulsus solio commovit Adherbal :
Hunc quoque nunc Gildon, tanto quem funere mersit,
Hunc doleat venisse ducem, seseque minorem
Supplicibus sciat esse tuis. Quem sede fugavit,
Hunc præceps fugiat : fregit quem clade, tremiscat ;

rapuerunt fletu catervas Athenienses, et promeritæ sunt pugna sua *pyras* pro *conjugibus* suis : *si Adherbal detrusus* ex *solio* suo *incendit sordibus capillorum tristium et fletibus Senatum contra Numidas : Gildo pariter mœrebit* ob *hunc* Mascezelem *quem afflixit tantis mortibus,* mœrebit *nunc adesse hunc ductorem, et cognoscet inferiorem se* esse *clientibus tuis.* Ille Gildo *effugiat celer eum, quem expulit* ex

vart. Var. LL. ed. Antv.—406 *Et Pandionias* Vat. quint. Tholos. *Inachia* Vat. sec. *Inachidæ* Tholos. Med. tert. duo Oxon. Var. LL. ed. Antv. *mariti* Moret. pr. Oxon. sec. m. sec. *maritos* legit Heins.—408 *mœsto squallore* duo Leidd. et viginti septem alii, Exc. Læti, Gevart. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *mœstus sq. comæ* Exc. Cod. Rhem. *mœstæ squalore comæ* Exc. Ruben. *sparsæ comæ* Put. unde Heinsius *passæ* legit. *mœstas comas* ed. Vicet. *comæ* duo Leidd. totidem Oxon. et Heins. ambo Moret. tres Ambr. quatuor Med. Florent. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Vat. Livin. Ald. et Exc. Gevart.—409 *solio pulsus* Petav. sec. *socios* Leid. pr. m. pr. Oisel. Florent. m. pr. *solio* vel *socios* Put. *commissit* Pal. Med. pr. *Adherbal* Vat. quint. *Atherbal* Florent. *Adherbas* Pric. tres Med. Ambr. pr. *Adherbas* vel *Hiarbas* Petav. sec. —410 *Huc quoque* Mazar. *Nunc quoque* duo Vatt. Farn. Oisel. Leid. pr. Oxon. sec. Moret. sec. Exc. Læti, Gevart. ed. Vicet. *Hunc* octodecim alii, Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *nil Gildo* Rott. *Gildon* Exc. Læti. *quem tanto* Vat. quint. Med. quart. Reg. Petav. pr. Tholos.—411 *Hunc doleat* duo Leidd. cum sedecim aliis, Exc. Læti, Gevart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et Var. LL. ed. Antv. *Huc* Bonon. *Nunc* Pat. Tholos. tres Ambr. ed. Vicet. *venisse* vel *crevisse* Med. sec. *sibi* pro *ducem* Thuan.—412 *Supplicibus* Exc. Læti. *suppliciis* Med. sec. m. pr. Pat. Moret. sec. Vicet. *suis* inc. Heins. *cæde* Med. sec.—413 *Hunc* plurimi Codd. Exc. Gevart. Læti et Ruben. Ald. item Var. LL. ed. Antv. *princeps* Vat. quint. Farn.

NOTÆ

constituta, miseris et afflictis futurum perfugium.

406 *Pandionias*] Athenienses a Pandione Rege.

407 *Inachides*] Argivæ mulieres, dictæ ab Inacho fluvio Argos alluente.

Belloque rogos] Creon Thebarum Rex Argivos occisos vetabat sepeliri, volebatque esse prædam canum, aviumque : at mulieres *Inachides,* seu Argivæ, suis fletibus eo impulerunt Athenienses, ut bellum gererent contra Creontem : quo implicato hac pugna, illæ meruerunt hac arte, ut sibi maritos suos sepelire liceret.

409 *Adherbal*] Africanus victus, et pulsus a Jugurtha, supplice habitu commovit Romanos in Jugurtham Numidiæ Regem.

410 *Mersit*] Velut in malorum gurgite. Virgilius : 'His mersere malis.'

413 *Clade*] Filiorum suorum.

Agnoscatque suum, trahitur dum victima, fratrem.
Hæc ubi sederunt genero, notissima Marti
Robora, præcipuos electa pube maniplos
Disponit, portuque rates instaurat Etrusco.
Herculeam suus Alcides, Joviamque cohortem
Rex ducit Superum: premitur nec signifer ullo
Pondere: festinant adeo vexilla moveri.
Nervius insequitur, meritusque vocabula Felix,
Dictaque ab Augusto legio, nomenque probantes

solio: timeat eum, *quem dejecit strage* filiorum: *et cognoscat* eum *fratrem* esse *suum*, etiam *dum rapitur, ut hostia. Postquam hæc statuta sunt* a *genero* Honorio, *Stilicho præparat catervas eximias* e *selecta juventute, corda probatissima bello, et reficit naves in portu Hetruriæ. Hercules favens ducit turbam Herculeam, et Rector Deorum Joviam: neque signifer fatigatur ullo onere: adeo signa* ipsa *properant promoveri! Nervius sequitur, et Felix promeritus* hoc *nomen, et legio*

Reg. Petav. pr. m. pr. Tholos. Moret. sec. *præceps* vel *princeps* Oxon. sec. *tremiscat* Vat. Livin. *tremescat* Oisel. *tumescat* Ald.—414 *cum victima* Leid. pr. Vat. pr. Oisel. Pat. Florent. *victima Martia* Vat. pr. m. pr.—415 *natissima* Pric. *novissima* Put. m. pr. *Martis* Farn.—416 *plebe* Farn. Med. sec. Reg. Petav. pr. m. pr. Tholos. Lov. m. pr. *puppe* Med. tert. *pube* vel *plebe* Florent. *ministros* Thuan. *maritos* vel *maniplos* Vat. pr.—417 *Disposuit* Pric. Med. quart. Reg. Leid. sec. mox *disponit* pro *instaurat* Pal. Med. pr.—418 *Herculeam* Lov. Moret. sec. duo Oxon. et Leidd. Ald. Exc. Gevart. et Ruben. *Herculiam* vet. Cod. *Heracleam* Isingr. Pulm. Colin. Gryph. *Jovinamque* Oxon. pr. *Joniamque* Farn. Moret. sec. Exc. Gevart. Ald. Vi-

NOTÆ

414 *Dum victima*] Dum trahetur orans, obsecrans, et immolandus ut victima. De Morte Gildonis, historici non satis consentiunt: Zosimus eum sua manu, Orosius ab aliis ait esse strangulatum.

415 *Sederunt*] Postquam talia sederunt, id est, rata ac fixa fuerunt in animo Honorii, qui gener erat Stilichonis. Dicitur optime, 'Hæc animo sententia sedit,' vel, 'Quæ animo sententia surgat?'

417 *Etrusco*] Vel Hetrusco, in urbe Pisis, quæ urbs est Hetruriæ cum portu commodo.

418 *Herculeam*] Hercules suus, id est, favens ducit legionem a suo nomine dictam. Legio *Herculea* dicta est a Maximiano Herculio; *Jovia* autem a Diocletiano Jovio, qui eas instituerunt.

Alcides] Hercules sic dictus, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, *a robore.*

419 *Premitur*] Nec signiferi laborant in avellendis signis, quod bonum erat omen victoriæ referendæ: contra, si ægre signa avellerentur pro infelici portento habebantur. Id quod et Flaminio, quem delevit Annibal, et Crasso, quem Parthi profligarunt, evenit.

421 *Nervius*] Unus e Ductoribus.

Felix] Unus quoque e Ductoribus, cui res prospere et feliciter gestæ nomen *Felicis* pepererunt.

422 *Dictaque*] Legio *Honoriana* dicta ab Honorio Imperatore Augusto.

Invicti, clypeoque animosi teste Leones.
Dictis ante tamen Princeps confirmat ituros
Aggere conspicuus. Stat circumfusa juventus
Nixa hastis, pronasque ferox accommodat aures:
Gildonem domitura manus, promissa minasque
Tempus agi: si quid pro me doluistis in armis,
Ostentate mihi. Justo magnoque triumpho
Civiles abolete notas. Sciat orbis Eous,

appellata ab Augusto; et confirmantes vocem Invicti, ac Leones indomiti scuto testante. Prius tamen Imperator spectabilis in *cespite* excelso *excitat verbis* suis *milites profecturos. Juventus circum effusa astat fulta lanceis, et animosa adhibet aures attentas:* o *exercitus superature Gildonem,* jam *tempus* est *impleri promissa et comminationes. Si quid indignati estis pro me in bello, ostendite mihi, eluite maculas civiles Triumpho pleno et ingenti. Imperium Orientis cognoscat, et sit notum*

cet. Parm. Isingr. Colin. Pulm. *Joviamque* Lov.—423 *Invicto* Vicet. Parm. —424 *informat* Oxon. pr. *iturus* Oisel.—425 *stat circumfusa* Florent. Thuan. duo Petav. quatuor Med. duo Heins. Put. Reg. ed. Parm. et Vicet.—426 *Nixa* Exc. Læti. *Nota* ed. Vicet. *iras* pro *aures* Thuan.—428 *agi* Pric. Rott. Oisel. Ms. Moret. Sched. Gud. *agit* omnes Vatt. Pal. Farn. Lov. Moret. sec. Exc. Schotti et Gevart. *age* ed. Vicet. *agit* vel *agi* Moret. pr. *meruistis in armis* Put. Petav. pr. vet. Gyr. ed. Parm. et Vicet. *doluistis* duo Leidd. et viginti quatuor alii, Exc. Læti, Ruben. et Gevart. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *doluistis, in armis o.* ita distinguunt Gesn. ed. Bipont. Kœnig.—429 *nihil* pro *mihi* Exc. Læti et Ruben.—430 *Imbelles* Exc. Ruben. ed. Vicet. *Civiles* vel *Imbelles* Exc. Pat. rec. *neces* Med. sec. m. pr. marg. Isingr. *notas* vel *neces* Vat. tert. Pric. Put. *omnis* pro *orbis* Leid. sec. Rott.

NOTÆ

423 *Invicti*] Legio *Invicta* nominata, cujus milites probant sua virtute non immerito legionem suam appellari *Invictam.*

Clypeo teste] Quia præclara facta sua in scutis depingebant; unde Virgilius, 'picti scuta viri,' ideoque fortes, quod facta edant digna, quæ depingantur in scuto. Contra parma pura et alba de iis dicitur, qui nihil adhuc memorabile fecerunt, idem Virgilius, 'Parmaque inglorius alba.'

Leones] Legio *Leonum* dicta, quod hujus milites leonum gestarent insignia. *Leones* autem *animosi,* id est, milites Legionis *Leonum, animosi et indomiti* instar Leonum, quorum gerebant insignia.

424 *Princeps*] Honorius hortatur incenditque milites eloquentia sua, ut tum moris erat.

425 *Aggere*] Spectabilis in aggere, id est, in Tribunali castrensi, quod cespite congesto exstructum in medio attollebatur.

426 *Ferox*] Vel in ipso silentio milites præferunt ferociam Martis.

427 *Minasque*] Quas toties intentastis in barbarum Gildonem.

428 *Si quid doluistis*] Si quo dolore, si qua indignatione accensi estis contra Gildonem in mei gratiam.

429 *Justo*] Triumpho pleno, et numeris omnibus absoluto.

430 *Civiles notas*] Eluite maculas, seu dedecus susceptum in bello civili, in quo pro Eugenio, et Maximo, Tyrannis, arma tulistis contra Romam.

Sitque palam, Gallos causa, non robore, vinci.
Nec vos, barbariem quamvis collegerit omnem,
Terreat. An Mauri fremitum, raucosque repulsus
Umbonum, et vestros passuri cominus enses?
Non contra clypeis tectos, galeisve micantes
Ibitis. In solis longe fiducia telis.
Exarmatus erit, cum missile torserit, hostis.
Dextra movet jaculum; prætentat pallia læva;

publice, Gallos superari æquitate causæ, non vi. Neque Gildo *territet vos, etiamsi congregaverit totam Barbariam. An Mauri sustinebunt prope impetum* vestrum, *et repercussus stridentes scutorum, et gladios vestros? Non irruetis contra* homines *munitos scutis, et refulgentes casside. Confidentia eorum* est *in jaculis solis* ex *longinquo: hostis inermis remanebit, cum vibraverit telum. Dextera eorum impellit*

Exc. Gevart. *orbis* Exc. Læti.—432 *barbariam* Petav. pr. Vat. quint. *barbaries* Rott.—433 *haud Mauri* Vat. Livin. *aut Mauri* Vat. quint. Rott. Ambr. pr. Oxon. sec. Med. tert. vet. Gyr. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Ald. Palm. et al. *en Mauri* Mazar. Var. LL. ed. Antv. *an Mauri* Florent. Put. Reg. Bonon. Pat. Tholos. Lov. duo Heins. tres Med. totidem Petav. et Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Gevart. *fremitum* Vat. pr. Pric. *raucoque* Exc. Schott. in quibus Gronovius notaverat in Gryphiana ed. sic quoque legi. *tantosque* Var. LL. ed. Antv.—434 *Umbonem* Put. *Umbone* Exc. Ruben. ed. Vicet. *Umbrorum* Oxon. pr. m. pr. *nostros* duo Vatt. Pal. *vestros* Leid. sec. Vat. Gyr. cum multis aliis, item Exc. Gevart. *enses* Exc. Gevart. —435 *Nec contra* duo Med. Ambr. tert. *Non etiam* Var. LL. ed. Antv. *clypeo* Med. tert. *gladiisque* Vat. pr. Moret. sec. *galeisque* Vat. tert. *galeaque* Pal. duo Med. unus Heins. *radiisque* Oisel. *galeisve* Reg. Med. quart. *galeisque* vel *gladiisque* Put.—436 *solis* Med. pr. *solitis* Oisel. *solis* vel *solitis* Pric. inc. Heins. Ambr. sec.—437 *miserit* Thuan. Pat.—438 *prætendat* Bonon.

NOTÆ

In exercitu Honorii multi erant milites, qui Eugenium, Maximumque, et bellum civile secuti fuerant.

431 *Causa*] Galli erant in exercitu Honorii, aitque eos nunquam posse superari nisi causa legitima destituantur. Id quod contigit, cum Eugenium et Maximum sequerentur. Et vero cum sequantur nunc Honorium Principem legitimum, rogat eos, ut probent se ante victos esse causæ æquitate, non vero robore, et vi armorum. Gallorum fortitudinis infinita sunt propemodum exempla: hos Julianus Imperator Romanis præferebat. Sed cum semper fortes fuerint, nunquam tamen fortiores, quam his temporibus, quibus sub auspiciis Ludovici Magni in præliis omnibus triumphant.

432 *Barbariem*] Gildo non terrebit vos, licet colligat omnes gentes barbaras, immo licet armet ipsam barbariem.

433 *Fremitum*] Milites ruentes, et arma quatientes cum fremitu, et clamore.

437 *Exarmatus*] Cum Mauri vibraverunt tela, in quibus solis confidunt, remanent exarmati.

Missile] Telum omne, quod jacitur, quod mittitur.

438 *Pallia*] Quod designat tumultuariam Maurorum, et impeditam quandam pugnandi rationem; contra Romani erant sine pallio expeditiores.

Cetera nudus eques. Sonipes ignarus habenæ:
Virga regit. Non ulla fides, non agminis ordo.
Arma oneri, fuga præsidio. Connubia mille:
Non ulli generis nexus, non pignora curæ;
Sed numero languet pietas. Hæc copia vulgi.
Umbratus dux ipse rosis, et marcidus ibit
Unguentis, crudusque cibo, titubansque Lyæo,
Confectus senio, morbis stuprisque solutus.
Excitet incestos turmalis buccina somnos;
Imploret citharas, cantatricesque choreas,

spiculum; at *sinistra opponit pallia:* quoad *cetera eques* est *detectus. Equus* est *imperitus lori: virga ducit* hunc. *Fides nulla* est inter illos, *nullus ordo exercitus. Arma* iis sunt *oneri, effugium* est *auxilio: mille conjugia* sunt illis: *nulla* sunt *vincula consanguinitatis: liberi non* sunt iis *curæ, sed pietas eorum minuitur multitudine: hæc facultas* est *plebis. Ipse ductor coopertus rosis, et emollitus aromatis, et* onustus *dapibus crudis incedet; et vacillans vino, oppressus senectute, morbis, et enervatus libidine. Tuba bellica excutiat soporem impudicum; invocet lyras, et*

---

prætentant Put. m. pr. *læva* vel *lævam* Thuan.—439 *ignavus* Pric.—440 *gerit* Oisel.—441 *hominum* Med. tert. *conubia* Exc. Gevart.—442 *Non illi* Farn. *illis* quatuor Vatt. Pal. Rott. *ulli* Mazar. Pat. Oxon. pr. Ambr. sec. *ullis* Petav. pr. m. pr. *illis* vel *ulli* Pric. Med. pr. Put. *nexus generis* Ambr. sec. *sexus* Bonon. Oxon. sec. Med. tert. Petav. tert.—443 *languet numero* Med. quart.—444 *rex* Vat. sec. m. pr. Rott. Med. sec. Oxon. pr. Moret. sec. *ibat* Ambr. pr.—445 *Unguento* Put. *nudusque* ed. Vicet.—446 *Confractus* Moret. sec. *stuproque* idem.—447 *Excitat* Med. tert. Exc. Læti et Var. LL. ed. Antv. *ingestos* Vat. pr. Oisel. *infestos* Pal. *incestos* vel *infestos* Oxon. sec.—448 *Implorat* Vat. tert. *puellas* Pal. Med. pr. unus Heins. *sorores* Oxon. sec. m. pr. *catervas* Moret. sec. *joculatricemque cohortem* vel *cantatricesque choreas*

NOTÆ

441 *Arma*] Arma eis onerosa et molesta sunt: fuga salutaris præfertur.

Connubia] Habent multas conjuges: numerus certus pro incerto ponitur.

442 *Non pignora curæ*] Nulla habent inter se generis et consanguinitatis vincula; non curant liberos; quorum ob multitudinem, multum minuitur, immo evanescit fere amor patrius. Ovidius: 'Alterius vires subtrahit alter amor.'

443 *Copia*] Hæc est copia, hæc est facultas populi: tale est vulgus.

444 *Umbratus*] Tectus grandiori corona, quæ umbræ instar illum operiat.

445 *Lyæo*] Baccho, qui dicitur ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere*, quod solvat curas. Hic *Lyæus* sumitur pro vino.

447 *Incestos*] Somnos non solum impudicos sed etiam incestos, quod forte Gildo, barbarorum more, cum fœminis consanguineis et affinibus dormire non perhorresceret.

448 *Imploret*] Ironicôs: ipse nimirum Gildo pressus Romanorum telis, immo læsus solo tubæ clangore imploret, invocet, in auxilium citharas, chorosque mulierum ac puerorum inter cœnam saltantium et canentium.

Offensus stridore tubæ : discatque coactus,
Quas vigilat Veneri, castris impendere noctes.
Nonne mori satius, vitæ quam ferre pudorem?
Nam quæ jam regio restat, si, dedita Mauris
Regibus, Illyricis accesserit Africa damnis?
Jus Latium, quod tunc Meroë, rubroque solebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda?
Et cui non Nilus, non intulit India metas,
Romani jam finis erit Trinacria regni?
Ite recepturi, prædo quem sustulit, axem,
Ereptumque Notum. Caput insuperabile rerum
Aut ruet, in vestris aut stabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes
Amissas. Uno Libyam defendite bello.
Vestros imperium remos, et vestra sequatur

saltationes canentium, ipse *læsus clangore tubæ, et invitus discat insumere in castris noctes, quas insumit* in *voluptatibus. An non præstaret emori, quam pati* hoc *dedecus vitæ? Etenim quæ jam ora superest* nobis, *si Africa, subacta* a *regibus Mauris, addatur jacturæ Illyricæ? Imperium Italiæ, quod consueverat tunc terminari Meroë, et mari rubro, terminatur aquis Hetruriæ? Et Sicilia jam erit limes Imperii Romani, cui non Nilus dedit limites, non India. Properate* milites *restituturi regionem, et* tractum *Australem ablatum, quem* Gildo *prædo cripuit* nobis. *Roma caput indomitum Mundi, aut cadet in brachiis vestris, aut stabit. Debetis mihi tot gentes, tot agros, tot oppida erepta: tutamini Libyam uno prælio. Imperium comitetur vestras naves, et vela vestra. Reducite trans maria leges*

Med. quart.—449 *Offensas* Oxon. sec. *Ostensus* Exc. Læti.—450 *vigilet* Put. *jugulat* Vicet. vitiose. *castrisque* ed. Vicet.—451 *quam vitæ* quatuor Vatt. Pal. Flor. Med. sec. Leid. sec. Thuan. Pat. Ambr. tert. *vitæ quam* Rott. Oisel.—452 *quænam* Mazar. *quæ jam* vel *quænam* Exc. Læti. *restat regio* Moret. sec. *debita* Florent. Put. Oxon. pr. Moret. pr. duo Med.—453 *illicitis* Vat. pr. m. pr. Farn.—454 *Latio* Vat. tert. *latum* Exc. Gevart. *nunc* Pric. *tunc* Leid. pr. Petav. pr. Put.—455 *jungi* Sched. Gud.—456 *jam Nilus* Oxon. pr.—459 *Erectumque* Oxon. sec.—460 *Vel ruet* et *vel stabit* Moret. sec. *ruat in nostris* Pal. Florent. Med. pr. unus Heins. Tholos. duo Ambr. Cod. Barth.—461 *dilectos* Pal. Med. pr. unus Heins. *jura* Vat. sec. Pal. Rott. Thuan. Mazar. duo Petav. *rura* duodecim alii. *rura* vel *jura* Vat. pr.—463 *vestra*

NOTÆ

453 *Illyricis*] Illyria capta fuerat ac vastata ab Alarico.

454 *Meroë*] Hodie, *Gueguere*, insula quam Nilus efficit.

455 *Tyrrhena*] Hetrusca, seu mari infero, quod et Tyrrhenum appellatur.

457 *Trinacria*] Sicilia ἀπὸ τῶν τριῶν ἄκρων, a tribus promontoriis, ut supra dictum est.

459 *Notum*] Tractum seu Africam Australem, vel Meridianam.

463 *Imperium*] Quocumque remos, navesque agatis, vincatis, et sic vos

Carbasa. Despectas trans æquora ducite leges.
Tertia jam solito cervix mucrone rotetur,
Tandem funereis finem positura tyrannis.
Omina conveniunt dicto, fulvusque Tonantis
Armiger ad liquidam, cunctis spectantibus, æthram
Correptum pedibus curvis innexuit hydrum.
Dumque reluctantem morsu partitur obunco,
Hæsit in ungue caput: truncatus decidit anguis.
Ilicet auguriis alacres per saxa citati,

contemtas. Jam caput tertium tyrannorum *demetatur ense consueto, allaturum tandem finem tyrannis funestis. Præsagia consentiunt* his *verbis* Honorii, *et* aquila, *fulva armigera Jovis, omnibus videntibus, implicuit unguibus aduncis serpentem raptum in aëre sereno, et dum dilaniat* illum *resistentem rostro recurvo, caput* ejus *adhæsit inter ungues,* corpus *draconis mutilatum corruit. Statim* milites *hilares excitati* his *auspiciis currunt per rupes, et fluvios, non mons remo-*

---

sequetur Med. quart. Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart.—465 *solito cervix* Pat. Mazar. Moret. sec. Vat. Livin. *cervix solito* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *subito* vel *solito* Med. sec. Oxon. sec. *notetur* ed. Vicet.—466 *Tertia funereis* Pal. Med. pr. unus Heins. *curamus* pro *tyrannis* Var. LL. ed. Antv. *ruinis* Moret. sec. *ruinis* vel *tyrannis* Reg.—467 *Omnia* Pal. Farn. Oisel. Leid. sec. Petav. tert. m. sec. Ald. *Omina* vet. Gyr. cum decem aliis. *dictis* Vat. tert. Florent. *ductos* Vat. pr. m. pr. *dicto* vel *dictis* Put. *fulvisque* Var. LL. ed. Antv.—468 *ad liquidum* Ambr. pr. *ad liquidam* quatuor Vatt. Pric. Oisel. *obliquida æthra* Rott. *ab liquida æthra* Leid. sec. Ambr. tert. duo Oxon. Exc. Gevart. et Ruben. *a liquida æthra* septem alii et Exc. Læti. *obliqua æthra* vel *ad liquidam æthram* Florent. Med. sec.—469 *Correptum* Vat. pr. et tert. Florent. Mazar. Pat. Ambr. sec. m. pr. inc. Heins. et ed. Vicet. *Collectum* Leid. sec. cum viginti quatuor aliis et Exc. Gevart. *Arrectum* Vat. quint. *Arrectam* Ambr. pr. *Arreptam* Sched. Gud. *curvis pedibus* Pal. Med. sec. m. pr. *sævis* octo alii, Exc. Cod. Rhem. Heinsius ascripserat locum Præf. III. Cons. Hon. vs. 10. 'Unguibus hunc sævis ira paterna ferit.' *sævis* vel *curvis* Vat. pr. *intexuit* Exc. Læti et Ruben. *Hydram* Sched. Gud. *anguem* Pric. Hic Exc. Rubenii desinunt et finis desideratur, quia Ms. Ruben. hic deficiebat.—470 *obunco* Oisel. Med. pr. *abunco* Rott. Moret. pr. Sched. Gud. ed. Vicet. *acerbo* Mazar. Exc. Cod. Rhem. *adunco* quindecim scripti, Oxon. et Lov. *obunco* vel *adunco* Put.—471 *decidit unguis* Vat. sec.—472 *citatim* Pat. *rotati*

NOTÆ

Imperium sequatur.

464 *Leges*] Romanas leges reducite trans maria, in Africam scilicet, ubi a Gildone impie contemtæ sunt.

465 *Tertia cervix*] Cervix Gildonis tyranni rotetur, id est, gladio rotato amputetur, et addatur cervicibus amputatis Eugenii et Maximi tyrannorum, de quibus supra dictum est.

466 *Funereis*] Qui perpetuo gaudent cæde, sanguine, funere.

468 *Armiger*] Hæc comparatio poëtis familiaris, Homero, Virgilio, &c.

471 *Truncatus*] Id quod indicabat Gildoni caput esse amputandum, ejusque corpus truncum remansurum esse.

Torrentesque ruunt: non mons, non sylva retardat.
Pendula ceu parvis moturæ bella colonis
Ingenti clangore grues æstiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.
Ordinibus variis per nubila texitur ales
Litera, pennarumque notis inscribitur aër.
Ut fluctus tetigere maris, tunc acrior arsit
Impetus, arripiunt naves, ipsique rudentes
Expediunt, et vela ligant, et cornua summis
Associant malis. Quatitur Tyrrhena tumultu

ratur illos, *non sylvæ. Quemadmodum grues indicturæ pugnas* in aëre *suspensas incolis exiguis deserunt magno strepitu æstiva Thraciæ, cum mutant Strymonem* cum *Nilo tepenti: volatus celer implicatur per aërem serie diversa, et aër notatur signis alarum. Postquam* milites *attigerunt undas maris, tunc vis vehementior incaluit: occupant naves, et ipsi explicant funes, atque constringunt vela, et conjungunt malis altis antennas. Littus Hetruscum concutitur* hoc *motu, et Pisæ*

Rott.—473 *Torquentesque* Petav. tert. *nec mons aut silva* Vat. pr. et tert. Oisel. Mazar. Pat. *aut silva* Vat. Livin. *retardat* Florent. *retardat.* cum τελείᾳ στιγμῇ, duo Vatt. Farn. Oisel.—474 *Pendula sic* vet. Gyr. *Pendula.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. Med. tert. Mazar. Moret. sec.—475 *clangore* Vat. Livin. *clamore* viginti octo alii et ed. Vicet. *clamore* vel *clangore* Put. Hic versus non extat in Med. quart.—476 *tunc* Pal. Med. pr. unus Heins. *pro* Florent. *permutat* Pat.—477 *alis* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *ales* Vat. pr. m. pr Lov. ex correctione, atque ita legit Heins. qui ascripserat, ita 'ales arundo' apud Prudent. p. 37.—478 *notas* Petav. sec. *conscribitur* Vat. pr. Oisel. Pat. Vat. Livin. *inscribitur* vel *conscribitur* Put.—479 *manus* Tholos. *ardet* Pal. *ardet* vel *arsit* Med. pr.—480 *ipsæque* Mazar.—481 *Expediunt* vel *Exsolvunt* Lov. *ligant* Lov. Pat. Petav. pr. Moret. sec. Med. quart. Vat. quint. *legunt* Ambr. sec. m. sec. Heinsius ascripserat Lucan. III. 44. 'legere rudentes' Valer. Flacc. l. II. initio, 'Vela legunt, remis insurgitur.' *legunt* vel *ligant* Vat. pr. et tert. Pric. Florent. Med. sec. Put.—482 *Queritur*

NOTÆ

474 *Parvis colonis*] Pygmæis populis Thraciæ, cum quibus bella gerere grues dicuntur ab Aristotele. Pygmæi pugnaturi insident arietibus, armati lanceis scirpeis. Pygmæi appellantur ἀπὸ τῆς πυγμῆς, pugno aut cubito, cujus mensuram magnitudine non excedunt.

475 *Æstiva*] Loca Thraciæ, in quibus æstatem traducebant.

476 *Strymona*] Strymon est fluvius Thraciæ, ob grues satis notus. Hinc dicuntur Strymoniæ.

Nilo] Fluvio Ægypti notissimo; tepidus dicitur, est enim sub ardenti cœlo.

477 *Ales litera*] Volatus gruum celer ac velox, imitaturque literam Græcam Λ. De gruibus tempestate sparsis Lucanus: 'Et turbata perit dispersis litera pennis.'

482 *Tyrrhena ora*] Hetruria, quæ dicitur *Tyrrhenia* a *Tyrrheno* Atyos filio, qui ex Lydia in hanc regionem colonos deduxit.

Ora, nec Alpheæ capiunt navalia Pisæ.
Sic Agamemnoniam vindex cum Græcia classem
Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.
Non illos strepitus, impendentisque procellæ
Signa, nec adventus dubii deterruit Austri.
Vellite, proclamant, socii, jam vellite funem.
Per vada Gildonem quamvis adversa petamus.
Ad bellum nos trudat hyems. Per devia ponti
Quassatis cupio tellurem figere rostris.
Heu nimium segnes, cauta qui mente notatis,

Alpheæ non comprehendunt tot *naves. Ita* cum *Græcia ultrix emitteret naves Agamemnonias, Aulis incendebatur clamoribus infinitis. Non murmur, et indicia tempestatis imminentis avertit illos* milites, *neque accessus Noti incerti: exclamant, Rapite,* o *commilitones, rapite jam funem: aggrediamur Gildonem per freta, etsi infesta: tempestas impellat nos ad prælia: exopto penetrare terram rostris* navium *concussis per anfractus maris. Heu!* vos *nimis inertes, qui animo*

Florent.—483 *neque* Pal. Med. pr. unus Heins.—484 *classim* Tholos.—485 *Solverit* Tholos. *Solveret* Leid. sec. *Solverat* Pal. Med. pr. Lov. m. pr. Raphel. unus Heins. *fremebat* Thuan.—486 *trepidus* Var. LL. ed. Antv.—487 *neque* Pal. Med. pr. duo Heins.—488 *Vellite* Vat. pr. et tert. Oisel. *Rumpite* vet. Cod. teste Heinsio, qui ascripserat locum Lucan. v. 422. 'Rumpite quæ retinent felices vincula proras.' *Solvite jam clamant socii, jam vellite* Mazar. *Solvite jam socii clamant aut rumpite* duo Vat. Pal. Farn. Rott. *Vellite proclamant socii jam vellite f.* Vat. Livin. Pat. Oisel. *Vellite proclamant socii, dissolvite f.* Pric. *jam rumpite funem* Thuan. Ambr. sec. inc. Heins. qui ascripserat *solvere funem* frequens esse apud Auctores, citans Passerat. ad Propert. p. 179. *abrumpite funem* Vat. Livin. m. sec.—490 *trudat* Vat. pr. et tert. Oisel. Mazar. *tradat* Vat. quint. *trudit* duo Leidd. totidem Oxon. cum viginti aliis, Var. LL. ed. Antv. ed. Vicet. *devia ponti* Oisel. *cærula* Pat. *perque avia* Vatt. duo.—491 *cupidi tellurem figite* Farn.—492 *cauta* duo Med.

NOTÆ

483 *Alpheæ Pisæ*] Pisa urbs est Hetruriæ, condita a Pisanis, qui Arcades erant, et quos alluit fluvius Alpheus in Elide regione Græciæ.

485 *Aulis*] Portus est Bœotiæ in Græcia, ubi sub Agamemnone congregatæ Græcorum naves contra Trojanos ituræ, et raptam a Paride Helenam ulturæ.

486 *Illos*] Milites *Honorianos* dictos a Stilichone.

490 *Hyems*] Ipsa tempestas nos impellat ad bellum Gildonicum: *Hyemem* pro tempestate ponit Virgilius: 'Emissamque hyemem sensit Neptunus,' &c.

Per devia] Etiamsi ego miles Honorii cursum teneam per ipsos anfractus maris, hac tamen via volo figere, ac velut superare terram Africam rostris navium concussis atque vibratis.

491 *Figere*] Superare, confodere non terram, sed rebelles qui sunt in terra Africa: ponitur continens pro contento, Metonymicôs.

492 *Cauta*] Vos estis nimium prudentes, immo inertes, si observatis

Si revolant mergi, graditur si littore cornix.
Ora licet maculis asperserit occiduus Sol,
Lunaque conceptis livescat turbida Coris,
Et contusa vagos jaculentur sidera crines,
Imbribus humescant Hædi, nimbosaque Taurum
Ducat Hyas, totusque fretis descendat Orion;

provido animadvertitis, si mergi redeunt, si cornix spatiatur in *arena. Etiamsi Sol occidens inficiat os* suum *maculis, et Luna turbulenta subrubescat ventis formatis, et astra confusa emittant comas errantes:* et si *Hædi madefiant pluviis, et Hyas aquosa regat Taurum, et Orion totus delabatur in mare, indicia Cœli certa*

Reg. Thuan. Put. Mazar. Tholos. Bonon. tres Petav. totidem Ambr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. ed. Vicet. *tanta* Moret. sec. *capta* Pal. Florent. Pat. unus Heins. *captos* Var. LL. ed. Antv. *tanta* vel *cauta* Med. sec. *capta* vel *cauta* Med. pr. Oxon. sec. *quid* Ambr. pr. *vocetis* Pal. *vocatis* Med. pr. Var. LL. ed. Antv.—493 *volitant* Leid. sec. m. sec. *revolent* Thuan. *litora* Rott. Thuan. *per litora* Farn.—494 *consperserit* Ambr. sec. inc. Heins. *conspexerit* Leid. pr. *aspexerit* Leid. sec. et decem alii, Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. *assiduus sol* Med. pr. unus Heins.—495 *conceptis* vel *contemptis* Med. pr. *lucescat* Vat. quint. *turbida* Florent. m. sec. duo Heins. *turgida* triginta alii, Var. LL. e marg. Parm. et Exc. Gevart. *Cauris* Vat. pr. item Vat. Livin. *choris* Lov. Var. LL. ed. Antv.—496 *confusa* Farn. ed. Vicet. *contusa* Leid. pr. Vat. quint. Florent. Med. tert. Reg. Bonon. Tholos. Lov. vet. Gyr. Moret. sec. duo Oxon. duo Ambr. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *concessa* Pat. *concussa* Leid. sec. cum quatuordecim aliis et Sched. Gud. *concussa* vel *confusa* Med. sec. *jaculantur* Moret. sec.

NOTÆ

alia signa, quam quæ dat Honorius.

493 *Si revolant mergi*] Mergi sunt aves, quæ continuo merguntur, ideoque si immergi desinant, atque revolent, hoc contra naturam esse creditur, et idcirco auspicium navigaturis inauspicatum, quasi immineat tempestas aliqua turbulentior.

Cornix] Et illud quoque est auspicium infaustum ex Virg. 'Si cornix plena pluviam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena.'

494 *Maculis*] Sol habet suas maculas: nemo dubitat: sed hic nubes intellige.

495 *Conceptis Coris*] Cori vel Cauri sunt venti flantes ab occasu solstitiali, hoc est, ab iis regionibus in quibus Sol occidere videtur tempore brumali: hic ponuntur pro ventis violentis, et ex Virgilio, 'Semper frigora spirantibus.'

496 *Crines*] Etsi astra *contusa*, seu obtusa, vel *confusa*, ac turbida ostendunt, ac vibrant crines terribiles, ibimus in hostem. Cometas intelligit, quos antiqui timebant, velut certa calamitatum imminentium præsagia.

497 *Hædi*] Duo sunt signa cœlestia Septemtrionalia in manu sinistra Aurigæ seu heniochi quæ creant pluvias: unde Virgilio dicuntur, 'Pluviales hædi.'

498 *Hyas*] Hyas seu Hyades sunt septem stellæ in capite Tauri signi cœlestis, quæ ortu suo creant pluvias: hinc dicuntur *Hyades*, ἀπὸ τοῦ ὕειν *pluere:* Latinis dicuntur *sues* et *subuculæ*, quod sues imbribus, et luto

Certa fides cœli; sed major Honorius auctor.
Illius auspiciis immensa per æquora miles,
Non Plaustris Arctove regor. Contemne Booten,
Navita: turbinibus mediis permitte carinas.
Si mihi tempestas Libyam ventique negabunt,
Augusti Fortuna dabit. Jam classis in altum
Provehitur. Dextra Ligures, Etruria læva
Linquitur, et cæcis vitatur Corsica saxis.
Humanæ in speciem plantæ se magna figurat,

sunt, sed Honorius est *auctor certior.* Ego *miles* sub *auspiciis ipsius* Honorii; *per maria infinita non ducor Plaustris aut Ursa: o nauta, despice* signum *Bootæ: trade naves procellis ipsis, si tempestas et venti non dent mihi Libyam, felicitas Imperatoris dabit* eam mihi. *Jam classis progreditur in* mare *profundum. Liguria relinquitur* a *dextra, Hetruria* a *sinistra, et Corsica evitatur* ob *rupes latentes. Insula ingens format se in figuram pedis humani (antiqui incolæ appellarunt* eam

jactentur Med. pr.—498 *hyems* Med. pr. m. pr. *totisque* Reg.—499 *actor* Rott. Petav. pr. Med. sec. *actor* vel *auctor* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv.—500 *inmersa* Oxon. pr. m. pr.—501 *Arctoque* duo Vatt. Farn. Pric. Oisel. *Arctove* duo Leidd. cum viginti aliis, Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. ed. Vicet. *regor* Vat. pr. m. sec. *regar* Vat. quint. item Vat. Livin. *contemno* Med. pr. *Bootam* Vat. quint. *Boetem* Lov. *Bootem* viginti alii et ed. Vicet. *Booten* Ambr. tert. Ald.—502 *inmitte* unus Heins. *carinam* Med. quart.—503 *negabant* Vat. pr. m. pr.—504 *Fortuna* vel *formido* Vat. tert. *in Austrum* inc. Heins.—505 *Etruria* duo Vatt.—506 *cæsis* Florent. m. pr. inc. Heins. *cesis* vel *cecis* Put. *cessis* vel *cæcis* Petav. pr. Heinsius *celsis* conjiciebat. *versatur* Var. LL. ed. Antv.—507 *Humanæ speciem in plantæ* Farn. Rott. ed. Vi-

NOTÆ

gaudeant: 'et amica luto sus.' Horatius.

Orion] Signum itidem cœleste est, inter signa meridiana repositum: diciturque vel *ἀπ' οὔρου, ab Urina,* quod genitus sit ex Urina trium Deorum, Jovis, Neptuni, Mercurii, aut Apollinis; vel *ἀπὸ τοῦ ὀρίνειν, excitare,* quod excitet tempestates per mare et terras; unde et *aquosus* et *nimbosus Orion* passim dicitur.

499 *Certa fides*] Cœlo signisque cœlestibus certa fides habenda est, sed major habenda est Honorio, qui auctor est, qui jubet: satis enim est eum imperasse; fient enim, quæcumque imperavit. Sic Poëtæ adulantur.

500 *Illius auspiciis*] Miles Martio furore abreptus pro ineptiis habet signa cœlestia, quæ nautæ observant ad viam in mari regendam.

501 *Non Plaustris Arctove, &c.*] Sunt signa Septemtrionalia. De his supra III. Cons. Hon. vs. 170.

504 *Fortuna*] Julius in Suetonio: 'Quid times, nauta? Cæsarem vehis et Cæsaris fortunam.'

505 *Ligures*] Liguria, *Côte de Gênes,* in ipso limine Italiæ.

Etruria] Italiæ regio, dicta quasi *ἑτερορία, ἀφ' ἑτέρου ὅρου, ab altero fine, termino,* quod ad alteram Tiberis ripam extenderetur, qui terminus est inter Latium et Etruriam.

506 *Corsica*] *Corse, ou Corsegue,* insula ad oras Etruriæ.

Insula (Sardoam veteres dixere coloni)
Dives ager frugum. Pœnos Italosve petenti
Opportuna situ. Quæ pars vicinior Afris,
Plana solo, ratibus clemens: quæ respicit Arcton,
Immitis, scopulosa, procax, subitisque sonora
Flatibus. Insanos infamat navita montes.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aër
Sævit, et exclusis regnant Aquilonibus Austri.
Quos ubi luctatis procul effugere carinis;

Sardiniam) terra *est fœcunda messibus: commoda* ob *situm* nautæ *eunti* ad *Carthaginienses aut ad Italos:* ea *pars,* quæ *propior* est *Africæ* habet *planitiem camporum,* et est *benigna navibus: quæ* pars *spectat Septemtrionem* est *aspera, lapidosa, molesta, et stridens fluminibus repentinis. Nauta maledicit montibus insanis* hujus insulæ: *hinc pestis hominum et bestiarum, hinc aër insalubris furit et Noti dominantur pulsis Aquilonibus. Quos* Notos *postquam* milites *procul evita-*

cet. *in speciem* Pric. Thuan. Pat. *Humanæ specie* duo Leidd. cum triginta aliis, Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm.—508 *Sandaliam* Exc. Læti. *Sardaniam* Put. *Dardaniam* Petav. sec. m. pr. *Sardiniam* octo alii. *Sardoniam* Pal. Med. pr. Mazar. unus Heinsii, qui *Sardoam* legit.—509 *ager* Med. quart. ed. Vicet. *agerque* Med. tert. *Italosque* Pat. *Italosve* ambo Moret. Lov. duo Oxon. duo Leidd. Ald.—510 *quo* Tholos. *Austris* vet. Gyr. Farn. Thuan. *Afris* vel *Austris* Med. sec.—511 *Plena* Leid. pr. Vat. quint.—512 *Immunis* Var. LL. ed. Antv.—513 *Fluctibus* Exc. Læti. Gesn. et ed. Bipont. *Flatibus* duo Leidd. et triginta alii, Exc. Gevart. Sched. Gud. ed. Parm. et Vicet. *Fluctibus* vel *Flatibus* Vat. pr. Florent. Med. sec.—514 *Hic hominum* et *hic pestifer* Reg. Pat. *si pestifer* Oxon. pr. *pestis et aer* Var. LL. ed. Antv.—515 *excussis* Med. tert. *excussis* vel *exclusis* Mazar.—516 *Quos ut* Med. sec.

NOTÆ

508 *Sardoam*] Sardinia dicitur a Sardo Herculis filio; nam antea dicebatur *Sandalia* et *Sandaliotis, ἀπὸ τοῦ σανδαλίου, solea* vel *calceo,* cujus figuram imitatur. Sallustius, 'Sardinia facie vestigii humani.'

511 *Arcton*] Ἄρκτον, *Ursam,* signum Septemtrionale: hic ponitur pro Septemtrione.

512 *Procax*] Obnoxia Austris procacibus, et nautas crudeliter impetentibus.

513 *Insanos*] Nihil enim gentium feritas, atque *insanorum* montium (nam ita vocantur) 'immanitas profuere.' Florus.

Infamat] Nautæ, qui sæpius hic naufragium patiuntur, reddunt scopulos illos infames, et conviciis crebris detestandos, dirisque ab irato nautarum genere devovendos.

514 *Hinc*] Ex hoc insalubri, ac pestilenti situ insulæ, in quam ideo exules nonnunquam mittebantur. Martialis: 'Nullo fata loco possis excludere; cum mors Venerit in medio Tybure Sardinia est.'

515 *Austri*] Morborum, pestis, mortisque parentes.

516 *Luctatis carinis*] Hoc est, navibus luctando seu magno conatu et discrimine aversis ac detortis.

Per diversa ruunt sinuosæ littora terræ.
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos:
Partem littoreo complectitur Olbia muro.
Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare: tutaque ventis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
Hanc omni petiere manu, prorisque reductis

ruunt detortis navibus, eunt per varia littora terræ curvatæ. Pars militum *intrat Sulcos conditos* a *Carthagine: Olbia recepit partem* militum in *mœnibus littoreis. Urbs Calaris e regione Libyæ exstructa* a *Carthaginiensibus potentibus porrigitur in longum, et opposita protendit per aquas montem exiguum rupturum ventos: mare intermedium fit portus: et stagna* maris *defensa a ventis omnibus sedantur* cum *secessu magno:* milites *eunt* in *hanc* urbem *cum omni impetu, et proris* navium

jactatis vet. Gyr. *simul* Ambr. pr. Sched. Gud.—517 *sinuosæ* vel *fumosæ* Pric. —518 *Sulcos* Vat. pr. et tert. Oisel. Mazar. vet. Gyr. Var. LL. ed. Antv. *Mauros* Vat. quint. *muros* Vat. sec. Pal. Farn. Pric. Rott. duo Oxon. duo Leidd. *muros* vel *sulcos* Put.—519 *Olbia* Ambr. tert. *Olvia* vet. Gyr. *Ovia* Pat. *Obbia* Vat. pr. *Obvia* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Vicet. Ald. Isingr. —520 *contra Libyam* Thuan.—521 *Caralis* duo Med. Put. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. ed. Vicet. *Karalis* Vat. tert. Med. pr. unus Heins. *Ceralis* Petav. pr. *Carabis* Oisel. *Calaris* Pric. Florent. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Coralis* Med. sec. *tenuesque* Put. *urbes* Lov. m. pr. *umbras* Vat. tert. *undam* Med. tert. Ald. *undas* viginti octo Codd. ed. Vicet.—522 *Ovia* Pat. *demittit* Med. sec. Vat. tert. *facturum* Oisel. Leid. sec. *flumina* Farn. Med. pr. Thuan. Mazar. Ambr. pr. Petav. sec. Pat. Tholos. vet. Gyr. *flamina* vel *flumina* Pric. —523 *raptaque* Moret. pr.—524 *urguenti* Thuan. Petav. tert. *saxa* Ambr. sec. *recursu* vel *recessu* Oxon. sec.—525 *mari* pro *manu* Pat. *reducti* Med. sec.

NOTÆ

517 *Sinuosæ terræ*] Circumeunt, ruuntque per diversa littora terræ, variis anfractibus plenæ.

518 *Sulcos*] Urbem Sardiniæ a Carthaginiensibus conditam. Alii dicunt *Sulchos*, et Plinius hujus urbis incolas, *Sulchiranos*.

519 *Olbia*] Vel *Ulbia*, Urbs itidem Sardiniæ, recipit milites in suis mœnibus ad littus exstructis, ideoque dictis *littoreis*.

520 *Tyrio*] Urbs condita a Carthaginiensibus, qui ex Phœnicia oriundi sunt, ubi urbs Tyrus.

521 *Caralis*] Vel *Calaris*, metropolis Sardiniæ, optimo portu insignis, quo naves Honorii convenisse testatur Claudianus. Floro Calaris dicitur ‘urbs urbium.’

522 *Dimittit*] Protendit collem velut promontorium, contra impetum ventorum.

523 *Medium mare*] Sed quod inter urbem, et collem illum prominentem, portum facit commodum.

525 *Hanc*] Calarim omni conatu petere contendunt.

Reductis] Proris retroversis versus mare, adeo ut puppes in terra figantur.

Suspensa Zephyros expectant classe faventes.

retro versis opperiuntur ventos secundos, classe retenta.

m. pr. in Excerptis Læti erat 'Deest sequens Liber de Gildone et desideratur finis temporum injuria.' Vat. pr. habet EXPLICIT DE BELLO GILDONIS: INCIPIT LAUS STILICONIS LIBRI NUMERO III. in Ald. erat, 'desiderantur reliqua.'

NOTÆ

526 *Suspensa*] Classe funibus retenta et coërcita, sicque ventos faciles expectante.

Zephyros] Ventos prosperos: ponitur species pro genere, Synecdochicôs.

OBSERVATIO.

Multis deesse videtur Liber secundus: alii negant plura dicenda fuisse, propter simultates, quæ erant inter Arcadium et Honorium Imperatores.

Ceterum omittendum non est, in hujus operis gratiam Claudiano nostro statuam aheneam erectam esse. Sed hac de re infra in Præfatione de Bello Getico.

XVI.

CL. CLAUDIANI

DE CONSULATU

FL. MALLII THEODORI

V. C.

PANEGYRIS.

PROLOGUS.

ARGUMENTUM.

POETA increpat Musæ suæ audaciam, quod sese exponat judicio Senatus; qui tantus est, ut quemadmodum Jupiter Aquilarum ope orbem cognoscere potuit, sic et Honorius Senatorum concilio possit orbem metiri.

AUDEBISNE, precor, doctæ subjecta catervæ
Inter tot proceres, nostra Thalia, loqui?

O *Thalia* Musa *nostra, an audebis, quæso, loqui exposita cœtui erudito, inter tot*

Recitavit hunc Panegyricum Claudianus, ut patet ex Præfatione vss. 19. et 20. *Mallius* autem vocandus hic Consul. vid. Onuphr. in Fast. p. 302. ed. Commelin. De consulatu Mallii Theodori meminit Augustin. de Civ. D.

NOTÆ

Fl.] Flavius Mallius Theodorus, vir clarissimus atque doctissimus, Consul fuit anno Domini 399. Collegam habuit in Oriente Eutropium: nam alter Consul erat in Imperio Arcadii, alter in Imperio Honorii, at

Nec te fama vetat, vero quam celsius actam
  Vel servasse labor, vel minuisse pudor?
An tibi continuis crevit fiducia castris?
  Totaque jam vatis pectora miles habet?
Culmina Romani majestatemque Senatus,
  Et, quibus exultat Gallia, cerne viros.

primores? Neque fama prohibet te, quam famam *difficile est, aut conservare elatam jam altius merito* tuo, *aut pudendum est imminuere? An confidentia aucta est tibi,* o Musa, *bellis assiduis, et* audacia *militis possidet jam totum animum poëtæ. Aspice magnitudinem et majestatem Curiæ Romanæ, et viros, quibus Gallia trium-*

lib. XVIII. cap. ult. Ejusdem tamquam Christiani meminit in libro Retractationum, ubi citat librum Theodori *de Vita beata.* Gyrald. Theodori Præf. Præt. mentio est in Cod. Theodos. p. 488. et 489. In Moret. pr. sequitur hic Panegyricus post Epithalamium Honorii; in Moret. sec. post Quartum Cons. Honorii. Rottend. habet, *Panegyricus dictus Theodoro Consuli.* Vat. pr. *Incipit de Consulatu Manlii Theodori.* in Vat. tert. erat, *Liber Cl. Claudiani de secundo Mallii Theodori Consulatu. Præfatio.* Leid. pr. quoque exhibet, *Liber de secundo Consulatu Theodori.* in Petav. pr. a m. pr. erat, *Liber de secundo Consulatu Theodori. Prologus ad librum sequentem de secundo Consulatu Theodori.* dein manu recenti, *Cl. Claudiani Prologus in Panegyrim Manlii Theodori Cons.* Petav. sec. habet, *Incipit Panegyricus dictus Theodoro Consuli. Præfatio.* Porro in Schedis Gudianis, item Excerptis Schotti, Vossii, et Codicis Rhemensis nulla erat Præfatio.

1 *prior* pro *precor* Jun. pr. *tantæ* Vat. pr. *subjecte* Tholos.—3 *Nec vero te fama vetat* Oxon. sec. *negat* Petav. sec. *vetat* vel *negat* Reg. *quam vero celsius* duo Vatt. Pal. Med. quart. *non umquam celsius* Mazar. *falsius* Put. *actam* Mazar. *auctam* Leid. pr. et duodecim alii, item Exc. Læti. *auctor* Reg. m. pr. *altam* et m. sec. emend. *auctam* Var. LL. ed. Antv. *actam* vel *auctam* Thuan.—4 *servare* Mazar. *meminisse* Med. sec. Tholos. duo Leidd. *meruisse* Vat. sec. m. pr. Lov. *minuisse* vel *meminisse* Oxon. pr. *minuisse* vel *meruisse* Reg.—5 *At tibi* Med. sec. m. s. Oxon. sec. *Aut tibi* Jun. pr. *Non tibi* Oxon. pr. *Num tibi* Reg. *Num* vel *Nam tibi* Pat. Heinsius *Num* legit. *rebus* vel *castris* Tholos.—7 *Culmina* omnes Codd. Heinsius correxerat *Lumina* ex Cod. Vet. et ascripserat locum Cic. Philipp. II. 'Illos ego tot præstantissimos viros, *Lumina*

NOTÆ

Eutropius hic damnatus est, ipsiusque nomen ex fastis erasum.

Prologus] Præfatio: πρὸ, *ante*, et λόγος, *sermo;* quasi esset id quod dicitur ante sermonem aliquem longiorem.

1 *Subjecta*] Exposita judicio virorum doctissimorum.

2 *Thalia*] Musa: ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *florere;* quod Poëtarum gloria, vel quod laudes versibus Poëtarum comprehensæ magis ac magis efflorescant.

3 *Vero celsius*] Elatam altius merito meo, vel elatius quam quisquam vere dicere queat. Jam statua Claudiano erecta fuerat, quem honorem vix credibilem, et supra veritatem esse poëta innuit.

6 *Miles*] Tum Claudianus arma gerebat: militaverunt ante illum Ennius, Ovidius, Horatius.

7 *Culmina*] Senatores, qui sunt columina Senatus: alii legunt *lumina,*

Omnibus audimur terris, mundique per aures
  Ibimus, ah nimius Consulis urget amor.
Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet
  Naturæ, regni nescius ipse sui;
Armigeros utrimque duos æqualibus alis
  Misit ab Eois Occiduisque plagis.
Parnasus geminos fertur junxisse volatus;
  Contulit alternas Pythius axis aves.

phat. Terra universa audiet nos, et dicta nostra *volabunt ad aures totius Orbis.* Tene te, o Musa. Sed *ah! nimius amor* in *consulem* Theodorum *impellit* me. *Jupiter, ut aiunt, cum vellet cognoscere vastitatem Orbis, non cognoscens ipse imperium suum; emisit hinc inde a finibus Orientis et Occidentis duas aquilas pennis similibus. Parnassus dicitur conjunxisse volatum utriusque. Ora Apollinis Pythii*

Reip. vivere volebam; tot consulares, tot prætorios, tot honestissimos Senatores.' Idem eadem Orat. p. 21. b. ed. Faërn. et p. 22. a. sed *culmina* tamen ferri posse notaverat, quemadmodum *apices* dixit Ammianus l. XXIX. 'Horret animus reminisci, quo justitio humiliati tot rerum apices visebantur, et præcipue Consulares.'—9 *auditus* Med. tert. *auditi* leg. Heins. *muris* Florent. m. pr.—10 *Ivimus* Oxon. sec. *ac nimius consule surgit* Vat. pr. m. pr. *a nimius* Petav. pr. *ac* Vat. tert. *ha* duo Leidd. duo Oxon. Jun. pr. Reg. Thuan. Mazar. Put. ambo Moret. duo Petav. *nimium* Jun. pr. Med. quart. *urget* vel *urit* Reg. Oxon. pr.—11 vid. Lucian. p. 511. *dum* Pric.—12 *conscius* Rott. Oisel. Med. sec. m. pr.—13 *Crinigeros* vel *Armigeros* Reg. *utrumque* Var. LL. ed. Antv. *suos* Tholos. *annis* vel *alis* Vat. quint. *horis* Med. sec.—15 *Parnasus* Reg. Put. Thuan. Mazar. ambo Moret. tres Petav. Ald.—

NOTÆ

nec male: de quibus Regi Pyrrho interroganti legatos suos, quid de hostium sede sentirent, ii responderunt, 'urbem templum sibi visum, Senatum Regum esse consessum.' Florus.

8 *Gallia*] Mediolanum urbs a Gallis condita, et in Gallia Cisalpina reposita: ibi tum degebat Imperàtor Honorius. Hanc urbem nonnulli Imperatores Romæ prætulerunt. Attila, Suida teste, videns Mediolani Imperatores in aureis soliis sedentes, Scythas vero ad eorum pedes depictos; se in solio sedentem, Romanos vero Imperatores saccos humeris ferentes, et ante pedes suos aurum effundentes, pingi voluit.

9 *Audimur*] Hæc urbs tam celebris est, ut quicquid in ea dictum fuerit putare quis debeat dictum orbi universo. Unde major est difficultas: unde, o Musa, te tenere debes; sed nimius amor Theodori impellit te, quam ut silere possis.

13 *Æqualibus*] Id est, Aquilæ erant æquales ætate et robore.

14 *Eois*] Ἕως vel ἠὼς, *Aurora:* inde Eous, ad Orientem Auroramve pertinens.

15 *Parnasus*] Hic mons dictus est terræ umbilicus, quasi in medio terrarum existeret.

16 *Contulit*] Simul recepit, et comparavit volatum utriusque.

Pythius] Vide Præf. lib. I. in Ruf.

Princeps non aquilis terram cognoscere curat:
Certius in nobis æstimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem:
Hoc video cœtu, quicquid ubique micat.

recepit simul *ambas volucres. Imperator non laborat noscere Orbem* ope *aquilarum: noscit imperium certius per nos. Ego definio in hoc conventu mundum congregatum: aspicio quicquid splendet ubique terrarum* in *hoc consessu.*

17 *mundum* Put. *terras* Moret. pr. Exc. Lucens. sec.—18 *vobis* Vat. pr. m. pr. Exc. Lucens. sec.—19 *concilio* Oisel. *consilio* Leid. sec. cum duodecim aliis. *annum* Med. tert.—20 *Et video* Jun. pr. *certus* pro *cœtu* Med. quart. *tecum* pro *cœtu* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *cœtu* vel *cœtum* Reg. *in orbe* quatuor Vatt. Pal. Farn. Reg. duo Med. totidem Petav. Pat. Oxon. pr. Ambr. tert. *ubique* vel *in orbe* Vat. pr. *meat* Pal. Rott. *micat* vel *manet* Oxon. sec. *in orbe fuit* vel *ubique micat* Put.

NOTÆ

18 *In nobis æstimat*] Satis noscit Imperium per nos; satis judicat ex nostro consessu, quantum sit Imperium. *In nobis.* 'Se quoque principibus permixtum agnovit' Senatoribus Claudianus.

19 *Metior*] Reputo, ex tanto talique Senatorum cœtu, quantus sit Orbis: cogito hic esse quicquid est in Orbe præstantius.

XVII.

CL. CLAUDIANI DE CONS. FL. MALLII THEODORI V. C. PANEGYRIS.

ARGUMENTUM.

Honores ambiunt virtutem in Theodoro, qui in adolescentia sapiens fuit et eloquens: rexit Libyam et Macedones. Hinc factus Quæstor rexit Provincias Occidentis, postea incumbit studiis, excutit varios Philosophos de Physica, Morali, Mathematica. His eum vacantem adit Justitia, hortatur Curiam repetere, vivere cum Stilichone virtutum fautore. Cunctatur ille, vitam rusticam causatus, sed tamen obedit: fit Rector Italiæ, Libyæ, Illyriæ, Sardiniæ, semper constans, justus, incorruptus, moderatus, iræ inimicus, nunquam superbus; omnibus admirandus ob probitatem et eloquentiam. Fit Consul ab Honorio unis virtutibus favente. Lætatur Helicon, et potissimum Urania, quæ hortatur Musas ad gaudia et ludos Equorum, Pugilum,

Venationum: hortatur ad Risus, Facetias, Comœdiam, Tragœdiam, et omnia cantuum lætitiæque genera. Sic colitur doctus Theodorus, cui similes optantur nepotes.

IPSA quidem virtus pretium sibi, solaque late
Fortunæ secura nitet: nec fascibus ullis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi:
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.
Attamen invitam blande vestigat, et ultro
Ambit Honos. Docuit toties a rure profectus

Virtus certe ipsa merces est *sibi, et una micat passim, non curans fortunam: neque attollitur ullis honoribus, aut poscit celebrari acclamatione populari: non avida ornamentorum alienorum, gloriosa ornamentis propriis, et inconcussa eventibus omnibus, despectat* res *caducas ex turre excelsa. Honos tamen quærit leniter* hanc *refugientem, et sponte* huic *blanditur: lictor toties veniens ex agris* id *proba-*

1 De variis Philosophorum opinionibus vid. Minucium Felicem, ibique Commentatores, et imprimis Elmenhorstium.—2 *viret* Florent. *fastibus* duo Leidd. cum viginti aliis. Exc. Gevart. Schott. et Cod. Rhem. Sched. Gud. item Gesn. et ed. Bipont. *fascibus* tres Vatt. Pal. duo Petav. Tholos. Moret. pr. *fastibus* vel *fascibus* Florent.—3 *plausuve* Farn. *plausuque* Vat. pr. Reg. Vat. Livin. *tumet* Pric. *tagi* pro *vulgi* Pal. lib. Barth.—4 *hesternæ* duo Vatt. Leid. *exile* Var. LL. ed. Antv. *nihil* Med. tert. *non* Pric.—5 *inmotaque semper* Moret. sec. *inmotaque mundi* Ambr. pr.—6 *Cassibus* Pat. *Casibus* vel *Cassibus* Med. tert.—7 *Hanc tamen* Farn. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Et tamen* Vat. pr. *At tamen* Vat. sec. Jun. pr. duo Leidd. totidem Oxon. *Hanc tamen* vel *At tamen* Pric. Petav. tert. Vat. quart. *in vitam* divisis vocibus Junt. Ald. *invitam* vel *inventam* Ambr. pr.—8 *honos* Mazar. *honor* decem alii. *docuit* ed. Parm. sed in ea *decuit* emendatum erat manu diversa ab illa, qua ceteræ Variæ Lectiones notatæ erant. Ut incertum sit, an hæc ex Vet. Cod. sit depromta lectio. hæc Heinsius ad Lugd. ed. 1551, qui vulgatam tamen non mutabat. *quoties* Med. tert. *a rure* Bonon. Tholos. Ambr.

NOTÆ

1 *Virtus*] 'Virtutum omnium pretium in ipsis est.' Seneca.

2 *Fascibus*] Nullis extollitur honoribus, quorum insignia sunt fasces.

5 *Animosa*] Freta, audax, gloriosa. Sic vir constans, 'sua se virtute involvit.' Cicero.

6 *Ex arce*] Virtus supra res mortales constituta, velut ex arce despectat peritura. Ipsa sibi arx est, ipsa sibi turris inexpugnabilis: veteres Sapientiæ arcem constituerunt, quæ nihil aliud est, quam securitas et constantia, quibus munitum pectus omnia despicit, tanquam mons Olympus.

8 *Ambit honos*] Honor et gloria sequuntur fugientes.

Lictor, et in mediis Consul quæsitus aratris.
Te quoque Naturæ sacris mundique vacantem,
Emeritum pridem, desudatisque remotum
Judiciis, eadem rursus complexa potestas
Evehit, et reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabeæ. Nil jam, Theodore, relictum,
Quo virtus animo crescat, vel splendor honore.
Culmen utrumque tenes. Talem te protinus anni
Formavere rudes, et dignum vita curuli

vit, et Consul accersitus ab aratro ipso: purpura eadem iterum cingens te *extollit etiam, et tradit te redeuntem cognito regimini;* te *occupatum* in *arcanis naturæ et Mundi, defunctum officiis jamdudum, et recedentem* a *Curia, in qua sudasti: vestis* Consularis *adjicitur* tibi. *Nihil jam*, o *Theodore, deest, quo virtus augeatur* in *animo* tuo, *aut gloria* tua *magistratibus.* O Theodore, *attigisti fastigium utriusque*, virtutis et gloriæ: *ætas tenera tulit te statim talem; et vita* tua *instituit via*

pr. *a jure* Moret. sec. *rupe* Var. LL. ed. Antv. *quæsitus Consul* Vat. pr. Med. tert. Reg. Thuan. Leid. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *Consul quæsitus* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *arenis* Exc. Voss.—10 *sacris* vel *certis* Vat. quart.—11 hic versus in Petav. pr. margini ascriptus erat. *primis* pro *pridem* Vat. quint. *dissudatisque* Var. LL. ed. Antv. *desudatisque* vel *debellatisque* Oxon. sec. *removit* Rott.—12 *Judiciis* Vat. Livin. *Indiciis* Rott. Ald. Colin. Exc. Cod. Rhem. *rursus* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. *rursum* Leid. pr. et undecim alii, Exc. Lucens. sec.—13 *Evehat* Exc. Voss. *ac reducem* Vat. quint. *votis* Oisel. *impellit* Var. LL. ed. Antv. *harenis* Tholos.—15 *Quod* Ambr. pr. *In quo animo Virtus* duo Vatt. *in ore* pro *honore* Pric.—16 *proximus anni* Leid. pr.—17 *Formavere* vel *Firmavere* Reg. Oxon.

NOTÆ

9 *Consul*] Quintius Cincinnatus ab aratro ad Dictaturam accersitus est. Idem de Serrano: quidam eum cum Cincinnato confundunt.

10 *Vacantem*] Theodorus erat versatus in Philosophia, Geometria, Astrologia; sed in rebus gerendis minus forte fuit felix: unde Claudianus paulo post in eum scripsit Epigramma, et S. Augustinus dolet se ad ipsum, librum scripsisse, et quamvis docto ac Christiano viro, plus tribuisse, quam debuisset.

11 *Emeritum*] Defunctum officiis militiæ, et armatæ, et togatæ.

Desudatis] Remotum a foro, et a judiciis ferendis, in quibus multum desudasti.

12 *Potestas*] Idem Magistratus te sua purpura complectitur.

13 *Reducem*] Redeuntem ex alio vitæ instituto; ex recessu ad Senatum.

Habenis] Potestas tibi habenas tradit, hoc est, regimen seu administrationem reipublicæ.

16 *Talem*] Talis eras vel a prima pueritia, hoc est plenus virtute, et dignus gloria.

Anni rudes] Adolescentia, quæ in aliis est ætas rudis et imperita.

17 *Curuli*] Sella eburnea, qua Senatores vehebantur. Hic ponitur pro Senatoria vel Consulari dignitate.

Traxit iter, primæque senes cessere juventæ.
Jam tum canities animi, jam dulce loquendi
Pondus, et attonitas sermo qui duceret aures.
Mox undare foro victrix opulentia linguæ,
Tutarique reos: ipsa hæc amplissima sedes
Orantem stupuit, bis laudatura regentem.
Hinc te pars Libyæ moderantem jura probavit,
Quæ nunc tota probat: longi sed pignus amoris
Exiguæ peperere moræ: populumque clientem
Publica mansuris testantur vocibus æra.
Inde tibi Macetum tellus, et credita Pellæ

digna Consulatu, ac senes cesserunt adolescentiæ tuæ *primæ. Jam tum maturitas judicii* erat tibi, *jam gravitas grata sermonis, et oratio, quæ traheret auditores admirantes. Continuo* post *ubertas triumphans oris* tui cœpit *profluere* in *Curia, et defendere reos. Ipse hic Senatus Augustissimus admiratus est* te *dicentem, bis prædicaturus* te *moderatorem* Reipub. *Postea pars Libyæ approbavit te dantem leges, quæ* Libya *nunc universa approbat* te: *at breve tempus dedit tibi monumentum amoris æterni, et statuæ publicæ ostendunt inscriptionibus duraturis gentem* illam *clientem. Inde terra Macedonum, et urbs Pella commissa* est *tibi, quam* Pellam

pr. *vitta* Pat. *curulis* Oisel. Med. tert. Put.—18 *traxit* Exc. Cod. Rhem. Heinsius conjiciebat *Stravit.*—19 *Jam tum* Vat. pr. Leid. pr. Reg. Vat. Liv. Exc. Lucens. sec. *Jam nunc* Tholos. Gesn. et ed. Bipont. item Heins. in ed. pr. *tunc* quatuor Vatt. Pal. Pric. Farn. Rott.—20 *attonitos* Petav. sec. *quod duceret* Put. *redderet* Reg.—21 *orare* Mazar. *undante* Vat. tert. Rott. Florent. m. pr. *nutrix* Jun. pr. *genitrix* Rott.—22 *Deos* Rott. *ipsamque* Pat.—23 *Orante instupuit* idem.—24 *Jam te* Pric.—25 *tenet* Ambr. tert. *nota probat* ed. Vicet. —26 *et repere* Tholos.—27 *mansuetis* Leid. sec. Lov. marg. Isingr. et al. *mansuris* Petav. pr. Bonon. *mens fuerat* et emend. *mansuetis* Var. LL. ed. Antv. *mansuris* vel *mansuetis* tres Vatt. Florent. Reg. Moret. pr. Oxon. pr. *testatur* Med. tert. *ære* Vat. pr. m. pr. *ora* Pal. Farn. Thuan. Tholos. *æra* vel *ora* Vat. pr. et tert. Florent. Moret. pr. Petav. tert.—28 *Macetum* Rott. Med. pr. Put. Bonon. Mazar. Ambr. sec. Vat. Livin. Lov. inc. Heins. duo Petav. Exc. Gevart. et Luc. sec. *Macedum* duo Vatt. Farn. Pric. Petav. pr. Oxon.

NOTÆ

19 *Canities*] Maturitas quædam judicii, quæ viros graves canitie spectabiles deceat.

21 *Undare*] Eloquentia tua, sicut torrens, cœpit exundare.

Opulentia] Fusa abundansque dicendi copia.

22 *Tutarique reos*] Principum Romanorum Liberi illustri aliqua aut accusatione aut defensione famam quærebant.

23 *Regentem*] Bis Consulem, ideoque regentem statum Reip.

24 *Moderantem jura*] Libya te probavit Proconsulem, seu moderatorem suum.

26 *Exiguæ moræ*] Breve spatium temporis, quo tu Libyam rexisti, peperit tibi pignus et monumentum amoris Libycorum. Id videtur in tabulis æreis, quibus inscriptæ res tuæ ostendunt te fuisse patronum hujus populi.

28 *Macetum*] Macedonum, nam et

Mœnia, quæ famulus quondam ditavit Hydaspes.
Tantaque commissæ revocasti gaudia genti
Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
Floruit, aut nigri cecidit cum regia Pori.
Sed non ulterius te præbuit urbibus aula:
Maluit esse suum. Terris edicta daturus,
Supplicibus responsa, venis. Oracula Regis
Eloquio crevere tuo: nec dignius unquam
Majestas meminit sese Romana locutam.
Hinc sacræ mandantur opes, orbisque tributa
Possessi; quicquid fluviis evolvitur auri:
Quicquid luce procul venas rimata sequaces

Hydaspes subactus locupletavit. Et leni imperio renovasti tantam lætitiam populo credito tibi, *quantum viguit Philippo belligerante, aut cum Palatium Pori nigri eversum est. Sed Regia* Imperatoris *non commodavit te diutius urbibus* externis. *Maluit* te *esse suum. Advenis pronuntiaturus edicta orbi, et responsa rogantibus. Rescripta Imperatoris aucta sunt eloquentia tua: neque majestas Imperatoria recordatur se unquam elocutam esse splendidius. Hinc gaza sacrata committitur* tibi, *et vectigalia mundi possessi: quicquid auri affertur* ex *fluviis, quicquid industria*

pr. *condita* Farn. Med. tert. *credita* duo Leidd. vet. Gyr. et viginti quinque alii, item Exc. Lucens. sec. *condita* vel *credita* Reg.—29 *dictavit* Pric. Rott. Florent. Med. sec. Leid. sec. Put. Reg. Pat. duo Petav. *ditavit* Reg. a m. sec. Hic versus deerat in Mazar.—30 *commissæ* Pal. *conversæ* vel *commissæ* Vat. quint. *revocasti* vel *renovasti* Vat. pr. et quart. *gentis* Med. quart. Moret. sec. Lov.—32 *gloria Pori* Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. Oxon. sec.—34 *daturum* Farn.—35 *Simplicibus* Bonon. *viris* Pal. Farn. *venis* vel *viris* Med. pr. Heins. *reis* conj. *miracula* Bonon. *regis* vel *regnis* Oxon. sec. *regum* Pal. Med. pr.—36 *Colloquio* duo Vatt. Med. pr.—37 *majora* Jun. pr. *locutum* duo Med.—38 *moderantur* Oxon. sec. *mandantur* vel *moderantur* Reg. Oxon. pr. Heinsius ascripserat seqq. 'Præfectum' vel 'Procuratorem sanctioris ærarii' notat. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 175. 176. 'sanctas opes' vocat Statius. Posteriori ævo hic 'comes sacrarum Largitionum' dictus. vid. Zitzmann. in Rutil. p. 111. 112.—39 *possessi.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. Med. pr. Petav. pr. Reg. Thuan. Heins. aliter distinguit, ut Lucan. Panegyrico vs. 108. 'Ipsaque possesso mens est opulentior auro.' *fluviis quidquid* Vat. tert.—40 *rimas* pro *venas* Vat. quart. *sequacis* Reg. *secaces* vel *sequaces* Vat. quart.—41 *Ab-*

NOTÆ

Μακέτια Macedonia est.

Pellæ] Hæc est urbs Macedoniæ Alexandri natalibus insignis, et ejus victoriis ad Hydaspen Indiæ fluvium relatis ditata.

32 *Pori*] Regis Indiæ, qui ab Alexandro victus est. Regia pro regno dicitur.

35 *Oracula*] Rescripta Imperatoris, quæ hic appellantur oracula.

36 *Crevere*] Ampliora et illustriora facta sunt eloquentia tua.

38 *Sacræ opes*] Mallius fuit Quæstor, quia ei gaza servanda committitur, et ore ipsius loquitur Imperator.

Abdita pallentis fodit solertia Bessi.
Ac velut exertus lentandis navita tonsis
Præficitur lateri custos; hinc ardua proræ
Temperat, et fluctus tempestatesque futuras
Edocet: assiduo cum Dorida vicerit usu,
Jam clavum totamque subit torquere carinam:
Sic cum clara diu rerum documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore, sumsit
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos

occultata Bessi pallidi effodit scrutans venas sequendas longe a *lumine. Et quemadmodum nauta probatus remis agitandis constituitur custos lateris,* ex *hoc* loco *regit altam proram, et ostendit undas, ac procellas imminentes, cum superaverit mare continua experientia:* et *jam incipit moderari gubernaculum, et totam navim: ita tu, cum præbuisses jamdudum insignem scientiam rerum,* Romanum *Imperium adhibuit te, non in parte sui* regenda, *sed in tota mole, et commisit tibi guberna-*

dita Florent. quatuor Med. ed. Vicet. Exc. Lucens. sec. *fallacis fodit* Pric. *fovit* Moret. pr. *fudit* Rott. Mazar.—42 *excitus* ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. Ald. Exc. Schott. et Ruben. *erectus* Jun. pr. *exertus* duo Leidd. cum viginti duobus aliis et Exc. Lucens. sec. in Ambr. sec. etiam *exertus* est cum glossa *i. e. paratus. exertus* vel *ereptus* vel *erectus* Vat. pr. *letandis* Reg. Med. quart. *tonsis* Vat. pr. *remis* vel *tonsis* Vat. quart.—43 *Proficitur* Jun. pr. *Perficitur* Med. quart. *lateris* Vat. pr. m. pr. Florent. *proræ* vel *prolem* Reg. Oxon. pr.—44 *sonoras* Vat. tert. Florent. duo Med. Mazar. *futuras* vel *sonoras* Oisel. Vat. pr. Med. tert.—45 *Prædocet* conj. Heins. *concordia* pro *cum Dorida* Jun. pr. *æstu* Moret. sec.—46 *tortumque* Jun. pr. *carine* Vat. pr. m. pr. *curina* Jun. pr.—47 *Sed* Mazar. *mentis documenta* Vat. pr. item Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *mentis* vel *rerum* Med. tert. *tecum* vel *rerum* Med. quart. *dedisset* decem scripti.—48 *sui* Vat. sec. Pal. Ambr. pr. *sua* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *tempore* Jun. pr. Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *tempore* vel *corpore* Med. tert. *sensit* Oxon. pr. Mazar. Ambr. pr. Moret. sec. *sumpsit* Exc. Læti. *fudit* Oisel. ed. Vicet. Exc. Ruben. *sumpsit* vel *fudit* Florent. *sensit* vel *sumpsit* Med. quart. *Non sensit te parte sua sed corpore in omni* Reg.—50 *Duc-*

NOTÆ

41 *Abdita*] Solertia abdita Bessi, id est, Bessi in terra abditi et occultati.

Pallentis] Perpetuus ille color est ejusmodi operarum. Silius Italicus: 'Et redit infelix effosso concolor auro.'

Bessi] Bessi sunt Thraciæ populi, quos Pacatus appellat *Quæsitores*, quod aurum in terræ visceribus exquirant.

42 *Exertus*] Probatus, paratus, expeditus. Sic a Statio dicitur, 'Diana exerta,' id est, promta, experta.

Lentandis] Id est, remis lente obluctando agitandis: vel lentare remos dicimus, quia remi ex lenta arbore facti curvantur. Virgilius: 'Ante et Trinacria lentandus remus in unda.'

Tonsis] Remi qui dicuntur tonsæ a tondendis decutiendisque fluctibus.

43 *Lateri custos*] Inspector Nauticarum operarum, ideoque in navis latere constituitur.

45 *Dorida*] Doris est Dea marina,

Rectores. Hispana tibi Germanaque Tethys
Paruit, et nostro diducta Britannia mundo:
Diversoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanusque ferox, et dives Hiberus.
O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur judice ripis!
Unius fit cura viri, quodcumque rubescit
Occasu, quodcumque dies devexior ambit.
Tam celer assiduos explevit cursus honores.
Una potestatum spatiis interfuit ætas,

tores gubernandos per *terram universam. Mare Hispanum et Germanum tibi obediverunt, et Anglia separata* ab *orbe nostro : et Arar tardus, et violentus Rhodanus, et opulentus Iberus venerati sunt tua dicta* in *alveis variis. O quoties Rhenus ingemuit, qua* parte *alluebat barbaros, quod non te potiretur moderatore ad utrumque suum* littus! *Quodcumque rubet* Sole *occidente, quodcumque cingitur luce procliviore, fit cura unius viri: tam promtus cursus absolvit præfecturas non interruptas!*

tores Med. tert.—51 *deducta* Vat. sec. m. pr. et tert. m. sec. Leid. pr. Reg. Oxon. pr. m. pr. inc. Heins.—52 *voluerunt* Tholos. *tollunt in gurgite* duo Vatt. Petav. pr. Voss.—53 *Arabs* Pric. Oisel. *celer* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Put. *ferox* Leid. pr. Vat. Livin. Petav. pr. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *ferox* vel *celer* Vat. pr. Oxon. pr. Reg. Med. tert. *Iberos* Vat. pr. m. pr. —54 *Rhetus* Var. LL. e marg. Parm. *quod* inc. Heins. *quo* Moret. sec. *quam* Jun. pr. Ald.—55 *non te* duo Ambr. *vindice* Tholos.—56 *sit* duo Vatt. Pal. Rott. Med. pr. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *caussa* Ambr. pr. Pric. Var. LL. ed. Antv. *Ducis* Vat. sec. *tibi* Oxon. sec. m. pr. *quicumque* Farn. Lov. *quocumque* Med. duo, Moret. sec. ed. Vicet.—57 *Occasu* Vat. pr. Oisel. m. sec. Med. tert. Exc. Læti. Isingr. Junt. Raphel. *Occasum* Exc. Lucens. sec. *Occasus* Leid. sec. cum viginti quinque aliis, Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *Oceanus* tres Vatt. Med. pr. *quicumque* Lov. *quacumque* Vat. quart.—58 *Nam* Ambr. sec. *Jam* Moret. sec. *exiguos* Var. LL. ed. Antv. *adversos* Thuan. *currus* Leid. pr. Vat. tert.—59 *studiis* Vat. sec. m. sec. *interfluit* Jun. pr. *interfuit* vel *intervenit* Vat. pr. *æstas* vet. Gyr.—

NOTÆ

Nereidum mater. Hic sumitur pro mari.

50 *Tethys*] Tethys est itidem Dea marina quæ sumitur pro mari.

51 *Britannia*] Domita a Julio Cæsare, velut in alio orbe collocata dicebatur. Virgilius: 'Et penitus toto divisos Orbe Britannos.'

53 *Rhodanus ferox, et dives Hiberus*] Id est, Galli feroces, divites Hispani. Theodorus autem præfectus Galliarum, sub quibus Germaniæ et Hispaniæ partes continebantur.

54 *Rhenus*] Hic fluvius erat limes Imperii Romani, ac proinde pars tantum Germaniæ subdita erat Romanis.

57 *Dies devexior*] Sol ad occasum pronior, proclivior.

58 *Cursus*] Tam celeri velut cursu Theodorus ivit per omnes gradus Honorum, non interruptorum, sibique invicem velut adhærentium.

59 *Una ætas*] Una juventus interfuit, suffecit tot variis temporibus Honorum gerendorum.

Totque gradus fati juvenilibus intulit annis.
Postquam parta quies, et summum nacta cacumen,
Jam secura petit privatum gloria portum;
Ingenii redeunt fructus, aliique labores,
Et vitæ pars nulla perit. Quodcumque recedit
Litibus, incumbit studiis, animusque vicissim
Aut curam imponit populis, aut otia Musis.
Omnia Cecropiæ relegis secreta senectæ,
Discutiens quod quisque novum mandaverit ævo,
Quantaque diversæ producant agmina sectæ.
Namque aliis princeps rerum disponitur aër:

Una ætas, juventus, *suffecit* variis *temporibus Honorum, et dedit ætati juvenili tot gradus felicitatis. Posteaquam requies acquisita* est tibi, *et gloria* tua *attigit verticem altum, jam* ea *tuta intrat secessum privatum. Fructus mentis revertuntur, et labores alii, et pars nulla vitæ amittitur. Quodcumque eripitur negotiis* forensibus, *additur studiis, et mens* tua *alternatim, aut impendit labores populis, aut quietem Musis. Recolis arcana omnia antiquitatis Græcæ, examinans quid novi unusquisque prodiderit literis, et quantos variæ sectæ pariant cœtus. Ut enim aër constitui-*

60 *fati* vel *fatum* Reg. *juvenalibus* Exc. Lucens. sec. *induit* Moret. sec.—61 *Post quod* Ambr. tert. *vasta* Rott.—62 *tenet* Var. LL. ed. Antv.—63 *redimit* Ambr. pr. *fluctus* Leid. pr. et decem alii: *fructus* vel *fluctus* Vat. pr. Reg. Florent. *studiique* Pat. *aliique* vel *animique* Reg. Moret. sec.—64 *quocumque* Farn. Lov.—65 *Mitibus* Med. tert.—66 *impendit* legit Heins. vid. supra IV. Cons. Hon. sub finem. *apponit* Gesn. et ed. Bipont. *studiis* Pat. *gladiis* Ambr. pr. m. pr. *Missis* pro *Musis* Jun. pr.—67 *Cicropiæ* Ambr. sec. *Cycropiæ* Moret. pr. *præcepta* Exc. Ruben. *si certa* Med. tert.—68 *quid* Vat. pr. Farn. tres Med. *quod* Reg. Petav. sec. Tholos. Oxon. pr. Var. LL. e marg. Parm. *quod quisque* vel *quocumque* Vat. pr. *quodcumque* duo Vatt. Petav. pr. m. pr. *novo* Jun. pr. Vat. tert. *novi* legebat Heinsius. *mandaverit* Moret. pr. *mandaverat* Pal. duo Med. Jun. pr. Lov.—69 *percurrens* Moret. pr. *producunt* Med. quart. *producant* Moret. sec. Exc. Lucens. pr. *perducant* ed. Vicet.—70 vid. Column. in Ennium p. 275. et seqq. Firmic. p. 6. Varias Philosophorum

NOTÆ

60 *Fati*] Honorum fato concessorum, contingentium.

62 *Privatum portum*] Ex longa diuturnorum laborum agitatione Theodorus se in vitam privatam, tanquam in portum placidissimum, recipit, Musis operam daturus.

63 *Fructus*] Doctrinæ, quæ velut fructus suavissimus animum pascit. Virtus enim et scientia animæ sunt nutrimenta.

64 *Perit*] Nulla vitæ pars male impenditur.

Quodcumque] Secundum quamcumque partem recedit a litibus. Heinsius legit *recidit*, id est, quodcumque demit a litibus, dat studiis.

67 *Cecropiæ senectæ*] Antiquitatis Græcæ. Græci dicuntur Cecropidæ a Cecrope Athenarum Rege.

69 *Sectæ*] Quantis agminibus, quanta velut familia stipati sint variarum sectarum auctores.

70 *Aër*] Anaximenes ponit aërem

Hic confidit aquis: hic procreat omnia flammis.
Alter, in Ætnæas casurus sponte favillas,
Dispergit revocatque Deum, rursumque receptis
Nectit amicitiis, quicquid discordia solvit.
Corporis hic damnat sensus, verumque videri
Pernegat. Hic semper lapsuræ pondera terræ
Conatur rapido cœli fulcire rotatu,

tur ab *aliis*, ut *principium rerum: alter constituit aquam: hic producit omnia* ex *igne. Ille lapsurus ultro in flammas Ætnæ diffundit, et retrahit animam* Mundi, *et conjungit iterum renovato fœdere quicquid contrarietas dissolvit. Hic condemnat sensus corporis, et inficiatur veritatem* posse *cognosci. Ille tentat sustinere vertigine volubili Cœli, onus terræ semper casuræ, et inflammat Solem vortice lapidis immensi.*

opiniones hisce similes vide apud Minuc. Felic. p. 19. atque illic interpretes. —71 *confundit* Vat. sec. ed. Vicet. Ruben. *confidit* Moret. pr. Exc. Lucens. pr. vid. Exc. Jul. Firmic. initio Operis. *et procreat* Med. sec. Petav. sec.—72 *Œtheas* Med. sec. m. pr. *Enchenias* Jun. pr. *æthereas* Farn. Auson. Ludo VII. Sapient. Solone. *ruinas* Farn.—73 *diem* Vat. tert. Pric. Rott. Oisel. Med. sec. Reg. m. sec. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. m. sec. Moret. sec. Petav. sec. *dein* Thuan. Voss. a m. pr. Var. LL. ed. Antv. *deum* vel *diem* Vat. pr. Pat. *cursumque* Pat. *rursusque* Pric. Med. tert. Reg. *rursumque* Leid. pr. et octodecim alii. *receptum* Moret. pr.—74 *Nutrit* Vat. sec. *Nectit* vel *Nectus* Reg. —75 *damnat sensus* Exc. Lucens. sec. *clamat* ed. Vicet. *sexus* Petav. sec.—77 *Conatu* Oxon. sec. Exc. Voss. Var. LL. ed. Antv. *cœli rapido* duo Vatt. Petav. pr. *cœlum* Mazar. *meatu* vel *rotatu* Moret. sec.—78 *turbinis axe*

NOTÆ

pro rerum principio: Thales Milesius, aquam; hinc Virgilius: 'Oceanumque patrem rerum.' Heraclitus ignem pro principio statuit. Hippocrates aërem, aquam, et ignem. Ceterum hic Claudianus attingit rerum principia.

71 *Procreat*] Procreata putat.

72 *Alter*] Empedocles 'totum se Catanensium Ætnæis donavit incendiis.' Tertullianus. Ille statuebat quatuor elementa, aquam, ignem, terram, et aërem, et (quod et dixit Anaxagoras) mentem sacram per omnia diffusam movere omnia, et eam in singula rerum creatarum corpora recurrere dicebat. Unde et Virgilius: 'totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

73 *Deum*] Animam Mundi per omnia diffusam, quam esse Deum credebant Empedocles et Anaxagoras, dispergebant ad res generandas, revocabant ad res destruendas.

74 *Discordia*] Elementorum, quorum amicitia et inimicitia omnia aut facit, aut destruit: hæc dissolvit, illa connectit.

75 *Verum*] Pyrrhon sectæ Pyrrhoniorum auctor, negat veritatem posse videri, ideoque de omnibus dubitabat. Pyrrhonei dicti sunt σκεπτικοὶ, id est, *contemplatores*. Nihil enim statuunt, sed in quærendo et contemplando toti sunt: dicti sunt etiam ἀπορητικοὶ, id est, *dubitantes*, quod nihil affirmando de omnibus dubitent. Et immerito sane, unum enim saltem scire deberent, *se dubitare*.

76 *Semper lapsuræ*] Casum semper minitantis.

77 *Rotatu*] Quasi volubilis Cœli rapiditas suo impetu sustineat molem terræ; seu quasi terra quiescat in

Accenditque diem prærupti turbine saxi.
Ille ferox, unoque tegi non passus Olympo,
Immensum per inane volat, finemque perosus
Parturit innumeros angusto pectore mundos.
Hi vaga collidunt cæcis primordia plagis.
Numina constituunt alii, casusque relegant.
Graiorum obscuras Romanis floribus artes
Irradias, vicibus gratis formare loquentes

Ille violentus, et non ferens se *operiri uno Cælo, volitat per aërem infinitum, et abhorrens* res *finitas, procreat in animo arcto mundos innumerabiles. Hi committunt principia* rerum *errantia hamulis occultis. Illi statuunt* providentiam *Dei, et expellunt casum.* Tu o Theodore *illustras doctrinam obscuram Græcorum elegantia Latina, solitus instruere dicentes dialogis festivis, et concinnare alternatim*

Vat. pr. m. pr. Med. sec. *turbinis axem* Pat.—79 *imoque* Vat. tert. Rott. Exc. Gevart. *regi* Farn. Pat.—80 *ruit* Med. sec. *perosos* Vat. pr. m. pr.—81 *Paruit* Put. *Concipit* duo Vatt. Petav. pr. *augusto* Oxon. duo Leidd. et al. *pectore* vel *principe* Moret. sec. *cœlos* Pat. Heinsius notaverat seqq. *Parturit innumeros*] ex Democriti sententia. vide Lindenbrog. in Ammian. p. 30. Val. Max. Lib. VIII. E. XIV. n. 2. Extern. *angusto pectore.* Minuc. Felix Octav. p. 18. de Deo, 'nobis vero ad intellectum pectus angustum est.' —82 *vada* Rott. Put. Var. LL. ed. Antv. *concludunt* Leid. pr. *conlidunt* Vat. pr. *cæcæ legis* vel *cæcis plagis* Med. tert. *caussis* duo Vatt. *plagis* vel *caussis* Petav. pr.—84 *arces* Vat. tert. Pric. *artis* Rott.—85 *irradiat* Put. Jun. pr.

NOTÆ

suo centro ob cursum Cœli rapidissimum. Aristoteles, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς τὴν γῆν ὑπὸ τῆς δίνης ἠρεμεῖν, *ait Empedocles terram quiescere ob rapiditatem Cœli.*

78 *Saxi*] Anaxagoras, Solem saxum, et glebam auream esse dicebat. De hoc Plinius, 'Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium Olympiadis 78. anno secundo prædixisse cœlestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset a Sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen,' &c.

79 *Ferox*] Violentus, furiosus.

81 *Parturit*] Quasi hi mundi sint tantum ejus stultæ imaginationis fœtus.

Innumeros mundos] Nonnulli tot mundos esse volebant, quot sunt stellæ. Democritus, Epicurus, et Metrodorus admittebant infinitos. Et Anaxarchus ille, qui lacrymas excussit Alexandro: Ἀλέξανδρος Ἀναξάρχου περὶ κόσμων ἀπειρίας ἀκούων, ἐδάκρυε: *Alexander Anaxarchum de Mundorum infinitate audiens, lacrymatus est.*

82 *Vaga primordia*] Democritus et Epicurus dicebant Mundum ex turbulenta et temeraria quadam atomorum incursione esse conflatum: atomos autem illas, seu *vaga primordia,* sibi invicem hærere per plagas seu hamulos quosdam.

83 *Numina constituunt*] Platonici contra Epicurum.

85 *Irradias*] Illustras nitida orationis luce et amœnitate Philosophos Græcos, qui de Ethica egerunt.

Vicibus gratis] Dialogis, quos 'Princeps Philosophorum' Socrates invenisse dicitur, et 'Philosophiam mo-

Suetus, et alterno verum contexere nodo.
Quicquid Socratico manavit ab ordine, quicquid
Docta Cleantheæ sonuerunt atria turbæ,
Inventum quodcumque tuo, Chrysippe, recessu,
Quicquid Democritus risit, dixitque tacendo
Pythagoras, uno se pectore cuncta vetustas
Condidit, et major collectis viribus exit.
Ornantur veteres, et nobiliore magistro

veritatem sertis florum. Scilicet *quicquid fluxit ab institutis Socratis, quicquid schola erudita cœtus Cleanthei emisit: quicquid excogitatum est,* o *Chrysippe,* in *secessu tuo: quicquid Democritus ridendo* dixit, *et Pythagoras edocuit silendo: tota antiquitas inclusit se* in *una mente* Theodori, *et inde copiosior prodit viribus conjunctis. Antiqui* auctores *illustrantur, et* sub *doctore illustriore Academia*

Leid. pr. *gratis vicibus* Ambr. pr. *servare* ed. Vicet.—86 *Connectere* Exc. Voss. —87 *Sacra tuo* Jun. pr.—88 *Cloantheæ* tres Vatt. Pal. Farn. Florent. Put. Petav. pr. Tholos. Med. sec. duo Ambr. ambo Moret. *agmina* Mazar. Ambr. sec. Exc. Cod. Rhemens. *atria* vel *agmina* Vat. quart. inc. Heins.—89 *recursu* Cod. Barth.—90 *didicit risitque* Jun. pr. *dixit* vel *didicitque* Vat. pr. Farn.— 91 *uno* vel *imo* Med. tert. *tanta* Jun. pr.—92 *collatis* legit Heins. qui ascripserat lib. I. Stilichon 35. ' et quæ divisa beatos Efficiunt, collata tenes.' ut ibi Codd. pro, collecta. *arsit* Vat. tert. *exit* vel *arsit* Rott. *exul* Tholos.—

NOTÆ

ralem e Cœlo evocasse.' Cicero.

86 *Alterno nodo verum contexere*] Id est, per dialogos elegantes concinnare et explicare veritatem, quasi contexeres rosas in serta nodis jucundissimis.

88 *Cleantheæ*] Cleanthes vir laboriosus, et ideo Hercules dictus, Zenoni adhæsit, et a Cicerone dicitur 'Stoicorum pater.' Tradunt eum fuisse pauperrimum, et noctu aquam hausisse, unde se per diem in studiis alere posset, eumque præterea, quæ a Zenone audierat, ossibus boum et testis fictilibus perscribere solitum.

89 *Chrysippe*] Chrysippus Tarso oriundus Philosophus Stoicus, Dialectica excellens; cum Asinum ficus comedentem videret, effusus in gaudium risumque obiisse dicitur. In *recessu* autem, quia Chrysippus secessu delectabatur, et 'sæpe studio intentus tanta voluptate perfruebatur, ut eum, tanquam extra se positum, cibi potionisque caperet oblivio.' M. A. Muretus.

90 *Democritus*] Summum bonum in tranquillitate animæ ponebat, cetera omnia ridebat; unde dictus est γελασῖνος *risor*, quod semper rideret: contra Heraclitus perpetuo flebat.

91 *Pythagoras*] Samius Philosophus, docuit apud Crotoniatas in Italia. Ejus discipuli quinquennii taciturnitate initiabantur ipsius sacris, ut ad Cœlestia capienda essent idonei.

92 *Major*] Copiosior, tanquam fluvius, qui cum tantisper retinetur, postea exit major et abundantior.

93 *Ornantur*] Illustrantur a Theodoro, scriptis elegantibus, et sub Theodoro, *Nobiliore Magistro* quam Plato fuit. Academia, hoc est Philosophia, omnisque doctrina, transit in Italiam.

In Latium spretis Academia migrat Athenis,
Ut tandem propius discat, quo fine beatum
Dirigitur; quæ norma boni, quis limes honesti;
Quænam membra sui virtus divisa domandis
Objectet vitiis; quæ pars injusta recidat,
Quæ vincat ratione metus, quæ frænet amores.
Aut quoties elementa doces, semperque fluentis
Materiæ causas: quæ vis animaverit astra,
Impuleritque choros: quo vivat machina motu;

transit in Latium, Athenis contemtis, ut tandem ediscat certius, qua in *re summum bonum consistat, quæ regula boni, quis terminus honestatis, quasnam sui partes virtus separata opponat vitiis superandis; quæ pars amputet* res *iniquas; quæ* pars *superet timorem ratione; quæ* pars *comprimat amores; vel quoties*, o Theodore, *monstras elementa et causas materiæ perpetuo motæ*, vel doces, *quæ virtus animam dederit sideribus, et excitarit Harmoniam; quo spiritu moles agitetur;*

93 *Orantur* Oxon. sec.—94 *In Latiis* Jun. pr. *sumtis* Lov. m. pr. *transit* Put. Pat.—95 *discas* Vat. tert. Pric. Florent. *discant* Tholos.—96 *quis limes* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. *qui limes* Leid. pr. Oisel. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. Oxon. sec. Med. quart. item Gesn. et ed. Bipont.—97 *suis* Reg. inc. Heins. *diversa* Mazar. *domandum* vel *domandis* Reg.—89 *Objectat* Leid. pr. cum octodecim aliis. *invicta* Put. Lov. *invecta* Jun. pr. *recidat* duo Vatt. Lov. *recidit* Med. sec. m. pr. *recedat* Vat. pr. et sec. Mazar. Leid. pr. m. pr. Ambr. pr. Moret. sec.—99 *Qua* Med. quart. Pat. *Qua* vel *Quæ* Med. pr. Moret. pr. *vincat amores* Jun. pr. Med. quart. Vat. quint. *frenat* Reg. Oxon. pr. *servat* vel *frenat* Med. tert. *amore* Reg.—100 *Aut* Var. LL. e marg. Parm. *At* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Jun. pr. duo Leidd. totidem Oxon. Vicet. Parm. Junt. Ald. Colin. Gryph. Isingr. Pulm. *Ah* Vat. Livin. *Ha* Florent. *At* vel *Ah* Vat. pr. *fluentes* Pric. Oxon. pr.—101 *Materie* Farn. *quamvis* Jun. pr. *animaverat* Put. *armaverit* vel *animaverit* Vat. quint. Heinsius ascripserat locum Minuc. Felic. p. 5. 'Sidera licet ignis accenderit, et cœlum licet sua materia suspenderit.'—102 *Impleritque* Moret. pr. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. *Implerent*.

NOTÆ

94 *Academia*] Locus prope Athenas datus ab Academo; in hunc Plato Platonicique confluebant.

96 *Boni*] Quæ sit regula justitiæ, æquitatis.

99 *Metus, amores*] Duæ furiæ, aut duæ tranquillitatis humanæ pestes, qua parte, seu qua virtute frænandæ sint.

Frænet] Velut equum indomitum.

100 *Elementa*] Hic tractantur elementa, astra, meteora.

Fluentis materiæ] Doces quæ causa sit, cur materia, instar fluminis, perpetuo fluat, et una re corrupta generetur altera.

101 *Animaverit*] Veteres astra animata esse putabant, iisque Genios motores ascribebant.

102 *Impuleritque choros*] Id est, excitarit illud agmen, illam harmoniam Astrorum, quæ ita suos cursus absolvunt, ut quasi in chorea ad numerum in coronam orbemque coëant. Alii legunt, *Impleritque choros*, id est, absolverit, perfecerit numeros, seu

Sidera cur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polo: variisne meatibus idem
Arbiter, an geminæ convertant æthera mentes:
Sitne color proprius rerum, lucisne repulsu
Eludant aciem: tumidos quæ Luna recursus
Nutriat Oceani: quo fracta tonitrua vento.

quare septem Planetæ obsistentes Cœlo conentur ire *retro; an idem moderator rapiat Cœlum cursibus diversis, an duæ Intelligentiæ; an color proprius hæreat in rebus, an res fallant oculos repercussu lucis; qui Luna alat æstus reciprocos tumefacti maris; quo vento fulmina placentur; quid attrahat nimbos pluvios, qua*

---

que ed. Vicet. *Impuleritque* duo Leidd. et viginti duo alii, Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. *Impuleritque polos* Ambr. tert. *Impuleritque choris* Jun. pr. *choros* duo Leidd. totidem Oxon. Reg. Mazar. duo Vatt. duo Petav. *chaos* Med. quart. Put. Thuan. Bonon. Pat. Oxon. sec. Leid. sec. m. sec. Petav. tert. Var. LL. e marg. Parm. Ald. *chaos* vel *choros* Vat. pr. Lov. Exc. Gevart. *vincat* Pal. Florent. Med. pr. Jun. pr. Tholos.—103 *cum* Mazar. *mittantur* Vat. quint. *ortum* Pric. Reg.—104 *variisne* Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. pr. Med. tert. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *variisque* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *variisve* Vat. pr. et quart. Sched. Gud.—105 *Ambitus* Pric. m. pr. *cum vergant* Jun. pr. *sidera* Med. quart. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Ruben. Ald. et ed. Vicet. *æthera* Vat. Livin. Exc. Læti et Lucens. pr.—106 *Sitve* Mazar. Pat. *rerum proprius* Pric. *stellisque* Petav. tert. m. pr. *lucisve* Pat. Tholos. *lucisne* tres Vatt. Farn. Pric. Med. tert. Reg. Thuan. Mazar. m. pr. Leid. pr. duo Oxon. Exc. Lucens. sec. *lucisne* vel *lucisque* Petav. sec. *repulsæ* Moret. sec. *repulsus* Leid. sec. m. sec. Pric. Florent. Med. sec. Pat. Vat. quint. Exc. Gevart.—107 *Elidant* Vat. Livin. Put. m. sec. Ambr. sec. *timidos* Var. LL. ed. Antv. *recursus* Pric. Med. sec. *recursus* vel *recessus* Med. tert. *lumina cursus* Jun. pr.—108 *facta* tres Vatt. Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart. *facta*

NOTÆ

numerosam illam Harmoniam.

Quo vivat] Quo spiritu machina Cœlestis ita agatur, ut videatur vivere.

103 *Retro nitantur*] Ex priscis Philosophis Cœlum incredibili rapiditate movetur ab Oriente in Occidentem, septem Planetæ eodem motu rapiuntur, sed alio motu sibi proprio quasi retrocedant, nitantur ire ab Occidente in Orientem, sicque obluctantur Cœli motui. Sic Sol motu Cœli raptus facit dies; motu proprio facit annum: sive unus moderator sic vertat Cœlum et Planetas motibus contrariis; sive duæ Mentes aut Intelligentiæ, aut duo Genii, unus Cœlum, alter Planetas torqueat.

106 *Color*] Disputant Philosophi an color revera hæreat in rebus, an tantum vario lucis repercussu variatus, ludat ac velut fallat oculos, qui putant verum esse colorem, et in rebus ipsis hærentem. Virgilius: 'Rebus nox abstulit atra colorem.'

107 *Luna*] Certum enim est Lunam dominari æstibus Oceani. Idque nonnulli tribuunt aëri a Luna presso, qui premat agitetque maria. Quicquid sit, 'Mirabiles elationes maris.'

108 *Vento*] Qua vi fulmina fractis et elisis inter se nubibus erumpant.

Quid trahat imbriferas nubes: quo saxa creentur
Grandinis: unde rigor nivibus: quæ flamma per auras
Excutiat rutilos tractus: aut fulmina velox
Torqueat, aut tristem figat crinita cometen.
Jam tibi compositam fundaverat anchora puppim:
Telluris jam certus eras: fœcunda placebant

causa *grando saxea producatur; unde frigus* sit *nivibus; qui ignis per aërem vibret fulgura micantia, aut rapidus jaculetur tonitrua, aut crinitus affigat Cœlo mæstum Cometam. Jam anchora stabilierat tibi,* o Theodore, *navem placidam: jam attingebas tuto*

vel *fracta* Florent. *motu* Vat. tert. m. pr.—109 *Quid* Vat. quint. Florent. *Quis* quatuor Vatt. Farn. Pric. Lov. *Quas* Rott. *trahit* Lov. Ambr. tert. *igniferas* Pric. *umbriferas* Put. Jun. pr. Moret. sec. *umbriferas imbres* Var. LL. ed. Antv. *quo* vel *quid saxa* Oxon. pr. *creentur* Vat. pr. Bonon. Exc. Lucens. pr. *creantur* Leid. pr. et decem alii, Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *rotantur* Exc. Cod. Rhem. *teruntur* Med. tert. *feruntur* Petav. pr. m. pr. *ferantur* Leid. sec. Vat. sec. Pal. duo Med. Ambr. tert. Exc. Gevart. Ald. et ed. Parm. *ruantur* Vat. tert. Rott. Petav. sec. *ferantur* vel *creentur* Reg. Moret. sec. Petav. tert. *rotantur* vel *creentur* Mazar. Ambr. sec. *ruantur* vel *rotantur* Florent. *ruantur* vel *ferantur* Oisel. *creentur* vel *feruntur* duo Vatt. *rotentur* legit Heinsius, qui citat Ovid. Met. lib. IX. p. 229. ubi de nive similiter, 'Inde nives fieri: nivibus quoque molle rotatis Astringi et spissa glomerari grandine corpus.' *flabra* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. et e marg. Parm. item ed. Vicet. *flagra* vel *flabra* Lov. *per aures* Pat. *flabra vel auræ* vel *flabra per auras* Vat. pr.—111 *Excutiunt* Var. LL. ed. Antv. *Excutiant* duo Leidd. totidem Oxon. *Excruciant* Petav. sec. *ignes* Vat. quint. Med. pr. *vel flumina* Vat. pr. *flumina* etiam Ambr. pr. Petav. sec. Pat. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *fulmina* vel *flumina* Florent.—112 *stellata* Rott. Leid. sec. Vat. tert. Ambr. tert. Exc. Gevart. *stellata* vel *crinita* Florent. Reg. Heinsius *crinita* probat ascripto loco Capitolin. in Antonino Pio: 'Apparuit et stella crinita.' et in Commodo LI. 34. *cometan* duo Med. *cometen* ed. Vicet. *cometen* vel *cometes* Med. tert. *cometem* Leid. pr. et duodecim alii. De his Philosophorum opinionibus vide Probum et Servium in Virgil. Eclog. VI.—113 *fundarant æquora puppem* Put. *puppem* Ambr. sec. Moret. sec.—114 *erat* Bonon.

NOTÆ

109 *Imbriferas*] Poëtæ, secuti vulgus, pluvias tribuunt Jovi per cribrum meienti. Sed pluviarum causa Austro tribuitur. Ovidius: 'Pluvioque madescit ab Austro.'

Saxa grandinis] Non raro grando durescit ut lapis. Hujusce rei exempla passim leguntur, videntur.

111 *Excutiat*] Vel fulgura, vel quandam potius stellarum cadentium speciem. Ovidius: 'Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.'

112 *Tristem cometen*] Rerum tristium calamitatumque nuntium: Lucanus: 'Et nunquam terris spectatum impune Cometen.'

Figat] Credebant quippe non suo, sed ætheris motu ferri Cometam.

113 *Compositam puppim*] Anchora, ἄγκυρα, seu quies amica, stabilierat puppim tuam placidam, quiescentem; hoc est, vitam tuam subtractam tumultibus humanis, qui vitam nostram, ceu navem fluitantem in alto, instar tempestatis agitant.

114 *Certus*] Certo sciebas te ad

Otia: nascentes ibant in sæcula libri:
Cum subito liquida cessantem vidit ab æthra
Justitia, et tanto viduatas judice leges.
Continuo frontem nimbo velata pudicam
Deserit Autumni portas, qua vergit in Austrum
Signifer, et noctis reparant dispendia Chelæ.
Pax avibus, quacumque volat: rabiemque frementes

terram: quies abundans libris *juvabat* te: *libri editi* a te *tendebant ad æternitatem: cum statim Justitia aspexit a Cœlo claro* te *otiantem, et curiam privatam tanto judice.* Illa *habens vultum castum tectum fascia longa relinquit limen Autumni, qua* parte *Zodiacus inclinat* se *in meridiem, et brachia* Scorpionis *resarciunt damnum noctis. Quacumque* Justitia *volat pax* est *volucribus: et feræ crudeles abjecerunt furorem.*

Petav. tert. *facunda* quatuor Vatt. Rott. Oisel. *fecunda* Vat. sec. Pal. duo Med. Juns pr. Oxon. sec. Lov. m. pr. Tholos. Pat. Moret. sec. inc. Heins. Ambr. sec. *fecunda* vel *facunda* Reg. Oxon. pr. Med. tert. *fecunda* probat Heinsius ascripto loco Claudian. Epist. ad Olybrium vs. 21. 'Crebraque fecundo festinet litera cursu.' *placebunt* Lov. *jacebant* Vat. pr.—117 *Justitiam* Jun. pr. Put. Oxon. sec. *tantas* Vat. sec. m. pr.—118 *Continuam* Put. *nimbo* Ambr. tert. Exc. Cod. Rhem. *limbo*, vide omnino Herald. in Amm. p. 102.—119 *Detegit* Exc. Lucens. sec. *Arctoum portum* Pric. *autumni partes* Voss. a m. s. Var. LL. ed. Antv. *vertit* inc. Heins. *mergit* Jun. pr.—120 *thelæ* Var. LL. ed. Antv. *chelæ* vel *thile* Vat. tert.—121 *quecumque* Vat. pr. *quæcumque* Oxon. sec. *volat* tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *volant* duo Vatt. Med. tert. Jun. pr. Mazar. Exc. Ruben. Lucens. pr. et ed. Vicet. *furentes* Jun. pr. *ferentes* Oisel. *frementes* duo Leidd. Oxon. sec. Vat. quart. m. pr. Exc. Læti. *frementes* vel

NOTÆ

terram et quietem, tanquam ad portum, mox perventurum.

115 *Otia fœcunda*] Quæ producunt præclaros ingenii fœtus, libros doctos scilicet. *Otia* autem vocantur tempus, quod docti studiis consecrant. Virgilius: 'Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis oti.'

118 *Nimbo*] *Nimbus*, vel *limbus*, est fasciola transversa, ex auro, assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum, et quod ut nimbus Soli, sic vultui obtenditur. Virgines autem non procedebant olim in publicum, nisi velata fronte. Est et alia causa, cur Justitia veletur, quod scilicet æquitatis tantum, non personarum rationem habeat. Ex Chrysippo tamen Justitia: *παρθένος σκυθρωπὴ γράφεται, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον, καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν*: *Virgo severa describitur, et habens vultum constantem ac vehementem, et acres oculos, ut improbis terrorem incutiat.*

119 *Autumni portas*] Justitia seu Virgo sedem fixit prope Libram, quæ primum est Autumni signum.

120 *Signifer*] Zodiacus, qui gerit signa duodecim. De hoc supra in Cons. Prob. vs. 241.

Chelæ] Brachia Scorpii, quæ a nonnullis pro Libra accipiuntur; et reparant damna noctis, quam post æquinoctium Autumni efficiunt diebus longiorem.

121 *Pax avibus*] Justitia regnante,

Deposuere feræ. Lætatur terra reverso
Numine, quod prisci post tempora perdidit auri.
Illa per occultum Ligurum se mœnibus infert,
Et castos levibus plantis ingressa Penates
Invenit ætherios signantem pulvere cursus;
Quos pia solicito deprendit pollice Memphis.
Quæ moveant momenta polum, quam certus in astris
Error: quis tenebras Soli, causisque meantem
Defectum indicat numerus: quæ linea Phœben

Terra gaudet Dea redeunte, quam amiserat post sæculum antiquum aureæ ætatis. *Illa* Justitia *tacita ingreditur urbem Ligurum* Mediolanum, *et intrans pede celeri domum sanctam* Theodori, *reperit eum delineantem motus cœlestes* in *pulvere, quos* motus *Memphis religiosa excogitavit opera curiosa.* Designat nempe, *quæ* velut *pondera agitant Cœlum, quam stabilis* sit *circuitus in Planetis, quis calculus denotet caliginem Solis, et eclipsin advenientem* certis de

furentes Med. tert.—122 *Deposuere suum* Oxon. sec. m. pr.—123 *dividit* Med. tert. m. pr. *anni* idem.—124 *quidem occulte* Moret. pr. *vastis se mœnibus* Vat. pr. et Vat. Livin. *offert* Vat. sec. et tert. m. pr. Pal. Med. sec. *infert* vel *offert* Oxon. sec. Med. tert.—125 *pennis* Moret. sec. *plantis* tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Pat. Bonon. Vat. Livin. duo Ambr. et Petav. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. *plaustris* Farn. Rott. Florent. Mazar. Vat. sec. Leid. sec. Ambr. tert. *plautris* vel *pennis* Lov. *plaustris* vel *plantis* Reg. Oxon. sec. Med. tert. item Petav. tert.—126 *signantes* Petav. sec. *pulvere* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *currus* Put.—127 *Quem* vel *Quos* Reg. *pollicito* Tholos. *dependit* Oxon. sec.—128 *foveant* conj. Heins. *in Austris* Rott.—129 *Soli* Pal. Med. pr. Mazar. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Cod. Rhem. Ald. ed. Vicet. *Solis* omnes Vatt. Rott. Oisel. Reg. Exc. Lucens. pr. *caussasque* Exc. Schott. in quibus Gronov. conjecerat *quantusque. casusque* vel *caussisque* Oxon. sec. Heinsius *caussansque* conjiciebat.—130 *signet numerus* vet. Gyr. *videat* Reg. Var. LL. e marg. Parm. *indicit* Vat. pr. *indicat* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. et Cod. Rhemens. *inducat* Vat.

NOTÆ

omnia pacata: etiam aves et feræ nullum sibi bellum inferunt; hoc enim injustitiæ est.

122 *Reverso numine*] Olim in sæculo aureo Justitia seu Astræa commorabatur cum hominibus, sed pollutos fortis, sceleribus, et, ex Ovidio, 'Cæde madentes Ultima Cœlestum terras Astræa reliquit.'

126 *Pulvere*] Quo utebantur ad figuras signandas. Cicero, 'Eruditus pulvis Mathematicorum.'

127 *Memphis*] Urbs Ægypti, ponitur pro ipsa Ægypto, quæ mater et nutrix Mathematicarum disciplinarum. *Pia* dicitur, quod superstitionibus indulgeret. Porro quis nescit doctrinas apud Ægyptios floruisse? Immo et multarum artium Ægyptii dicuntur fuisse inventores.

128 *Momenta*] Quæ velut pondera moveant Cœlum, ut movetur Horologium.

130 *Linea*] Luna eclipsin patitur, cum est in linea ecliptica, quod non accidit, nisi plena luna. *Ecliptica linea* dicitur ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, *deficere.*

Damnet, et excluso pallentem fratre relinquat.
Ut procul aspexit fulgentia virginis ora,
Cognovitque Deam, vultus veneratus amicos
Occurrit, scriptæque notas confundit arenæ.
Cum sic Diva prior: Malli, sincera bonorum
Congeries, in quo veteris vestigia recti,
Et ductos video mores meliore metallo;
Jam satis indultum studiis; Musæque tot annos
Eripuere mihi: pridem te jura reposcunt.

causis: quæ linea noceat Lunæ, et deserat illam *obscuratam, intercluso fratre* ipsius Sole. *Statim atque* Theodorus *vidit longe vultum micantem virginis* Justitiæ, *et sensit Divam, colens faciem caram* sibi, *it obviam, et turbat signa pulveris figurati.* *Tum Dea prior* loquitur *ita:* O *Malli,* in quo *cumulus* est *sincerus virtutum* omnium, *in quo aspicio indicia æquitatis, et mores factos* ex *metallo excellentiore, jam satis datum* est *literis;* et jam satis *Musæ subtraxerunt* te *mihi. Leges*

quart. Thuan. Reg. m. sec. Pat. Tholos. Moret. sec. duo Oxon. m. sec. Exc. Schott. Ruben. Sched. Gud. ed. Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *dicat* et emend. *discat* Florent. *indicat* vel *inducat* Vat. sec. *numerum* Med. quart. *numerus* Exc. Lucens. sec. *numeris* Put. Pat. Tholos. Exc. Ruben. ed. Parm. et Vicet. *Phœbum* Rott. *Phœbem* duo Vatt. Leid. sec. Florent. Mazar. Lov. tres Med. totidem Petav.—131 *reliquit* Vat. quint.—132 *fulgentia* vel *pallentia* duo Vatt.—133 *Agnovitque* Vat. quint. in Lov. hic versus deest. *veneratus* Vat. pr. Farn. Bonon. Vat. Livin. Moret. pr. Petav. tert. Exc. Lucens. sec. *veneratur* Leid. sec. et duodecim alii. *venerantur* Pal. Petav. sec.—134 *Occurrit* vel *Accurrit* Mazar. *Occurrunt* Oxon. sec. *scriptoque* Var. LL. ed. Antv. *spretæque* Moret. pr. *confudit* Reg. Leid. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart.—135 *Cum* Pal. Med. pr. Moret. sec. *Tum* duo Leidd. Oxon. pr. duo Vatt. Pric. Reg. Thuan. Petav. tert. Vat. Livin. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Tunc* Gesn. ed. Bipont. *Malli* Farn. *Manni* Moret. sec. *malim* Med. tert. *Manli* duo Leidd. et quatuordecim scripti, Exc. Læti et Gevart. Ald. Var. LL. ed. Antv.—136 *quem* Mazar. *veterum* Vat. quart. *veteris* vel *veterum* Petav. pr.—138 *satis inductum* Vat. tert. Farn. Rott. Oisel. Petav. sec. *indictum* vel *indultum* Vat. quint. *Stygiis* Rott. *annis* Reg. m. pr. *annis* vel *annos* Med. tert.—139 *Eripuere mihi pridem.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Med.

NOTÆ

131 *Excluso fratre*] Sole excluso a terræ globo, qui impedit, quominus Luna, ut solet, lumen a Sole fratre mutuetur.

134 *Arenæ*] Pulveris Mathematici notas confundit præ gaudio, quo perfundebatur, quod Justitiam videret.

136 *Congeries*] In quo est *congeries,* seu cumulus *bonorum,* seu virtutum; vel in quo omnes boni videntur inesse: quasi Mallius haberet tantam virtutem in se congestam, quantam habent omnes boni.

Recti] Vestigia priscæ simplicitatis, æquitatis, et mores aureos, hoc est, dignos sæculo aureo, quod, ex Ovidio, 'Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.'

137 *Ductos meliore metallo*] Mores aureos, et meliore metallo ductos atque conflatos. Metaphora sumta ab auro, quod conflatur. Alludit autem Poëta ad mores sæculi aurei.

Aggredere, et nostro rursum te redde labori.
Nec tibi sufficiat transmissæ gloria vitæ.
Humanum curare genus, quis terminus unquam
Præscripsit? nullas recipit prudentia metas.
Adde, quod hæc multis potuit contingere sedes:
Sed meriti tantum redeunt, actusque priores
Commendat repetitus honos: virtusque reducit,
Quos Fortuna legit. Melius magnoque petendum
Credis, in abstrusa rerum ratione morari?
Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis

repetunt te jamdudum. Age, et restitue te iterum operi nostro: neque honos vitæ præteritæ satis sit tibi: quis finis unquam vetuit regere gentem humanam? prudentia nullos agnoscit limites. Adjice quod hic honos potuit evenire multis. At honores *revertuntur solum,* si *meriti* sunt, *et dignitas renovata prædicat actiones præcedentes, et virtus revocat, quos fortuna eligit.* An *putas justius, et* id *parandum magno* pretio, *remanere* scilicet *in causis rerum perscrutandis? Nimirum illa documenta Platonis tui extulerunt magis patriam, quam* Themistocles, *qui obe-*

tert. *poposcunt* Pric. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—140 *Egredere* vel *Aggredere* Oxon. sec. *rursum nostro* Vat. sec. Pal. Med. pr. *rursus* tres Vatt. Rott. Florent. Petav. pr.—141 *Hæc tibi* Pal. *ripæ* Vat. pr. *ripæ* vel *vitæ* Vat. quart. *Humanum curare genus.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Vat. pr. Moret. pr. Thuan.—142 *Quid* Leid. pr.—143 *Præscripti* Pat. m. pr. *Præscriptis* conjiciebat Heinsius.—144 *hic* Put. *multis potuit* Leid. pr. Oxon. pr. Reg. Vat. Livin. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *potuit multis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel.—145 *meritis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *meriti* Vat. pr. item Vat. Livin. atque ita leg. Heins. cum Gevart. et sic Florent. m. pr. habuisse videtur. *rediit* vel *redeunt* Moret. sec. *moresque* Pric.—146 *honor* Pal. Pric. *honos* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, Exc. Lucens. sec. *recedit* Pat.—147 *legit* Exc. Cod. Rhem. *dedit* Med. tert. *tegit* Bonon. *regit* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. *gerit* vel *regit* Oxon. sec. Heinsius *legit* probat, et hanc emendationem ante annum Gevartio se jam indicasse notaverat.—148 *obstrusa* Jun. pr. Oxon. pr. Vat. quint. Petav. pr. Ambr. pr. *angusta* inc. Heins. *ab intrusa* Vat. tert. Rott. *an abstrusa* Vicet. Parm. *abstrusa* vel *obstrusa* Med. tert. *melius ratione* Vat. tert. *mereri* Vat. pr. et sec. m. pr. *vocari* Pric. m. pr. —149 *secreta* quidam Codd. teste Heinsio, qui *decreta* hinc conjicit. *præcepta* Exc. Schott. in quibus Gronovius annotaverat locum desumtum esse ex Cic.

NOTÆ

143 *Præscripsit*] Quis unquam terminum sibi finemque præscripsit, cum cura habenda est humani generis? tum enim prudentis est, nullas sibi ponere metas.

Nullas recipit prudentia metas] Immo metas ipsa præscribit aliis virtutibus, et sine ipsa nulla virtus est.

144 *Sedes*] Honoris et dignitatis.

146 *Commendat*] Dignitas repetita reddit commendabilem priorem dignitatem, ad quam nulli iterum iterumque *redeunt*, nisi *meriti* sint.

Virtusque reducit] Virtus revocat ad secundam dignitatem eos, qui casu ad primam electi fuisse videri possint.

Erexere magis, quam qui responsa secutus
Obruit Eoas classes, urbemque carinis
Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas?
Spartanis potuit robur præstare Lycurgus
Matribus, et sexum leges vicere severæ:
Civibus et vetitis ignavo credere muro
Tutius objecit nudam Lacedæmona bellis.
At non Pythagoræ monitus, annique silentes,
Famosum Œbalii luxum pressere Tarenti:

diens oraculo oppressit naves Orientis, et portavit urbem Athenas *in navibus, et eripuit Athenas incendendas Persis? Lycurgus potuit inspirare vires matribus Lacedæmoniis, et leges ejus rigidæ superaverunt sexum* muliebrem; *ac prohibitis civibus fidere mœnibus inertibus, exposuit securius præliis Spartam nudatam* muris. *Sed admonitiones, et anni taciti Pythagoræ, non represserunt luxuriam infamem*

de Offic. lib. I. *Catonis* Med. tert. inc. Heins.—150 *quam quis* Put. *quamvis* Pat.—151 *Obruis* Petav. sec. *æratas classes* Pric. *urbesque* Farn. ed. Vicet. *urbemque* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Moret. sec. Reg. Put. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Lov. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. pr.—152 *arsuros medio* Var. LL. ed. Antv. *Medis* Reg. *Medio* Jun. pr. Oxon. pr. m. Med. sec. m. pr. Moret. sec. Exc. Voss.—153 *reparare* Ambr. pr. m. pr. *vires reparare* Moret. sec. *Ligurgus* duo Moret. *Lygurgus* Lov. Exc. Gevart.—154 *Matribus et sexum* vel *Mentibus et matrum* Pat. *sexus* Pric. *matrum* pro *sexum* Tholos. *matres* pro *leges* inc. Heins.—155 *Cursibus* Leid. pr. *Curtibus* vel *Civibus* Med. tert. *vetitos* Var. LL. ed. Antv. *ignaro* Leid. sec. Exc. Voss.—157 *An tot* Var. LL. e marg. Parm. *At nunc* Rott. *annique* Exc. Læti. *animique* Jun. pr. Moret. sec. Med. quart. inc. Heins. Exc. Ruben. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *Samiique* conj. Heins. *annique* vel *animique* Med. tert.—158 *Formosum* Jun. pr. Med. sec. *Famosum* vel

NOTÆ

150 *Responsa*] Oracula quæ, Xerxe in Græciam irrumpente, monebant salutem quærendam esse in domibus ligneis. Unus Themistocles id feliciter explicuit de navibus, feliciusque patriam liberavit, quam omnes Platonici fecissent.

151 *Eoas*] Acies ab Oriente in Græciam irruentes.

152 *Medo*] Persarum Regi Xerxi, Medis imperanti.

153 *Lycurgus*] Lacedæmoniorum hic Legislator jussit exercitia mulieribus et viris esse communia, ut fœminæ susciperent liberos valentiores, et pro patria, si ita res postularet, pugnarent.

154 *Sexum vicere*] Fœminei sexus solitam imbecillitatem superaverunt.

156 *Tutius*] Lycurgus credidit tutius esse et fortius Spartam confidere virtuti, quam muris, sine quibus remansit usque ad Cassandri tempora, post mortem Alexandri Græciam vastantis.

157 *Annique silentes*] Nam Pythagoræi *πενταετίαν ἡσυχάζον, μόνον τὸν λόγον κατακούοντες, per quinquennium silebant, solum ejus sermonem audientes.* Laërtius.

158 *Œbalii Tarenti*] Id est, ab Œbaliis seu Spartanis vel conditi vel

Quis vero insignem tanto sub Principe curam
Respuat? aut quando meritis majora patebunt
Præmia? quis demens adeo, qui jungere sensus
Cum Stilichone neget? similem quæ protulit ætas
Consilio vel Marte virum? nunc Brutus amaret
Vivere sub regno: tali succumberet aulæ
Fabricius: cuperent ipsi servire Catones.
Nonne vides, ut nostra soror, Clementia, tristes
Obtundat gladios, fratresque amplexa serenos
Assurgat Pietas? fractis ut lugeat armis
Perfidia, et laceris morientes crinibus hydri

Tarenti Œbalii. Ecquis autem recuset laborem sub tanto Imperatore Honorio? *vel quando merces amplior dabitur virtuti? Ecquis ita amens* est, *ut renuat conjungere consilia* sua *cum Stilichone? Quæ sæcula tulerunt parem prudentia vel fortitudine? Nunc Brutus vellet vivere sub regno. Fabricius subjiceret* se *tali Imperio. Catones ipsi gestirent famulari. An non aspicis, ut Clementia soror nostra hebetet enses immites, et Pietas complexa fratres placidos, attollatur?* An non vides, *ut Perfidia fleat armis ruptis, et colubri pereuntes capillis laniatis lingant*

Formosum Med. tert. *fregere* Mazar. *præferre* Lov. m. pr. *Tarenti* Med. tert. *Talenti* Leid. sec. cum viginti sex aliis, Exc. Voss. et Gevart. et Var. LL. ed. Antv. cum Glossa *i. e. Alexandri. Tarenti* vel *Talenti* Vat. pr. et tert.—159 *Qui* inc. Heins.—160 *quondam* Oxon. sec. *majora dabuntur* Pal. Med. pr. Cod. Barth. *petuntur* Pric.—161 *quis* Bonon.—162 *Cum Stilichone* Vat. sec. *A Stilicone* Jun. pr. *similem quæ* Vat. pr. et tert. *quem* Leid. pr. et sedecim alii, Exc. Gevart. et Lucens. sec. *pertulit* Pric. Pal. *protulit* duo Leid. cum octodecim aliis, Exc. Læti, Schott. Gevart. Ruben. et Lucens. sec. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—163 *Conscilio* Farn. *Marte tuo* Var. LL. ed. Antv. *nunc Brutus* Vat. Livin. *tunc* Ald. *vel Brutus* vel *nunc Brutus* Med. tert.—164 *sub regno.* tres Vatt. Florent. Reg. Thuan. duo Petav. tres Ambr. Bonon. Pat. Moret. pr. Lov. *regno tali.* Vat. sec. Pal. Farn. Pric. *procumberet* Bonon. duo Vatt. tres Ambr. *succumberet* vel *procumberet* Petav. pr.—165 *regnare* Med. sec.—166 *tristis* Rott. Oisel. Thuan. Pat. Tholos. duo Petav. Ambr. tert.—167 *Obtundit* ed. Vicet. *Occumbat* Put. *fratres* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *fratresque* Vat. pr. Leid. pr. Oxon. pr. Med. quart. Reg. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—168 *Assurgit* Lov. *luceat* Rott.—170 *in*

NOTÆ

aucti: cujus urbis cives deliciis diffluentes summum bonum in voluptate ponebant. Hæc urbs est in sinu Tarentino in extrema Italia.

163 *Consilio*] Quæ ætas tulit similem Stilichoni, vel consilio in pace, vel fortitudine in bello?

Brutus] Etsi Regum osor et expulsor, amaret vivere sub Regno Honorii, tutore Stilichone.

165 *Fabricius*] Civis notæ frugalitatis, et Reip. amans, Regum itidem osor, sicut et Catones.

166 *Tristes gladios*] Tristitiæ effectores.

167 *Fratres serenos*] Arcadium et Honorium, serenos, placidos, et Cœlo aut numinibus tranquillis similes.

Lambant invalido Furiarum vincla veneno?
Exultat cum Pace Fides: jam sidera cunctæ
Liquimus, et placidas inter discurrimus urbes.
Nobiscum, Theodore, redi. Subit ille loquentem
Talibus: Agrestem dudum me, Diva, reverti
Cogis, et infectum longi rubigine ruris
Ad tua signa vocas? nam quæ mihi cura tot annos
Altera, quam duras sulcis mollire novales?
Nosse soli vires, nemori quæ commoda rupes,
Quis felix oleæ tractus, quæ gleba faveret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles?
Terribiles rursum lituos veteranus adibo,

catenas Furiarum veneno debili? Fides triumphat cum Pace: jam nos *omnes deseruimus Cœlum, et cursitamus per Urbes pacatas. Revertere nobiscum*, o *Theodore. Ille* Theodorus *respondet his* verbis *locutæ* Justitiæ. O *Dea cogis redire me jampridem* factum *rusticum, et revocas ad vexilla tua* me *marcentem situ longo agrorum? Etenim quis labor alius mihi per tot annos, quam subigere agros duros vomere, quam cognoscere naturam terræ?* cognoscere *quæ* loca *saxosa idonea* sint *sylvæ, quis campus fœcundus oleis, quæ arva utilia sint segeti, vel quos vitis vestiret clivos?* Ego *veteranus iterum repetam tubas metuendas, et* ego ut *nauta senex ex-*

medio Petav. sec. *vincla* Vat. pr. *colla* Vat. sec. Med. pr. Pal.—171 *Exsultet* Vat. quint. *cum sidera* inc. Heins. *comiu* pro *jam sidera* Jun. pr. *sidere* Vicet. *cuncta* Exc. Ruben. *cunctæ* vel *cinctæ* Med. tert.—172 *Liquimus* Vat. pr. Rott. Oisel. Leid. sec. Med. tert. Ald. Exc. Voss. Gevart. et Lucens. pr. *Linquimus* viginti alii, ed. Parm. et Vicet. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. et al. *ædes* vel *urbes* Florent.—173 *redis* Vat. pr. *veni* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—174 *Roma* Put.—175 *longa* Vat. pr. *juris* Moret. sec.—176 *signa* Rott. Oisel. *castra* Ambr. tert. *sed quæ* Reg. *nam quæ* Vat. pr. vet. Gyr. Leid. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *numquam* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *nam qua* Exc. Voss. *tibi* Oxon. sec. m. pr. *caussa* Tholos. *annos* Ambr. sec. *annis* quatuor Vatt. Farn. Pric.—177 *diras* Put. *duris* Florent. m. pr.—178 *Solis nosse vias* Exc. Læti. *Solis* tres Vatt. Farn. Rott. Oisel. *quæ et commoda* ed. Vicet. *accomoda* malebat Heins.—179 *olei* Pric. Ambr. sec. inc. Heins. *Quæ felix oleæ regio* Med. quart.—180 *Fructibus* Moret. sec. *aut quales* Exç. Læti. *et quales* Vat. pr. *qualis* Leid. pr. Oxon. pr. Med. tert. inc. Heins. Mazar. Pat. Tholos. Bonon. Moret. pr. Petav. tert. duo Ambr. ed. Vicet. Exc. Gevart. *collis* Petav. sec. *colles!* vet. Gyr.—181 *cursim* Med. sec. m. pr. *rursus* Jun. pr. Moret. pr. Vat. sec. Pal. Pric. in Leid. sec. hiç denuo lacuna erat aliquot

NOTÆ

170 *Furiarum*] Ubi Justitia regnat, regnant et ceteræ virtutes, exulant et scelera, scelerumque auctores Furiæ.

172 *Inter discurrimus*] Permistæ populo, ut olim ætate aurea, discurrimus.

174 *Agrestem*] Me factum agrestem longa mea in agris mansione, et quasi infectum situ ac rubigine, hoc est, otio et diuturno secessu.

181 *Lituos*] Pugnas, prælia, per lituos designata.

Et desueta vetus tentabo cœrula vector?
Collectamque diu, et certis utcumque locatam
Sedibus, in dubium patiar deponere famam?
Nec me, quid valeat Natura fortior usus,
Præterit, aut quantum neglectæ defluat arti.
Desidis aurigæ non audit verbera currus:
Nec manus agnoscit, quem non exercuit, arcum.
Esse sed injustum fateor, quodcumque negatur
Justitiæ. Tu prima hominem sylvestribus antris
Elicis, et fœdo detergis sæcula victu.
Te propter colimus leges, animosque ferarum

periar maria desueta? Et sustinebo exponere fortunæ *dubiæ gloriam* meam *partam longo* tempore, *et stabilitam quodammodo* in *locis securis? Neque latet me, quid consuetudo potentior natura valeat, vel quantum deperdatur* ex *industria contemta. Equi non obediunt flagello rectoris ignavi: neque manus cognoscit jaculum, quod non experta est. At confiteor iniquum esse, quod recusatur Justitiæ. Tu prima eduxisti hominem* ex *cavernis sylvarum, et purgas orbem* a *vita turpi. Ob te vene-*

foliorum.—182 *deserta* vel *desueta* Moret. pr. *victor* Vat. tert. Pric. Rott. Vicet. ed. *vector* vel *rector* Moret. pr.—183 *reliquis utcumque* Pric. *diu certis* Vat. quart. Ambr. sec. Med. tert. *ubicumque* duo Medd. *utrumque* Vat. tert. Mazar. *utrimque* Oxon. sec. Bonon. Tholos. Petav. tert. *utcumque* vel *utrimque* Med. tert.—184 *in dubiam* Pric. Put. Bonon. Petav. tert. *et dubiam* Tholos. *ut dubiam* Med. tert. *formam* Med. sec. m. pr. *flamam* Tholos.—185 *Non* Vat. sec. Pal. *Ne* Lov. *Naturæ* Vat. pr. Put. Pat. Tholos.—186 *et quantum* Petav. tert. *defuit* vel *defluat* Med. quart. *artis* Petav. pr.—187 *augere* pro *aurigæ* Vat. tert. *cursus* Vat. pr. Oxon. sec.—188 *agnovit* vel *agnoscit* Oxon. sec. *quæ* Vat. quart.—189 *quæcumque negantur* Vat. quart. Var. LL. ed. Antv.—190 *Justitia* Med. pr. *annis* Voss. a m. pr.—191 *deterges* Leid. pr. Oxon. pr. Reg. Ald. Exc. Lucens. sec. *deterges* vel *detergis* Med. tert.—192 *se* Var. LL. ed. Antv. *propter te* Pric. *legimus* vel *colimus* Med. tert.—

NOTÆ

182 *Desueta*] An maria, quæ non suetus sum amplius pererrare, pererrabo deinceps? hoc est, an illas belli forique tempestates vis me deinceps experiri?

Vector] Is est, et qui vehit, et qui vehitur. Hic sumitur active.

183 *Certis sedibus*] Famam ita stabilitam, ut in omnium animis quasi in certo quodam portu, in certis sedibus infixa videatur.

185 *Usus*] 'Consuetudo natura potentior.' Curtius.

186 *Defluat*] 'In virtutis via non progredi, regredi est.' Ex ea enim paulatim ipsa incuria et desuetudine aliquod defluit, evanescit, deperditur.

187 *Currus*] Equi qui sunt in curru. Virgilius: 'Neque audit currus habenas.'

188 *Exercuit*] Manus non cognoscit arcum, nisi se in arcu vibrando exercuerit.

191 *Fœdo victu*] Revocasti primos homines belluarum more viventes a fœdo et inhumano victu.

Exuimus. Nitidis quisquis te sensibus hausit,
Irruet intrepidus flammas, hyberna secabit
Æquora: confertos hostes superabit inermis.
Ille vel Æthiopum pluviis solabitur æstus:
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aër.
Sic fatus, tradente Dea, suscepit habenas
Quatuor, ingenti Juris temone refusas.
Prima Padum Tyberimque ligat, crebrisque micantem
Urbibus Italiam: Libyas Pœnosque secunda
Temperat: Illyrico se tertia porrigit orbi:
Ultima Sardiniam, Cyrnon, trifidamque retentat

ramur leges, et relinquimus naturam ferarum. Quicunque imbibit te puro pectore, irrumpet audax in *ignes, findet maria hyberna: inermis vincet hostes densos: ille refrigerabit vel ardorem Æthiopum imbribus: cœlum serenum sequetur illum trans Scythiam. Ita locutus,* Theodorus, *diva dante, recepit quatuor fræna religata magno nexu Justitiæ. Prima* habena *nectit Eridanum et Tibrim, et Italiam fulgentem urbibus multis: secunda regit Libyam et Carthaginienses: tertia extendit se tractui Illyrico: ultima moderatur Sardiniam, Corsicam, et Siciliam triangula-*

193 *sensibus* vel *mentibus* Reg. Oxon. sec.—194 *irruit* Vat. pr. m. sec. Moret. sec. *irruet in flammas* Moret. pr.—195 *confectos* Pric. *confertos* Leid. pr. Oxon. sec. duo Med. totidem Petav. Put. Reg. Thuan. Pat. Ambr. sec. Lov. Vat. Livin. inc. Heins. Exc. Schott. Gevart. et Lucens. pr. item Var. LL. ed. Antv. *consertos* octo alii. *hostis* Vat. tert. Rott. Bonon. *inermes* Rott. Petav. sec. *inermis* Leid. pr. Jun. pr. Put. Petav. pr. Lov. Sixtin. duo Oxon. ambo Moret. Exc. Schott. Gevart. Ald. et Var. LL. ed. Antv.—196 *per Æthiopum* Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. Oxon. sec. *fluviis* Florent. Med. quart.—197 *Thanaim* Pal. *Tanaim* Med. pr. *Syriam* vel *Schythiam* Med. tert.—199 *vires* Oxon. pr. *revulsas* Pric.—200 *Tibrimque* Farn. *Tyberinque* Florent. *Trebiamque* Blondellus legit. *meantem* Oisel. Mazar. Oxon. pr. duo Petav. Tholos. Exc. Cod. Rhem. *meantem* vel *manentem* Lov.—201 *Lidos* pro *Libyas* Leid. pr. duo Oxon. *Ludos* Jun. pr. *Lydos* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Put.—202 *Illyrica—orbi* Oxon. sec. *Illyricæ urbi* Jun. pr. *Illyricas—protegit urbes* Vat. pr.—203 *Cyrnum* Exc. Lucens. sec. Vat. pr. m. pr. *Cyrnen* Pe-

NOTÆ

193 *Te hausit*] Quisquis tua documenta imbibit, impressit animo puro, spernet omnia pericula, flammas, frigora, maria, hostes.

196 *Æthiopum, &c.*] Vir justitia et omni tranquillitate fretus, vel in ardentissimis Æthiopum terris se sua virtute, tanquam pluvia solabitur, in gelida Scythia se eadem virtute, velut verno flore recreabit. Vir justus ubique beatus est, ubique victor: 'Justum et tenacem,' &c. Horatius.

198 *Habenas quatuor*] Moderamen quatuor Provinciarum, Italiæ, Libyæ, Illyriæ, et Insularum. His præerat præfectus Prætorii Occidentis.

203 *Cyrnon*] Κῦρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα: *Cyrnus a Romanis vocatur Corsica.* Strabo.

Trifidam] In tria promontoria fissam ac distinctam Siciliam.

Sicaniam, et quicquid Tyrrhena tunditur unda,
Vel gemit Ionia. Nec te tot limina rerum,
Aut tantum turbavit onus: sed ut altus Olympi
Vertex, qui spatio ventos hyemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
Celsior exsurgit pluviis, auditque ruentes
Sub pedibus nimbos, et rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus, per tanta negotia liber

rem, ac quicquid verberatur fluctibus Hetruscis, vel sonat Ioniis aquis. *Neque susceptio tot negotiorum, aut pondus tantum perturbavit te. At quemadmodum culmen excelsum Olympi, quod deserit* infra *se ventos et tempestates intervallo* magno, *nulla* habens *infectam caligine serenitatem æternam, attollitur sublimius imbribus, et audit sub pedibus nubes bacchantes, et proterit fulmina mugientia; ita* Theodorus *constanti mente exit liber in rebus tantis, et semper par sibi; neque*

tav. sec. *Sirmum* Oisel. Put. Reg. Mazar. Leid. sec. tres Petav. *Smirnum* Pal. Tholos. Oxon. pr. *Smirmum* Moret. sec. *Smyrum* duo Vatt. Pric. Rott. Pat. duo Ambr. Exc. Gevart. *Syrtim* Farn. *Syrinum* Lov. *Syriam* Moret. pr. *Siriam* duo Vatt. *Smirnam* ed. Vicet. *Smyrnam* Thuan. Vat. pr. m. sec. *Sinumam* Jun. pr. *Syrmum* m. pr. et *Syriam* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *relinquit* Put. Pat. *recepit* Jun. pr.—204 *Tyrrhene* Petav. sec. *terrena* Pal. Rott. *finditur* Med. quart. *funditur* Jun. pr. duo Oxon. quatuor Vatt. Farn. Med. sec. *retunditur* Rott. Oisel. *tunditur* Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. Lov. ex conjectura, et sic Gronovius legit in Exc. Schott. *clauditur* Vat. sec. Pal. Med. pr. *refunditur* Pric. Reg. Thuan. Med. tert. m. pr. Exc. Schott. et Gevart. *funditur* vel *refunditur* inc. Heins. duo Petav. *urna* Pal. Tholos. Exc. Cod. Rhem. *ulna* Petav. sec. *unda* vel *urna* Moret. pr. Med. sec. Heinsius variis conjecturis tentavit hunc locum, et legebat vel *plauditur* vel *affunditur* vel *tunditur*, quod postremum tandem amplecti visus: ad firmandum τὸ *urnam* ascripserat locum Alcim. Avit. Lib. IV. vs. 62.—205 *genuit Roma* Var. LL. ed. Antv. *lumina* Jun. pr. Leid. pr. m. pr. Oisel. Florent. duo Med. Put. Mazar. Petav. sec. Bonon. Pat. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. et Cod. Rhem. *lumina* vel *lumina* Vat. Pr. *molimina* Ambr. sec. *tot limina* vel *molimina* Petav. tert. *me limina* Tholos. *culmina* legit Heinsius vel *te molimina.* sic *fastigia rerum* sæpe vocat.—206 *turbabit* Vat. pr. *tantus honos* Moret. pr. *honor* Moret. sec. m. pr. *opus* Vat. quart. *alter Olympi* Vat. sec. Rott. Oisel. inc. Heins. Oxon. sec. Tholos. Ambr. tert. duo Petav. *altus* vel *alter* Vat. quart. Med. pr. —207 *reliquit* Pal. Farn. Med. pr. Put. duo Petav. Bonon. Pat. Ambr. sec. Moret. sec. item Oxon. ed. Vicet. et Parm.—208 *violatus* Med. quart. Ald. *temeratus* Florent. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Med. totidem Ambr. et Petav. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. Exc. Lucens. pr.—209 *Certior* Put. Bonon. Pat. Petav. tert. *ruentis* Vat. pr.—211 *animi* Flo-

NOTÆ

204 *Tyrrhena*] Mare Tyrrhenum, seu Thuscum, dicitur mare inferum.

205 *Ionia*] Ionium mare dictum ab Io Inachi filia: porrigitur ab extrema parte Siciliæ et Epiri usque in Ægyptum et Cretam.

206 *Olympi*] Hic mons est Thessaliæ altior nubibus. Lucanus: 'Nubes despectat Olympus.'

211 *Liber*] In tantis negotiis liber

Emergit, similisque sui: justique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia suadet.
Nam spretas quis opes, intactaque pectora lucro
Commemoret? fuerint aliis hæc forte decori:
Nulla potest laus esse tibi, quæ crimina purget.
Servat inoffensam divina modestia vocem.
Temperiem servant oculi, nec lumina fervor
Asperat, aut rabidas suffundit sanguine venas,
Nullaque mutati tempestas proditur oris.
Quin etiam sontes expulsa corrigis ira,
Et placidus delicta domas: nec dentibus unquam

inimicitia cogit hunc *detorquere seriem æquitatis, neque favor persuadet. Etenim cur referam divitias contemtas, et animum* tuum *intemeratum auro? hæc forsan videantur aliis pulchra, nulla gloria potest æstimari* a *te, quæ eluat scelera. Modestia* tua *divina conservat sermonem placidum; oculi tui conservant moderationem: neque ardor inficit eos, aut replet corpus accensum bile, et nulla nubes vultus* tui *mutati ostenditur. Præterea emendas nocentes ira remota, et lenis punis crimina,*

rent. m. pr. Reg. m. sec. Heins. Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *animo* Jun. pr. Oisel. Reg. Put. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. Lov. duo Petav. inc. Heins. *animos* Rott. *animo* vel *animus* Oxon. sec. *mille negotia* Med. tert. *tonitrua* duo Vat. Petav. pr. *tonitrua* vel *negotia* Vat. quint.—212 *timorem* Jun. pr.—214 *Non* Tholos. *Non* vel *Nam* Med. tert. *sumptas* Lov. *pignora* Petav. sec. —215 *Commemorat* Rott. Lov. *fuerunt* Reg. m. pr. *fiunt* vel *fuerint* Oxon. pr. *decori* Vat. pr. m. pr. Bonon. Ambr. pr. Petav. tert.—217 *potentia* Jun. pr. Vat. quint. *mentem* Jun. pr.—218 *servent* Vat. quint. *servat oculis* Florent.—219 *rabidas* duo Vatt. Florent. Med. sec. Put. tres Petav. Pat. *rapidas* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. duo Oxon. tres Med. inc. Heins. Reg. Mazar. Bonon. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. Exc. Schott. et Gevart. *rabies* Tholos. *diffundit* Exc. Læti. *suffundit* Leid. pr. et viginti octo alii, Exc. Schott. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—221 *excussa* inc. Heins. *corrigit* Petav. sec.—222 *placidas* Pal. Med. pr. *non dentibus*

NOTÆ

et constans Theodorus servat semper eundem animum, eundem justitiæ rigorem, et velut strictam lineam; neque deflectit vel transversum unguem, vel adductus odio, vel gratia potentiorum.

216 *Nulla potest laus*] Nequidem vis laudari, quod mundum purges criminibus.

217 *Inoffensam*] Tua modestia efficit, ut sermones tui sint semper inoffensi, hoc est placidi, tranquilli, et sine cujusquam offensione pronuntientur.

219 *Asperat*] Neque furor reddit oculos tuos asperos, et terribiles scintillis erumpentibus.

Venas] Homini irato tument venæ, sanguis effervescit, vultus, ut Cœlum tempestate furente, mutatur, turbatur, modo rubet, modo pallet.

222 *Et placidus*] Placide punis sontes, quasi invitus: legibus pœnas tum exigentibus parere videaris.

Instrepis horrendum, fremitu nec verbera poscis.
Qui fruitur pœna, ferus est, legumque videtur
Vindictam præstare sibi: cum viscera felle
Canduerint; ardet stimulis, ferturque nocendi
Prodigus, ignarus causæ. Diis proximus ille est,
Quem ratio, non ira, movet: qui, facta rependens,
Consilio punire potest. Mucrone cruento
Se jactent alii, studeant feritate timeri,
Addictoque hominum cumulent æraria censu.

neque frendes unquam dentibus horribiliter, neque petis flagella vociferando. Qui delectatur cruciatu, crudelis est, ac videtur præbere sibi ultionem legum. Cum præcordia ejus *incensa fuerint furore, inflammatur desiderio* malo, *et rapitur ad nocendum largius inscius causæ. Ille similis est Diis, quem ratio flectit, non iracundia: qui considerans actiones, potest castigare* sua *prudentia,* non odio. *Alii glorientur securibus nudatis, velint formidari ferocitate, et repleant fiscum adjudicatis*

Reg.—223 *Impetis horrorem* Pric. *horrende* inc. Heins. *horrendo* Vat. pr. m. pr. *horrendis* Ambr. pr. Moret. sec. *fremitus* Pat. *fremitum* Petav. tert. *strepitu* Jun. pr. *fremitu* vel *strepitu* Med. tert. Oxon. sec. *membra reposcis* inc. Heins. m. pr. *verba reposcis* Leid. pr. duo Oxon. Vat. sec. Pal. Pric. Rott. Oisel. Med. quart. Thuan. Mazar. duo Petav. Reg. m. pr. Bonon. duo Ambr. Lov. Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *verbera poscis* vel *verba reposcis* Moret. pr. Petav. tert. duo Vatt.—224 *pœnis* Vat. quint. *legumque videtur*, vel *nec lege movetur* Moret. pr.—225 *patrare* vel *præstare* Vat. quint. *cui viscera* vet. Gyr. *stelle* Var. LL. ed. Antv.—226 *ardent* Pat. *ferroque* inc. Heins.—227 *curæ* Lov. *ille* Vat. sec. Pal. Med. pr. inc. Heins. Ambr. sec. *ille est* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel.—228 *movent* inc. Heins. *reprendens* Mazar. Exc. Gevart. *reponens* vel *rependens* Reg.—229 *munire* Vat. pr. m. pr.—230 *jactant* Jun. pr. Moret. sec. Put. Vat. quint. *aliis* Vat. pr. m. pr. *Tyranni* vel *timeri* Petav. pr. duo Vatt.—231 *Adductoque* Oxon. pr. m. sec. *Addictoque* Florent. quatuor Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. Moret. sec. Lov. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. *Addictumque—censum* Vat. quinta. *nimum* Tholos. *omni* Pric. *animum* vel *hominum* Reg. Oxon. sec. *simulent* Jun. pr.

NOTÆ

224 *Qui fruitur*] Ferina rabies est sanguine et vulneribus gaudere. ‘Ipse Nero subtraxit oculos, jussitque scelera, non spectavit.’ Tacitus.

Legumque] Videtur vindictam exequi, non ut pareat legibus, sed ut pareat suis affectibus, suæ crudelitati.

227 *Prodigus*] Nimis larga manu pœnas infligit.

Ignarus causæ] Iracundia et cupiditas non sinunt eum perpendere, an causa sit pœnæ infligendæ.

230 *Se jactent*] Barbarum est jactantiæ genus, gloriari sua crudelitate, quæ ita displicuit veteribus, ut nequidem cum cocis et venatoribus animalium sanguine gaudentibus habitare sustinerent. In sacra Scriptura, ‘Robustus venator coram Domino’ arguit impium et crudelem.

231 *Addicto censu*] Cumulent arcas suas bonis alienis, dum proscribunt et fisco addicunt aliorum fortunas.

Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Utilior, nullo confessus murmure vires.
Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas, eadem clementia sani
Gurgitis immensum deducit in ostia Gangen.

divitiis hominum. Nilus fluit leniter, sed est fructuosior omnibus fluminibus, ostendens virtutem nullo fremitu. Ister magnus violentior et præceps præterfluit tamen *tacite littus* suum. *Lenitas similis alvei placidi defert Gangen vastum in ora*

---

fructu pro *censu* Vat. sec. m. pr.—232 *Lene fluit Nilus* Lucan. lib. x. 315. Ammian. lib. XXII. copiose. p. 247. ed. Lindenbrog. *cunctis sed amantibus* Vat. pr. *exit* Mazar. Jun. pr.—233 *nullo* Vat. pr. Ald. *nullo* vel *nullas* Med. quart. *confectus* Var. LL. ed. Antv. *robore* Ambr. pr. Exc. Schott. *murmure* vel *robore* Moret. sec. *ripas* Vat. quart. *voces* Vat. tert. m. sec. *voces* vel *vires* Moret. pr.—234 *ac* Vat. pr. Med. tert. Put. Petav. pr. Lov. Pat. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *at* tres Vatt. Farn. Rott. *et* Vat. sec. Jun. pr. Leid. pr. item Oxon. Pal. Reg. Mazar. *ut* Ambr. pr. *aut* Moret. sec. *at* vel *ac* inc. Heins. *aut* vel *et* Florent. *ad rapidas* Exc. Lucens. sec. *tantas* Med. tert. *tacitas* Vat. pr. Farn. Bonon. Vat. Livin. *tactas* Leid. pr. m. sec. Florent. Med. sec. inc. Heins. Thuan. Mazar. duo Petav. Lov. duo Ambr. Var. LL. ed. Antv. *fractas* Vat. sec. *raptas* et emend. *tactas* Moret. sec. *tractas* Tholos. Ald. *tactos* Vat. tert. Rott. Oisel. *tacitus* Put. Reg. Petav. pr. *rapidas tacitus* Jun. pr. *tactas* vel *fractas* Reg. m. sec. *fractas* vel *tacitas* Oxon. sec. *et rapidus fractas vel tactas* Med. pr. *ac* vel *at*, *rapidus fractas* vel *tactus* Pric.—235 *clementia* Lov. *dementia* Leid. pr. et tredecim alii, item Exc. Gevart. *sævi* tres Vatt. Med. sec. ed. Vicet. *Savi* Florent. et sic Heinsius conjecerat. *Sani* Leid. pr. cum viginti scriptis, Exc. Læti, Gevart. Schott. Ruben. Cod. Rhem. Lucens. sec. Ald. item Var. LL. ed. Antv. *sævi* vel *sani* Vat. quint. Petav. pr. *vani*, vel *sævi* vel *Alani* Pric.—236 *ingentem* Moret. sec. *emensum* Ald. *deducit* triginta Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *diducit* Raphel. Barth. Heins. Gesn. Kœnig. et ed. Bipont. *deduxit* Isingr. Colin. Gryph. *Gangen* Thuan. *Gangem* duo Vatt. quatuor Med. Put. Reg. Mazar. Bonon.

NOTÆ

232 *Lene fluit Nilus*] Quasi diceret, Tyranni fremant et omnia pessumdent, torrentum instar: Reges optimi moderati sunt, et prosunt omnibus, sicut *lene fluit Nilus, &c.* Rapidus tamen est et violentus ad cataractas.

233 *Utilior*] Ægyptum, mulieres, pecudesque fœcundat. Tibullus ad Nilum: 'Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.'

234 *Acrior ac rapidus*] Magis acer quam rapidus; vel acrior ac rapidus primo, at cum crescit lenior est. Alii legunt, *Acrior at Rhodanus:* hunc ut Nilo opponat lene fluenti.

235 *Danubius*] Lenitas Danubii effecit, ut hic diceretur a Germanis omnium fluviorum uxor, ut Rhenus est maritus ob strenuitatem.

Sani] Placidi et sapientum more euntis; contra torrentes dicuntur insani, quod ruant præcipites instar insanientium.

236 *Gangen*] Danubius et Ganges primo sunt rapidi; sed postquam majores facti sunt, fiunt leniores.

Torrentes immane fremant, lassisque minentur
Pontibus: involvant spumoso vortice sylvas.
Pax majora decet. Peragit tranquilla potestas,
Quod violenta nequit: mandataque fortius urget
Imperiosa quies. Idem prædurus iniquas
Accepisse preces: rursus, quæ digna petitu,
Largiri facilis: nec, quæ comitatur honores,
Ausa tuam leviter tentare superbia mentem.
Frons privata manet: non se meruisse fatetur,
Qui crevisse putat: rigidi sed plena pudoris
Elucet gravitas, fastu jucunda modesto.

maris. *Torrentes mugiant crudeliter, et minitentur pontibus fatigatis, rapiant vortice spumanti sylvas. Quies decet fluvios majores. Imperium mite efficit, id quod vis non potest facere, et mansuetudo regnatrix impellit potentius* ad *jussa peragenda. Idem* Theodorus *inexorabilis* est *recipere preces injustas*, et *contra benignus* est *concedere* ea, *quæ merentur posci. Neque arrogantia, quæ sequitur dignitates, ausa* est *aggredi* vel *leviter animum tuum: vultus remanet privatus, qui credit se auctum esse, non ostendit se meritum esse, sed gravitas emicat* in te *plena verecundiæ severæ*, et *grata elatione moderata. Qui tumultus non placatus*

Tholos. tres Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—237 *fremunt* Moret. sec. *laxisque* Ambr. tert. *lapsisque* Vat. sec. Pal. Farn. Ambr. sec. *lassusque* Exc. Lucens. sec. *laxique* Jun. pr. *lassisque* Florent. duo Med. Put. Thuan. Leid. pr. Oxon. sec. tres Petav. Bonon. Tholos. Pat. Ambr. pr. Moret. sec. Lov. Vat. Livin. Exc. Schott. *lassisque* vel *lapsisque* Med. pr. *lassisque* vel *laxisque* Vat. pr. Reg. Oxon. pr. *minantur* Moret. sec.—238 *Fontibus* duo Vatt. *involvunt* Moret. sec. *vertice* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—239 *decet* Exc. Lucens. pr. *docet* Petav. sec. ed. Vicet. *peragi* Put.—240 *Quæ violenta* Moret. pr. *Per violenta* Put. *violata* Reg. Oxon. pr. Med. sec.—241 *fames* Vat. tert. Rott. *fames* vel *fides* Vat. sec.—242 *quoque digna* Jun. pr. Med. sec. *petiti* Pat.—243 *Largiris* Reg. m. sec. *Largiri* Lov. m. sec. duo Med. Exc. Gevart. *Largitor* duo Vatt. Pric. Rott. Oisel. Florent. duo Med. *Largitur* Petav. pr. m. pr. Ambr. pr. Moret. sec. Vat. quint. *Largior et facilis* Vat. pr. m. pr. Farn. Exc. Lucens. sec. *Largitor* vel *Largitur* Oxon. sec. *Largiri* vel *Largior et* Vat. sec.—244 *dextram* pro *mentem* Rott.—245 *Frons* Exc. Lucens. pr. *Mens* Leid. pr. Oxon. pr. ed. Vicet. *Mens* vel *Frons* Reg. Med. tert. *non se* quatuor Vatt. *nec se* Pal. Bonon. Ambr. pr. Vat. sec. Gesn. et ed. Bipont. *nec te* Jun. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.—246 *Quem* Var. LL. ed. Antv. *Qui* vel *Quas* Reg. *Qui, Quæ* vel *Quod* Oxon. pr. *putet* ed. Vicet. *rigida* Vat. pr. m. pr. *timoris* Var. LL. ed. Antv.—247 *modesto* tres Vatt. Put. Mazar.

NOTÆ

237 *Lassis pontibus*] Quasi pontes fatigati sint ferendis torrentibus.

245 *Frons privata*] Qualis decet privatum hominem sine dignitate viventem.

246 *Crevisse*] Qui putat se crevisse honoribus, ostendit se non esse virtute meritum hos honores. Ex Stoicis sapiens non tantum tribuit fortunæ, ut honoribus crevisse existimetur: uno tenore vitam obeundam esse putat.

247 *Fastu modesto*] In hoc est gra-

Quæ non seditio, quæ non insania vulgi
Te viso lenita cadat? quæ dissona ritu
Barbaries, medii quam non reverentia frangat?
Vel quis non sitiens sermonis mella politi
Deserat Orpheos blanda testudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animæ: per singula talem
Cernimus, et similes agnoscit pagina mores.
Nec dilata tuis, Augusto judice, merces
Officiis: illumque habitum, quo jungitur aulæ

comprimatur, te conspecto? Quis furor multitudinis non comprimatur? *Quæ barbaries* tam *discors* est *moribus, quam non veneratio* tui *interpositi vincat? Aut quis cupiens dulcedinem orationis melleæ, non relinquat concentus Orpheos* editos *lyra suavi? Qualem evolvimus te describentem cunabula mundi nascentis, vel partes spiritus mundi euntis per omnia* corpora, *videmus talem* te, *et libri tui indicant mores æquales. Neque præmium retardatum* est *tuis laboribus, Imperatore æstimatore; et Imperator, anno absoluto, dedit* tibi *vestem illam* Consularem, *qua*

Pat. Jun. pr. duo Petav. Ald. Exc. Schott. Sched. Gud. *remoto* Vat. pr. et sec. vet. Gyr. Pal. Florent. m. sec. Med. pr. Thuan. Bonon. Ambr. sec. Moret. sec. m. sec. Vat. Livin. Petav. tert. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *remoto* vel *modesto* Reg. Ambr. pr. Lov. Oxon. sec. Med. tert.—248 *vesania* Pric.—249 *cadit* Vat. sec. Pal. Med. pr. Jun. pr. *cadet* Put. *rictu* Reg. *ritu* vel *rictu* Oxon. pr.—250 *media* Jun. pr. duo Oxon. omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *Media barbaries* Vat. Livin. *mediam* Petav. pr. *media* vel *mediam* Pric. *medii* Ambr. tert. atque ita Gronovius legit in Exc. Schott. *quem* Pal. *frangit* Med. pr. Vat. sec.—251 *qui* Med. sec. Mazar. *verba politi* Med. tert. m. pr.—252 *blandi* Thuan. *formidine* Vat. pr. m. pr. *dulcedine* Ambr. pr. m. pr.—254 *per singula.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Ald. *animæ per singula*, ita distinguunt Heins. Gesn. Kœnig. et ed. Bipont. *adeptæ* pro *talem* Vat. pr. m. pr.—255 *Cernimus* vel *Credimus* Reg. Oxon. sec. *agnoscat* Reg. Oxon. pr. m. pr.—256 *Non dilata* duo Vatt. Florent. Petav. pr. Tholos. *delata* Vat. pr. m. pr. *meta est* pro *merces* Ambr. tert.—257 *habitumque illum* Med. tert. *jungimur* Var. LL. ed. Antv. *aula Curis* duo Vatt. Leid. pr.

NOTÆ

vitas alta quadam et generosa modestia temperata.

249 *Te viso*] Augustus Cæsar solo aspectu seditiones compressit.

250 *Medii*] Nulli sunt barbari tam discordantes, tam efferi, qui si in sese invicem ferociter irrumpere pararent, non retinerentur ac frangerentur reverentia Theodori medii, hoc est, se interponentis, eosque reconciliantis. Metaphora sumta ab iis, qui sese interponunt furentibus. Sic Lucanus: ‘Crassus erat belli medius mora,’ id est, bello obstabat inter Pompeium et Cæsarem erupturo.

251 *Sitiens*] Τροφαὶ γὰρ τῶν ψυχῶν οἱ καλοὶ λόγοι: *Pabula animorum sunt pulchræ orationes.* Athenæus.

254 *Partes animæ*] Supra versu 72. ‘Dispergit revocatque Deum.’

Talem] Ut tu bene scribis, ita et bene vivis.

Curia, qui socio proceres cum Principe nectit,
Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno,
Deposuitque suas te succedente curules.
Crescite, virtutes, fœcundaque floreat ætas;
Ingeniis patuit campus, certusque merenti
Stat favor: ornatur propriis industria donis.
Surgite, sopitæ, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiæ, Stilichon dum prospicit orbi,
Sidereusque gener. Non hic violata curulis,
Turpia non Latios incestant nomina fastos.

Senatus conjungitur Regiæ, quæ conjungit primores cum Imperatore collega, quam ipse tulit quater, et reliquit sellam suam eburneam, *te successore. O virtutes augeamini, et* hoc *sæculum abundans* meritis *vigeat. Curriculum* gloriæ *aperitur ingeniis, et favor stabilis manet promeritos. Industria cumulatur præmiis debitis* sibi. O *artes sepultæ, quas ambitio oppressit, excitate* vos: *nihil permittitur livori, dum Stilicho providet mundo, et* dum *gener* ejus *divinus* Honorius *imperat. Non hic Consulatus polluitur, nomina famosa non contaminant fastos Italiæ;*

m. pr. Rott. Oisel. Pric. m. pr. Florent. inc. Heins. Thuan. Mazar. Tholos. Petav. sec. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *curas* Reg. *aula Curis* vel *aulæ Curia* Oxon. sec. Med. tert.—258 *quam* Jun. pr. *socio* Leid. pr. Vat. quint. Thuan. Oxon. pr. *quod socios* Petav. sec.—259 *quater* Exc. Lucens. pr. *pater* Bonon. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *ille* Ambr. sec.—260 *tuas* Vat. tert. Rott. Reg. Oxon. pr. Petav. sec. *tuas* vel *suam* Petav. tert.—261 *Crescant* Vat. pr. *floruit* Oisel. *refloruit* Ambr. tert. Gesn. et ed. Bipont. *refloreat* vel *refloruit* Ambr. sec. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *ætas.* cum στιγμῇ, Rott. duo Vatt.—262 *Ingeniis patuit* duo Vatt. Rott. Leid. pr. Jun. pr. Lov. Moret. pr. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Ingenii* Florent. *Ingenuis* Bonon. Petav. tert. *Ingeniis* vel *Ingenuis* Oxon. sec. *pateat* Farn. duo Vatt. Ambr. pr. Petav. pr. inc. Heins. *patuit* vel *pateat* Ambr. sec. Oxon. sec. *campos* Vat. pr. m. pr.—263 *Dat* Moret. pr. *Stat* Lov. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. Ald. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *Stet* duo Vatt. Petav. pr. Ambr. pr. *labor* vel *favor* Vat. pr. *ornetur* Moret. sec.—264 *arces* Vat. tert. Rott. Pric. Put. Bonon. Pat. duo Ambr.—265 *Nil licet* vel *licitum* Med. tert. *Stilicho* Vat. sec. *cum prospicit* Jun. pr. *proficit* Put. Pat. *urbi* Pat. Jun. pr. Ambr. sec.—266 *violenta* Jun. pr. *curules* Put. Pat.—267 *Tum pia* Leid. pr. *infestant* Vat. pr. m. pr. Pal. Med. pr. *inces-*

NOTÆ

258 *Socio cum Principe*] Consularis dignitas efficit proceres collegas sociosque Imperatoris, et æquat eos quodammodo in hoc magistratu.

260 *Curules*] Sellas eburneas, quæ repositæ sunt inter Consulum insignia.

263 *Stat favor*] Favor Principis expectat, manet merentes.

264 *Sopitæ*] Artes ingenuæ sopitæ, et quasi consepultæ, propter ambitionem.

266 *Non hic*] Purpura Consularis non Romæ polluitur, ut Constantinopoli; nam cum Theodorus Consul factus esset in Occidente, simul factus est in Oriente Consul Eutropius effœminatus.

Fortibus hæc concessa viris, solisque gerenda
Patribus, et Romæ nunquam latura pudorem.
Nuntia votorum, celeri jam Fama volatu
Moverat Aonios, audito Consule, lucos.
Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior, et docti riserunt floribus amnes.
Uranie redimita comas, qua sæpe magistra
Mallius igniferos radio descripserat axes,
Sic alias hortata Deas: Patimurne, sorores,
Optato procul esse die? nec limina nostri
Consulis, et semper dilectas visimus ædes?

hæc dignitas *datur tantum viris generosis, et ferenda* est *a solis Senatoribus, et nunquam paritura est ignominiam Romæ. Fama nuntia successuum* bonorum, *pennis velocibus excitaverat sylvas Pierias, accepto Consulatu* Theodori. *Helicon fortunatus consonuit, et Aganippe fluxit copiosius, ac fluvii Phœbei luxuriaverunt floribus. Uranie, qua docente Mallius designaverat virgula frequenter Cœlum stelliferum,* Uranie habens *crines coronatos, ita exhortata* est *Deas reliquas: An sinimus,* o *sorores* Musæ, *longe esse die* tam *jucundo? neque invisimus atria Consulis nostri, domum semper amicam? Domus* hæc *celebrior est ipso Helicone: juvat*

tant vel *infestant* Vat. quint. *nomine* duo Vatt. Rott. Oisel. Thuan. Petav. sec. *nomina* Vat. pr. m. pr.—268 *concussa* Jun. pr. *regenda* vel *gerenda* Vat. quint.—270 *ventorum* Jun. pr. *votorum* vel *notorum* Petav. tert. *votorum* vel *fatorum* Reg. duo Oxon. *Roma* pro *Fama* Moret. sec.—271 *Noverat* Pric. *Achivos* pro *Aonios* Oisel.—272 *Et cecinit* Jun. pr. *Concinuit* vel *Et cecinit* Med. tert. *flexitque* Leid. pr.—273 *rubuerunt* Vat. pr. item Vat. Livin.—274 *Vimineas* pro *Uranie* Pric.—275 *Mollius* Jun. pr. *Mallius* Farn. Moret. pr. *Manlius* omnes Vatt. Pal. Oisel. Leid. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Lov. Ald. *ignifero* Oxon. pr. *radios* Rott. Med. pr. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Gevart. *præscripserat* Moret. pr. *ortus* Vat. pr. m. pr. *axis* Rott. Med. pr. Ambr. pr. Oxon. pr. Exc. Gevart. *axis* vel *arcus* Oxon. sec. *radios axis* vel *radio axes* Lov.—277 *Optatæ Deæ* Farn. *Optata* Exc. Gevart. *Deæ* Pat. *lumina* Rott. Florent. m. sec. Med. sec. m. pr. Put. Bonon. Pat. Lov. Jun. pr. duo Petav. *nosti* Vat. sec.—278 *arces* Bonon. Ambr. pr. Sched. Gud. *arces* vel *ædes* Oxon. sec.—279 *Stilichone* Vat. pr. *Notior hæc Helicone*

NOTÆ

271 *Moverat Aonios*] Excitaverat, repleverat sylvas Aonias. Aonia pars est montana Bœotiæ, Musis sacra.

272 *Aganippe*] Seu Hippocrene, fons Pegaseus, Musis itidem sacer; sicut et mons Helicon: ἵππος, *equus*, et κρήνη, *fons*, ἄγαν, *valde, nimis;* fons scilicet, qui creditur factus ungula equi Pegasi, quasi diceretur, *fons equi copiosus.*

273 *Riserunt*] Luxuriaverunt, vernarunt. Sic 'rident prata.'

Docti amnes] Qui doctos faciunt ipsorum potores.

274 *Uranie*] Quæ præsidet Cœlo et Astrologiæ: Οὐρανὸς, *Cœlum*. Mallius autem Astrologiam callebat.

277 *Limina*] Alludit ad officia Romanorum, qui amicos producebant, comitabanturque in petendis honoribus.

Notior est Helicone domus. Gestare curules,
Et fasces subiisse libet. Miracula plebi
Colligite, et claris nomen celebrate theatris.
Tu Jovis æquorei submersam fluctibus aulam
Oratum volucres, Erato, jam perge, quadrigas,
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion.
Illustret Circum sonipes, quicumque superbo
Perstrepit hinnitu Bætin, qui splendida potat

ferre sellas eburneas, *et ferre fasces. Conquirite prodigia* ad *populum* recreandum, *et prædicate nomen Theodori* in *theatris insignibus. Tu, o Erato, jam pete aulam Jovis marini exundantem aquis, rogatura equos citatos, quibus Arion equus nunquam ablaturus* est *victoriam. Equus ornet Circum, quicumque personat Bæ-*

domus cum Gevartio hic legendum monuit Heinsius. Desideratur hic versus in quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. sed in Lov. erat margini ascriptus. *curule* Leid. pr.—280 *En fasces* Exc. Lucens. pr. *Et* vel *En* Vat. quint. *licet* Med. sec. Tholos. Exc. Gevart. *libet* Var. LL. e marg. Parm. *novos* Exc. Ruben. ed. Parm. *novos* vel *libet* Vat. quint. Med. pr. *plebi* vet. Gyr. Moret. pr. Exc. Læti. *Phœbi* Vat. pr. m. sec. Pal. duo Med. inc. Heins. Jun. pr. Leid. pr. m. pr. Oxon. sec. Lov. m. sec. Mazar. Petav. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Phebi* Bonon. Tholos. Moret. sec. tres Ambr. *Phœbi* vel *plebi* Vat. quart. Reg. Oxon. pr.—281 *Colligit* Leid. pr. *tyaris* Jun. pr. *choreis* inc. Heins.—282 *Et Jovis* Ambr. sec. inc. Heins. *æquoreis* duo Vatt. Petav. pr. m. sec. *æquoream* Farn. *alvum* Var. LL. ed. Antv.—283 *Oratum et volucres* Farn. *sparge* Farn. Oisel. Leid. pr. *p̄te quadrigas* Pat.—284 *O quibus* Exc. Lucens. sec. *Aut quibus* Oxon. sec. *aut numquam* Med. quart. *palmas* Tholos. *Arion* Mazar. *Orion* Med. sec. m. pr. Tholos. Petav. sec. *Quas trahit haud umquam palmam amissurus Arion* Ambr. tert.—285 *Illustrat* Moret. sec. *Illustra* Jun. pr. *sonipes circum* Mazar. *quæcumque* Med. tert.—286 *Perstrepet* Florent. Petav. pr. *Præstrepit* Moret. sec. *Instrepit* Jun. pr. *Bætim* Pal. *Bethin* Lov. *Bætin* omnes Vatt. Oisel. tres Med. totidem Petav. Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. inc. Heins. Ald. *potat* Exc. Læti. *portat* Leid. pr. m. pr. Jun. pr. Oxon. sec. Oisel. Florent. Bonon. Ambr. pr. Vat. quart.

NOTÆ

280 *Miracula*] Bestias portentosas ad ludos edendos.

281 *Theatris*] Θέατρον, ἀπὸ τοῦ θεάσθαι, *spectare;* est enim spectandi locus. Ideo autem Uranie loquitur de theatris, quod hæc musicis instrumentis personarent.

282 *Jovis æquorei*] Neptuni: sic Jupiter infernus Pluto dicitur.

283 *Erato*] Ἀπὸ τοῦ ἐρᾷν, *amare.* Præsidet amoribus; sed cur hæc rogat Neptunum equos? nisi quod equos Neptunus produxerit, et equi valde utiles sint in amoribus; vel potius quod Mallius amatoria scripserit.

284 *Arion*] Equus in fabulis notissimus.

285 *Circum sonipes*] Circus Maximus dedicatus Neptuno, qui primus e terra tridentis ictu percussa equum fudisse dicitur.

286 *Bætin, Tagi*] Hi sunt fluvii Hispaniæ, vulgo, *Taio* et *Guadalquivir,* ad quorum ripas aluntur equi optimi.

Stagna Tagi, madidoque jubas aspergitur auro.
Calliope liquidas Alciden posce palæstras.
Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis
Adsit, et Eleo pubes laudata Tonanti.
Tu juga Taygeti, frondosaque Mænala, Clio,
I Triviæ supplex. Non aspernata rogantem
Amphitheatrali faveat Latonia pompæ.
Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula nisu.

tin hinnitu arroganti, quicumque bibit aquas micantes Tagi, et irrigatur per jubas auro humenti. O *Calliope, pete* ab *Hercule palæstras nitidas: omnis caterva probata* in *ludis Palæmoniis adveniat, et juventus probata Jovi Olympico. Tu* vero, o *Clio, ito humilis ad Dianam* ad *culmina Taygeti, et Mænala sylvosa; et* fac ut hæc *Latonæ filia, non contemnens supplicantem, adjuvet apparatum amphitheatralem. Ipsa eligat viros animosos, qui constringant industria* sua *cervicem bellua-*

—287 *madidasque* Ambr. pr. Moret. sec. *aspergit in auro* Vat. pr.—288 *delectas* Leid. pr. *Alcidis* Mazar. Ambr. pr. *Alcidæ* duo Med. *Alcidem* tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. Pat. tres Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *Alciden* duo Vatt. Farn. Reg. Tholos. Ald. *posse* Var. LL. ed. Antv. *pharetras* Tholos.—289 *Uncta* conj. Heins. *coronis* Pric. *colonis* Farn. Vat. quint. m. pr. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *theatris* vel *coronis* Oxon. sec.—290 *Assit* Moret. pr. Exc. Gevart. *Heleo* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Eleo* vel *æthereo* Med. tert.—292 *Et Triviæ* Moret. sec. *Intimiæ* Var. LL. ed. Antv. *I* vel *Et Triviæ* Oxon. pr.—294 *Audaces* Leid. sec. vid. de hoc loco Salmas. ad Hist. Aug. p. 258. *illa* Reg. Mazar. Tholos. Oxon. pr. *ipse* Farn. *colla* Exc. Læti et Lucens. pr. *corda* Exc. Ruben. ed. Parm. et Vicet.—295

NOTÆ

287 *Madido auro*] Aquis aureis Tagi.

288 *Calliope*] Καλὸς, *pulcher*, et ὂψ, ὀπὸς, *vox*; quasi pulchra voce prædita: præsidet Heroicis versibus, et ideo petit ab Heroë Hercule palæstritas, in quibus debet esse robur Heroicum: vel quod hæc amica sit Mallii vatis Heroici.

Alciden] Herculem, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, *a robore*. Ideo autem rogatur Hercules, quia luctatorum fortissimus.

Palæstras] Παλαίστρα, vel *luctæ locus*, vel *luctatorum certamen*: παλαίω, *luctor*; πάλη, *lucta*; παλαιστρίτης, *luctator*.

Liquidas palæstras] Nitidas et liquentes ab olei unctione.

289 *Palæmoniis*] Ludi in Elide celebrabantur in honorem Jovis, Palæmonis, &c.

Coronis] In cœtibus, et ludis, certaminibus, victoriis.

290 *Eleo Tonanti*] Jovi Olympico, cujus ludi celebrabantur in Elide regione Peloponnesi.

291 *Taygeti, Mænala*] Hi sunt montes, Mænalus Arcadiæ, Taygetus Laconiæ: in his venatur Diana.

Clio] Κλέος, *gloria*. Hæc Musa præsidet historiis. Sed cur hic Clio? nisi quod amica sit Mallii historiarum scriptoris optimi.

292 *Triviæ*] Dianæ, quæ Latonæ est filia, venatorum Dea, in triviis adorata.

295 *Premant*] Prementes manu venabula, certo ictu bestias percutiant.

Ipsa truces fœtus, captivaque ducat ab antris
Prodigia, et cædis sitientem differat arcum.
Conveniant ursi, magna quos mole rudentes
Torva Lycaoniis Helice miretur ab astris:
Perfossique ruant, populo pallente, leones,
Quales Mygdonio curru frænare Cybebe
Optet, et Herculei mallent fregisse lacerti.
Obvia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permixto geniti, cum forte leænæ

rum, et comprimant venabula conatu certo. Ipsa adducat e cavernis suis *bestias immites, et monstra ligata, et retardet jaculum avidum cruoris. Ursi concurrant, quos frementes vasto corpore Arctos zelotypa obstupescat ex sideribus Lycaoniis; et Leones confixi cadant, populo timente, quales Cybele expetat jungere* in *curru Mygdonio, et manus Herculis mallet profligasse. Pardi terribiles festinent ad tela opposita,* pardi *nati* ex *semine misto, cum forte maculosus adulter vitiavit ven-*

premunt Rott. *nixu* Ald. *visu* Vat. sec. Oisel.—296 *fretus* Med. sec.—297 *cede* Vat. pr. m. pr. *cæcis* Jun. *desinat* Jun. pr. *deferat* Vat. tert. Rott. Oisel. Var. LL. e marg. Parm. *detegat* Mazar. *differat* tres Vatt. Pric. Farn. duo Med. Lov. Vat. Livin. Leid. pr. Exc. Ruben. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *differat* vel *deferat* Pric. Moret. pr.—298 *ruentes* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Vat. Livin. *rudentes* Leid. pr. duo Vatt. Pric. Oisel. inc. Heins. Put. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. Lov. tres Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Gevart. Ald. Var. LL. ed. Antv. *ruentes* vel *rudentes* Petav. pr. Oxon. sec. sic vet. Codd. *rudentes.* apud Spartian. in Antonino Geta p. 92. *sævire ursi* dicuntur. vid. Gloss. Ms. et Ovid. de Philomela. vid. Salmas. p. 168.—299 *miratur* Pric. inc. Heins. Lov. duo Ambr. Moret. sec. ed. Vicet. *antris* Oisel. Reg. Tholos. *astris* vel *antris* Oxon. sec.—300 *Professique* Reg. *perfusique* marg. Marcil. *populo mirante* Med. quart. *pascente* Pal.—301 *Qualis* Med. quart. Reg. Thuan. *frenata* Vat. tert. Pric. Rott. Oisel. Med. sec. duo Petav. Tholos. Lov. Jun. pr. Exc. Gevart. *Cybele* tres Vatt. Reg. *Cybelle* Lov.—302 *Optet* Leid. pr. cum viginti quatuor aliis, Var. LL. e marg. Parm. Exc. Gevart. et Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *malent* Vat. tert. *mallent* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. *malint* Vat. quart. Med. sec. item edd. Gesn. Bipont. et Kœnig.—303 *properant* Lov. *ad flumina* inc. Heins.—304 *genito* inc. Heins.

NOTÆ

Venabula] Θηριομάχοι, id est, *qui contra feras pugnabant*, aut agilitate corporis in bestias irruebant, et colla arte constringebant, aut earum pectora venabulo confodiebant.

298 *Rudentes*] Rudere dicitur de Asinis, Leonibus, Ursis. Alii legunt *ruentes*, nec male.

299 *Lycaoniis*] Ex Astris, in quæ ipsa Calisto Lycaonis filia, et Arcas filius Calistus mutati sunt.

Helice] Ursa major, quæ dicitur Helice: ἑλίκη, *vertigo*, circumvolutio, qua vertitur illud sidus septemtrionale.

301 *Cybebe*] Deorum mater, adorata in Mygdonia Phrygiæ regione, et leonibus vehi solita: hinc dicitur, 'Currus Mygdonius Cybebes.'

302 *Herculei*] Adducantur Leones quos malit Hercules vicisse, quam Leonem sylvæ Nemeææ.

303 *Fulminei*] Ob velocitatem et impetum sic appellantur pardi.

Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter;
Hi maculis patres referunt, et robore matres.
Quicquid monstriferis nutrit Gætulia campis,
Alpina quicquid tegitur nive, Gallica quicquid
Sylva timet, jaceat. Largo ditescat arena
Sanguine, consumant totos spectacula montes.
Nec molles egeant nota dulcedine ludi.
Qui lætis risum salibus movisse facetus,
Qui nutu manibusque loquax; cui tibia flatu,
Cui plectro pulsanda chelys; qui pulpita socco
Personat, aut alte graditur majore cothurno;

trem leænæ generosioris: hi pardi *reddunt patres notis, et matres fortitudine. Quicquid Gætulia alit* in *agris monstriferis, quicquid latet* sub *nivibus Alpium, quicquid Gallica sylva metuit, occidatur. Circus abundet cruore copioso. Ludi absumant* bestias *montium omnium. Neque* vero *ludi jucundi priventur suavitate solita.* Adsit, *qui urbanus* est *excitare risum dictis jocosis, qui loquax* est *nutu et digitis; cui tibia* animanda est *spiritu, cui tangenda* est *cithara pectine, qui resonat* per *theatra, gerens soccum, aut incedit excelse cothurno altiore, vel qui impel-*

cum forte Put. *leonis* Pat.—305 *corrumpit* duo Vatt. Pric. Med. sec. Put. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec.—306 *maculis patres* Petav. pr. *patres maculis* tres Vatt. *referunt patres* Moret. sec. *fratres* Bonon. *referant* Vat. pr. Med. quart. Vat. Livin. *Qui—referant* conjiciebat Heins.—307 *monstriferis* Var. LL. ed. Antv. *montiferis* Med. tert. m. sec. *mittit* vel *nutrit* Oxon. sec.—308 *tegitur quidquid* Pric. Lov. *si quid tegitur* Jun. pr. Med. sec. *regitur* Petav. sec. *Gallica si quid* Leid. pr. Jun. pr. omnes Vatt. duo Oxon. Pal. Rott. Oisel. Vat. Livin.—309 *timet* Vat. Livin. *tenet* duo Vatt. Farn. Med. quart. Reg. m. pr. Ambr. pr. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. Lucens. sec. *tenet* vel *timet* Thuan. Petav. pr. *longa durescat* Var. LL. ed. Antv. *discedat* Jun. pr. *distentet* Oxon. sec. m. sec. *arenas* Jun. pr. *arenam* Vat. quint.—310 *consument* ed. Vicet. *consumant* Florent. quatuor Med. tres Petav. totidem Ambr. Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Lov. ambo Moret. Vat. Livin. inc. Heins. Exc. Schott. et Gevart.—311 *Ne molles* Put. Mazar. *nota dulcedine* leg. Heins.—312 *lætus* Vat. pr. *fatetur* pro *facetus* duo Vatt. Pric. m. sec. Med. quart.—313 *Quæ* Rott. *nictu* Vat. Livin. *manibus nutuque* Moret. sec. *manibusque loquax* Med. tert. Heinsius ascripserat locum Petronii in Fragmentis, 'Manu puer loquaci Tinctus colore noctis.' *sagax* inc. Heins.—314 *plectris* et mox *succo* Var. LL. ed. Antv. *qui* vel *cui* Med. tert.—315 *Personet* Vat. pr. m. sec.

NOTÆ

305 *Viridis*] In pardis videntur quædam maculæ, velut viriditate notabiles.

307 *Gætulia*] Regio Africæ leonibus famosa.

312 *Qui salibus*] Mimi dictis scurrilibus utentes, aut manuum gesticulatione animi sensa exprementes, risum moveant.

314 *Socco*] Calceamentum est Comicorum, sicut cothurnus Tragicorum. Sed soccus ponitur pro Comœdia, et cothurnus pro Tragœdia: signum pro re signata.

Et qui magna levi detrudens murmura tactu,
Innumeras voces segetis moderatus ahenæ,
Intonet erranti digito, penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.
Vel qui more avium sese jaculentur in auras,
Corporaque ædificent, celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer amentatus in arcem
Emicet, et, vinctus plantæ vel cruribus hærens,

lens sonos ingentes tactu exiguo, et regens voces innumerabiles tuborum æreorum, dispositorum instar spicarum, *personet digitis excurrentibus, et intus vecte ingenti impellat ad cantum aquas gementes. Vel* adsint, *qui instar volucrum emittant sese in aërem, et attollant corpora evehentia* sese *gyro veloci, quorum puerulus ligatus* vinculo *exsiliat in turrem* consulto *factam, et constrictus adhærens pedi-*

graditur alte Med. quart. *late* Rott.—316 *tractu* Vat. quint. Pal. Farn. Pric. m. sec. duo Med. Jun. pr. Tholos. *tactu* vel *tractu* Med. tert. Mazar.—317 *Innumeras voces tegetis,* id est, *tegminis,* legebat Heinsius, postea tamen *segetis* amplexus est, ut *seges armata* pro hastilibus apud Sympos. Ænigm. 29. *segetes* Vat. pr. m. pr. *moderatur* Vat. quint. Oisel. Thuan. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. *moderatus* duo Vatt. Reg. Petav. pr. et sec. m. pr. Lov. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *modulatur* Vat. pr. et sec. Med. pr. Vat. Livin. *ahenæ* Lov. *avenæ* Vat. pr. m. pr. marg. Isingr.—318 *Intonat* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Intonet* Vat. pr. Jun. pr. Vat. Livin. *Qui tonat* Exc. Gevart. *Intonat* vel *Intonet* Med. tert.—319 *carmine* Jun. pr. Med. quart. qui et *concitus* habet. *concitet* Vat. pr. Oisel. duo Med. Bonon. Pat. Ambr. pr. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Lov. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. Ald. Exc. Lucens. sec. *concitat* decem alii.—320 *Vix* Pat. *jaculentur* Vat. pr. Leid. pr. Reg. Thuan. Oxon. pr. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *jaculatur* Vat. quint. *jaculantur* tres Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *in altum* Pric.—321 *ædificent* Vat. pr. *ædificant* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—322 *amentatus* Vat. pr. Ambr. tert. *agmentatus* Oisel. Petav. tert. Lov. *augmentatus* tres Vatt. Pric. Vat. pr. m. sec. *agmentatus* vel *augmentatur* Put. *in artem* duo Vatt. Rott. *arcem* Leid. pr. Jun. pr. Put. Reg. Mazar. Tholos. Bonon. Pat. ambo Moret. duo Oxon. Lov. Petav. sec. tres Ambr. quatuor Med. Exc. Gevart. et Cod. Rhem.—323 *Eminet* Leid. pr. Oxon. pr. *Emicat* Vat. sec. Pal. duo Med. Reg. m. pr. *Emicet* Vat. pr. Farn. Pric. *et junctus* Vat. Livin. vet. Gyr. Mazar. Exc. Gevart. *vinctus* Lov. *evinctus* Petav. pr. *curribus* Vat. pr.

NOTÆ

316 *Detrudens murmura*] Intelligit instrumentum, quod vocant organum musicum.

318 *Penitus*] Alii legunt *pedibus*, nec male; musici enim utuntur pedibus ad tangenda organa majora.

319 *Laborantes undas*] Alii legunt *relabentes*. Intelligit organa hydraulica, hoc est, aquis resonantia. Horum inventor fuit Ctesibius. Notabis nullam esse hic mentionem gladiatorum, quia ante sublati fuerant a Constantino.

321 *Corpora crescentia*] Id est, funambuli, qui ex fune in funèm transeunt, et gyro multiplici corpora sua attollunt.

322 *Arcem*] Ex multis hominibus velut quædam arx efficitur, in cujus arcis vertice puer mirificos saltus edit.

Pendula librato figat vestigia saltu.
Mobile ponderibus descendat pegma reductis,
Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet: varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus, pictæque citato
Ludant igne trabes, et non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Lascivæ subito confligant æquore lembi,
Stagnaque remigibus spument immissa canoris.

bus vel cruribus, ponat pedes suspensos saltatione librata. Machina lignea *mobilis delabatur ponderibus* retro *adductis, et instar chori theatrum elatum vibret ignes innocuos. Vulcanus efformet gyros diversos, errans sine damno per tabulata, et trabes pulchræ luxurient flammis celeribus, et ignes non permissi cunctari, excurrant benigni per arces illæsas. Naves lascivientes pugnent* in *mari repentino, et aquæ introductæ agitentur a nautis resonantibus.* Theodorus *Consul, et idem*

m. pr. Florent. Leid. pr. inc. Heins. ed. Vicet. *cruribus* Lov. Put. Thuan. Mazar. Reg. m. sec. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. tres Petav. quatuor Med. Sched. Gud. *cum curribus* aut *vel curribus* Moret. sec.—324 *vibrato* tres Vatt. Florent. Med. sec. Thuan. Jun. pr. *libato* Med. tert.—325 *peugma* Leid. pr.—326 *tholi* Med. sec. m. pr. et sic conjecerat Heins. *pergentis in ardua* Vat. pr. m. pr. *pergentis in ardua* vel *spargentes ardua* Oxon. sec. Heinsius. *τῷ spargentes* obeli notam apposuerat.—327 *effigat* Tholos. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *infigat* Med. tert. *effinget* Pat. *et fingat* Vat. pr. Vat. Livin. *effingant* Vat. quart. *Mulcifer* Mazar. *ignes* Vat. sec. m. pr. *orbes* vel *ignes* Pric.—328 *vagas* Moret. pr.—329 *Laudant* Rott. marg. Marcil.—330 *innocuos* Moret. pr. *hærent* Ambr. pr. *cernant* Farn.—331 *Lascivæ* tres Vatt. Pal. Farn. Med. pr. *Lascive* Petav. pr. Vat. Livin. Ambr. sec. *Lascivi* duo Vatt. Pric. Rott. Oisel. Vat. pr. m. pr. *configunt* Var. LL. ed. Antv. *concurrant* Vat. tert. et quart. Petav. pr. *percurrant* Vat. quint. *confligant* vel *concurrant* Pric.—332 *inversa* Florent. *inmersa* Mazar. Petav. pr. Jun. pr. item Moret. ed. Parm. *inmesa* duo Vat. Farn. Oisel. *immensa* Vat. quart. Petav. tert. Med. quart. Var. LL. e marg. Parm. *inmissa* Leid. pr. duo Oxon. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Petav. tert. Bonon. Tholos. Pat. tres Ambr. Lov. vet. Gyr. Vat. Livin. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. sec.

NOTÆ

325 *Pegma*] Πήγνυμι, πηγνύω, *ædifico*, hoc est machina lignea in sublime surgens, ad sustentandas statuas; quæ machina in scenam, pueris insidentibus, aut alio ludicro ornatu, deducebatur, et sic quodammodo descendebat in Circum, ponderibus ultro adductis, ne caderet deorsum.

327 *Scena*] Σκήνη, *tentorium*, quia tentoriis et umbraculis theatra tegebantur. *Scena vibret ignes*, tanquam choros; quasi ignes prodeant et saliant ad numerum, et per quædam intervalla numerata, more saltantium.

329 *Ludant*] Trabes ligneæ, quasi colludant cum igne fido et non nocente.

331 *Subito æquore*] Unda subito emissa in arenam, naumachia exhibeatur.

332 *Remigibus canoris*] Ad hoc adhibitis remigibus, et simul instrumentis musicis.

Consul per populos, idemque gravissimus auctor
Eloquii, duplici vita subnixus in ævum
Procedat, libris pariter fastisque legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti
Filius, et cœptis ne desit fascibus hæres.
Decurrat trabeata domus, tradatque secures
Mutua posteritas, servatoque ordine fati
Mallia continuo numeretur Consule proles.

Orator spectatissimus eloquentia sua, et *fretus fama gemina, eat per populos legendus æqualiter* in *Libris* suis *et* in *Fastis. Filius* ejus *sequatur exemplum patris, et det nepotibus, et hæres non deficiat Consulatui incepto. Domus* ejus *vestita* purpura Consulari *procedat, et posteri* ejus *dent* sibi *invicem secures; et serie fatorum conservata, gens Mallia censeatur Consulibus perpetuis.*

Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *inmissa* vel *immensa* Med. tert. in altero Cod. Gyrald. erat *inmersa.* male. unde *emersa* conjiciebat Heinsius. *carinis* Florent. m. pr. *canoris* Lov.—323 *per proprios* Vat. pr. m. pr. *auctor* Vat. Livin. *actor* Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Ald. Exc. Gevart.—334 *vitta* Med. sec. Tholos. duo Ambr. Cod. Sixtin. Exc. Schott. Lucens. pr. Sched. Gud. *mitra* Vat. sec. Pal. Petav. pr. Moret. pr. unde *merito* conjiciebat Heins. *vitio* Var. LL. ed. Antv. *mta* Jun. pr. *mitra* vel *vitta* Med. pr. *vita* vel *fama* Vat. quint. *subnixus* Oxon. sec. *velatus* Vat. sec. Pal. Moret. pr. —335 *libris pariter* Mazar. *pariter libris* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *factisque* Leid. pr. Lov. Mazar. Oisel. et sic Heinsius legit. *fastisque* vel *factisquè* Med. quart. *legendis* Bonon. Pat.—336 *Excipiet* Vat. Livin.—337 *fastibus* Vat. sec. Pric. Florent. m. pr. *ex cœptis* Vat. Livin. *inceptis nec* Med. quart. *non desit* Farn. Mazar.—338 *manus* Vat. quart. *tradetque* Petav. sec.—339 *præteritas* inc. Heins. deest hic versus in Var. LL. ed. Antv.—340 *Manlea* Petav. pr. *Maulia* Moret. pr. *Manlia* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Lov. Leid. pr. duo Oxon. Exc. Gevart. in Oxon. pr. hic in calce leguntur versus quidam alio loco inserendi.

NOTÆ

334 *Duplici vita*] Seu duplici fama aut merito, doctrinæ scilicet et Consulatus, eat in ævum, hoc est, consecretur æternitati omnium sæculorum. Alii legunt *duplici vitta*, quasi Theodorus sit Sacerdos quidam gloriæ et æternitatis, quam consequatur et doctrina et Consulatu, quibus conjunctis promittebatur immortalitas. Consulum enim nomina semper in Fastis legebantur, et doctorum nomina semper loquuntur historiæ.

335 *Legendus*] In Libris ob doctrinam, in Fastis ob Consulatum.

338 *Trabeata*] Perpetua Consulatus purpura venerabilis.

339 *Servatoque ordine fati*] Ne filius moriatur ante patrem : quod cum accidit, fieri dicitur ‘ turbato ordine mortalitatis.’

340 *Numeretur*] Posteritas Mallii numeretur per Consules, adeo ut omnes Mallii nepotes sint olim Consules.

XVIII.

CL. CLAUDIANI

IN EUTROPIUM

LIBER I.

ARGUMENTUM.

INSECTATUR Consulis Eunuchi creationem portentosam, servitutem, venditionem, verbera, infamiam, deformitatem, vilitatem, insolentiam, crudelitatem, superbiam, avaritiam, orbitatem: insectatur eum in judiciis, in armis; cui judici, consuli, duci nullum est par monstrum, quod a se suisque Roma deprecatur.

SEMIFEROS partus, metuendaque pignora matri,
Mœnibus in mediis auditum nocte luporum

Mundus cesset obstupescere fœtus biformes, et filios timendos matri, et ululatum

In ambobus Moret. Lov. et Exc. Gevart. hi duo libri sequebantur post Bellum Gildonicum. in Exc. Læti inscribitur BELLI CIVILIS LIBER IN EUTROPIUM. Thuan. exhibet, CLAUDIANI IN EUTROPIUM EUNUCHUM. in Vat. pr. et Petav. pr. erat, INCIPIT IN EUTROPIUM LIBER I. Leidensis pr. item simpliciter habet, INCIPIT LIBER DE EUTROPIO. Ceterum in Lucensi sec. huic Libro præfigitur Elegidion, quod ante lib. II. in Rufinum legitur.

1 *patri* vel *matri* Mazar.—2 *et mediis* duo Leidd. et triginta duo alii, Exc.

NOTÆ

Eutropium] Hic erat æmulus Stilichonis, gratia valens apud Arcadium Orientis Imperatorem, et ab eo bis Consul factus.

1 *Semiferos*] Biformes, et humana ferinaque natura commixtos, Diisque

Murmur, et attonito pecudes pastore locutas,
Et lapidum diras hyemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuisse Jovem, puteosque cruore
Mutatos, visasque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari desinat orbis.
Omnia cesserunt, Eunucho Consule, monstra.
Heu terræ cœlique pudor! trabeata per urbes
Ostentatur anus, titulumque effœminat anni.

luporum auditum noctu in medio urbium, et boves locutas, pastore obstupefacto, et tempestates saxeas grandinum, et aërem iratum infectum nube cruenta, et puteos conversos in *sanguinem, et Lunas observatas pugnare* in *Cœlo, et Soles duplices. Prodigia omnia nulla sunt, Eunucho Consule. O dedecus terræ et cœli! Vetula vestita* purpura consulari *monstratur per oppida, et enervat nomen anni.* O *Pon-*

Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *in mediis* Farn. Pat.—4 *duras* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *diras* vel *duras* Med. sec. *minantem* Pric. Thuan. *micantem* Farn.—5 *cruorem* Med. quart. duo Leidd. Var. LL. ed. Antv.—6 *visasque* Exc. Læti et Lucens. sec. *binasque* Vat. sec. Pal. Farn. duo Medd. unus Heins. Thuan. Reg. Mazar. Var. LL. e marg. Parm. Ald. et ed. Vicet. *visasque* vel *binasquè* Lov. ambo Moret. Exc. Pat. rec.—8 *Eunucho judice* Pat.—9 *terræ cœlique* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Put. *cœli terræque* Reg. Pat. Tholos. Oxon. pr. duo Ambr. Med. tert. Gesn. et ed. Bipont. *per urbem* Ambr. sec. atque

NOTÆ

indignantibus editos, ad prænuntiandas hominibus quasdam calamitates.

Metuendaque matri] Lucanus: 'Matremque suus conterruit infans,' quia monstrosus.

2 *Luporum*] Lupus in urbe visus inter prodigia habebatur. Virgilius: 'Per noctem resonare lupis ululantibus urbem.'

3 *Locutas*] 'Bello Punico secundo constitit Cneo Domitio bovem dixisse, Cave tibi, Roma.' Valer. Maximus. Immo et S. August. tradit armenta olim esse locuta.

4 *Lapidum*] Imber lapidum, pluvia, fontesque cruenti referebantur inter prodigia, sicut et plures lunæ, geminique soles: ejusmodi exemplis plenus est Titus Livius. Quorum prodigiorum causam naturalem investigant Philosophi; at magnus inde populo timor, qui hæc omnia expiare tentabat et averruncare.

8 *Cesserunt*] Omnia monstra minora sunt Eunucho consule.

Eunucho] Eunuchus dicitur, ἀπὸ τοῦ ἔχειν εὐνὴν, *ab habendo servandoque lecto*, cui rei impendebantur: vel dicitur, quasi εὖ νοῦν ἔχων, *habens bonam mentem.*

10 *Anus*] Eutropius imberbis, et vetulæ rugis obsitæ similis.

Effœminat] Facit, ut annus nominetur ab effœminato Eunucho; sicque effœminat, dedecorat titulum anni solis viris tribuendum. Anni a Consulibus nominabantur. Verbi gratia, dicebatur hoc anno, 'Theodoro et Eutropio Consulibus.' Sic Eutropius effœminatus facit ut annus quodammodo videatur effœminatus.

Pandite, Pontifices, Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos solers Etruria consulat ignes,
Immersumque nefas fibris exploret haruspex.
Quæ nova portendunt Superi! Nilusne meatu
Devius, et nostri tentat jam transfuga mundi
Se rubro miscere mari? ruptone Niphate,
Rursum barbaricis Oriens vastabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono

tifices aperite versus Sibyllæ Cumanæ, Thuscia sagax consulat flammas fulmineas, et haruspex scrutetur scelus latens in *visceribus. Quæ Dii præsagiunt* portenta *insueta? An Nilus aberrans* ab *alveo, et jam perfuga orbis nostri conatur confundere se* cum *mari Erythræo? An Niphate fracto, Oriens iterum diripietur præliis barbarorum? An contagia pestis accident? An messes nihil reddent agricolis?*

ita conjecerat Heinsius.—11 *Cumatæ* Var. LL. ed. Antv. *Cumetæ* Exc. Wolf. forsan pro *Cumææ*.—12 *Etruria* vel *Etruscia* Vat. pr. *ignis* Bonon.—13 *Immersumque* Med. pr. Put. Leid. sec. *Inmensumque* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. Thuan. *Inmissumque* Rott. *Inmsumque* Pric. Florent. Med. pr. Moret. pr. *spiris* inc. Heins. *explorat* Petav. sec. *imploret* Pat. Ambr. tert. *imploret* vel *exploret* Florent.—14 *Quænam* Put. m. pr. *portendant* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Pat. Ambr. tert. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. Raph. *portendunt* leg. Heins. *Nilusve* Put. Oxon. pr.—15 *nostri mundi* NB. quia Claudianus Ægyptius. *jam tentat* Vat. quint. *tentet* Moret. sec. m. pr. *tendat jam* Pric. *temptat* vel *tendat* Oxon. sec.—16 *rubeo* Med. sec. m. pr. *ruptore* Reg. Oxon. pr. *ruptoque* Farn. Put. Thuan. Pat. Ambr. pr. Moret. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *ruptone* Moret. sec. Exc. Lucens. sec.—17 *Rursum* duo Vatt. Oisel. Exc. Lucens. sec. *Rursus* Vat. pr. et sec. Pal. Farn. Rott. duo Med. et Heins. Put. Thuan. Pat. Moret. sec. duo Ambr. Ald. ed. Parm. et Vicet.—18 *meliora* pro *ventura* Var. LL. ed.

NOTÆ

11 *Pontifices*] O Pontifices aperite scrinia, in quibus continentur versus Sibyllini, ut cognoscatur, quid mali portendatur? Libri Sibyllini consulebantur, quoties Reip. grave aliquod periculum imminebat.

Cumanæ] Ab urbe Cumis in Campania. Hic habitabat Cumæa Sibylla.

12 *Etruria*] Etrusci sive Hetrusci scientissime interpretabantur, quid fulgurum fulminumque portentis ostenderetur. Cicero: 'Hetruria scientissime interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis?' Supra de bello Gild. vs. 505.

13 *Haruspex*] Sic dictus est ab hara seu victima inspicienda. Haruspex autem scrutetur scelus latens in fibris, hoc est, scrutetur ex fibris latentibus, quod scelus, quod infortunium immineat.

15 *Nostri mundi*] Alludit forte ad Africam, ex qua erat oriundus Claudianus; erat enim Alexandrinus.

Transfuga] Quasi Nilus, Africa relicta, transiens ad alium orbem, scilicet Asiam, velit transfugere et se miscere cum mari rubro.

16 *Niphate*] Hic est vel mons, vel fluvius Armeniæ, vel uterque.

18 *Nulla colono responsura*] Deceptura spem agricolæ; sicque erit ubique *fundus mendax, et ingratus.*

Responsura seges? quæ tantas expiet iras
Victima? quo diras jugulo placabimus aras?
Consule lustrandi fasces, ipsoque litandum
Prodigio: quodcumque parant hoc omine fata,
Eutropius cervice luat. Sic omnia volvis?
Hoc regni Fortuna tenes? quænam ista jocandi
Sævitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi servili placuit fœdare curules

Quæ hostia purget tantum furorem Deorum? Quo sanguine sedabimus altaria crudelia? Fasces expiandi sunt cruore ipsius *Consulis, et sacrificandum* est *monstrum ipsum. Quodcumque Dii prænuntiant hoc præsagio* tristi *Eutropius persolvat capite* suo. O *fortuna, siccine versas omnia?* Siccine *tantum possides imperii? Quænam* est *ista crudelitas irridendi* nos? *Quantum furis* in *rebus mortalibus? Si tu voluisti contaminare Consulatum probro servili, Consul prodeat*

Antv.—19 *expiat* Ambr. tert. *aras* Leid. sec. Voss.—20 *diram iram* Exc. Læti. *duras* Mazar. *pacabimus* Exc. Pat. rec. *iras* Petav. pr. Thuan. Moret. pr. *aras* vel *iras* Farn. Lov. Leid. sec. Exc. Gevart.—21 *lustrandæ* Pat.—22 *quæcumque* Oxon. pr. *quodcumque* quatuor Med. duo Heins. Put. Reg. Thuan. Moret. sec. duo Petav. tres Ambr. Lov. Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *canant* lib. Isingr. *canant* vel *parant* Vat. tert. —23 *si qua omina* Vat. Livin. *omina nobis* Oisel. Med. quart. Thuan. Ald. Exc. Læti et Florent. cum Glossa, *Si permittis. omnia nobis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. duo Oxon. duo Leidd. *nobis* vel *nostra?* Petav. pr.—24 *Hæc* Vat. tert. m. pr. ed. Vicet. *Hoc* Reg. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Moret. sec. duo Heins. tres Petav. totidem Ambr. quatuor Med. Exc. Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *regnum* Reg. m. sec. *licet* vel *tenes* Florent. *vocandi* Tholos.—25 *quonam bacchabere* conj. Heins.

NOTÆ

21 *Lustrandi*] Petit Claudianus, qui expiandum sit hoc portentum; mox sibi respondet, dicitque ipsum immolandum.

Litandum] Placandi Dii immolato ipso prodigio, scilicet Eutropio. Sic olim Androgyni deportabantur in mare: aves funestæ captæ exurebantur; sicque, ipsis cæsis, litabatur. 'Litare est per immolationem hostiarum impetrare quod postulas.'

Ipsoque litandum prodigio] Quasi Poëta diceret, Præstat immolare prodigium ipsum, quam alii pereant. S. August. 'Melius est, ut pereat unus, quam unitas.' Virgilius: 'Unum pro multis dabitur caput.' Et alibi: 'Animaque litandum Argolica.'

22 *Hoc omine*] Hoc tristi præsagio, augurio.

23 *Volvis*] O fortuna, an volvis versasque omnia tanta inconstantia?

24 *Hoc regni*] Tantum habes imperii? Virgilius: 'Tu mihi quodcumque hoc regni,' &c.

Jocandi] Cum fortuna evehebat indignos, dignos premebat, eam ludere et jocari dicebant. Horatius: 'Ludum insolentem ludere pertinax.'

25 *Bacchabere*] Velut ebria, furens, et inscia quo pes ferat, ebriorum et furentium more.

26 *Servili*] Si servum aliquem voluisti facere Consulem, et sic *Curules*,

Crimine, procedat laxata compede Consul:
Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.
Da saltem quemcumque virum. Discrimina quædam
Sunt famulis, splendorque suus; maculamque minorem
Conditionis habet, domino qui vixerit uni.
Si pelagi fluctus, Libyæ si discis arenas,
Eutropii numerabis heros. Quot jura, quot ille
Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit!
Nudatus quoties, medicum dum consulit emtor,
Ne qua per occultum, lateat jactura dolorem!

vinculis solutis. Carcer fractus excipiat purpuram Consularem. Saltem præsta virum aliquem. Differentia aliqua est servis, et laus sua; et ille *qui servierit* tantum *uni domino suscipit leviorem infamiam conditionis* suæ. *Si recenseas undas maris, et arenas Libyæ,* poteris *recensere dominos Eutropii. Quot ille permutavit dominia, quot tabulas, quot nomina?* Eutropius *quoties* expositus est *nudus, dum emtor consulit medicum, ne quod damnum delitescat per morbum tectum; pœnituit*

—26 *curulis* Bonon.—27 *laxato* Oxon. pr. *lassata* Med. tert.—28 *Ruptaque rivales* Moret. pr.—29 *Da saltem* Vat. pr. et tert. Reg. Thuan. Mazar. Vat. Livin. *Das* Rott. Ald. *Des* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Vicet. Parm. Isingr. Colin. Gryph. Raphel. Var. LL. ed. Antv. *Des alium* marg. Jungr.—31 *uni* Pric. Oisel. Reg. Pat. *uno* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Gesn. ed. Bipont. Kœnig. *uni* vel *uno* Florent. Vat. tert. Med. sec. Put. Oxon. sec. Heinsius ascripserat locum Auson. Epigr. 91. 'Jurisconsultus, cui vivit adultera conjux.'—34 *Mutabit* Vat. pr. *Mutabat* Reg. Oxon. pr. *tabulas* Med. pr.—35 *Mutatus* Pric. duo Med. Thuan. Petav. sec. Moret. sec. Tholos. tres Ambr. Ald. Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *Nudatus* vel *Mutatus* Lov. Moret. pr. Leid. sec. Med. sec. duo Petav. *toties* Pric. Moret. sec.—36 *jaceat*

NOTÆ

seu sellas eburneas dedecorare, prodeat Consul aliquis ex metallis, qui saltem sit vir, non Eunuchus. Servi compedibus vincti retinebantur in fodinis.

28 *Quirinales*] Vestes, seu purpuram consularem, a Quirino seu Romulo institutam.

Sumant ergastula] Non carcer, sed servus aliquis in carcere inclusus: continens pro contento. Ergastulum porro est locus, in quo ad opus faciendum servi vinciuntur: ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι, *operari*. Forte alludit ad Spartacum gladiatorem insignem, qui effracto Lentuli ludo fasces Prætoris occupavit. De hoc alibi.

31 *Vixerit uni*] Procul dubio honestior et melior censetur ille servus, qui addictus fuerit uni domino. Quippe servi nequam sæpe vendebantur, sæpe mutabant dominos.

33 *Jura*] Quoties mutavit dominia, quoties in his, in illis scriptus est tabulis, dum huic, vel illi venderetur; quoties mutavit nomina, dum hujus vel alterius servus esse diceretur.

35 *Nudatus*] Servis venalibus detracta vestimenta, ut corpus non tantum ab emtore, sed et medico inspiceretur tractareturque. Rem paganorum olim, et hodie Turcarum infamia dignam!

36 *Lateat jactura*] Lateat vitium,

Omnes pœnituit pretii, venumque redibat,
Dum vendi potuit: postquam deforme cadaver
Mansit, et in rugas totus defluxit aniles;
Jam specie doni certatim limine pellunt,
Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.
Tot translata jugis submisit colla vetustum
Servitium, semperque novum: nec destitit unquam;
Sæpe tamen cœpit. Cunabula prima cruentis
Debita suppliciis; rapitur castrandus ab ipso

omnes solvere *pretium* pro *isto, et revertebatur venalis, dum potuerat vendi*. *Posteaquam turpe corpus remansit, et abiit totus in rugas seniles, jam ejiciunt illum certatim, loco muneris, et festinant ingerere insciis* hoc *donum infame*. *Vetus* hoc *mancipium subjecit cervicem transmissam tot jugis, et* tamen *semper* est *novum*. *Non unquam cessavit* esse *servus*, et *tamen frequenter incepit*. *Cunæ* hujus *primæ expositæ* sunt *tormentis crudelibus*. * * * * *

Med. tert. *tactura* pro *jactura* Vat. sec.—37 *Omnis* Ambr. sec. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *Omnes* vel *Omnis* Med. sec.—39 *doctus* Pric. *totum* Tholos. *anilis* Bonon.—40 *sub specie* Thuan. *In speciem* Med. quart. Var. LL. e marg. Parm. ex conjectura. *dono* Exc. Lucens. sec. *limina* Tholos.—41 *cupiunt detrúdere* Pric. Moret. sec. *remis* pro *munus* Pal.—42 *locis* Oisel. Med. sec. m. pr. Mazar. Oxon. pr. *locis* vel *jugis* Vat. pr. Put. Petav. tert. *inmisit* inc. Heins. —43 *nec destitit* Reg. Var. LL. ed. Antv. *non* Thuan. *nec* vel *non* Mazar.—44 *Cœpit sæpe tamen* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *Sæpe tamen cœpit* Vat. pr. et tert. Pric. Florent. Leid. pr. Oxon. pr. Ambr. sec. Med. tert. inc. Heins. Reg. Petav. pr. Mazar. Exc. Lucens. sec. Rubenius in Epistola ad Heinsium data VIII. Kal. Maj. MDCXLV. hunc locum ita interpungit, *nec destitit umquam, Cœpit sæpe, tamen, &c.* i. e. non destitit unquam, sed cœpit sæpe servire dominos mutans, quamvis castratus esset.—45 *Debet* Mazar. Oisel. *Debita* Vat.

NOTÆ

quod Mangoni jacturam aliquam, aut damnum importet.

37 *Pœnituit*] Tam vilis erat servus, ut ne quidem venderetur, dum vendi posset, hoc est in foro venalis exponeretur; sicque redibat alia occasione vendendus.

38 *Cadaver*] Corpus glabrum, et ita rugis obsitum, ut cadaveri simile videri posset.

40 *Specie doni*] Non mittunt, sed pellunt tanquam incommodum aliquod; non dant, ut donum, sed speciem aliquam doni; seu gaudent specie doni turpem illum servum ejicere, amandare; obtrudere, ingerere hominibus inscientibus esse tam turpe mancipium.

41 *Ignaris*] Non cogitantibus: etenim non inspicitur propius, quod donatur. Alioqui difficile est non nosse servum, cum titulum gerat. Propertius: 'Aut quorum titulus per barbara colla pependit.' Ulpianus l. I. §. 1. D. de ædilitio edicto: 'Qui mancipia vendunt certiores faciant emtores, quid morbi vitiique cuique sit, quis fugitivus, errove sit,' &c.

42 *Jugis*] Tanquam jumentum aut bos.

Vetustum] Mancipium ætate confectum; et vetus, quia semper ser-

Ubere: suscipiunt, matris post viscera, pœnæ.
Advolat Armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium, fœcundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis: unoque sub ictu
Eripit officiumque patris nomenque mariti.
Ambiguus vitæ jacuit, penitusque supremum
In cerebrum secti traxerunt frigora nervi.
Laudemusne manum, quæ vires abstulit hosti?
An potius fato causam tribuisse queramur?
Profuerat mansisse virum: felicior extat
Opprobrio: serviret adhuc, si fortior esset.
Inde per Assyriæ trahitur commercia ripæ:
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat,

An commendemus manum, quæ vigorem eripuit hosti? An magis conqueramur ascripsisse causam fato. Præstitisset eum virum remanere. Fortunatior est ob suam *infamiam: serviret quoque, si robustior foret. Inde rapitur per nundinas*

sec. Pal. Tholos. Exc. Læti. *Dedita* duo Leidd. cum octodecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. Heins. Gesn. et ed. Bipont. *Debet* vel *Dedita* Vat. pr. m. pr.—46 *post matris viscera* Vat. quint. Pric. Petav. pr. Moret. sec. Med. quart. *verbera* Moret. pr. *viscera* vel *ubera* Med. sec. Vat. tert.—47 *certe* Petav. sec. *certo* vel *cretæ* Exc. Læti. *reciso* Petav. sec.—48 *viros* Ambr. sec.—49 *Acturus* Tholos. Ambr. pr. Put. Med. sec. Oxon. sec. duo Petav. Var. LL. ed. Antv. *inguen* Tholos. *ignem* Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. inc. Heins. tres Med. totidem Petav. et Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *inguen* vel *ignem* Farn. Pric. Rott. Florent.—50 *exhausit* Reg. Farn.—51 *officium* Vat. quint. Pal. Farn. Rott. *officiumque* tres Vatt. Pric. Oisel. Reg. Florent. inc. Heins. Exc. Læti, Ald. et ed. Parm.—54 *Audemusne* Pal. *Gaudemusne* Vat. sec. *malum* Ambr. tert. *manum quæ* vel *magis quia* Exc. Lucens. *hostis* inc. Heins.—55 *caussam fato* Pal. Med. pr. Put. *caussas* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. Mazar. *facto* Pat. *fovisse* Med. quart. *feramur* Thuan.—56 *esset* Exc. Læti.—57 *seviret* Farn. *servitus* Med. quart. *fortior* Pal. *grandior* Oisel. m. pr. marg. Isingr.—59 *Hic*

NOTÆ

viit; et novum, quia sæpe mutavit dominos.

45 *Suppliciis*] Statim atque natus est, patitur pœnam.

54 *Manum*] Quæ Eutropium faciens Eunuchum, ipsi eripuit vigorem virilem.

55 *An fato*] An conqueremur manum Mangonis Eutropium Eunuchum facientis, causam dedisse fato, vel causam extitisse fati, seu turpitudinis fatalis.

57 *Si fortior*] Ejus effœminata imbecillitas facit ne serviat, sicque eum sua ignominia felicem reddidit.

58 *Assyriæ*] Trahitur in urbem Babylonem, quæ est nobilissimum emporium in Assyria.

Permutatque domos varias. Quis nomina possit
Tanta sequi? miles stabulis Ptolemæus in illis
Notior. Hic longo lassatus pellicis usu
Donat Arinthæo: neque enim jam dignus haberi
Nec maturus emi. Cum fastiditus abiret,
Quam gemuit! quanto planxit divortia luctu!
Hæc erat, hæc, Ptolemæe, fides? hoc profuit ætas
In gremio consumta tuo, lectusque jugalis,
Et ducti toties inter præsepia somni?

littoris Assyrii: hinc vendendus duce Galata visitat emporia, ac mutat domicilia diversa. Ecquis valeat persequi tot nomina emtorum? * *

fora Vat. pr. Heinsius ascripserat Lucian. p. 893.—60 *posset* Pric. Petav. pr. Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. duo Pulman.—61 *thalamis* Pat. vid. infr. vs. 156. *tabulis* Ambr. pr. Sched. Gud. *stabulis* duo Vatt. Rott. Oisel. *stabuli* Med. quart. et sec. m. sec. Petav. sec. Exc. Lucens. sec. Med. sec. habet glossam, *stabulis* i. e. *prostibulis Sodomiticis* vel *tabulis:* vel *miles stabuli,* id est quidam armiger. *stabulis* vel *stabuli* Vat. pr. Pric. m. sec. *tabulis* vel *stabulis* Vat. tert. Pric. m. pr. Med. pr. Mazar. Lov. *tabulis* vel *stabuli* Farn. atque ita Rubenius in literis ad Heinsium datis, et Vales. ad Ammianum. Rubenius quidem *tabulis* conjiciebat, ut supra vs. 84. vel *miles stabuli;* ut *milites stabuli* sint Hippocomi, qui militabant sub præfecto aut Comite stabuli, quod probare videbatur versus 68. et 155. *Ptolemæus* Pal. *Tolomæus* ambo Moret. *Tolemæus* Petav. pr. Thuan. *Tholemæus* Put. Reg. duo Petav. *Tholomeus* tres Vatt. Farn. Lov. Oxon. pr. duo Leidd. Exc. Cod. Rhem.—62 *vulgo* Tholos.—63 *Arintheo* Reg. Med. sec. Ambr. sec. Vat. Livin. *Aristeo* Rott. *Aristheo* Florent. *Aritheo* Oxon. pr. Vatt. quint. Exc. Læti, Ald. Colin. et ed. Parm. *Arenæo* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. *Arentino* Moret. pr. *Erentheo* Leid. pr. *Arentheo* Bonon. Tholos. Lov. Leid. sec. Oxon. sec. duo Med. totidem Ambr. tres Petav. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *Arentheo* vel *Aristæo* Moret. sec. Med. quart. *nec enim* Med. sec. Put. Thuan. Bonon. Pat. duo Ambr.—64 *Non* Pric. *erat* Exc. Læti. *emi* Vat. sec. Pal.—65 *Qui gemuit* Exc. Gevart. *Quæ genui?* ed. Parm. *Quam gemuit* Vat. quint. Pric. vet. Gyr. Reg. Lov. ambo Moret. duo Petav. Med. quart. Exc. Læti, Sched. Gud. *Quæ* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. *Quam* Ambr. pr. Leid. sec. duo Oxon. Exc. Pat. rec. *gemuit* Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. *genuit* Med. pr. Ambr. pr. m. sec. ed. Vicet. *genuit* vel *gemuit* Florent. inc. Heins. Med. sec. Ruben. in eadem ad Heinsium Epistola legit *quæ gemuit! quanto, &c. planxit quanto* Vat. sec. Pal. *quanto planxit* duo Med. *planctu quanto* Med. pr.—66 *hæc Ptolemæe* Vat. pr. et tert. Oisel. *heu* Gesn. et ed. Bipont. *heu* vel *O* Reg. *Tholemæe* Put. Mazar. duo Petav. et Leidd. *Tholomæe* Oxon. pr. *hæc profuit* Leid. pr. Pat. Moret. pr. Ambr. pr. Reg. Vat. quint. Petav. pr. inc. Heins. *quid profuit* Tholos.—67 *thalamo* Moret. pr.—68 *ductus—somnus* Reg. Oxon. pr. Med.

NOTÆ

59 *Galata*] Galatæ populi Asiæ minoris mercatura mancipiorum insignes, sicut et Babylonii.

60 *Nomina*] Emtorum, qui emerunt Eutropium.

Libertas promissa perit? viduumne relinquis
Eutropium? tantasque premunt oblivia noctes,
Crudelis? pro sors generis durissima nostri!
Fœmina cum senuit, retinet connubia partu,
Uxorisque decus matris reverentia pensat.
Nos Lucina fugit; nec pignore nitimur ullo.
Cum forma dilapsus amor: defloruit oris
Gratia. Qua miseri scapulas tutabimur arte?
Qua placeam ratione senex? sic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus: nec segnis ad artem
Mens erat, officiique capax, omnesque pudoris
Hauserat insidias. Custodia nulla tuendo
Fida toro, nulli poterant excludere vectes.
Ille vel ærata Danaën in turre latentem
Eliceret: fletus domini fingebat amantis:
Indomitasque mora, pretio lenibat avaras,
Lascivasque jocis; non blandior ullus euntis
Ancillæ tetigisse latus, leviterque reductis
Vestibus occulto crimen mandasse susurro;

sec.—69 *viduumque* Pal. Med. pr. Mazar. Tholos. Moret. sec.—71 *Crudeles* Reg. *pro* Vat. pr. *proh* Vat. quint. Pric. Thuan. Petav. pr. Tholos. vet. Gyr. Oxon. pr. Moret. sec. Med. quart. *tenuissima* Reg. *nostris* Vat. pr. *matri* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—72 *consenuit* ed. Parm. et Vicet. *reticet* Ambr. pr. *conubia* Exc. Gevart.—74 *Hos* Mazar. *nititur* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. *nitimur* Reg. Oxon. pr. Moret. sec. Leid. pr. Pat. Vat. quint. inc. Heins. duo Petav. et Ambr. Sched. Gud. *utimur* Med. quart. *nititur* vel *nitimur* Vat. pr. Med. sec. Oxon. sec. Heinsius ascripserat locum Lamprid. in Diadumeno: 'Fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut qui eo non niteretur, mereri non videretur imperium.' ubi pro *niteretur* legendum monuit *uteretur*.—75 *dilatus* Pat. *delapsus* Pric. Bonon. Moret. sec. *honor* inc. Heins. Moret. pr. m. pr.—76 *miseras* Thuan. *miseris* Var. LL. ed. Antv. *scopulos* Mazar. *scapulas* cum obeli signo Heins.—77 *sic fatus.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Med. tert.—78 *Aggredimur* Farn. *in artem* Farn.—79 *fuit* Ambr. sec. inc. Heins. *omnisque* viginti Codd. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *omnisque* vel *omnesque* Florent. *pudori* conjiciebat Heinsius.—80 *tuenda* vel *timenda* Vat. sec.—81 *Fixa* Vat. sec. Pal. Med. pr. *vectes* vel *vestes* Oxon. pr.—82 *Ille pharetrata* Moret. pr. *sub turre* ed. Parm. *e turre* Vat. pr. Vat. Livin. *in turre* duo Leidd. et viginti quatuor alii, Exc. Læti, Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *intrare* Pal. Moret. pr.—83 *cingebat* Put.—84 *mero* Oxon. sec. m. sec.—85 *non blandior* Oxon. pr. quatuor Med. Put. Reg. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *blandior alter* Vat. sec. Pal. Med. pr. Moret. sec. Vat. Livin.—86 *reductæ* conjiciebat Heinsius, i. e. *seductæ*.—87 *mandasse*

Nec furtis quæsisse locum, nec fraude reperta
Cautior elusi fremitus vitare mariti.
Haud aliter juvenum flammis Ephyreia Lais
E gemino dotata mari, cum serta refundit
Canities, jam turba procax, noctisque recedit
Ambitus, et raro pulsatur janua tactu;
Seque reformidat speculo damnare senectus.
Stat tamen, atque alias succingit lena ministras,
Dilectumque semel, quamvis longæva, lupanar
Circuit: et retinent mores, quod perdidit ætas.
Hinc honor Eutropio, cumque omnibus unica virtus

Vat. pr. et tert. Oisel. Ambr. sec. *mandare* quatuor Vatt. ambo Moret. tres Petav. Lov. Leid. sec. Oxon. sec. Pat. Tholos. Bonon. Put. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet.—88 *Non* Pric.—89 *fraudes* pro *fremitus* Moret. pr. *vitasse* Pric. Thuan. Moret. sec.—90 *flammis juvenum* Thuan. *Ephyreia* vel *Corinthia* Reg. *Lais* tres Vatt. *Tais* Moret. pr. in marg. Exc. Læti. *Lais* vel *Nais* vel *Thais* Vat. pr. de Laide vid. omnino Vinet. in Auson. Epigr. LIV.—91 *De gemino* Vat. sec. *Et gemino* duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. ambo Moret. Lov. Vat. Livin. duo Oxon. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. edd. Gesn. Bipont. et Kœnig. *In gemino* Exc. Læti. *E gemino* Pal. Farn. Rott. Oisel. Mazar. *Est gemino* Vat. quint. *ditata* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Sched. Gud. *data* Petav. pr. m. pr. unde *dotata* leg. Heins. *Cum serta* Oxon. pr. *cum serta* vel *conserta* Petav. tert. *refudit* Vat. pr. et tert. Pric. Vat. Livin. *refundit* viginti duo Codd. Exc. Lucens. sec. Ald. ed. Parm. et Vicet. *refugit* Vat. Livin. pro varia lectione. *refutat* vet. Cod. teste Heinsio. qui *refutat* probabat, et eodem sensu hic poni notaverat, ut apud Spartian. in Piscennio. vid. Salmas. p. 146. et omnino sic locutus Lampridius in Heliogabalo p. 105. 'posteaquam senes vidit erubescere, vel quia ætas vel quia dignitas talia refutabat,' id est, non admittebat. sic *refutare honores* pro *recusare*. Spartian. in vit. Antonini Pii p. 18. l. 42. et *recusare* Vopiscus in Aureliano p. 212. 'levia hæc sunt, sed curiositas nihil recusat.' Casaub. p. 10. Salmas. p. 69. postea tamen hæc deleverat. *refundit* vel *refutat* Leid. sec. Exc. Gevart.—93 *tactu* vet. Gyr. *tractu* Med. quart. *ductu* Ambr. pr. Sched. Gud.—94 *jaculo* Exc. Cod. Rhem. *damnate* Florent. *damnare* Rott. Med. sec. inc. Heins. Mazar. duo Petav. duo Ambr. Tholos. Oxon. sec. duo Leidd. Exc. Læti. *damnante* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. duo Med. Put. Thuan. Petav. pr. Exc. Gevart. ed. Vicet. *damnante* vel *damnare* Vat. pr. Med. sec. Reg. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. m. pr. de *speculo Laidis* vid. Auson. Ep. LVIII.—95 Heinsius ascripserat locum Vopisci in Tacito. p. 229. 'Meritoria intra urbem stare vetuit;' pro *prostare*. *ante alias* Rott. *utque* Vicet. Basil. *aliis* Pat. *succindit* Lov. *læta* Ambr. pr. *lena* Lov. *leva* Pal.—96 *semel* Oisel. Florent. Mazar. Vat. Livin. *diu* vel *semel* Vat. pr. et tert.—97 *retinet* Pal. Rott. Med. tert. Thuan. Ambr. pr. *retinent* Leid. sec. cum viginti quatuor aliis, Exc. Gevart. et Lucens. sec. *retinent quæ* Mazar. *retinet* vel *retinent* Med. sec. *quos* Rott. Vat. tert. Thuan. Petav. sec. Ambr. pr. *quod* Vat. pr. et sec. Farn. Put. Reg. Bonon. Pat. Tholos. Vat. Livin. vet. Gyr. Lov. ambo Moret. duo Ambr. tres Med. Petav. tert. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *quos* vel *quod* Petav. pr. Med.

Esset in eunuchis, thalamos servare pudicos,
Solus adulteriis crevit: nec verbera tergo
Cessavere tamen, quoties decepta libido
Irati caluisset heri: frustraque rogantem,
Jactantemque suos tot jam per lustra labores,
Dotalem genero nutritorique puellæ
Tradidit. Eous rector Consulque futurus
Pectebat dominæ crines, et sæpe lavanti
Nudus in argento lympham gestabat alumnæ.
Et cum se rapido fessam projecerat æstu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis.
  Jamque ævo laxata cutis, sulcisque genarum
Corruerat passa facies rugosior uva.
Flava minus presso finduntur vomere rura:
Nec vento sic vela tremunt. Miserabile turpes
Exedere caput tineæ; deserta patebant

Et jam cutis soluta senectute, et vultus asperior uva siccata conciderat ob rugas genarum. Agri flaventes videntur *minus sulcati aratro impresso, neque carbasa*

sec.—98 *Hinc* Exc. Lucens. sec. *Hic* Pal. Med. pr. ed. Vicet.—99 *Hæc sit vel Extet in Eunuchis* legit Heinsius. *pudoris* Pal. Oxon. pr. *pudicos* vel *pudoris* Med. pr.—102 *negantem* Ambr. pr. Moret. pr.—103 *jam tot* Med. quart.—104 *puero* Ambr. pr. *nutritoremque* Exc. Lucens. sec. *nutritoremve* Ald. ed. Vicet.—105 *Eois* Bonon. Petav. sec.—106 *persæpe* Florent.—107 *portabat* Farn. Put. de ministratione hac aquæ vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 92. et Salmas. p. 515.—108 *rabido* Exc. Læti m. pr. ed. Parm. *dejecerat* inc. Heins. *projecerit* Moret. sec. *projiceret* Farn.—109 *pavonis* Put. *pavonem* Pric. Med. tert. Petav. sec. Tholos. Ambr. tert. *pavonem* vel *pavonum* Lov. *ventilat* vel *vestit et* Vat. pr.—110 *laxata* Florent. Med. quart. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Lov. Tholos. Bonon. Pat. Vat. Livin. Moret. sec. duo Ambr. tres Petav. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *lassata* Vat. sec. Pal. Pric. Rott. tres Med. Exc. Læti. *lapsata* Ambr. pr. Heinsius ascripserat Martial. Lib. xiv. Ep. 67.—111 *facies passa* Med. sec. *passa* vel *pressa* Moret. sec. respexit locum ex Priapeis, ‘ Uvis aridior puella passis.’ ubi vide Scaligerum. Capitolin. in Clodio Albino *ficus passarias* pro *passis* dixit p. 83. l. 21. Lucilius apud Nonium, ‘ Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.’ *pulsa* Ambr. pr.—112 *manus* Farn. *finduntur* Pal. Rott. Oisel. Put. *fraudantur* Pric. —113 *Non vento* Vat. quint. Pric. Petav. pr. *trement* Rott. *tument* Thuan. *turpes* vel *tristes* Oxon. sec.—114 *defecta* Vat. Livin. *detecta* Exc. Schott.

NOTÆ

111 *Rugosior*] Virgilius: ‘ Et frontem obscœnam rugis arat.’

113 *Vela tremunt*] Vela trementia, non tot sulcos rugasque trahunt, quot vultus Eutropii.

Intervalla comæ: qualis sitientibus arvis
Arida jejunæ seges interlucet aristæ:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.
Scilicet ut trabeis injuria cresceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriæ Fortuna suæ: cum pallida nudis
Ossibus horrorem dominis præberet imago,
Decolor et macies occursu læderet omnes,

ita agitantur vento: tineæ deformes perederunt caput misellum: spatia crinium apparent destituta pilis. *Sicut in campis arentibus, messis sicca spicarum sterilium intermicat; vel sicut hirundo hyberna obit in stipite arboris, pluma cadente, temporibus frigidis. Nimirum, ut dedecus foret majus consulatui, fortuna petulantia sua adjunxit has rugas in vultu* Eutropii, *et hanc deformitatem faciei. Cum spectrum pallens ossibus nudatis* carne *incuteret terrorem dominis* ejus, *et* cum *macies deformis offenderet omnes aspectu, aut datura timorem pueris, aut fastidia*

deserta Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Vat. Livin. Lov. tres Ambr. tres Petav. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *petebant* Vat. pr. m. pr.—115 *comis* Pat. Heinsius lectorem ablegaverat ad J. P. Lotich. Comm. in Petron. Lib. II. cap. 4. p. 171. 172. not. Brassican. p. 50. ἀλώπηξ Callimacho. vid. not. Frischlini p. 25.—117 *pluvia* Jun. pr. Oxon. sec. Florent. m. sec. Leid. a m. pr. Exc. Læti, Gevart. Var. LL. ed. Antv. *pluma* vel *pluvia* Pric. Leid. sec. *labante* Vat. quint.—118 *arundo* Jun. pr. Oxon. sec. et pr. m. sec. ed. Vicet. *harundo* Florent. m. pr. Oisel. Put. m. pr. Petav. sec. Bonon. Tholos. Moret. pr. Exc. Gevart. *hirundo* vel *harundo* Pric. Reg. Oxon. pr. m. pr.—119 *Cresceret* vel *Conderet* Oxon. sec.—120 *abdidit* Farn.—121 *tum pallida* Med. tert. *pallia* Jun. pr.—122 *domino* Thuan. *domini* Ambr. tert.—123 *Discolor* Jun. pr. Moret. sec. Exc. Læti m. sec. *decursu* Med. quart. Petav. tert. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Lov. Leid. sec. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *occursu* vel *decursu* Put. Oxon. sec. Vat. quint. *omnis*

NOTÆ

116 *Jejunæ*] Arista jejuna est, quæ non tumet, quæ est sterilis.

118 *Brumalis hirundo*] Plinius tradit hirundines quasdam hybernis mensibus sequi montium recessus, ita ut inveniantur jam nudæ ac deplumes.

119 *Trabeis*] Veste seu dignitate Consulari, quam adepturus erat vilis iste servus.

120 *Notas*] Inscriptionem, stigmata in fronte servorum inuri solita, quæ si non habuit Eutropius, habere meritus est.

122 *Horrorem*] Veteres ejiciebant tam deformes homulos, velut spectra infausta.

123 *Occursu...procedentibus omen*] Antiqui occursum Æthiopum, homulorum turpium monstrorumve, pro malo omine acceptum, velut mali imminentis indicem, fugiebant.

Aut pueris latura metus, aut tædia mensis,
Aut crimen famulis, aut procedentibus omen;
Et nihil exhausto caperent in stipite lucri:
(Sternere quippe toros, vel cædere ligna culinæ,
Membra negant: aurum, vestes, arcana tueri
Mens infida vetat. Quis enim committere vellet
Lenoni thalamum?) tandem ceu funus acerbum,
Infaustamque suis trusere penatibus umbram.
Contemtu jam liber erat. Sic pastor obesum
Lacte canem ferroque ligat, pascitque revinctum,

convivis, aut scelus servis, aut augurium triste *occurrentibus; et* cum domini *nullam traherent utilitatem* ex *trunco* isto *resiccato: nam corpus* ejus *debile recusat aptare thalamos, vel scindere ligna culinæ: animus* ejus *perfidus prohibet servare pecuniam, vestimenta, secreta. Etenim ecquis vellet credere lectum* conjugalem *lenoni? demum expulerunt* illum *sua domo, velut cadaver molestum, et larvam infelicem. Jam liber remanebat* ob *fastidium. Ita pastor alligat* nexu *ferreo, et nutrit alligatum canem pinguem lacte, dum fortis* est ad *gregem defendendum, et*

Med. tert. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr.—125 *præcedentibus* Med. quart. Heinsius ascripserat locum Lucian. p. 536. et 623. et 893. sic de Æthiope apud Spartian. Severo. p. 75. Apostolius p. 213.—126 *Cum nihil* Vat. quint. Pat. *Ut nihil* Med. tert. Thuan. Ambr. tert. *Qui nihil* Jun. pr. *Quod nihil* Med. sec. m. sec. *Et* vel *Cum nihil* Pric. Exc. Læti. *capiens* Pric. *e stipite* conj. Heins. *cespite* Leid. sec. Pric. Thuan. Put. m. pr. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Lov. Oxon. sec. Exc. Gevart. Sched. Gud. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *stipite* Leid. pr. Moret. sec. Ambr. sec. Exc. Læti et Lucens. sec. *cespite* vel *stipite* Petav. pr. *lucri* vel *lucris* Med. quart. —127 *nempe* inc. Heins. *aut cædere* Pal. Farn. Vat. sec. Med. pr. Moret. pr. *et* Vat. quint. *bn* Jun. pr. unde Heinsius *bene* conjiciebat, quod in Florent. extat. *cubili* pro *culinæ* Jun. pr.—129 *negat* Vat. tert. Rott. Put. m. pr. Reg. Thuan. Mazar. Leid. pr. Petav. tert.—131 *Infaustumque* Med. pr. *Jam faustumque* Jun. pr. *misere* Leid. sec. Vat. sec. Pal. Pric. Med. pr. Oxon. sec. Put. Bonon. Tholos. Moret. sec. duo Ambr. tres Petav. Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *trusere* vel *misere* Reg. Oxon. pr.—132 *Contemtus* Ald.—133 *Vecte* conj. Heins. *libat* ed. Parm. vitiose.—134 *validum* Var.

NOTÆ

124 *Tædia mensis*] Cujus monstri turpis et fœtidi aspectu tædebat omnes diutius in mensa commorari.

125 *Crimen famulis*] Tanta erat monstri turpitudo, ut servi si cum illo habitarent, se crimine et opprobrio pollui crederent, tanquam si cadaver tetigissent.

126 *Stipite*] Cum domini non plus utilitatis traherent ex Eutropio, quam succi ex trunco exsucco et exhausto.

131 *Umbram*] Larvam, cacodæmonem, malum genium.

132 *Liber*] Liber erat ob contemtum, quia nemo sibi illum vindicabat ob turpitudinem.

133 *Lacte*] Canes teneros pane et lacte bubulo nutriri præcepit Constantinus. Egregium præceptum!

Dum validus servare gregem, vigilique rapaces
Latratu terrere lupos; cum tardior idem
Jam scabie laceras dejecit sordidus aures,
Solvit, et exuto lucratur vincula collo.
Est, ubi despectus nimius juvat. Undique pulso
Per cunctas licuit fraudes impune vagari,
Et fatis aperire viam. Pro! quisquis Olympi
Summa tenes, tantone libet mortalia risu
Vertere? qui servi non est admissus in usum,
Suscipitur regnis: et quem privata ministrum
Dedignata domus, moderantem sustinet aula.
Ut primum vetulam traxere palatia vulpem,

ad *lupos raptores territandos latratu impigro; at cum idem* canis *lentior jam dimisit turpis aures deformatas scabie, exsolvit* illum, *et cervice spoliata lucrifacit catenam.* Occasio *est, in qua comtemtus immodicus prodest. Fas fuit* Eutropio *ejecto undequaque errare libere per dolos omnes, et pandere aditum fatis. Pro, quicumque occupas Cœlum altum, an juvat* te *evertere* res *humanas tanto ludibrio?* Iste, *qui non est receptus, ut serviret, recipitur* in *imperio* regendo, *et quem domus privatorum recusavit administrum, Regia patitur* esse *rectorem. Statim atque Regia accivit vulpem seniorem, ecquis non commotus est? Ecquis non indignatus, cadaver*

LL. ed. Antv. *rapacis* Ambr. pr. Petav. sec. Bonon. Tholos.—136 *demisit* ed. Vicet. Exc. Læti. *dejecit* Leid. sec. cum triginta aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. Pat. rec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. item Var. LL. ed. Antv. *sordibus* duo Vatt. Pal. Farn. Florent. tres Med. Lov. Thuan. Mazar. duo Petav. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *sordidus* Med. quart. Put. Reg. Petav. tert. Oxon. sec. duo Moret. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm.—137 *exusto* Med. quart. *luctatur* Farn. m. pr. Exc. Læti.—138 *Est ut* Jun. pr. *Ast ubi* Petav. sec. Med. tert. *minus* pro *nimius* Med. quart. *juvet* conj. Heins.—139 *liceat* vel *licuit* Moret. sec. *cunctasque licet* Thuan. m. pr. Leid. m. pr.—140 *fastis* Vat. pr. et tert. *fatis* vel *fastis* Pric. *vias* Thuan. *pro quisquis* Vat. pr. Exc. Læti. *Olympo* Vat. quint.—141 *tantone licet* Thuan. *tanto licuit* Reg. Oxon. pr. *licet* Rott. *tanto libuit* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *nisu* duo Vatt.—142 *Volvere* Tholos. *ad usum* Jun. pr. Oxon. sec. Vat. quint. Pric. duo Med. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. *in* vel *ad usum* Oxon. pr. Exc. Læti.—143 *sceptris* Vat. sec. m. pr. *ministris* Vat. pr. m. pr.—144 *moderatam sustinet aulam* Jun. pr. *sustulit* Lov. m. pr. *aulam* Vat. pr. Ambr. pr.—145 *traxere* Vat. sec. Pal.

NOTÆ

137 *Lucratur*] In lucro putat catenam, alterius collo applicandam. Quasi catena melior sit morboso cane: nihil ad insectandum Eutropium mordacius.

140 *Fatis aperire*] Eutropio licuit dare aditum fatis se ad honores evectoris.

144 *Moderantem*] Eutropius fuit præfectus Prætorio, quæ dignitas dicta est *βασιλεία, regnum;* nihilque ei defuit, præter purpuram imperatoriam.

145 *Vulpem*] Eutropium, qui instar vulpis veteris caute ac perfide sese gerebat.

Quis non ingemuit? quis non irrepere sacris
Obsequiis doluit toties venale cadaver?
Ipsi quin etiam tali consorte fremebant
Regales famuli, quibus est illustrior ordo
Servitii, sociumque sibi sprevere superbi.
Cernite, quem Latiis poscant annectere fastis:
Cujus et eunuchos puduit. Sed vilior ante
Obscuræ latuit pars ignotissima turbæ,
Donec Abundantî furiis (qui rebus Eois
Exitium, primoque sibi produxit) ab imis

hoc *toties venditum insinuare se mandatis sacratis Imperatoris? Præterea ipsi servi imperatorii, quibus gradus ministerii est honoratior, tali socio commurmurabant, et contemserunt arrogantius* eum *sodalem. Videte, quem petant adjungere fastis Romanis, et quem ipsi Eunuchi erubescunt. At prius* iste *abjectior delituit,* ceu *pars maxime incognita catervæ ignobilis, donec a cubilibus infimis grassatus est* ad *dignitates supremas, elatus insania Abundantii, qui peperit perniciem imperio Orientis, et prius sibi* ipsi. *Quam sapienter constitutum* est in *Mundo, ut*

Florent. Med. quart. Mazar. Jun. pr. Moret. pr. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. de *trahendi* verbo vid. Passerat. ad Propert. p. 148. *texere* tres Vatt. *texere* vel *traxere* Vat. pr. Moret. sec. Lov. Exc. Pat. rec. —146 *Quos* Jun. pr. *irrepere* Vat. pr. Exc. Læti et Lucens. sec. *obrepere* Vat. sec. Pal. ed. Vicet. *irrumpere* Farn. Moret. pr. *irrepére* vel *irrumpere* Reg. *irrepere* vel *obrepere* Exc. Pat. rec.—148 *tremebant* Farn.—150 *Servitiis* Med. pr. *Serviciis* Vat. sec. Pal. *Servitiis* vel *Servitii* Oxon. pr. *Servitii* vel *Servitium* Reg. *sibi* duo Vatt. Pal. Farn. Med. pr. Thuan. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *diu* Vat. quint. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti et Lucens. sec. *sibi* vel *diu* Vat. pr. et tert. Florent.—151 *poscant Latiis* Florent. *Latii* Med. sec. *certant* Vat. tert. *certant* vel *poscant* Moret. pr. *fata* vel *fastis* Pric.—153 *Obscurus* Med. tert. *Obscure* Thuan. *turbis* Thuan.—154 *Abundantii* inc. Heins. *Abundati* Pal. Med. pr. Put. Lov. Moret. pr. *Abudati* Var. LL. e marg. Parm. *Abundatii* Florent. duo Med. Ambr. pr. *Abundacii* Leid. pr. Vat. quint. Rott. Oisel. Vat. tert. m. sec. Thuan. Mazar. Ambr. sec. *Habundantî* Vat. sec. Farn. Pric. *Habundacii* Petav. sec. *Habundatii* Petav. pr. Leid. sec. *anhelanti* vet. Gyr.—155 *primumque* Vat. tert. Oisel. Oxon. pr. Ambr. sec. Mazar. Ald. Isingr. Pulm. Exc. Læti. *primoque*

NOTÆ

146 *Irrepere*] Sese leniter insinuare ad sacra Imperatoris mandata exequenda, more vulpis, quæ astuta est. Persius: 'Astutam vapido servas sub pectore vulpem.'

151 *Cernite, quem*] Quem hominem, quod hominis monstrum, proceres petant inscribere in fastis consulum Romanorum.

152 *Ante*] Antequam irreperet in Aulam.

154 *Abundantî*] Abundantius Dux fuit clarissimus; Consul fuit cum Theodosio, promovit Eutropium, cujus suasu postea ab Arcadio dignitatibus spoliatus, Aula ejectus, obiit Sidone in Phœnicia. Sicque et se perdidit, et res Orientis; dum effecit, ut omnia committerentur isti monstro.

Evectus thalamis summos invasit honores.
Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilii primis auctoribus instet!
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hospite qui cæso monuit placare Tonantem,
Inventas primus Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sævi, quod dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,
Qui funesta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Sensit opus, docuitque suum mugire juvencum.

merces merita consilii mali cadat primum in *consultores* ipsos. *Ita flumine* Nilo *sicco per annos complures, vates, qui admonuit flectere Jovem, hospite immolato, prior tinxit altaria excogitata* a *Busiride, et fuit victima sacrificii crudelis, quod indicaverat. Ita machinator bovis* ærei, *et artifex cruciatuum, qui conflaverat æs fatale* ad *nova supplicia, prior, Tyranno Siciliæ* Phalaride *jubente, expertus est opus intentatum, ac docuit bovem suum reboare. Eutropius occupavit divitias ne-*

Vat. sec. Rott. quatuor Med. inc. Heins. Put. Thuan. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. et Parm. *primumque* vel *primoque* Vat. pr. *primoque* etiam est in Lov. in quo ascriptum: sic de Bell. Gild. 241. infra 158. et 161. *produxit* Exc. Lucens. sec. *perduxit* Put. Exc. Læti. edd. Vicet. et Parm.—156 *Evectum* Pat. *Ejectus* Mazar. ed. Parm. *Excivit* Jun. pr. *stabulis* Vat. sec. Mazar. Ambros. Pal. ed. Parm. *stabulis* vel *thalamis* Med. pr. *tabulis* conjiciebat Heinsius.—157 *dispositum est* Jun. pr. *Latioque potenti* pro *ut dignus iniqui* Petav. sec. *iniquis* Vat. tert. Rott. Oisel. Put. Petav. tert. Bonon. Leid. sec. Exc. Gevart. —158 *Auxilii fructus* Ambr. tert. *Consilium* Tholos. *actoribus* Vat. tert. Pal. Med. pr. Moret. pr. *instat* Ambr. pr. *instet* vel *obsit* Vat. tert. Petav. pr. *obstet* Leid.—159 *fluvio multos* Ambr. sec. *vates fluvio multos* Med. sec. *errante* Moret. pr. qui et *sub annos* habet.—160 *movit* Jun. pr. *meruit* vel *monuit* Put. *parentem* Vat. tert. Oisel. m. pr.—161 *Inventus primas* Med. quart. *primum* Vat. pr. Exc. Læti. *primo* Lov. *primus* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv.—162 *sævi cecidit* Vat. quint. Pric. Petav. pr. et tert. Moret. pr. ed. Parm. *quod dixerat* duo Leidd. et triginta alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. ed. Vicet. *qui* Pric. Med. sec. m. sec. q Lov. *quo* vel *qui* Exc. Læti. *quod* vel *qui* Oxon.

NOTÆ

156 *Thalamis*] Alii legunt *Stabulis*.

158 *Primis auctoribus*] Hesiodus, ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. *Consultum male, consultori perniciosum.*

159 *Vates*] Thrasius Cypro oriundus.

161 *Busiridis*] Crudelissimi Ægyptiorum tyranni.

163 *Opifex tauri*] Perillus Atheniensis, qui a Phalaride conjectus est in taurum æneum, quem ipse invenerat, et flammis subjectis voces miserabiles instar mugitus moriendo edidit.

Nullius Eutropius, quam qui se protulit, ante
Ereptas possedit opes, nullumque priorem
Perculit exilio: solumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare suum. Postquam obsitus ævo
Semivir excelsam rerum sublatus in arcem,
Quod nec vota pati, nec fingere somnia possent,
Vidit sub pedibus leges, subjectaque colla
Nobilium, tantumque sibi permittere fata,
Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Jam jam dissimulat dominos, alteque tumescunt
Serviles animi; procerum squalore repletur
Carcer, et exulibus Meroë campique gemiscunt
Æthiopum; pœnis hominum plaga personat ardens:

minis prius populatas, quam Abundantii, *qui evexerat sese, et neminem prius condemnavit exilio: et hoc tantum recte fecit*, quod *condemnaverit patronum suum. Posteaquam effœminatus* iste *confectus ætate, evectus* est *ad fastigium altum imperii, (quod neque desideria* ejus *sustinere potuissent, neque somnia excogitare) spectavit leges sub pedibus* suis, *et capita Procerum supposita* sibi, *et fata indulgere tantum sibi, qui nihil expetivisset amplius, quam acquirere libertatem: jam fingit* se non nosse *dominos* suos; *et animi serviles tolluntur altius: carcer plenus* est *sordibus Primorum, et Meroë et agri Æthiopum ingemiscunt exulibus: zona torrida resonat suppliciis hominum;*

sec. *quo* Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *hostia* vel *obvia* Jun. pr.—167 *quas* Vat. pr. m. pr. *sibi protulit* Sched. Gud. *prætulit* Exc. Lucens. sec. *contulit* Pric. m. pr. *prodidit* Moret. sec. m. pr. *pertulit* Leid. pr.—168 *Ereptas* Oxon. pr. inc. Heins. *Directas* Farn. *Deceptas* Tholos. *Direptas* Heins. Gesn. ed. Bipont. *Dereptas* Kœnig.—169 *Pertulit* Farn. Pric. Bonon. Tholos. *exitio* Exc. Læti, m. sec. *exilio* quatuor Vatt. Pal. *hæc rite* Petav. sec. *jure* Pal. *rite* vel *jure* Med. pr.—170 *Actorem* Vat. sec. Pal. Rott. Ambr. pr. Leid. sec. duo Med. *oblitus* Florent.—171 *sullatus* Vat. sec.—172 *non fingere* Petav. tert. Med. quart. *somnia fingere* Florent. Jun. pr. *possunt* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *possint* vel *possent* legebat Heinsius.—173 *legis* Rott.—174 *promittere* Jun. pr. Lov. Pat. Moret. pr.—175 *nil* Med. quart. *aptasset* Vat. tert. m. pr. *tueri* vel *mereri* Med. sec.—176 *altoque* Exc. Læti m. sec. *timescunt* Tholos.—177 *animos* Farn. *animæ* Exc. Læti m. pr. *repletus* duo Vatt. *repletur* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Læti, Gevart. et Vat. Livin.—179 *plagis hominum* Med. sec. *resonat* Farn. *arens* conjiciebat Heinsius.—

NOTÆ

172 *Vota*] Sunt hæc proverbia: 'Id tantum est, ut nec optare ausus essem, nec mihi fingere: Dignitas quæ contingit supra vota, supra somnia ipsa, vel magnificentissima.'

177 *Procerum*] Quos in carcerem conjici jubebat Eutropius.

178 *Meroë*] Insula Nili, hodie *Gueguere*.

179 *Pœnis*] Cruciatibus, gemitibus exulum ab Eutropio ejectorum resonant campi Æthiopum, et zonæ torridæ solitudines.

Marmaricus claris violatur cædibus Hammon.
Asperius nihil est humili, cum surgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: desævit in omnes,
Ut se posse putent: nec bellua tetrior ulla
Quam servi rabies in libera terga furentis.
Agnoscit gemitus, et pœnæ parcere nescit,
Quam subiit, dominique memor, quem verberat, odit.
Adde, quod eunuchus nulla pietate movetur,
Nec generi natisve cavet. Clementia cunctis

Ammon Marmaricus polluitur strage nobilium. Nihil est crudelius homine *abjecto, qui extollitur ad* dignitates *altas. Percutit omnia, dum metuit omnia: furit contra omnes, ut* hi *existiment ipsum potentem: neque fera ulla est immanior, quam servus rabidus sæviens contra corpora* hominum *ingenuorum. Noscit dolorem, et non potest moderari supplicium, quod* ipse *passus est, ac recordatus domini, aversatur* illum *quem plectit. Adjice, quod eunuchus nullo flectitur* sensu *pietatis, neque providet genti* suæ *aut filiis. Mansuetudo* est *omnibus erga æquales* suos, *et*

180 *Marmoricus* Farn. Jun. pr. Var. LL. ed. Antv. *cladis* Pric.—181 *Asperior* Petav. tert. *surgat* Exc. Lucens. sec. et Læti m. sec. *dum surgit* Tholos. *dum tendit* Jun. pr. *consurgit* Rott. Petav. tert. *consurgere* inc. Heins.—182 *dum sævit* Farn.—183 *Dum se posse putat* Exc. Gevart. *putet* Pat. *putet* vel *putent* Florent. duo Med. *non tetrior* inc. Heins. *sævior* Jun. pr. *tristior* Petav. pr. Vat. quint. *tetrior* vel *sævior* Moret. sec. *ulla* Leid. pr. et octodecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. *ulla est* Vat. sec. Pal. Farn. Ambr. tert. Exc. Læti.—184 *colla* Pal. Pric. Florent. Med. pr. Parm. ed. *terga* duo Leidd. cum viginti quinque aliis, Isingr. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *colla* vel *terga* Vat. sec. Exc. Læti.—185 *sed pœnæ* Oxon. pr.—186 *Quam subiit* Exc. Lucens. pr. *Quem* ed. Vicet. *quos verberat* Reg. Jun. et Oxon. pr. *quem* vel *quos* Moret. sec. *verbera totis* Vat. pr. m. pr.—188 *Non generi* Florent. Leid. pr. Ambr. sec. Med. tert. inc. Heins. *generis* Vat. pr. et quint. *natisve* Exc. Lucens. pr. *natisque* Vat. tert. Farn. Rott. Lov. Put.

NOTÆ

180 *Marmaricus*] Jupiter Ammon in Marmarica Africæ regione, in desertis Libyæ: hodie dicitur, *Le païs de Barcha.*

Claris violatur cædibus] Quod in his desertis viri illustres aut occidantur, aut detenti pereant. Notabile quod dicit Strabo ex Eratosthene, τάχα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὸν πρότερον ἐπὶ τῆς θαλάττης ὄν: *fortassis etiam Ammonis templum aliquando in mari jacuisse, &c.*

182 *Desævit*] Valde vehementerque sævit: alias *desævit*, id est, placatur. Virg. 'Dum pelago desævit hyems.'

183 *Se posse putent*] Qui contra votum facti sunt potentes, non credunt se haberi pro potentibus, nisi dent indicia immoderatæ violentæque potestatis ac tyrannidis.

185 *Gemitus*] Quales ipsi verberatus emisit.

186 *Odit*] Vir generosus non odit, sed miseratur, quem punit, non sibi, sed legibus. At Eutropius odit, sicque atrocius punit illum quem verberat, quasi in illo vindicaret acceptas olim a suis dominis plagas.

187 *Pietate*] Nullo sensu amoris in filios aut cogatos.

In similes, animosque ligant consortia damni.
Iste nec eunuchis placidus: sed pejus in aurum
Æstuat. Hoc uno fruitur succisa libido.
  Quid nervos secuisse juvat? vis nulla cruentam
Castrat avaritiam. Parvis exercita furtis,
Quæ vastare penum, neglectaque sueverat arcæ
Claustra remoliri, nunc uberiore rapina
Peccat in orbe manus. Quicquid se Tigris ab Hæmo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum

similitudo malorum conciliat mentes. Iste neque mitis est *eunuchis, sed ardet deterius desiderio pecuniæ: cupiditas resecta potitur hac sola* pecunia. *Quid prodest amputasse nervos? Nullum ferrum resecat avaritiam crudelem. Manus* Eutropii *experta* in *furtis exiguis, quæ* manus *solita erat populari cellam, et expugnare ceram arcæ sepositam, nunc prædatur furto copiosiore, in mundo.* Secundum *id omne,* quo *Tigris separatur ab Æmo,* Eutropius *venditor regni* et *venditor*

Mazar. Med. quart. Exc. Læti et ed. Vicet. *natis generive* Moret. sec. *timet* Med. sec. *dementia* Vat. pr. m. pr.—189 *legant* Vat. pr. m. pr. *commercia* Jun. pr. *regni* Bonon. *damni* vel *regni* Put.—190 *iste* duo Leidd. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *Ille* vel *Iste* Exc. Læti. *Eunuchus* Farn. Vat. tert. m. pr. pro *pejus* Heins. conjecerat *pronus*.—191 *succensa* Ambr. pr. inc. Heins.—192 *nervos* Exc. Lucens. sec. *numeros* Put. Med. quart. ed. Vicet. *vis ulla* Bonon.—193 *amicitiam* Bonon. *exterrita* Pat.—194 *neglecta suëverat* ed. Vicet. *arcæ* Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Læti et Schott. *archæ* Exc. Lucens. pr. *arce* Med. pr. ed. Parm. *arte* Pal. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Leid. pr. Moret. sec. Thuan. Mazar. tres Petav. Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. *ante* Vat. sec. *arte* vel *arce* Farn. *arcæ* vel *arte* Florent. Mazar. m. sec. *arche*, vel *arce*, vel *ante* Reg. Oxon. pr.—195 *non uberiore* Exc. Læti m. pr. item Ald. et Isingr. qui in margine *nunc* vel *num. nec* ed. Vicet. *nunc* duo Leidd. cum viginti quatuor scriptis, Exc. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *liberiore* Med. quart.—196 *Peccet in orbe manus?* Exc. Læti. *Portat* ed. Vicet. *Peccat* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *Peccat* vel *Parcat* Florent. *manus* Moret. pr. Exc. Gevart. *Hæmo* vel *imo* vel *Hermo* Oxon. sec.—197 *hic* Vat. quint. Med. quart. *mercede* Tholos.—198 *Institor* vel

NOTÆ

189 *Consortia damni*] Similitudo malorum, quæ quis pati potest, vel in se, vel in liberis, conciliat animos. Virgilius de Didone: 'Non ignara mali miseris succurrere disco:'

191 *Libido*] Est vel amoris in fœminas, vel in aurum. Sic *succisa libido*, id est, Eutropius succisos habens nervos libidinis in fœminas, retinet tamen nervos alterius libidinis et cupiditatis in aurum.

196 *Quicquid se dividit*] Est phrasis Græca: hoc est, κατὰ, secundum quicquid dividitur.

Tigris] Fluvius Armeniam, Assyriam, aliasque provincias alluens.

Hæmo] Vel *Æmo*. Hic est mons Thraciæ.

Institor imperii, caupo famosus honorum.
Hic Asiam villa pactus regit; ille redemit
Conjugis ornatu Syriam; dolet ille paterna
Bithynos mutasse domo. Suffixa patenti
Vestibulo pretiis distinguit regula gentes.
Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.
Si Lyciam tenuisse velis, tot millia ponas:
Si Phrygas, adde; parum. Propriæ solatia sorti

insignis magistratuum hoc exponit vendendum certo pretio. Hic moderatur Asiam emtam prædio: ille emit Syriam gemmis uxoris suæ: *ille gemit permutasse Bithyniam* cum *hæreditate paterna. Inscriptio præfixa* in *vestibulo aperto discriminat mercede* certa præfecturas *populorum. Galatæ vendantur tanto pretio, tanto Pontus, tanto Lydia. Si vis regere Lyciam,* oportet *ut solvas tot millia: si Phrygiam, adjice tantillum. Statuit signa* venditionis *esse publica* ad

Venditor Vat. pr. *imperiis* Var. LL. e marg. Parm. *campo* Oxon. sec. *caupo* vel *campo* Farn. m. pr. Exc. Læti. *formosus* Vat. quint.—199 *villam* Vat. pr. Farn. *Asia villam* Lov. *partus* vel *pactus* Farn.—200 *Conjugis Ematii* Ambr. pr. *Syriam* vet. Gyr. Vat. Livin. *Thiriam* Lov. *Tiriam* Bonon. Pat. *Tyriam* Vat. tert. m. pr. Leid. pr. Oxon. sec. Put. Reg. duo Petav. Moret. sec. Med. sec. et quart. Ald. Exc. Gevart. De *Provinciis venditis* Lamprid. in Commodo. p. 51. l. 15. in Heliogabalo p. 103. *paternam Bithinis m. domum* Pric. *paternas domos* Vat. quint. Moret. sec. *paternam domum* Jun. pr.—201 *Bithinios* Leid. sec. *Bithynios* Vat. sec. Moret. sec. *Bithyniis* Thuan. *Bithynas domos* Petav. pr. m. pr. *domo* Exc. Lucens. sec. *domi* ed. Vicet. *domu* Leid. pr. Oxon. sec. Lov. Petav. sec. m. pr. Bonon. Tholos. Med. tert. duo Ambr. *petenti* Ambr. tert. *potenti* Leid. pr. et viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *patenti* vel *potenti* Leid. sec.—202 *cedula* Pat. unde *schedula* conjiciebat Heinsius. Rubenius in Epistola ad Heinsium *tegula* conjiciebat, ut alludat auctor ad *laterculum honorum*, de quo Cedrenus, Ἡ παρ' Ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος, λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται· ἣν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' οὗ τότε τῶν βουλευτῶν καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο· nihil tamen mutandum censuit. *Regula* enim hic ipsi erat *Catalogus, κανών.*—203 *erat* Put. *erit* Med. tert. inc. Heins. *arat* Farn. *eant* legit Heinsius. *Libya* Lov.—204 *Si Lituam* Jun. pr. m. sec. *Siliciam* Leid. pr. *Ciliciam* ed. Vicet. *Si Libyam* Vat. sec. *Siciliam* Pric. Farn. Pat. Tholos. Ambr. pr. Leid. sec. Jun. pr. m. pr. Exc. Gevart. *Si Lyciam* vel *Siciliam* Moret. pr. Vat. tert. *domuisse* inc. Heins. m. pr. *pones* duo Vatt. Pal. Med. pr. *pendas* Pat. *ponas* vel *pendas* Farn.—205 *Phrygiam* Thuan. *Phryges* Mazar. *Stygas* Var. LL. ed. Antv. *abde* Rott. *adde. parum est.* Vat. pr. *propriæ* Exc. Lucens. sec. *duræ* Farn. Exc. Pat. rec. ed. Vicet. *mortis* Med. sec. m. pr. *sortis* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Vat. Livin. Exc. Læti. *forti*

NOTÆ

198 *Institor*] Est qui a mercatore negotiationi alicui præpositus est.

201 *Bithynos*] Bithynia est regio minoris Asiæ, sicut Syria, Galatia, Lycia, Phrygia, Lydia.

Suffixa regula] Inscriptio est, quæ denotat pretium præfecturarum, ut inscriptio cauponum denotat pretium vini.

203 *Eat*] In possessionem mercantis.

Communes vult esse notas, et venditus ipse
Vendere cuncta cupit. Certantum sæpe duorum
Diversum suspendit onus: cum pondere judex
Vergit, et in geminas nutat provincia lances.
Non pudet, heu Superi, populos vænire sub hasta?
Vendentis certe pudeat. Quid jure sepultum
Mancipium tot regna tenet, tot distrahit urbes?
Pollentem solio Crœsum victoria Cyri
Fregit, ut eunucho fluerent Pactolus et Hermus?

consolationem suæ conditionis, et ipse venditus, expetit vendere omnia: frequenter pendit pretium varium duorum æmulorum, et mox ipse *judex inclinat cum onere* graviore, *et provincia* regenda *pendet in libram alterutram. Pro Dii! non pudet* vos, *gentes vendi sub hasta? Venditor quidem* ipse *erubescat. Quid? Servus mortuus* civili *jure possidet tot imperia, vendit tot oppida? Triumphus Cyri dejecit imperio Crœsum potentem, ut Pactolus et Hermus fluerent* pro

Bonon. *sorti* duo Leidd. et sedecim alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. Ald.—207 *jubet* Ambr. tert. *petit* Florent. *parat* Moret. sec. *certat tum* Put.—208 *suspendit* vel *supponit* Exc. Læti. *ponderis index* Scalig. —209 *Pendit* vel *Vergit* Put. *nutat provincia* Exc. Læti et Lucens. sec. *vertit* ed. Vicet. *señ̃a* [i. e. *sententia*] Jun. pr. *provincia* vel *sententia* Reg. duo Oxon. vid. Herald. not. in Minucium p. 7. ed. Leid. Elmenhorst. et Agapet. admonit. 41.—210 *Non pudet* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti. *Nec pudet* Leid. sec. *Num pudet* Mazar. *Non pudor* Oxon. pr. *Num pudor* volebat Heins. *venire* Florent. inc. Heins. Leid. pr. Med. tert. Exc. Lucens. sec. item Var. LL. e marg. Parm. Gesn. ed. Bipont. et Kœnig. *vænisse* Vat. Livin. *veniisse* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *venire* vel *venisse* Vat. pr. *sub hasta?* cum nota interrogationis, Mazar. *sub hastam* Pat.—211 *Vendentes* Med. quart. *Vendentis* duo Vatt. Exc. Læti. Rubenius ita distinguit, *Vendentis c. pudeat, qui jure, &c. quod jure* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *quid* Mazar. *qui* vel *quo jure* Vat. pr. m. pr. Exc. Læti. *quid* vel *quo* legebat Heinsius. deest hic versus Flor.—211 *potentum* vel *sepultum* Oxon. sec.—212 *jura* Vat. sec. Pal. Med. pr. *rura* leg. Heins. *distrahat* Put. *possidet* inc. Heins. *distrahit* vel *destruit* Vat. pr. *detrahit* vel *destruit* Moret. sec.—213 *Pallentem* Jun. et Oxon. pr. *Drusum* pro *Crœsum* Vat. pr. m. pr. *curis* pro *Cyri* Jun. pr.—214 *in Eunucho* Tholos. *flueret* Vat. pr. Jun. et Oxon. pr.—216 *proscripto* Pat.

NOTÆ

206 *Communes*] Vult quasdam esse notas publicas, quibus posset vendere omnia; sicque solatur se, qui toties alias venditus est.

210 *Non pudet*] Antiqui res male succedentes Diis exprobrabant.

Sub hasta] Ex more hasta præfixa, res, servi vendebantur.

211 *Sepultum*] Servus jure civili mortuus, ut qui est in domini potestate.

213 *Solio*] Imperio: signum pro re signata.

214 *Pactolus et Hermus*] Fluvii auriferi Asiæ minoris, Lydiam Crœso regnatam alluentes.

Attalus hæredem voluit te, Roma, relinqui;
Restitit Antiochus præscripto margine Tauri;
Indomitos curru Servilius egit Isauros;
Et Pharos Augusto jacuit, vel Creta Metello,
Ne non Eutropio quæstus numerosior esset?
In mercem veniunt Cilices, Judæa, Sophene,
Romanusque labor, Pompeianique triumphi.
Quo struis hos auri cumulos? quæ pignora tantis
Succedent opibus? nubas ducasve licebit;
Nunquam mater eris, nunquam pater. Hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. Te grandibus India gemmis,

Eunucho? Attalus voluit constitui te hæredem, o *Roma: regnum Antiochi terminatum est limitibus præfixis Tauri* montis; *Servilius duxit* in *curru* triumphali *Isauros invictos, et Ægyptus subacta est* ab *Augusto, vel Creta* a *Metello, ne non lucrum copiosius foret Eutropio? Cilices, Judæa, Sophene,* et fructus *laboris Romanorum, et victoriarum Pompeii computantur pro pretio. Quo fine aggeris hos acervos auri? Qui filii adibunt tantas divitias,* o Eutropi? * * *India* locupletet *te unionibus magnis,*

præscriptos Tholos. *præscripti* conjiciebat Heinsius. *Mauri* inc. Heins.—217 *Indomitus* Oisel. *cursu* Pat. Tholos. *Serviles* Var. LL. ed. Antv. *Isauras* Exc. Læti m. sec. *Hisauros* Vat. sec.—218 *his Creta* Exc. Pat. rec.—219 *Nec non* Med. pr. et sec. m. pr. ed. Vicet. *Venit* pro *Ne non* Moret. sec. *quæstor* Jun. pr.—220 *In merces* Exc. Læti m. pr. *In lapidem* Oxon. pr. *In mercem* Exc. Schott. in quibus ascriptum, Ætna p. 50. *mercem* vel *lapidem* Petav. sec. *Sophone* Leid. sec. m. sec. Jun. pr. Moret. sec. Pal. Farn. Florent. Put. Petav. sec. tres Vatt. totidem Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—221 *Romanosque* Vat. pr. *Pompejanusque triumphus* Pat. *trophæi* Moret. sec. m. pr.—223 *Succedent* Leid. sec. et sedecim alii Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *Succedunt* Pric. duo Medd. *Succedant* Reg. *ducasve* Exc. Lucens. pr. *ducasne* ed. Vicet. *ducasque* inc. Heins. Exc. Læti. m. pr. *ducas nubasve* Tholos. Ambr. pr.—226 *pholiis*

NOTÆ

215 *Attalus*] Ditissimus Pergami Rex, Populum Romanum instituit hæredem. *Luxus Attalicus,* id est, maximus.

216 *Tauri*] Montis Ciliciæ, cujus finibus terminatum est regnum Antiochi, qui magnam Asiæ partem tenebat.

217 *Isauros*] Populos Ciliciæ, quorum arx *Isaurus* dicta, latrociniis famosa: hanc subegit Servilius, inde dictus *Isauricus.*

218 *Pharos*] Parva olim Nili insula; ponitur pro Ægypto, seu Alexandriæ regno, quod Augustus, victis Antonio et Cleopatra, occupavit.

Creta] Cretam insulam domuit Metellus, et hinc *Creticus* dictus est.

220 *In mercem veniunt*] Computantur pro pretio, venduntur.

Sophene] Regio Asiæ, sicut et Judæa.

225 *Grandibus gemmis*] Pretiosioribus; nam gemmæ quo majores eo

Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum sic urget egestas,
Ut velit Eutropii fortunam et membra pacisci.
Jamque oblita sui, nec sobria divitiis mens;
In miseras leges hominumque negotia ludit.
Judicat eunuchus. Quid jam de Consule miror?
Prodigium, quodcumque gerit. Quæ pagina lites
Fœmineas meminit? quibus unquam sæcula terris

Arabes locupletent te aromatis, te Seres velleribus: nemo est *tam pauper, mendicitas ita vexat neminem, ut velit habere opes Eutropii cum corpore* ejus. *Et jam animus immemor sui, et ebrius opibus, ludibrio* habet *leges afflictas, et res mortalium. Eunuchus judex est. Quid jam admiror de Consule? Quicquid facit, monstrum est. Quæ historiæ testantur litigationes muliebres? quibus* in *regionibus*

Tholos. *spoliis* marg. Isingr. *Arabes.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Moret. pr. *ditent.* cum στιγμῇ, Pat. *te ditent* Vat. tert. *e vellere* Oxon. pr. *et vellere* Vat. pr.—227 *adeo est* Jun. pr. *urget* Vat. pr. Oisel. Med. tert. Reg. Mazar. Ambr. sec. Exc. Læti et Lucens. sec. *coget* Vat. sec. Pal. Farn. Med. pr. Moret. pr. duo Petav. Bon. Pat. Ambr. pr. Oxon. sec. Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *cogit* duodecim alii, et ed. Parm. *coget* vel *urget* Put.—228 *formam* Pal. Florent. Med. pr. *Eunuchi fortunam* Ald.—229 *non sobria* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *de vitiis* Oxon. sec.—230 *En miseras* conjecerat primum Heinsius, sed postea improbavit, ascripto vs. 190. 'pronus in auram Æstuat.' *mentes* Med. quart. *ludit* Exc. Lucens. sec. *venit* ed. Vicet. *vegit* vel *ludit* Mazar. Exc. Pat. rec.—231 *quidnam* Exc. Læti. *quid tam* Rott. *tantum Consule mirum* Thuan. *mirer?* leg. Heins.—232 *Prodigium* Vat. quint. Farn. Oxon. pr. *Prodigium est* tres Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *quocumque* Farn.—233 *Sic actas* pro *fœmineas* Vat. Livin. marg. Isingr. et lib. Barth. Philetaeros rex Eunuchus. Lucian. p. 914. *Sic ætus* et emend.

NOTÆ

pretiosiores. Sic Julius Cæsar pondus gemmarum exigebat in Britannia.

226 *Foliis*] Odoratis, ex quibus fiebant aromata, seu unguentum foliatum.

Seres] Populi Asiæ, qui ex arboribus depectunt lanuginem quandam admirabilem. Supra de III. Cons. Hon. vs. 210.

228 *Fortunam et membra pacisci*] Tamen, florente Eutropio, multi se eunuchos fecerunt, ut eunuchi eunucho fierent jucundiores, sicque ad honores pervenirent. Quid non mortalia pectora cogis, Ambitio!

231 *Judicat*] Ita divitiis est ebrius, ita obcæcatus, ut judicet per ludum, et res humanas ludibrio habere videatur.

232 *Lites fœmineas*] Fœminas in Senatum venire nefas erat; et inferis ejus caput devovebatur, qui mulieri auctor erat hujus violandæ legis. Valerius Maximus. Dido tamen ex Virgilio, Jove permittente, 'Jura dabat, legesque viris.' Huic Jupiter, 'Justitiaque dedit gentes frænare superbas.' Et Justinianus Theodoram uxorem ad Reipub. consilia adhibuit, &c.

Eunuchi videre forum? Sed ne qua vacaret
Pars ignominia, neu quid restaret inausum,
Arma etiam violare parat, portentaque monstris
Aggerat, et secum petulans amentia certat.
Erubuit Mavors, aversaque risit Enyo
Dedecus Eoum; quoties intenta sagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quoties belli pacisque recurrit,
Alloquitur Getas. Gaudet, cum viderit, hostis,

Senatus Eunuchi spectatus est unquam per *ætates* omnes? *At ne qua pars careret infamia, neve quid remaneret intentatum, apparat quoque polluere arma, et vesania impudens* Eutropii *accumulat prodigia prodigiis, et pugnat secum. Puduit Martem; et Enyo fastidiens irrisit ignominiam Orientis; quoties* ille Eutropius *Amazon vetula indulgens telis, et micans pharetra exercetur; vel quoties redit moderator belli et pacis, et affatur Getas. Hostis, cum aspexerit*

Sic actas Vat. pr. *novit* Moret. sec. *fœdera* Med. tert.—235 *ignominia* Rott. duo Med. inc. Heins. *ignominiæ* Leid. pr. cum octodecim scriptis, Exc. Lucens. sec. item Cod. Rhem. *ignominia* vel *ignominiæ* Vat. pr. Med. pr. *nec quid* Pric. *ne* plurimi Codd. Exc. Læti, ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *inusum* Petav. sec. Med. tert. *inausum* vel *inusum* Oxon. sec.—236 *monstrum* Vat. pr. *monstri* Farn.—237 *Augerat* Jun. pr. *Aggregat* Bonon. Exc. Læti, et ed. Vicet. *Aggerat* Leid. pr. et triginta fere alii, Exc. Lucens. sec. et ed. Parm.—238 *aversaque* Vat. pr. Pric. Florent. Med. tert. Petav. pr. Reg. Oxon. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. duo Ambr. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *adversaque* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. *in Hæmo* pro *Enyo* Rott. —239 *Eoum:* Lov. *Eoum.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Moret. pr. Put. duo Petav.—240 *pharetris* Ambr. pr. Pat. *surgens* Farn. *exerceret* ed. Vicet. *exercetur* vel *exercebat* Exc. Læti.—241 *cucurrit* Med. tert. *requirit* Petav. sec. *recurrit* vel *cucurrit* Exc. Læti.—242 *Alloquiturve* Pric. Oisel. Vat. Livin. Ambr. pr. Petav. tert. Med. quart. Put. Pat. *Getis* Vat. tert. m. pr. *hostes* Jun.

NOTÆ

234 *Ne qua pars*] Rerum humanarum, quarum pars est bellum, arma.

236 *Violare*] Quasi Eunuchus profanaret Marti virisque sacra: hæc tamen gloriose gessit Narses Eunuchus, Gothis expulsis, et Totila interfecto, legum vindex, Romæ reparator, Christianæ fidei custos acerrimus; sed hic fuit post Claudiani tempora.

237 *Amentia certat*] An judicet, an arma gerat: utrumque in Eunucho ait insanum esse.

238 *Enyo*] Bellona soror Martis, vel ancilla.

240 *Amazon*] Sic dicitur ab ἀ, *sine*, et μάζος, *mamma*, quod Amazones sibi mammam exurerent, quo forent vibrandis sagittis habiliores.

242 *Getas*] Getæ et Gothi unum et idem sunt; sed *Getæ* nomen, quia lenius, Romani usurpare malunt.

Et sentit jam deesse viros. Incendia fumant:
Muris nulla fides: squalent populatibus agri,
Et medio spes sola mari. Trans Phasin aguntur
Cappadocum matres, stabulisque abducta paternis
Caucasias captiva bibunt armenta pruinas,
Et Scythicis mutant Argei pabula sylvis.
Extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes
Flos Syriæ servit: spoliis nec sufficit atrox
Barbarus: in cædem vertunt fastidia prædæ.

eum, *lætatur et cognoscit jam non esse viros. Incendia fumant: nulla fiducia* in *muris, campi desolantur direptionibus, et spes una* est *in mari medio. Matres Cappadocum* captæ ab hoste *ducuntur trans Phasin, et armenta capta, abducta* ex *stabulis avitis potant nives Caucasias, ac permutant pascua Argæi* cum *nemoribus Scythiæ. Ultra paludes Cimmerias,* quæ sunt *munimenta Taurorum, juventus Syriæ serva est: neque crudeles barbari sufficiunt exuviis* referendis: *con-*

pr.—243 *Cum sentit* Petav. pr. *sensit* Mazar.—244 *Mauris* Med. tert. *Euris* Florent. *Mures* Vat. pr. *populantibus* Oisel. Reg. duo Oxon. ed. Vicet. Parm. Var. LL. ed. Antv.—245 *In medio spes sola* Med. quart. Ambr. pr. *In medio spes nulla* Sched. Gud.—246 *vates* Jun. pr. *adducta* Moret. pr. Put. *stabulis,* sine copula, Farn. Thuan. Oxon. pr. Pat. Ambr. pr. inc. Heins. *tabulis* Ambr. sec. *assueta* Thuan.—247 *armenta b. captiva* Reg.—248 *Aggæi* Tholos. *Algêi* tres Vatt. Rott. *Argeis* Jun. pr. *Argeïa pabula* legebat Heinsius.—249 *Ultra* Vat. sec. Med. quart. *Extra* vel *Ultra* Lov. Med. tert. *Cinifias* pro *Cimmerias* Pat. *Caurorum* Jun. pr. *palustres* Lov.—250 *Flos Syriæ servit* Exc. Læti. tres Med. totidem Petav. Lov. Thuan. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. *Flos Syriæ sævit* Sched. Gud. *Assyriis fervet* Put. Petav. pr. Mazar. Tholos. *Assyriis fervent* Reg. Pat. m. sec. *Assyriis servit* Vatt. duo item Vat. Livin. *Assyriis servit* vel *Flos Asiæ servit* Vat. pr. Oisel. Florent. *Flos Syriæ servit* vel *Assyriis fervent* Oxon. sec. *servit* Bon. duo Ambr. Moret. sec. *sevit* duo Ambr. *non sufficit* Med. quart. Tholos.—251 *incedit* pro *in cædem* Jun. pr. *vertit* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *vertunt* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

243 *Deesse viros*] Siquidem militat Eunuchus.

244 *Populatibus*] Gothi omnia populantur, pugnante contra Eutropio.

245 *Phasin*] Hic est fluvius Colchidis. De hoc supra.

247 *Caucasias*] Armenta pelluntur longe versus Caucasum, ob metum armorum Eutropii.

248 *Argæi*] Hic mons, pascuis nobilitatus, est Cappadociæ in minore Asia. Strabo, ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ, *sub Argæo monte omnium altissimo.*

249 *Cimmerias*] Cimmerii populi trans Pontum Euxinum, ita inter montes abscondnntur, ut apud eos densissimæ sint tenebræ; usque eos Homerus, teste Strabone, apud Inferos collocavit. Inde proverbium, 'Cimmeriæ tenebræ.'

Taurorum] Tauri sunt Sarmatiæ Europææ populi ad Bosporum Cimmerium; apud quos est Taurica Chersonesus.

Ille tamen (quid enim servum, mollemque pudebit?
Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris?)
Pro victore redit. Peditum vexilla sequuntur,
Et turmæ similes, eunuchorumque manipli,
Hellespontiacis legio dignissima signis.
Obvius ire cliens, defensoremque reversum
Complecti. Placet ipse sibi, laxasque laborat
Distendisse genas, fictumque inflatus anhelat,
Pulvere respersus tineas, et solibus ora
Pallidior, verbisque sonat plorabile quiddam
Ultra nequitiam fractis, et prælia narrat:

vertunt in stragem contemtum spoliorum. Et *tamen iste* Eutropius *(nam quid servus et effœminatus erubescet, et quis rubor poterit ardere in facie hujus?) revertitur quasi triumphator. Signa peditum comitantur* hunc, *et catervæ æquales,* scilicet *multitudo Eunuchorum, exercitus dignissimus vexillis Hellespontiacis. Cliens* cœpit *ire obviam, et amplexari propugnatorem redeuntem: ipse plaudit sibi, et conatur tumefacere genas pendulas, et tumidus simulat anhelitum:* habens caput *tineosum sparsum pulvere, et vultum pallidiorem calore, et dictis mollioribus ipsa mollitie pronuntiat aliquid lacrymabile, et recenset certamina; ac voce tremente*

Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *vertunt* vel *vertit* Vat. pr.—253 *vultu poterit* Vat. quint. Pric. Florent. Tholos. *potuit vultu* Put. *cultu* Med. sec. *poterit* duo Ambr. *potuit* plurimi Codd. Exc. Læti et Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. *superare* Exc. Gevart. *pudoris* tres Vatt. Bonon. Pat. Ambr. pr. Moret. sec. Petav. tert. Lov. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *ruboris* vel *pudoris* Petav. pr. Put. *Aut quid in hoc vili p. vultu flagrare pudoris* Jun. pr.—254 *peditum* Ambr. pr. Vat. Livin. *tum cum* Put. Reg. duo Petav. inc. Heins. *tunc cum* Pric. Med. tert. Bonon. Pat. Tholos. Oxon. sec. duo Ambr. Exc. Læti. Ald. cc Jun. pr. *tunc cum* vel *peditum* Vat. pr. *truncum* conjiciebat Heinsius, quia truncatus. *unum* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—256 Hic versus deest in Tholos. —258 *ille* Med. quart. *laxansque* Rott. *lapsasque* Petav. tert.—259 *Extendisse* Lov. Oxon. pr. *Contendisse* Vat. quint. Oisel. Reg. et Vat. pr. m. pr. *fractumque* Ambr. pr. *victumque* conjiciebat Heins. *anhelas* Jun. pr. *hanelat* Var. LL. ed. Antv.—260 *dispersus* inc. Heins. *tunicas* Exc. Gevart. *timeas* Jun. pr. *solibus* vel *sordibus* Med. sec. *sordibus oras Squallidior* legebat Heinsius.—261 *sena* Farn.—262 *Ultra* Exc. Læti. *Ultro* Med. tert. *Ultra* vel *Citra* Pric. *fractis* Exc. Lucens. sec. *fractas* Jun. pr. *factis* Med. tert.

NOTÆ

252 *Quid servum pudebit*] Serviles animæ pudoris nesciæ. Seneca: 'Optimum in adolescente signum verecundia.'

255 *Eunuchorum*] Militum inertissimorum duce Eutropio militantium.

256 *Hellespontiacis*] Eutropii digna legio, quæ militaret sub auspiciis Priapi infamis, qui natus ad Hellespontum.

259 *Fictum anhelat*] Non revera anhelat, sed fictum, seu ficto modo. Quasi multum laboris exhauserit.

262 *Nequitiam*] Hæc est amatoria mollities.

Fractis] Verbis mollibus addit fletum; verbis plusquam effœminatis.

Perque suam tremula testatur voce sororem
Defecisse vagas ad publica commoda vires.
Cedere livori, nec sustentare procellas
Invidiæ, mergique fretis spumantibus orat.
Exoretque utinam! Dum talia fatur, ineptas
Detergit lacrymas, atque inter singula dicta
Flebile suspirat: qualis venit arida socrus
Longinquam visura nurum: vix lassa resedit,
Et jam vina petit. Quid te, turpissima, bellis
Inseris, aut sævi pertentas Pallada campi?
Tu potes alterius studiis hærere Minervæ;
Tu telas, non tela, pati: tu stamina nosse,

testificatur per sororem suam vires defecisse ad utilitatem patriæ, se *cedere invidiæ, neque* posse *perferre tempestates æmulorum, et cupit submergi aquis frementibus. Et utinam exorasset! Dum dicit hæc, abstergit lacrymas stultas, atque inter verba omnia, suspirat flebiliter. Sicut socrus siticulosa advenit invisura nurum longinquam: ægre sedit fatigata, et jam postulat vinum. Quare misces te armis deformissima, vel experiris Palladem* in *arena terribili? Tu potes applicare* te *artibus alterius Palladis; tu* potes *ferre telas, non tela; tu ducere fila; tu sagax instare*

fictis vet. Gyr. ed. Vicet.—263 *suum dolorem* Jun. pr.—264 *commoda publica* Ambr. pr.—266 *jungique* Ambr. pr. *spirantibus* Pat.—267 *ineptus* Vat. pr. —268 *Detergit* Vat. quint. Pal. Farn. *Deterget* Leid. pr. cum septemdecim aliis, et Exc. Lucens. sec. *Detergeret* Vat. pr.—269 *horrida* Vat. quint.—270 *Longævam* Vat. quint. *laxa* Lov. Var. LL. ed. Antv. *recedit* Thuan. duo Petav.—271 *turpissime* tres Vatt. Rott. *turpissima* Pal. Farn. Med. pr. Moret. pr. *turpissime* vel *turpissima* Florent.—272 *sævis* Mazar. *et sævis* Jun. pr. duo Petav. *Seiis* et emend. *Medis* Vat. tert. *sævis campis* Vat. pr. Pal. Farn. Rott. Tholos. Vat. Livin. Exc. Læti. *sævi campi* Florent. Jun. pr. duo Oxon. Put. Reg. Thuan. Med. tert. tres Petav. tres Ambr. Bonon. Pat. Lov. inc. Heins. Ald. Sched. Gud. *prælia* pro *Pallada* Vat. tert. Reg. Thuan. Petav. tert. duo Oxon.—273 *anterius* Ambr. tert. *alterius* vel *alternis* Reg. —274 *Et telas* Leid. pr. et viginti quatuor alii, Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *sequi* Pal. Med. pr. *nosti* Leid. pr. *nosce* Ambr. tert. *nosse* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *nesse* Heins. Gesn. et

NOTÆ

263 *Sororem*] Per uxorem suam, quacum vivebat ut cum sorore.

266 *Mergique*] Optat mergi, et devovet caput suum ad fidem dictis faciendam.

267 *Exoretque utinam*] Eutropius orat se submergi; et utinam exoret, hoc est, obtineat quod petit. Sic enim infelicitas publica in caput ejus converti putabitur.

271 *Turpissima*] Sic compellat Eutropium, qui similis est vetulæ turpissimæ.

272 *Sævi pertentas Pallada campi*] Hypallage: id est, experiris sævum campum Palladis armorum præsidis; vel experiris Palladem, sævi campi seu belli præsidem.

273 *Alterius Minervæ*] Quæ præest telis atque lanificiis.

274 *Tu telas, non tela, pati*] Sic Sophia Justiniani Imperatoris conjux

Tu segnes operum solers urgere puellas,
Et niveam dominæ pensis involvere lanam.
Vel, si sacra placent, habeas pro Marte Cybeben:
Rauca Celænæos ad tympana disce furores.
Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu,
Inguinis et reliquum Phrygiis abscindere cultris.
Arma relinque viris: geminam quid dividis aulam,
Conarisque pios odiis committere fratres?
Te magis, ah demens, veterem si respicis artem,
Conciliare decet. Gestis pro talibus annum

virginibus pigris ad laborem ; tu potes *implicare* pro *domina lanam albam* ad *opus faciendum. Aut si sacra grata sunt* tibi, *eligas Cybelen pro Marte. Edisce vesaniam Phrygiam ad tympana stridula: permittitur* tibi *gestare Cymbala, et quatere sinum pinu.* * * *Relinque bella viris. Quare turbas Regiam duplicem, et tentas armare fratres pios* in *odia* mutua? *convenit tibi potius, heu insane, conciliare, si spectas artem tuam antiquam. Pro factis similibus, Eutropius postulet consulatum,*

ed. Bipont. *nesse* vel *Serum* Vat. quint.—276 *victam* pro *niveam* Med. tert. Put. m. pr. *tinctam* Pric. Ambr. sec. inc. Heins. *junctam* Med. pr. Ambr. pr. *vinctam* Leid. pr. cum tredecim aliis, Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *vinctam* vel *tinctam* Oxon. sec. *niveam* vel *vinctam* Vat. pr. *evolvere* Vat. sec. *inf'ng'e* Jun. pr. *lanam* vel *lænam* Oxon. pr. Reg. cum Glossa. Virgil. 'Tyrioque ardentem murice lænam.'—277 *At si* Med. quart. *sacra* vel *tela* Vat. pr. *adeas* conj. Heins. *Matre* Vat. pr. *Cybellen* Vat. sec. m. pr. item edd. Heins. Gesn. et Bipont. *Cybelen* Ald. Exc. Læti. *Cybelem* tres Vatt. Pal. Oisel.—278 *Celenæos* Exc. Læti. *Cileneos* Oxon. pr. *Cibeleos* Jun. pr. *Cibelæos* vel *Celæneos* Petav. tert.—279 *disce* Vat. pr. *pectus* sine copula, Vat. quint. Pric. Exc. Læti. *allidere* vet. Gyr. nam et *pectus pinu illidebant* Isidis sacerdotes. Lamprid. in Commodo. vid. Casaub. p. 96. et Salmas. de Dendrophoris in Indice.—280 *abscindere* Petav. pr. *occidere* Pat. *abscidere* Oisel. Med. tert. Put. Thuan. Bonon. Ambr. pr. Petav. tert. ed. Vicet.—281 *viro* Rott.—282 *Conarisve* Vat. sec. *odio* Thuan.—283 *O demens* Jun. pr. Tholos. Petav. pr. Vat. quint. *a demens* Vat. pr. Exc. Læti. *ha demens* Leid. pr. Vat. sec. Pal. Rott. Florent. duo Oxon. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. totidem Moret. inc. Heins. *conspicis* Reg. *arcem* Tholos.—284 Heinsius ascripserat locum Ovid. I. Amor. Eleg. XIII. 42. 'Num me nupsisti con-

NOTÆ

Narsen eunuchum ad fusum et telas contumeliose vocabat: at ille Longobardis in Italiam accitis telam orsus est, quam nemo potuit dissolvere.

275 *Urgere puellas*] Quod officium eunuchorum est in Gynæceis, sive atriis mulierum.

277 *Cybeben*] Cujus sacris destinati semiviri.

278 *Celænæos*] Phrygios: 'Celænæ urbs, caput quondam Phrygiæ fuit.' Livius. Strabo agnoscit in Troade Κελαινὰς κώμην, *Celænas pagum.* In Phrygia, Cybeles celebrabantur sacra furiosa, in quibus Galli furentes sibi sinum pinu quatiebant, et omnes corporis partes gladiis deformabant.

282 *Pios fratres*] Arcadium et Honorium, inter quos ista vulpes Alecto pejor semina discordiæ jaciebat.

284 *Conciliare*] Fœminas viris, lenonis est, cujus alias Eutropius artem exercebat.

Flagitet Eutropius, ne quid non polluat unus;
Dux acies, judex prætoria, tempora Consul.
Nil adeo fœdum est, quod non exacta vetustas
Ediderit, longique labor commiserit ævi.
Œdipodes matrem, natam duxisse Thyestes
Cantantur: peperit fratres Jocasta marito,
Et Pelopea sibi. Thebas ac funera Trojæ
Tristis Erechthei deploret scena theatri.

nequid non solus contaminet, Ductor exercitus, Judex Senatum polluat, *Consul annum. Nihil tam turpe est, quod antiquitas præterita non produxerit, et* quod non *series longæ ætatis admiserit. Œdipus memoratur duxisse matrem, Thyestes filiam; Jocasta genuit fratres conjugi* suo Œdipo, *et Pelopea sibi. Scena miserabilis theatri Atheniensis luget Thebas, et fata Trojæ. Tereus transformatus est in*

ciliante seni?' vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 486.—285 *Flagitat* Vat. pr. m. sec. Pric. Exc. Læti. *Flagitet* Leid. pr. Jun. pr. duo Oxon. Moret. pr. et sec. m. sec. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Put. quatuor Med. Exc. Lucens. sec. *numquid* Med. tert. *ne* vel *non* Exc. Læti.—287 *fædum* Ambr. tert. *fœdum est* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *exhausta* duo Med. *voluntas* Med. tert.—288 *Ediderat* Tholos. *memor* pro *labor* Vat. quint. Med. sec. m. pr. *anni* Thuan. Oxon. pr.—289 *Œdopodas* Farn.—290 *Cantatur* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *Cantantur* Oisel. Bonon. Tholos. Leid. sec. Oxon. sec. duo Ambr. tres Petav. Exc. Lucens. sec.—291 *Thebas* Mazar. inc. Heins. *fratres* pro *Thebas* Pat. *labes* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Læti, Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Trojæ* vel *Thebas* Petav. tert. *Thebas* vel *labes* Vat. pr. Med. sec. Put. *Thebas* vel *tædas* Florent. *Thebes* conj. Heins. *ac funera* Vat. tert. Exc. Læti. *et funera* Rott. Mazar. Oxon. pr.—292 *Erictæi*

NOTÆ

Annum...tempora] Flagitat annum, id est, munus consulis, qui dominus est anni; sed hunc polluit Eutropius, simulque tempora, quæ dedecet ab eunucho gubernari.

287 *Exacta*] Hactenus acta, præterita vetustas.

288 *Commiserit*] Velut crimen aliquod: monstrum enim, naturæ Deorumque crimen et dedecus, appellabant.

289 *Œdipodes*] Laius Rex Thebarum discit ex Oraculo se occidendum esse a filio: hoc ut vitet, filium natum, pastori dat occidendum. Pastor misericors, perforatis pedibus, eum suspendit ex arbore: hinc nomen, *οἰδάω, tumeo; πούς, ποδὸς, pes;* inde enim pedes tumebant. Ab alio pastore suscipitur, et delatus ad Polybii Corinthiorum Regis uxorem, alitur: hic grandior factus patrem perquirit, et in quodam Phocensium tumultu patrem Laium incognitum occidit: mox interfecta Sphinge Thebas intrat, matremque Jocastam insciens uxorem ducit.

Thyestes] Frater Atrei Mycenarum Regis in Peloponneso.

291 *Pelopea*] Filia Thyestis ex suo patre peperit sibi fratrem Ægisthum.

Thebas] Thebarum casus et calamitates.

292 *Erechthei*] Atheniensis, ab Erechtheo alias Rege.

In volucrem Tereus, Cadmus se vertit in anguem.
Scylla novos mirata canes. Hunc arbore figit,
Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit,
Hunc solvit fluvio. Nusquam spado Consul in orbe,
Nec judex ductorve, fuit. Quodcumque virorum
Est decus, eunuchi scelus est. Exempla creantur,
Quæ socci superent risus, luctusque cothurni.
Quam pulchre conspectus erat, cum tenderet artus

avem, Cadmus in serpentem: Scylla obstupuit canes novos ex se natos: *fabula hunc* factum *arborem plantat, extollit illum pennis, hunc operit squamis, illum liquefacit* in *fluvium. Nusquam eunuchus extitit Consul in mundo, neque Judex, neque Dux: quicquid honestum est viris, crimen est eunucho; exempla producuntur, quæ vincant facetias comœdiæ, et tristitiam tragœdiæ. Quam belle* Eutropius *aspicie-*

duo Vatt. Pal. *Eritrei* Moret. pr. *Erithei* Moret. sec. *Aristei* Pric. *Arictei* Jun. pr. *Eristei* Oxon. sec. *cœna* Rott. Oisel. Leid. sec. Med. tert. Put. duo Petav. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *cena* Moret. sec. Hi duo vero versus in Thuan. desiderantur.—294 *mutata* Oisel. Oxon. pr. *mutata* vel *mirata* vel *imitata* Vat. pr. *hanc* Florent. *hunc* Vat. Livin. *hanc* vel *hunc* Ald. *signat* Vat. quint. *fingit* Lov. Bonon. Pat. Put. Thuan. Leid. sec. m. pr. Med. sec. m. pr. duo Oxon. et Petav. Exc. Gevart. *finxit* Pric. *figit* vel *figunt* Vat. tert.—295 *Flebat* pro *Elevat* Vat. pr. m. pr. *Revehit* Med. quart. *Evehit* Exc. Gevart. *hanc* Vat. tert. Florent. *hunc* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. *plumis* Mazar. *pluma* duo Leidd. et Oxon. Jun. pr. Put. Reg. ambo Moret. Lov. tres Petav. Ald ed. Plantin. item Var. LL. ed. Antv. *hanc fabula* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. *vertit* Mazar.—296 *Hunc* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. cum glossa, i. e. *Marsyam* Tholos. tres Ambr. Exc. Læti. *hunc* Ms. Delr. *hunc* ubique habent edd. Vicet. Parm. Demst. Cæsii, Elzev. Barth. ter *hanc* et quarto loco *hunc* Ald. Junt. Colin. contra ter *hunc* et quarto loco *hanc* Ising. Gryph. Claver. primo vero loco *hunc*, deinde ter *hanc* ed. prim. Heinsii. *numquam* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. *nusquam* Reg. Oxon. pr. *in urbe* Farn. m. pr.—297 *ductorque* Pal. Med. pr. Tholos. *ductorve* Exc. Læti. *quodcumque* Exc. Lucens. sec. *quicumque* ed. Vicet.—298 *Eunuchi* tres Vatt. Farn. *Eunuchis* Vat. sec. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm.—299 *socii usus* pro *socci risus* Jun. pr. *superant* Leid. pr. Ambr. sec. Med. tert. Pat. inc. Heins. *luxusque* Pat.—300 *pulchre*

NOTÆ

293 *In volucrem*] In Upupam Tereus mutatus est, ob Philomelam uxoris suæ Prognes sororem constupratam.

294 *Scylla*] Se lavans in fonte, a Circe zelotypa infecto, vidit inferiores corporis partes in rictus caninos transformatas, seque in mare præcipitans, versa est in gurgitem cognominem. Fuit et alia Scylla Nisi filia in alaudam mutata.

Arbore figit] Ut Daphnen, Myrrham.

295 *Pluma*] Ut Cycnum, qui rex erat Ligurum, qui morte Phaëthontis contabuit, et versus est in avem cognominem; ut etiam Picas, quæ erant Pieri filiæ, et quæ ob garrulitatem in picas conversæ sunt.

Squamis] Ut Glaucum.

296 *Solvit fluvio*] Ut Proteum illum, qui ex Virgilio: 'Omnia transformat

Exsangues onerare toga; cinctuque gravatus,
Indutoque senex obscœnior iret in auro!
Humani qualis simulator simius oris,
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velavit, nudasque nates ac terga reliquit,
Ludibrium mensis. Erecto pectore dives
Ambulat, et claro sese deformat amictu.
Candida pollutos comitatur Curia fasces,
Forsitan et Dominus: præbet miracula lictor

batur, cum conaretur operire veste consulari *membra exsucca, et oppressus vestimento, ac vetulus turpior incederet in* vestibus *aureis indutis. Sicut simius imitator vultus hominis, quem puer illudens texit ornatu divite Serum, ac deseruit clunes nudatos et terga ludibrium* futurum *convivis:* simius *locuples ingreditur sinu sublato, et deturpat se veste insigni. Senatus albatus sequitur fasces contaminatos* ab Eunucho: *et forte dominus* sequitur. *Lictor clarior consule monstrat prodigia:*

Vat. pr. duo Leidd. et Oxon. *pulcher* duo Vatt. Farn. Pric. Petav. pr. Moret. sec. Ambr. tert. Tholos. duo Med. *ornatus* Med. quart. *tonderet* Jun. pr. *arcus* Tholos. Ambr. sec.—301 *onerante* Florent. m. pr. Pat. Exc. Lucens. pr. *ornante* Ambr. sec. Med. tert. *ornare* duo Leidd. et octodecim alii, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *ornare* vel *onerare* Put. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Læti. *onerare* vel *onerante* Vat. pr. *cinctusque* Petav. tert. m. pr. *cinctuque* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. ed. Kœnig. *cinctumque* Jun. pr. *cinctuque* vel *cinctusque* Reg. *gravatur* Vat. tert. *gravatus* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *gravatur* vel *gravatus* Oxon. pr. *cinctumque gravatos* Gesn. *cinctuque gravatos* ed. Bipont.—302 *Inductoque* Vat. sec. et tert. m. pr. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Indutoque* duo Med. Petav. pr. Tholos. Ambr. sec. Moret. sec. Vat. Livin. inc. Heins. *iret obscenior* Rott.—303 *similator* Tholos. *imitator* Jun. pr.—304 *adridens* Vat. quint. *ah ridens* Rott. *irridens* legit Heinsius. *abridens* Med. sec. *flumine* Exc. Læti m. pr. *rectum* pro *Serum* Med. tert.—305 *nudasque genas* Farn. m. pr. *at terga* Rott. *relinquit* Oisel. Leid. pr.—307 *in actu* pr. *amictu* Jun. pr. —308 *Candida* vel *Callida* Moret. pr.—309 *dominus* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel.

NOTÆ

sese in miracula rerum, Ignemque horribilemque feram, fluviumque liquentem.'

301 *Gravatus*] Quasi ita macilentus atque infirmus foret, ut ne quidem togam ferre posset.

302 *Obscœnior*] *Obscenus* dicitur quasi *abs scena*, quod in scena et in theatro dici non debet, quia turpe: vel *obscœnus* deducitur ab *ob* et *cœnum*; vel ab *ob* et *cano*, hoc est, contra cano, quod sit verbum mali auspicii. Unde Virgilius dixit, 'Obscœnas volucres, obscœnamque famem.' Alii alia sentiunt.

304 *Serum*] Hi sunt populi extremæ Asiæ, mira arborum lanugine celebres, vel potius vermium in his arboribus stabulantium exuviis pretiosis divites.

307 *Sese deformat*] Optime, quo enim veste lautior est simius, eo turpior.

308 *Candida*] Albata, seu novis vestibus induta in honorem Consulis.

309 *Dominus*] Aliquis ex veteribus servi Eutropii dominis.

Consule nobilior, libertatemque daturus,
Quam nondum meruit, scandit sublime tribunal;
Atque inter proprias laudes Ægyptia jactat
Somnia, prostratosque canit se vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum spado Tiresias, enervatusque Melampus
Reptat, ab extremo referens oracula Nilo.
Obstrepuere avium voces: exhorruit annus

et Eutropius *largiturus libertatem, quam nondum promeritus est, conscendit tribunal altum, et inter elogia sua, ventitat deliria Ægyptia, et cantat Tyrannos debellatos, se* referente *vaticinia. Nimirum Bellona ultrix hæsit dubitans, dum Tiresias eunuchus, et Melampus eviratus arrepit, reportans oracula a Nilo ultimo. Garritus volucrum occinuerunt, annus horruit nomen, et Janus*

Exc. Læti. *dominis* Med. quart. vet. Gyr. *dns* Florent. duo Med. inc. Heins. Lov. Tholos. Put. Mazar. duo Petav. tres Ambr. *dnis* duo Vatt. Pric. Med. sec. Thuan. Petav. tert. Jun. pr. marg. Parm. *dns* vel *dnis* Oxon. pr.—311 *Quod* vel *Quam* Exc. Læti. *nondum* duo Vatt. Farn. Pric. Exc. Læti. *necdum* Leid. pr. et quindecim alii, Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. item ed. Bipont. *metuit* Gesn.—312 *laudes proprias* Vat. sec.—314 *velox* Ambr. pr.—315 *Malampus* Jun. pr.—316 *Rectat* Jun. pr. *Reptat* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Moret. sec. Exc. Gevart. *Raptet* Med. quart. *Raptat* Pric. Med. sec. m. sec. Bonon. Pat. Ambr. pr. Leid. sec. Oxon. sec. Lov. duo Petav. *Reptat* vel *Raptus* Reg. *Reptet* vel *Raptus* Oxon. pr. Exc. Læti. *eterno* Ambr. pr. *oblivia* vel *oracula* Vat. quint.—317 *Obstupuere* Put. Thuan. Reg. m. pr. Pat. Moret. sec. Oxon. pr. ed. Vicet. *Obstrepuere* vel *Obstupuere* Vat. pr. de strepitu hoc avium vid. Passerat. ad Propert. Lib. I. p. 221. *avium* Exc. Læti. *animi* Pric. *animo* Med. tert. *Arnus* Exc. Pat.

NOTÆ

310 *Libertatemque daturus*] More novorum consulum, quorum primus actus erat datio libertatis.

312 *Ægyptia somnia*] Theodosius contra Eugenium pugnaturus, misit Eutropium in Ægyptum ad quendam virum pium *Joannem* appellatum, qui cladem Maximi tyranni prædixerat. Ille vero prædixit quoque Theodosium victoriam relaturum esse, sed non incruentam; et paulo post in Italia obiturum. Quæ cum ita contigerint, nihil est quod *somnia* vocentur: sunt enim ea certe *Oracula*.

313 *Canit se vate*] Falsum igitur est ablativos, quos absolutos vocant, poni non posse, nisi rebus et personis differentibus. Ovidius, 'Me duce ad hunc voti finem, me milite veni.' Cicero: 'Quæ ornamenta etiam in sexto Clodio, te Consule, esse voluisti,' &c.

315 *Tiresias*] Sic vocatur Eutropius, quod Tiresias vates fuerit apud Thebanos, et utrumque sexum expertus fuerit.

Melampus] Nomen auguris apud Homerum.

316 *Reptat*] Quia magna est tarditas corporis enervati.

317 *Obstrepuere*] Aves testatæ sunt suo strepitu aversari Consulem eunuchum, velut rem portentosam.

Annus] Anni nominabantur a Con-

Nomen, et insanum gemino proclamat ab ore,
Eunuchumque vetat fastis accedere Janus.
Sumeret illicitos etenim si fœmina fasces,
Esset turpe minus. Medis levibusque Sabæis
Imperat hic sexus, reginarumque sub armis
Barbariæ pars magna jacet. Gens nulla probatur,
Eunuchi quæ sceptra ferat. Tritonia, Phœbe,
Vesta, Ceres, Cybele, Juno, Latona coluntur:
Eunuchi quæ templa Dei, quas vidimus aras?
Inde sacerdotes: hæc intrat pectora Phœbus:
Inde canunt Delphi. Trojanam sola Minervam
Virginitas Vestalis adit, flammasque tuetur.

vociferatur ore duplici horrendum esse, *ac prohibet eunuchum admovere* se *fastis. Nam si mulier usurparet fasces vetitos, minus pudendum foret. Hic sexus dominatur Medis et Sabæis celeribus, et pars magna Barbariæ subjecta est armis Reginarum. Nullus populus memoratur, qui patiatur imperium eunuchi. Pallas, Luna, Vesta, Ceres, Cybele, Latona adorantur. Quæ delubra sunt Dei eunuchi? Quæ conspeximus altaria? Inde sacerdotes: Apollo ingreditur hæc corda: inde Delphi vaticinantur. Una virginitas Vestalis accedit* ad *Minervam Trojanam, et custodit*

rec.—318 *Nomen* vel *Omen* Exc. Læti. *ut insanum* Med. tert. *insano geminum* Exc. Cod. Rhem. *orbe* Vat. pr. Oisel. Florent. *orbe* vel *ore* Vat. tert. Reg. Oxon. pr.—319 *fatis* Med. tert. *tristis* Farn. *fastis accedere fastis* Leid. sec. *Janus accedere fastis* Vat. Livin. Ald. *tantis acc. fastis* Reg. *tantis* pro *Janus* Pric. Med. tert. Bonon. Tholos. Oxon. sec. *Janus* vel *tantis* Leid. pr. Oxon. pr. —320 *Illiricos* Jun. pr. *fastus* Ambr. sec.—321 *Esset turpe minus* Moret. pr. Exc. Gevart. *mediis* Ald. *levibusque* Tholos.—323 *probatur* duo Moret.—324 *regna* Thuan. *gerat* Ambr. sec.—325 *Vesta* Med. pr. inc. Heins. Mazar. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Terra* duo Leid. et viginti alii, item Exc. Gevart. *Terra* vel *Vesta* Vat. pr. Oisel. Lov. *Tellus* pro *Juno* Lov. m. pr.—326 *Eunuchis q. t. Deis* Vat. quint.—327 *intrat hæc* Farn. *intret* Petav. tert. *intratque hæc* Exc. Gevart. *hæc inter* Oxon. sec.—329 *habet* Ald.—

NOTÆ

sulibus; sed hic annus horruit nominari ab Eutropio; et Janus bifrons ore duplici clamavit rem esse insanam, insuetam, horrendam, si eunuchus fastos intraret, hoc est, Consul esset: id quod fiebat Calendis Januariis.

321 *Medis, Sabæis*] Asiæ populis.

324 *Sceptra*] Aristoteles tamen apud Lucianum Regem eunuchum ita miratus est, ut illi perinde ac Diis sacra faceret.

Tritonia] Pallas a palude Tritonide in Africa, ubi nata dicitur.

327 *Inde sacerdotes*] Ex fœminis eliguntur sacerdotes, quarum pectora Phœbus afflat, et quæ vaticinantur Delphis ad radicem Parnassi.

328 *Trojanam Minervam*] Vel potius Palladium, seu simulacrum Trojanæ Minervæ, quod Vestales solæ magna cura asservabant; ut in quo Romæ fatum ponebatur.

329 *Flammasque*] Vestales ignem

**Hi nullas meriti vittas, semperque profani.
Nascitur ad fructum mulier, prolemque futuram:
Hoc genus inventum est, ut serviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte: Danai fugere bipennem,
Penthesilea, tuam: claras Carthaginis arces**
Creditur, et centum portis Babylona superbam
Fœmineus struxisse labor. Quid nobile gessit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit urbes?
Illas præterea rerum natura creavit:
Hos fecere manus. Seu prima Semiramis astu
Assyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, levesve genæ se prodere possent,

ignem sacrum. *Hi* eunuchi *nullas promeriti* sunt *vittas, et profani semper* remanent. *Fæmina producitur ad fœtum, et liberos suscipiendos. Hæc natio* eunuchorum *reperta est, ut famuletur. Hippolyte victa est sagittis Herculis: Græci,* o *Penthesilea, effugerunt securim tuam: labor mulieris putatur condidisse turres illustris Carthaginis, et Babylonem tumentem portis centum. Quid clarum eunuchus fecit? Quæ gessit prælia? Quas exstruxit arces? Insuper natura produxit illas* fœminas: *industria fecit hos* eunuchos. *Seu Semiramis prima simulans dolose* se esse *virum* apud *Assyrios, ne mollitudo vocis enervatæ, et genæ imberbes*

330 *meritis* Mazar.—331 *ad fetum mulier* Heinsius primum legerat, sed mox improbavit ascripto loco l. II. in Eutrop. vs. 51.—332 *arcu* vel *arcum* Ambr. sec.—333 *Occidit* Farn. *Condidit* Oisel. *Concidit* vel *Condidit* Ambr. sec. *pavere* Ambr. tert. *bipennim* Florent.—334 *claram Carthaginis arcem* Vat. quint.—337 *condidit urbes* Vat. pr. et tert. *condidit* vel *contudit* Med. sec. *arces* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *urbes* Florent. duo Med. inc. Heins. Mazar. Vat. Livin. Leid. pr. Jun. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *arces* vel *urbes* Put. Reg. Leid. pr. m. sec.—339 *Has* inc. Heins. *Hunc* Oisel. *Hoc* Vat. pr. Tholos. Gyrald.—340 *neu vocis* Exc. Læti, Ald. ed. Vicet. *nec* Oisel. Vat. Livin. *lucis* Jun. pr.—341 *lenesve* Vat. quint. Pal. Put. *lævesve* duo Med. Leid. pr. Lov. Jun. pr. duo Oxon. ambo Moret. Ambr. pr. Bonon.

NOTÆ

sacrum custodiebant; si qua neglexisset, flagris cædebatur; ignisque extinctus, ope speculi, igne Solis excitabatur.

330 *Profani*] Nullas merentur vittas sacerdotum, nullis mysteriis admittuntur, a sacris vasisque puris arcentur. Galli tamen evirati erant sacerdotes Cybeles.

333 *Hippolyte*] Regina Amazonum victa ab Hercule.

334 *Penthesilea*] Altera Amazon, quæ fortiter militavit in bello Trojano. Virgil. 'Mediis in millibus ardet Penthesilea furens,' &c.

336 *Fœmineus labor*] Didonis, quæ Carthaginem; Semiramidis, quæ Babylonem inter mundi miracula relatam condidit. Nam ex Ovidio, 'Dicitur olim Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.'

339 *Manus*] Homines manu sua et cultro fecerunt eunuchos. Christus apud S. Matth. c. 19. 'Sunt eu-

Hos sibi conjunxit similes: seu Parthica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri servire juventam.
Fama prius falso similis, vanoque videri
Ficta joco. Levior volitare per oppida rumor,
Riderique nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante ligustris.
Atque aliquis gravior morum, Si talibus, inquit,
Creditur, et nimiis turgent mendacia monstris;
Jam testudo volat, profert jam cornua vultur:
Prona petunt retro fluvii juga: Gadibus ortum

possent indicare se, adjunxit hos eunuchos *similes sibi: seu luxus Parthicus prohibuit cultro oriri umbram barbæ, et flore puerili conservato longum, coëgit juventutem fractam industria vacare voluptati. Primo fama* cœpit *apparere par falsitati, et excogitata* per *ludum inanem: murmur levius* cœpit *currere per urbes, et crimen irrideri: quasi corvo candidiore ligustris, Cycnus pennis nigris audiretur. Tum quidam gravior moribus ait, Si fides adhibetur hisce rebus, et mendacia tument prodigiis immodicis: jam testudo volat, jam vultur ostendit cornua, flumina retro* euntia *ascendunt culmina* montium. *Carmani* Indiæ populi viderunt *solem*

Pat. Thuan. Mazar. tres Petav. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *levesque* Exc. Læti m. pr. *lavesne* Leid. sec. *levesque* vel *lenesque* Med. pr. *procedere* Vat. tert. *possunt* Med. sec.—342 *Hos tibi* Vicet. *Has* legebat Heinsius. *contraxit* Thuan. *connexit* Med. quart. *Parthica* Exc. Lucens. pr. *Parthia* Vat. tert. Reg. Mazar. Jun. pr. Oxon. pr. *percita* ed. Vicet. *pertica* Leid. pr.—343 *orbam* Med. tert.—344 *coëgit* vel *peregit* Petav. tert.—345 *Arte* vel *Ante* Reg. Oxon. pr. *retardandam* Lov. m. pr. *servare* Exc. Læti m. pr. *servire* vel *servare* Oxon. sec.—346 *falsæ* leg. Heins.—347 *facta* Oxon. sec.—348 *veluti* Vat. pr. Florent. Reg. Mazar. Exc. Lucens. pr. *sicut* duo Leidd. et viginti quatuor alii, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. et ed. Vicet. *sicut* vel *veluti* Exc. Læti.—349 *lustrante* Vat. quint. *luctante* Med. quart.—350 *Utque* Exc. Læti m. pr. ed. Parm. *morum gravior* Thuan.—351 *miracula* inc. Heins. qui ejusmodi notam *f.* apposuerat. *miniis* Pric.—352 *profert jam* Lov. *milvus* Med. tert.—353 *petent* Petav. tert. *fluvii retro* Pric. Petav. pr. *vada* tres Vat. Pal. Farn. Florent. duo Med. Put. Thuan. Petav. pr. *vada* tres Vatt. Pal. Farn. Florent. duo Medic. Put. Thuan. Petav. sec. Exc. Læti m. pr. *juga* vet. Gyr. Vat. Livin. Lov. Oxon. sec. duo Med. totidem Petav. et Ambr. Bonon. Tholos. Exc. Læti, Lucens. sec. Gevart. Sched.

NOTÆ

nuchi, qui facti sunt ab hominibus.'

346 *Fama*] Quæ celebravit Eutropium esse consulem; quod sine crimine fieri non poterat.

Carmani texere diem: jam frugibus aptum
Æquor, et advectum sylvis delphina videbo:
Jam cochleis homines junctos, et quicquid inane
Nutrit, Judaicis quæ pingitur India velis.
  Subjicit et mixtis salibus lascivior alter:
Miraris? nihil est, quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius: semper nova, grandia semper
Diligit, et celeri degustat singula sensu.
Nil timet a tergo: vigilantibus undique curis
Nocte dieque patet: lenis facilisque moveri
Supplicibus, mediaque tamen mollissimus ira.
Nil negat, et sese vel non poscentibus offert.
Quidlibet ingenio subigit, traditque fruendum.

orientem in *Gadibus*, et ipsi *occultant occidentem. Jam mare idoneum est segeti, et conspiciam Delphinum allatum* ex *sylvis: jam* conspiciam *homines conjunctos conchis* limacum, *et quodcumque India alit vanum*, India *quæ depingitur tapetibus Judaicis.* * * * * * * * * *

Gud. *juga* vel *vada* Vat. pr. Petav. pr. inc. Heins.—354 *Germani* Exc. Lucens. sec. cum signo +, quo indicatur lectionem veterem erasam aut interpolatam esse. *Quarmenii* Pric. *Sarmenii* Var. LL. ed. Antv. *Carmenii* Petav. sec. Med. tert. *Arminii* Rott. *Armeniis* Vat. pr. *Armenii* tres Vatt. Pal. Oisel. Exc. Læti. *traxere* Farn. Jun. pr. Thuan. Mazar. Med. quart. inc. Heins.—355 *adductum* Reg. *aductum* Leid. pr. *avectum* Vat. quint. *advectum* Leid. sec. et viginti quatuor alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *adventum* Pric. *assuetum* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. Mazar. Med. tert. *advectum* vel *assuetum* inc. Heins. Exc. Læti. *adjunctum* vel *assuetum* Moret. pr. *silvis* vel *fluviis* Vat. pr. —356 *Jamque Deis* inc. Heins. qui et *vinctos* pro *junctos* exhibet.—357 *Indaicis* Vat. quint. *Indiacis* Pat. in Vat. pr. ante *Judaicis* litera videtur erasa, spatio aliquo relicto: primum quoque *i* videtur *a* fuisse.—358 *salibus mistis* Vat. quint. *salibus* vel *sabiis* Put.—359 *in pectora* Thuan.—360 *grandia* Med. tert. *gaudia* Oisel. Jun. pr. Florent. m. pr. Mazar. Pat. Exc. Cod. Rhem. *gaudia* vel *grandia* Vat. pr. Exc. Læti.—361 *Diligat* inc. Heins. *Dirigit* Vat. quint. Rott. Tholos. Leid. sec. m. pr. Moret. sec. Ambr. tert. duo Petav. Oxon. pr. Exc. Gevart. *Diligit* vel *Dirigit* Vat. pr. *degustans* Moret. pr.—363 *lætus* Put. m. pr. Jun. pr. Leid. a m. pr. *lentus* Pat. atque ita conjecerat Heinsius. *lænis* vel *lætus* Reg. *Lætus* vel *levis* Oxon. pr. *levis* Leid. a m. s.—365 *en sese* Oisel. *præsentibus* Petav. sec.—366 *Quidlibet* Rott. Lov.

NOTÆ

354 *Carmani*] Ἡ δὲ Καρμανία τελευταία μέν ἐστι τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολῆς, *Carmania ab Indi ostio ultima est.* Strabo.

357 *Judaicis*] India et res Indicæ portentosæ depingebantur in tapetibus, seu aulæis Judæorum. Alii legunt *in Attalicis*, id est, superbis: alii *Niliacis*, id est, Ægyptiis, seu Alexandrinis, apud quos in aulæis mirandæ species pingebantur. Unde Plaut. vocat 'Alexandrina belluata, Conchyliata tapetia.'

Quicquid amas, dabit illa manus: communiter omni
Fungitur officio, gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conciliis peperit meritoque laborum:
Accipit et trabeas, argutæ præmia dextræ.
Postquam vera fides facinus vulgavit Eoum
Gentibus, et Romæ jam certius impulit aures:
Eutropiumne etiam nostra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars esse doloris?
Sic effata, rapit cœli per inania cursum
Diva potens, unoque Padum translapsa volatu
Castra sui rectoris adit. Tum forte decorus

Posteaquam sermo verus disseminavit apud *populos crimen orientis, et feriit jam verius aures Romæ: An reputabimus quoque Eutropium dignum furore nostro?* An *hic etiam promeritus est esse pars luctus Romanorum? Hæc locuta Diva potens* Roma, *arripit viam per spatia Cœli, et trajiciens Eridanum uno cursu, petit castra gubernatoris sui. Tum forte gener pulcher* Honorius *cum Stilichone* socero

Moret. sec. Petav. pr. Thuan. Mazar. Med. quart. *Quodlibet* Vat. tert. Pal. Pric. Oisel. Vat. pr. m. pr. Exc. Læti. *Quilibet* vel *Quodlibet* Med. pr. *Quælibet* vel *Quamlibet* Var. LL. e marg. Parm. *ingenio* vel *ingenuo* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *subicit* Vat. pr. et tert. Florent. Oisel. Jun. pr. Vat. Livin. Leid. pr. Oxon. pr. *traditque* Exc. Læti. *truditque nefandum* ed. Vicet. *traditque* vel *truditque* Florent. *nocendum* Lov. m. pr. Leid. sec. m. pr. Tholos. Mazar. Med. tert. duo Petav. Exc. Gevart. *nocendum* vel *nefandum* Exc. Pat. rec. *nocendum* vel *fruendum* Reg. Petav. pr.—367 *ille* Gronovius in Exc. Schotti, qui ascripserat locum Ovid. de Art. III. 657. 'Sed semel est custos longum redimendus in annum, Sæpe dabit, dederit quas semel, ille manus.'—368 *meruit* Ambr. pr. *meritumque laborum* conj. Heins.—370 *Accepit trabeas* Med. quart. *augustæ* vel *argutæ* Lov.—371 *vulgarat* Jun. pr. *Eois* Med. tert.—372 *certior* Moret. sec. *conscius* Reg. Oxon. sec. m. pr.—373 *Eutropiine* Petav. sec. *dignabimur* Vat. Livin. *dampnabimur* Jun. pr. *dignabitur* Leid. pr. m. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. Colin. et Exc. Læti. *dignabitur* vel *dignabimur* Oxon. sec.—374 *Hoc quoque Romani* Oxon. pr. *Romanis* Vat. quint. *laboris* Ambr. pr. Med. tert. *doloris* Put. *doloris* vel *laboris* Lov.—375 *petit* Med. sec. m. pr. *celerem* Med. tert. *cœli, celerem,* vel *celeri* Vat. pr. *cursu* Petav. sec. *cursus* Farn.—376 *translata* Thuan. duo Ambr. inc. Heins. *translaxa* Jun. pr. *transgressa* Vat. tert. duo Med. Reg. Oxon. pr.—377 *victoris* Med. sec. *Cum forte* Ambr. sec. inc. Heins. *Ut* Med. tert. *tunc* Farn.

NOTÆ

371 *Facinus Eoum*] Crimen Orientis, qui Eutropium fecerat Consulem.

373 *Etiam*] Post tot monstra domita, Maximum, Eugenium, Argobastem, Andragathium, Rufinum, &c.

376 *Padum*] Ut Ravennam peteret, in qua urbe tum Honorius sedem fixerat.

Cum Stilichone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legesque Caücis
Arduus, et flavis signabat jura Suëvis.
His tribuit Reges, his obside fœdera sancit
Indicto: bellorum alios transcribit in usus,
Militet ut nostris detonsa Sygambria signis.
Læta subit Romam pietas, et gaudia pæne
Moverunt lacrymas, tantoque exultat alumno.
Sic armenta suo jam defensante juvenco,
Celsius assurgunt erectæ cornua matri.
Sic jam terribilem stabulis, dominumque ferarum,
Crescere miratur genitrix Massyla leonem.
Dimovit nebulam, juvenique apparuit ingens.

reddebat sponte oracula Germanis petentibus pacem, et sublimis in solio imponebat *leges Caucis, ac designabat jura Suevis flaventibus. Dat his Reges, constituit his fœdera, obsidibus imperatis: destinat alios in subsidium bellorum, ut Sycambria rasa belligeret* sub *vexillis nostris.* Sensus *pietatis jucundæ movet Romam, et lætitia excitavit fere fletus, ac triumphat alumno tanto* Honorio. *Ita tauro suo jam tutante armenta, cornua attolluntur lætæ matri* ejus *altius. Ita mater Massyla obstupescit leonem adolescere jam metuendum stabulis, Regemque futurum bestiarum.* Roma *removit nubem, et magna visa est juveni* Honorio.

Mazar. Petav. sec. *fronte* Ambr. pr. *forte* vel *fronte* Florent.—378 *Stilicone* Vat. sec. Exc. Læti.—379 *legemque* Petav. pr. *Caycis* Med. sec. *Caicis* Vat. quint. Farn. Rott. Put. Reg. Mazar. Petav. sec. Moret. pr. inc. Heins. *Caucis* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Caychis* Florent. *Cahicis* Vat. tert. *Chaicis* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. Petav. sec. *Chaycis* Exc. Læti. *Chaucis* Vat. pr. Oisel. *Cahucis* Med. tert. *Caichis* Jun. pr. *Caceis* Leid. pr. *Caycis* vel *Coaccis* Lov.—380 *signavit* Moret. pr. *Suavis* Oisel.—381 *Reges* Florent. duo Med. Put. Reg. m. pr. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Ambr. sec. Moret. sec. duo Leidd. m. pr. Exc. Gevart. Lucens. sec. *leges* Jun. pr. Farn. Med. sec. duo Vatt. duo Leidd. m. sec. *sedes* Med. quart. *sancit* Vat. pr. Oisel. *sanxit* Pric. Reg. Pat. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr. Lov. Moret. sec. *sanxit* vel *sancit* Moret. pr.—382 *Inducto* Lov. m. sec. *Indictoque* Moret. pr. *transmittit* Med. sec.—383 *in nostris* Leid. pr. *Sicambria* Pric. Exc. Læti m. pr. *Sigambria* Vat. pr.—384 *pietas Romam* Moret. sec.—385 *Movetur* Med. quart. *totoque* Petav. tert. *insultat* Med. tert. *exsultat* Reg.—386 *armata* Vat. sec. Var. LL. ed. Antv. *defendente* Vat. quint. Farn. *defensante* Exc. Lucens. pr. *descendente* Exc. Læti, ed. Vicêt. et Parm. *decessante* et emend. *defendente* Lov. *defendente* vel *defensante* Var. LL. e marg. Parm. *defendente* vel *defensata* marg. Isingr. et Pulm.—387 *armatæ* Vat. sec. m. pr.—389 *Massyla* vel *Gætula* Pat. *Malea* vel *Massyla* Moret. sec.—390 *nebulas* Exc. Læti. *Juvenisque* Ambr. pr.

NOTÆ

379 *Caücis, Suëvis*] Hi sunt Germaniæ populi, sicut et Sygambri: de his supra.

383 *Detonsa*] In signum victoriæ Romanæ: alioquin, Sygambri comati erant.

389 *Massyla*] Massyla regio Africæ, famosa leonibus.

390 *Nebulam*] Dii Deæque soliti tegi nubibus.

Tum sic orsa loqui: Quantum te Principe possim,
Non longinqua docent: domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco tristique Suëvo
Perfruor: et nostrum video, Germanice, Rhenum.
Sed quid agam? discors Oriens felicibus actis
Invidet, atque alio Phœbi de cardine surgunt
Crimina, ne toto conspiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude repertam

Tunc Roma *ita incepit loqui: Quantum valeam, te imperatore,* o Honori, *non* facta *remota testantur; quod, Saxone profligato, mare* est *tutius, aut quod Anglia tuta* est *Pictis debellatis. Fruor Francis summissis, et Suevis asperis* jacentibus *ad pedes meos, et intueor Rhenum* in *nostra* potestate, o Honori *Germanice. At quid faciam?* Imperium *Orientis æmulatur facta* nostra *fortunata, et scelera oriuntur ex alia via Solis, ne Imperium consentiat* in *partibus universis.*

Sched. Gud.—391 *Tum* Leid. pr. Vat. Livin. Med. quart. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *Tunc* duo Vatt. Pric. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *possum* Vat. quint. Farn. Rott. Med. tert. Reg. Petav. pr. Leid. pr. item Oxon. Exc. Læti. Ald. Junt. Parm. Vicet. *possem* Vat. pr. Oisel. Florent. Jun. pr.—392 *Nos longinqua* vet. Gyr. *Num* conjiciebat Heins. *domino* Exc. Læti m. pr. *jam Saxone* Med. quart. *quo* Pal. *q* Jun. pr. *quod* vel *quo* Med. sec. *quod* vel *jam* Leid. sec. *Santone* Ambr. tert. *Rhenus* pro *Tethys* Farn. *et* Ambr. tert.—393 *strato* Ambr. pr. Sched. Gud. *Picto* Exc. Lucens. pr. *Brito* ed. Vicet.—394 *fracto* pro *Franco* Jun. pr. Leid. sec. Oxon. sec. duo Petav. Pat. tres Ambr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Franco* vel *fracto* Vat. pr. Lov. *tristive* Jun. pr.—395 *vestrum* Vat. Livin. *rerum* pro *Rhenum* Tholos. *Retum* inde conjiciebat Heins.—396 *actis* vel *armis* Oxon. sec.—397 *carmine* Jun. pr. *sumunt* Lov. m. pr.—398 *Carmina* Pric. Oisel. Mazar. *nec toto* Med. tert. *ordine* Jun. *regum* Jun. pr.—399 *taceam* Pat.

NOTÆ

Ingens] Major erat Romæ species.

392 *Non longinqua docent*] Non opus est factis longinquis ac remotis, ut ostendatur, quantum possim, te Imperatore.

Saxone] Saxones, Picti, Franci, Suevi, Germani, aliique populi a Stilichone aut victi aut compositi sunt sub auspiciis Honorii.

395 *Germanice*] Roma blanditur Honorio, dum vocat eum Germanicum, alludens ad Germanicum illum, urbis orbisque delicias, in quo Principe virtutes omnes heroicæ absque ulla vitii macula elucebant.

398 *Crimina*] Eutropius, qui novo crimine ad consulatum evehitur.

Conspiret] Ne Imperium non perfecta concordia fruatur in toto corpore, in partibus omnibus; ne non uno et eodem spiritu animoque regatur; ne non sit fortunatum, surgunt crimina in Oriente, Eutropio facto Consule.

399 *Repertam*] Alii legunt *receptam.* Taceo perfidiam Gildonis male

Perfidiam, et fretos Eoo robore Mauros.
Quam suspecta fames, quantum discriminis Urbi!
Ni tua vel soceri nunquam non provida virtus
Australèm Arctois pensasset frugibus annum.
Invectæ Rhodani Tyberina per ostia classes,
Cinyphiisque ferax Araris successit aristis.
Teutonicus vomer, Pyrenæique juvenci
Sudavere mihi: segetes mirantur Hiberas
Horrea: nec Libyæ senserunt damna rebellis

Sileo infidelitatem Gildonis subactam cum gloria ingenti, et Mauros subactos, etsi *munitos viribus Orientis. Quam fames* fuit *timenda! Quantum periculi* impendit *urbi* Romæ! *Nisi fortitudo tua vel soceri Stilichonis semper prospiciens compensasset annonam meridianam messibus Septemtrionalibus. Naves advectæ* sunt *Rhodano per ora Tyberis, et Araris fœcundus successit spicis Africanis. Aratrum Teutonicum, et boves Pyrenæi laboraverunt* pro *me: granaria* nostra *admirantur*

magna taceo cum laude Petav. sec. *cum magna laude* inc. Heins. *magna cum fraude* conj. Heins. *clade* Pal. Med. pr. *repertam* Oxon. pr. forte bene, pro *detectam.* Lib. II. in Eutrop. vs. 88. *receptam* Gesn. ed. Bipont. et al.—400 *muros* Mazar.—401 *Quam suspecta* duo Vatt. Pric. Med. quart. Reg. Tholos. duo Petav. Jun. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Exc. Pat. rec. *Quæ suspecta* Vat. sec. Pal. Farn. Rott. Oisel. Lov. tres Med. inc. Heins. *Quæ suscepta* Exc. Læti. *sustenta* Petav. m. pr. *suspecta* vet. Gyr. duo Leidd. tres Ambr. Exc. Gevart. *suscepta* vel *suspecta* Vat. pr. Florent. Thuan. *urbis* Pric. Rott. Thuan. duo Petav. Tholos. Jun. pr. duo Oxon.—403 *Eois* Vat. quint. *pensaret* Med. quart. *pensassent* Jun. pr. atque ita legebat Heins.—404 Heinsius legisse videtur *Subvectæ*, nam ascripserat locum Tacit. Lib. XV. Ann. 'Naves, quæ frumentum Tiberi subvectæ essent.' ita enim constanter libri scripti, non *subvectassent.* conjiciebat tamen, *subvecturæ essent.* vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 119. *Rhodani* tres Vatt. Pal. Rott. Reg. Exc. Cod. Rhem. et Lucens. pr. *Rhodan̄* Oxon. sec. m. sec. *Rhodanum* Pric. *Rhodanos* Jun. pr. *Rhodano* Vat. pr. Farn. Med. quart. Florent. m. pr. Put. Mazar. Petav. pr. Ambr. et Moret. pr. Lov. Vat. Livin. Exc. Læti et ed. Vicet.—405 *Ciniferisque* Jun. pr. *ferox* Rott. Thuan. *succedit* Put.—406 *Tectonicis* Vat. tert. *Teutonicusque* Moret. pr. *Pyrinæique* Vat. pr. *Phireteique* Var. LL. ed. Antv. *Pyrenæique* vel *Phylereique* Exc. Læti.—408 *rebelles* Vat.

NOTÆ

receptam, subactam, vindicatam, dum iste Maurus Libyam tentabat Imperio Romano avellere. Quod cum moliretur, annonæ penuria urbem Romanam infestasset, nisi Stilicho providisset.

400 *Eoo robore*] Viribus Orientis. Eutropius quippe tentabat annectere Libyam Imperio Orientis, ut bellum inter fratres aleret, in bello se potentiorem esse ratus.

403 *Arctois frugibus*] Frugibus advectis ex Gallia, quæ est versus septemtrionem habita ratione Romæ.

405 *Cinyphiis*] Africanis, ex Libya scilicet venientibus. Supra de bello Gildonico v. 7.

406 *Teutonicus*] Cimbri et Teutones, eam quam Dani, partem terrarum tenebant.

Jam Transalpina contenti messe Quirites.
Ille quidem solvit meritas (scit Tabraca) pœnas,
Ut pereat, quicumque tuis conflixerit armis!
Ecce repens îsdem clades a partibus exit,
Terrorisque minus, sed plus habitura pudoris,
Eutropius Consul. Pridem tolerare fatemur
Hoc genus, Arsacio postquam se regia fastu
Sustulit, et nostros corrupit Parthia mores.
Præfecti sed adhuc gemmis, vestique dabantur
Custodes, sacroque adhibere silentia somno.
Militia eunuchi nunquam transgressa cubile,
Non vita spondente fidem, sed inertia tutum

fruges Hispaniæ; et cives Romani jam saturati frugibus Transalpinis non cogitaverunt de detrimento Libyæ rebellantis. Iste Gildo *certe luit supplicium dignum, (Tabraca testatur) ut quisquis pugnaverit* contra *arma tua, deleatur. En Eutropius Consul,* causa *exitii subiti, erumpit ex iisdem regionibus, paritura minus timoris, sed plus dedecoris. Confitemur* nos *pati jamdudum hanc nationem* eunuchorum, *posteaquam Aula extulit sese superbia Arsacia, et Parthia infecit mores nostros. Verum eunuchi fiebant adhuc tantum præpositi lapillis* servandis, *et custodes vestimentis, et* ad *curanda silentia somni sacrati. Bella eunuchi nunquam præterie-*

---

pr. Put. m. sec. *rebellis* vel *libellis* Moret. pr.—410 *solvit meritas* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *meritas solvit* Isingr. Gryph. Raphel. *sit* Vat. pr. m. pr. *Tabrica* Tholos. Leid. sec. Voss. Exc. Cod. Rhem. *Tabrica* vel *Tabraca* Lov.—411 *Ut pereant* Med. tert. *prout pereant* Lov. *Et pereat* conj. Heins. in Thuan. deest hic versus. *confluxerit* Vat. pr. m. pr. item quint. Rott. Jun. pr. *efflixerit* Ambr. pr.—412 *repens* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *clades ab eisdem partibus* Med. quart. *îsdem clades* Vat. pr. *idem* Petav. tert. *de partibus* Florent. Tholos.—414 *tolerasse* Vat. pr. m. sec. Ambr. pr. Lov. *tolerare* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *fatetur* Jun. pr.—416 *ad nostros corrupit* Rott. *corrumpit* Vat. quint.—417 *Perfecti* Moret. pr. *adhæc* Put. *vestisque* Thuan.—418 *solatia* Med. quart.—419 *transgressa* Vat. sec. Pal. Med. pr. *progressu* tres Vatt. Farn. Rott. Oisel. Oxon. sec. duo Leidd. Exc. Læti. *progressa cubili* Oxon. pr.—420 *Nec* Lov. Oxon. sec. m. sec. Med. quart. *vitas* Petav. sec. *spondente* Exc. Lucens. sec. *spondere* Exc. Læti, ed. Vicet. *spondere* vel *spondente* Exc. Pat. rec. *splendente fides* Barth. *tutum* Vat. pr. Pric. Vat.

NOTÆ

410 *Tabraca*] seu Τύβαθρα urbs Libyæ, ad quam victus est Gildo.

412 *Clades*] Eutropius causa tot cladium, tanti exitii, exiit ex Africa.

415 *Arsacio*] Superbia simili superbiæ Arsacidarum, qui Parthorum erant Reges.

417 *Dabantur adhibere*] Phrasis Græca, id est dabantur, ut curarent silentia sacri somni Principum Augustorum: quorum somnus dicitur sacer, quia Personæ sunt sacræ. Innuit Eutropium fuisse præpositum sacri cubiculi.

Mentis pignus erat. Secreta monilia servent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperii. Tenero tractari pectore nescit
Publica majestas: nunquam vel in æquore puppim
Vidimus eunuchi clavo parere magistri.
Nos adeo sperni faciles? orbisque carina
Vilior? Auroram sane, quæ talia ferre
Gaudet, et assuctas sceptris muliebribus urbes
Possideant. Quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis, nocituraque probra severis
Admiscent populis? Peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio, nec transeat Alpes

runt lectum, vita eorum non promittente fidelitatem, at ignavia erat monumentum securum animi. Custodiant igitur *gemmas sepositas, invigilent vestibus Tyriis:* sed *removeantur a gubernaculo Regni. Auctoritas Reipublicæ non potest geri* ab *hoc effœminato. Nunquam vel in mari aspeximus navim obedire gubernaculo eunuchi rectoris. Nos tum facile contemnamur! An navis mundi abjectior* est navi maris? Hæc monstra *habeant certe Orientem, qui lætatur pati talia, et civitates assuefactas potestati fœmineæ. Quare inficiunt communi dedecore Italiam bellicosam, et miscent dedecora noxia* cum *gentibus tenacibus* virtutis? *crimina externa expellantur procul* ex *Italia, neque* hæc *infamia trajiciat Alpes: adhærescat in*

Livin. *rarum* :. P at. rec. *tantum* Vat. sec. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *tm* duo Vatt. *tatum* vel *tantum* Florent.—421 *servet* Vicet. Parm.—422 *a sorte* Var. LL. e marg. Parm. *a fronte* Exc. Læti. *fronte* vel *sorte* Exc. Pat. rec.—423 *publica nescit Pectore* Vat. quint.—424 *puppim* Tholos. *puppem* Leid. pr. cum triginta aliis. *puppem* vel *classem* Oxon. sec.—425 *magistro* Vat. pr. *eunucho pendere tyranno* Jun. pr.—427 *saltem* Pat. *Aurora certe est* Moret. pr. Exc. Læti, ed. Vicet. *Aurora sane* duo Petav. Ald. *Aurora est* Vat. sec. Pal. Farn. Med. pr. *Auroram* Vat. pr. Florent. tres Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Put. Bonon. Tholos. tres Ambr. Lov. vet. Gyr. Moret. sec. Vat. Livin. inc. Heins. Exc. Gevart. Cod. Rhem. et Lucens. sec. cum apposito + signo, ed. Parm. *sane* duo Leidd. et triginta Codd. Exc. Lucens. sec. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. item Exc. Gevart. *sane* vel *saltem* Vat. pr. Put.—428 *Gaudeat* Jun. pr.—429 *Possideat* Med. pr. *quid* vel *qui* Petav. pr. *qui* Vicet. et Parm. *bella gerum* Med. quart. Thuan.—430 *nocturnaque* marg. Isingr. probavit Barth. in pr. ed.—431 *pericula* Vat. quint. Pric. Put. Reg. Mazar. Pat. Tholos. Ambr. pr. m. sec. Exc. Cod. Rhem. *piacula* vel *pericula* Vat. pr. Petav. pr. Oxon. sec.—432 *Latio longe* Moret. pr. *ne* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *nec* Leid. pr. duo Med. inc. Heins. Exc.

NOTÆ

422 *Fronte*] A gubernaculo, seu capite imperii.

428 *Sceptris muliebribus*] Ut Semiramidis, Zenobiæ, Amazonum.

429 *Urunt*] Velut stigmatis probrosis.

430 *Severis*] Populis virtutum rigidis custodibus, et hæc monstra severe expellentibus.

Dedecus. In solis, quibus extitit, hæreat arvis.
Scribat Halys, scribat famæ contemtor Orontes.
Per te, perque tuos obtestor, Roma, triumphos,
Nesciat hoc Thybris, nunquam poscentibus olim
Qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat.
Martius eunuchi repetet suffragia campus?
Æmilios inter, servatoresque Camillos
Eutropius? jam Chrysogonis tua, Brute, potestas,

unis agris, in quibus est. Halys inscribat hoc, *Orontes securus famæ* suæ *inscribat* hoc monstrum. Sed ego *Roma oro* te *per te et per victorias tuas*, ut *Tybris non videat hoc;* Tybris, *qui consueverat distribuere consulatus quondam Dentatis et Fabiis nunquam ambientibus. Campus Martius recitet suffragia eunuchi? Eutropius* sit *inter Æmilios, et Camillos custodes? O Brute, jam potentia tua conceditur*

Lucens. sec. *Alpis* Petav. sec.—433 *exiit* malebat olim Heins. *horreat* Oxon. sec. *oris* Med. sec. *arvis* vel *oris* Petav. tert.—434 *Alis* Vat. sec. Pal. Var. LL. ed. Antv. *famæ scribat* Med. pr. Thuan. Leid. pr. Oxon. sec. Lov. Moret. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. tres Petav. *scribat famæ* Vat. pr. et tert. *formæ* Leid. pr. m. pr. marg. Isingr.—435 hic versus deerat in Mazar. et Exc. Cod. Rhem. *Roma* vel *fama* Oxon. pr.—436 *Nesciat* vel *Nesciet* Reg. Oxon. pr. *numquid* Lov. m. pr. *numquam* vel *numquid* Reg. *pascentibus* Jun. pr.—437 *Quid* Exc. Lucens. sec. *Dentatos annis* Vat. tert. m. pr. *de tantis* Mazar. Exc Cod. Rhem. *Dentatis* vel *de tantis* Florent. Med. pr. *animos* pro *annos* Petav. tert. Var. LL. ed. Antv.—438 *repetat* Florent. tres Med. Put. m. pr. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Ambr. sec. Moret. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. Ald. et Exc. Gevart. *repetit* quatuordecim alii, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *repetat* et emendatum *repetit* Oxon. sec. *repetet* Vat. sec. Med. pr. *repetet* vel *repetat* Vat. pr. *consul* vel *campo* Moret. pr.—439 *bellatoresque* Lov. ex conjectura: et sic etiam conj. Heins. —440 *Grisogonis* tres Vatt. Pal. Rott. tres Med. inc. Heins. Mazar. Pat.

NOTÆ

434 *Scribat*] Halys et Orontes inscribant in fastis nomen monstrosi Consulis. Strabo: *'Ωνόμασται δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν ἃς παραῤῥεῖ· ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ* Καππαδοκίᾳ. Halys *nominatur a salibus, quos præterlabitur. Fontes habet in magna Cappadocia.* Alluit Galatas et Paphlagonas.

Famæ contemtor Orontes] Fluvius Syriorum, qui molles sunt et famam contemnunt. De hoc Strabo: Τὸ δ' *ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεφυρώσαντος αὐτὸν* 'Ορόν*του μετέλαβε, καλούμενος πρότερον Τυφών· Nomen ab Oronte qui in ipso pontem fecit, accepit, dictus antea Typhon.*

437 *Dentatis, Fabiis*] Hæ veterum erant Romanorum familiæ, magna et frugalitate et fortitudine spectabiles.

438 *Martius*] Quasi per indignationem diceret, fierine potest ut in campo Martio creandis magistratibus destinato repetantur videanturque suffragia eunucho data? Fierine potest ut Eutropius videatur inter nomina Æmiliorum et Camillorum, tam illustrium Romæ Ducum?

439 *Servatores*] Camillus urbem servavit, Gallis expulsis; unde et dictus, 'alter Romæ conditor.'

440 *Chrysogonis .... Narcissis*] Hi erant liberti; hic Claudii Cæsaris,

Narcissisque datur? natos hoc dedere pœnæ
Profuit, et misero civem præponere patri?
Hoc mihi Janiculo positis Etruria castris
Quæsiit, et tantum fluvio Porsenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mucius igne?
Visceribus frustra castum Lucretia ferrum
Mersit, et attonitum tranavit Clœlia Tybrim?
Eutropio fasces asservabantur ademti

Chrysogonis et Narcissis? An ideo juvit tradere supplicio filios, et præferre civem parenti afflicto? An *Thuscia peperit hoc mihi, castris metatis* in *Janiculo, et Porsenna exclusus solum flumine?* Horatius *Cocles hoc meritus est ponte* defenso, *vel Mutius Scævola flamma* spreta? *Lucretia condidit inutiliter pugionem pudicum* in *præcordiis, et Clœlia trajecit Tybrim obstupefactum? An fasces erepti Tar-*

Moret. pr. qui etiam *Chrysigonis* exhibet.—441 *natos hic* Moret. sec. Ald. *quid natos* Moret. pr. *natis pœnas* Pal. Med. pr. Thuan. Petav. sec. *natis has d. pœnas* Med. quart. *natis* Farn. Rott. Oisel. Vat. tert. m. pr. Ambr. pr. *natos* tredecim scripti, Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. *natos* vel *natis* Reg. Petav. pr. Oxon. pr. *natos* vel *natis hos d. pœnas* Florent. *hic dedere* Farn. *hæc* Put. *an* Ambr. tert. *hic* vel *hoc* Oxon. pr. *hic* vel *hæc* vel *hoc* Reg.—442 *proponere* inc. Heins. *patri* Exc. Lucens. pr. *fratri* ed. Vicet. —443 *Non mihi* Vat. quint. *Num* Reg. *jam* pro *mihi* Put. m. sec. hi duo versus non comparent in Med. sec. alter desideratur in Lov. et Exc. Gevart. —444 *tanto* Tholos.—445 *sponte* Leid. pr.—447 *Merserit* Jun. pr. *transnavit* Thuan. Mazar. duo Petav. *Coclya* Jun. pr. *Clœlia* Exc. Lucens. pr. *Colchia* Med. tert. *Coclea* Vat. tert. Farn. Florent. *Cœlia* Vat. sec. Pal. Pric. Rott. tres Med. Put. Reg. Thuan. ambo Moret. tres Petav. Lov. inc. Heins. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. ed. Vicet. *Tibrin* Florent. Oisel.—448 *observabuntur* Jun. pr. *conservabantur* Petav. tert. *conservabuntur* Vat. quint. Petav. pr. *adservabuntur* Pric. Tholos. Oxon. sec. m. sec. *adservabuntur* Vat. pr. et sec. duo Med. Vat. Livin. vet. Gyr. Thuan. duo Ambr. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. sec. *observabantur* Farn. Florent. Med. quart. Put. Reg. Mazar. Leid. pr. Oxon. pr. Bonon. Pat. Moret. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *an servabantur* Vat. tert. Med. sec. *adservabantur* vel *observa-*

NOTÆ

ille Syllæ.

441 *Dedere pœnæ*] An ideo Posthumius Tubertus et Manlius Torquatus filios proprios exposuerunt supplicio, et sic prætulerunt animos civis, animo et amori paterno? An ita se gesserunt in honorem Romæ, ut Roma serviret Eutropio?

443 *Janiculo*] In Janiculo, uno ex septem Romæ collibus, Porsenna Rex Thuscorum consederat; ubi, exclusus solo fluvio Tybri, Tarquinios ejectos restituere tentabat.

446 *Lucretia*] Casta uxor Collatini, violata ab Arunte Tarquinii Superbi filio, se occidit, cognatos prius et amicos ad pudicitiæ suæ ultionem exhortata.

Castum ferrum] Quo feriit castum pectus.

447 *Clœlia*] Nobilis Virgo Romana, data cum aliis Virginibus obses Porsennæ, Tybrim vel natando vel equitando tranavit, patriamque repetiit.

Tarquiniis? quemcumque meæ vexere curules,
Laxato veniat socium aversatus Averno.
Impensi sacris Decii prorumpite bustis,
Torquatique truces, animosaque pauperis umbra
Fabricii: tuque o, si forte inferna piorum
Jugera, et Elysias scindis, Serrane, novales.
Pœno Scipiade, Pœno præclare Lutati,
Sicania, Marcelle, ferox: gens Claudia surgat,
Et Curii series; et qui sub jure negasti
Vivere Cæsareo, parvo procede sepulcro,
Eutropium passure, Cato. Remeate tenebris,
Agmina Brutorum, Corvinorumque catervæ.

quiniis conservabantur Eutropio? Ille, quemcumque meæ sellæ eburneæ *gestaverunt, inferis solutis adveniat, persecuturus* hunc *collegam.* O *Decii devoti* patriæ, *emergite* ex *tumulis sacratis,* et vos o *Torquati severi, et manes generosi Fabricii pauperis, et tu, o Serrane, si forsan proscindis agros inferos piorum, et culta Elysiorum* camporum. O *Scipio et Lutati illustres Carthaginiensibus* victis, o *Marcelle superbe Sicilia* subacta, *genus Claudiorum exsurgat, et progenies Curii: et tu,* o *Cato, qui recusasti vivere sub potestate Cæsaris, egredere tumulo exiguo, toleraturus Eutropium.* O *turmæ Brutorum, et cohortes*

bantur Lov.—449 *Tarquinii* Med. quart. *quemcumque* Vat. Livin. vet. Gyr. *quecumque* Vat. pr. *quicumque* Ald. et ed. Vicet. *quocumque* Jun. pr. *quacumque* Petav. tert. *quodcumque* Thuan. *tuæ* Exc. Cod. Rhem. *meis* Vat. pr. m. pr. *invexere* Thuan.—450 *Lassato* Florent. *socium aversatus* Vat. Livin. *socii spectator* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. m. sec. *socium aversatus* vel *socii spectator* Vat. pr. *speculator* Mazar.—451 sic Exc. Lucens. pr. *Infensi* Var. LL. e marg. Parm. ed. Vicet. *perrumpite* Pal.—452 *ducis* Jun. pr.—453 *tu qui* Med. quart. *infanda* Rott. *nefanda* Med. sec. *priorum* Var. LL. ed. Antv.—454 *Elysios* Ambr. pr. *Elisios* Oxon. sec. m. sec. *findis* Rott. *Sarane* Moret. sec.—455 *Pœnos Scipiadæ, Pœnos prædate* Med. tert. *Scipiadæ* Vat. pr. *Scipiade* tres Vat. Pal. Farn. Pric. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. *Scipiade* vel *Scipiadæ* Put. *præclare* Put. *prædate* Moret. pr. *Litati* Petav. sec.—456 *Sicaniam* Med. tert. *mercede ferox* Med. sec. m. pr. *gens Ludia* Med. tert. *surgit* Mazar.—457 *Curii veteres* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Mazar. *series* Leid. pr. Vat. sec. Oxon. sec. vet. Gyr. Lov. Jun. pr. Moret. sec. Put. m. pr. Bon. Pat. Tholos. Thuan. inc. Heins. tres Petav. totidem Ambr. quatuor Med. Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *negari* Tholos. *neganti* Rott. *negasti* Exc. Læti. *negasti* vel *neganti* Oxon. pr. Petav. tert.—459 *visure* Tholos.—461 *nostros*

NOTÆ

452 *Torquati*] Supra v. 441. &c.

455 *Lutati*] Lutatius Catulus civis Romanus cum 300 navibus, Pœnorum naves 600 vicit apud Ægates, inter Siciliam et Africam.

458 *Parvo sepulcro*] Varro Atacinus, 'Marmoreo tumulo Licinus jacet: at Cato parvo, Pompeius nullo,' &c.

460 *Corvinorumque*] M. Valerius Corvinus, duce Camillo, in Gallum provocatorem solus processit: cor-

Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares. Rapuere tremendas
Hannibali Pyrrhoque togas. Flabella perosi
Aspirant trabeis. Jam non umbracula gestant
Virginibus, Latias ausi vibrare secures.
Linquite fœmineas, infelix turba, latebras,
Alter quos pepulit sexus, nec suscipit alter;
Exsecti Veneris stimulos, et vulnere casti;
Mixta duplex ætas; inter puerumque senemque
Nil medium; falsi complete sedilia Patres.
Ite novi proceres, infœcundoque Senatu
Eutropium stipate ducem. Celebrate tribunal

Corvinorum, exite inferis. Eunuchi gerunt vestes vestras, mares dubii gerunt *monumenta vestra: præripuerunt vestimenta timenda* olim *Annibali et Pyrrho: exosi ventilabra, affectant vestes* consulares. *Jam non ferunt umbellas puellis, audent torquere secures Italiæ. Exite* e *secessibus mulierum,* o *caterva infortunata* eunuchorum, *quos sexus alter* virilis *expulit, neque alter* muliebris *recipit;* habentes *cupiditatem libidinis amputatam, et pudici* ob *plagam: quibus est ætas gemina; nihil medium* est *inter puerum et senem; patres falsi, replete subsellia. Incedite novi primores, et cingite Eutropium ductorem* vestrum

Pal. inc. Heins.—462 *et flabra* Ambr. tert.—464 *trabeæ* Med. tert. *Aspiciunt trabeas* vel *Aspirant trabeis* Lov. *gestant* Vat. pr. et tert. Reg. Exc. Pat. rec. m. sec. *tollunt* Leid. sec. cum viginti aliis, Var. LL. e marg. Parm. Exc. Gevart. nec non Var. LL. ed. Antv. *gestant* vel *tollunt* Put. Petav. pr. Exc. Læti.—465 *ausi Latias* Pal. duo Med. *securis* Petav. sec.—467 *non* Vat. quint. Tholos. *neque* Med. sec. *quo* Jun. pr. *suspicit* Leid. pr. *suspiscit* Exc. Gevart.—468 *Exempti* Put. *Excepti* Farn. *Exesti* Jun. pr. *Ejecti* vel *Exsecti* Vat. pr. *Erepti* vel *Exsecti* Vat. tert. *Veneri stimulis* Rott. *stimulos Veneris* Med. sec. *stimulis* Florent. m. pr. Put. m. sec. Oxon. sec. m. pr. Exc. Læti, Var. LL. ed. Antv. *stimulis* vel *stimulos* Pric. *vulnere pleni* Med. sec. m. pr.—469 *inter juvenemque* Petav. pr. m. pr. Exc. Pat. rec.—470 *complere* Oxon. sec. —471 *infecundusque senatus* Tholos.—472 *Eutropio* Rott. *stipate* vel *servate*

NOTÆ

vus, ab ortu Solis, Valerii galeam insedit, et ita ora oculosque Galli verberavit, ut vinceretur a Valerio, qui inde dictus est *Corvinus.*

462 *Ambigui mares*] De quibus dubitatur, an sint mares, an fœminæ.

463 *Flabella*] Exosi et relinquentes ventilabra, quibus a virginibus nobilibus ardorem nimium removebant; aspirant, affectantque consulatum. *Aspirant,* alludit ad alium spiritum, ad aliam auram, auram scilicet ambitionis.

466 *Latebras*] Secessus, cubicula, in quibus eunuchi astant fœminis operam præstituri.

469 *Inter puerumque senemque nil medium*] Inter puerum et senem est vir, sed eunuchus vir non est, ac proinde nil medium inter utrumque. Eunuchus nec vir est, nec fœmina.

470 *Falsi Patres*] Cum veri esse non possitis. Alludit ad Patres Conscriptos.

Pro thalamis. Verso jam discite more curules,
Non matrum pilenta sequi. Neu prisca revolvam,
Neu numerem, quantis injuria mille per annos
Sit retro ducibus: quanti fœdabitur ævi
Canities! unam subeant quot sæcula culpam!
Inter Arinthæi fastus et nomen herile
Servus erit, dominoque suos æqualis honores
Inseret. Heu, semper Ptolemæi noxia mundo

curia sterili. Frequentate tribunal pro lectis. Jam consuetudine mutata, discite comitari sellas eburneas, non currus matronarum. Neve referam antiqua, neve recenseam, quantis dedecus sit ductoribus per annos mille præteritos. Quanti temporis antiquitas contaminabitur? Quot sæcula patientur unum ignominiam? Inter magnitudinem Arinthæi, et nomen Domini, servus Eutropius *invenietur, et similis miscebit magistratum suum* cum *domino. Pro! servos Ptolemæi semper funestos*

Exc. Læti. deest hic versus in Bonon. Tholos. et Oxon. sec.—474 *neu prisca* Med. sec. Thuan. duo Leid. inc. Heins. Exc. Gevart. *ne* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Ambr. pr. *non* Med. quart. Jun. pr. Moret. sec. *nec* septemdecim alii. *nec* vel *neu* Petav. pr.—475 *Neu numerem* Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. *Heu* Florent. *Non* Med. quart. *Nec* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. duo Med. Put. Reg. Thuan. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Moret. sec. duo Oxon. et ed. Vicet. *Ne* Jun. pr.—476 *Sic retro* Rott. *Fit* Heinsius conjiciebat. *ducibus* vel *divitibus* Florent. Leid. pr. Put. *sedabitur* Put. Mazar. Petav. et Ambr. tert. Var. LL. ed. Antv.—477 *subeunt* duo Vatt. Pal. Farn. Reg. Tholos. tres Med. *tot* Jun. pr. *quod* Exc. Gevart. et Lucens. sec.—478 *Arinthæi* Vat. Livin. Med. quart. Reg. Exc. Lucens. sec. *Arithæi* Med. sec. Exc. Læti. *Arenthæi* Ambr. tert. *Arestei* Jun. pr. *Aristæi* duo Leidd. cum octodecim aliis et Sched. Gud. *Aristerii* Lov. *Eristei* Moret. sec. *Arithæi* vel *Aristei* vet. Gyr. *Arenthei* vel *Aristæi* Med. pr. *fastus* vet. Gyr. Med. sec. Exc. Pat. rec. ed. Parm. et Vicet. *fastos* duo Leidd. et plurima pars Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Cod. Rhem. Sched. Gud. Ald. item Var. LL. e marg. Parm.—479 *æquabit* Vat. sec. Rott. Med. quart. Mazar. Ambr. pr. Moret. sec. marg. Isingr. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud.—480 *Et seret* Med. quart. *Inseret* Lov. *Inferet* Med. tert. Thuan. Ambr. pr. Var. LL. è marg. Parm. Sched. Gud. *Inserit* Pulm. *Ptolemæus* Ambr. pr. *Ptolomæus* Put. *Tholemæus* Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. *Tholomæus* Var. LL. e marg. Parm. *Tholomæi* Lov. ambo Moret. *Ptolemæi* vel *Ptolemæus* Vat. sec. *regia* Moret. sec. *regia semper* Vat. sec. m. pr. *noxia* vel *Regia* Lov. *mundo* vel *semper* Oxon. sec.—

NOTÆ

476 *Sit retro ducibus*] Vident omnes, quanta injuria facta sit tot ducibus retro præteriti temporis, cum factus est consul indignus, qui inter eos numeratur. Id dedecus omnia ferent sæcula.

477 *Canities*] Antiquitas veneranda, ut canities in sene.

478 *Arinthæi*] Fierine potest ut in fastis iisdem legatur nomen Arinthæi consulis, et nomen consulis Eutropii, qui fuit Arinthæi servus? Arinthæus autem fuit vir illustris, togata et armata militia clarissimus.

480 *Ptolemæi*] Regis Ægypti, cujus servus Pothinus ad dignitates sublatus occidi jussit Pompeium Magnum.

Mancipia! en alio lædor graviore Pothino.
En patior majus Phario scelus. Ille cruorem
Consulis unius Pellæis ensibus hausit:
Inquinat hic omnes. Si nil privata movebunt,
At tu principibus, nostræ tu prospice causæ,
Regalesque averte notas. Hunc aspicit unum
Aula magistratum: vobis Patribusque recurrit
Hic alternus honos. In crimen euntibus annis

orbi! Ecce offendor Pothino altero perniciosiore. Ecce fero crimen acerbius Ægyptio crimine. *Ille* Pothinus *exsorbuit sanguinem unius consulis* Pompeii *gladiis Alexandrinis: hic* Eutropius *inficit omnes. Si* res *privatæ nihil te commovebunt, at tu*, o Stilicho, *consule Principibus, et causæ nostræ, et remove maculas Imperatorias. Regia intuetur hunc unum magistratum. Hic honos* consulatus *redit vobis et Senatoribus alternatim.* O Stilicho, *quartum consul, succurre annis labentibus in*

481 *heu alio* Med. tert. *lædi* Jun. pr. *Pothino* Exc. Lucens. sec.—482 *En patior* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. Lov. Moret. sec. Ambr. tert. *Phario majus* Vat. tert. Pric.—483 *Lagæis* Exc. Læti. *menibus* pro *ensibus* Moret. pr. —484 *movebunt* Exc. Lucens. sec. *monebunt* Farn. *manebant* ed. Vicet.—485 *At nunc* Vat. quint. Petav. pr. *nostræ tu* Mazar. Ambr. sec. *tu nostræ* inc. Heins. *vestræ* Exc. Lucens. sec. ed. Gesn. et ed. Bipont. *nostris* Jun. pr. Moret. sec. *nobis* Oxon. pr. *nostræ circumspice* Mazar. Ambr. tert. *nostræ vel conspice* Oxon. sec. *conspice* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. tres Med. et Petav. Bonon. Tholos. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *conspice* vel *consule* Moret. pr. *conspice* vel *prospice* ut et *caussæ* vel *ceræ* Lov. in quo ascriptum erat, *ceræ*. 'forte recte. nam Notarius fuit.' *respice* vel *prospice* Vat. tert. *consule* legebat Heins.—486 *Regales adverte* Med. sec. *Regalesque notas adv.* Bonon. Oxon. sec. *adverte notas* tres Vatt. Pal. Pric. Farn. Rott. Med. pr. Reg. Petav. sec. *averte* Jun. pr. Florent. duo Med. inc. Heins. Thuan. Mazar. Petav. pr. Put. m. sec. tres Ambr. item Vat. Livin. *hinc* Vat. tert. Rott. Florent. Reg. Put. *hunc* vel *hinc* Oxon. pr. Med. sec. *accipit* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Vicet. Parm. Ald. Isingr. *aspicit* Med. sec. Oxon. sec. Put. Pat. Thuan. duo Ambr. Var. LL. ed. Antv.—487 *nobis* Vat. tert. *paribusque* Ambr. pr.—488 *Nil alternus* inc. Heins. *Hinc* vel *Hic* Med. sec. *honor* duo Vatt. Pal. Pric. Rott. Florent. duo Med. Put. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Lov.

NOTÆ

481 *Mancipia*] Non quod Eutropius fuerit servus Ptolemæi, sed quod natus fuerit ex Africa, in qua regnavit Ptolemæus.

482 *Majus*] Majus scelus quam Pharium, seu quod patratum est in Ægypto, quæ Pharia dicitur a Pharo insula Nili.

483 *Pellæis*] Alexandrinis. Alexandria enim urbs Ægypti condita fuit ab Alexandro Pellæ nato.

485 *Nostræ causæ*] Quæ dedecoratur a tam turpi Consule.

486 *Regales notas*] Averte dedecus Imperatoris Arcadii, cujus Aula hoc monstro inficitur.

487 *Recurrit*] Recurrit consulatus, et vos post Eutropium illum gerere sustinebitis?

488 *In crimen euntibus*] Anni qui nominantur a consulibus, dedecorabuntur tam turpi consule, et nemo deinceps nisi turpis, volet esse consul. Nempe majores dignitates dedecorantur ab hominibus abjectis: et dignitates vel minimæ nobilitantur a

Parce, quater Consul: contagia fascibus oro
Defendas ignava tuis: neu tradita libris
Nomina, vestitusque meos, quibus omne, quod ambit
Oceanus, domui, tanta caligine mergi
Calcarique sinas. Nam quæ jam bella geramus
Mollibus auspiciis? quæ jam connubia prolem,
Vel frugem latura seges? quid fertile terris,
Quid plenum sterili possit sub Consule nasci?
Eunuchi si jura dabunt, legesque tenebunt,
Ducant pensa viri, mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confusa licentia ritu.

scelus: rogo te, ut *arceas* a *fascibus tuis contagionem inertem: neve permittas nomina* tot consulum *prodita fastis, et vestes meas, quibus superavi id omne, quod Oceanus cingit, sepeliri tantis tenebris, et proteri. Etenim quæ jam faciamus prælia, ducibus effœminatis? Quæ jam matrimonia* paritura sunt *sobolem, quæ seges paritura messem? Quid fœcundum in orbe, quid maturum queat produci sub Consule infœcundo? Eunuchi si ferent jura, et* si *moderabuntur leges, viri trahant pensa, et serie rerum conversa, libertas effrænata agat more Amazonum. Quare moror am-*

Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Gevart. ed. Vicet. *honos* Exc. Lucens. sec. *amor* vel *honor* Reg. Oxon. pr.—489 *pater Consul* Med. sec. m. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *pater* vel *quater* Oxon. sec. *fastibus* Tholos.—490 *ne tradita* duo Med.—491 *Nomina* Ambr. tert. Pat. m. sec. quod probat Heinsius, qui notat *Nomina* et *fastos* conjungere Spartian. in Æl. Vero p. 16. l. 4. *Tegmina* Exc. Læti. *Omina* Pal. Farn. Pric. Exc. Gevart. et Lucens. sec. Ald. *Homina* Med. tert. Lov. *Omnia* tres Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Oxon. sec. Petav. tert. Mazar. Bonon. ed. Vicet. *Carmina* vel *Crimina* Med. quart. *Omina* vel *Nomina* Petav. pr. Leid. pr. *Nomina* vel *Omnia* Vat. tert. Pric. *vestitusque* Lov. *conventusque* Med. sec. m. pr. *vestitusque* vel *conventusque* Vat. tert. *tuos* Med. quart.—492 *tanta dui* pro *domui tanta* Jun. pr.—493 *nefas* Pat. *non quædam* Vat. sec. *feramus* Vat. tert. Rott. Reg. Mazar. ed. Vicet. *geremus* Petav. tert. inc. Heins. *geramus* duo Leidd. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm.—494 *aut quæ connubia* Farn. *quæ jam* Med. pr. Mazar. Moret. sec. Vat. Livin. *conubia* Moret. pr.—495 *Aut* Farn. ed. Vicet. *Vel* duo Leidd. et septemdecim alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. item Var. LL. e marg. Parm. *frugem* Vat. tert. ed. Vicet. *fruges* Farn. *laturus ager* quatuor Vatt. Pal. Pric. marg. Isingr. *latura seges* Mazar. Vat. Livin. *latura seges* vel *laturus ager* Vat. pr. Farn.—496 *pulchrum* Pulm. et Ms. Delrii. *poterit* Oxon. sec. m. sec. *possit sterili* Med. quart. *principe* Pal. Med. pr.—497 *tenebant* Petav. sec.—498 *mutandoque* Put. Petav. sec.—499 *sistro* pro

NOTÆ

viris magnis. Sic Epaminondas, cum viarum sternendarum cura ipsi contumeliose demandata fuit, 'abjectissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit.' Val. Maximus.

494 *Auspiciis*] Olim captabantur auspicia, seu consulebantur aves, antequam bella gererentur.

498 *Pensa*] Viri trahent pensa, nebunt instar mulierum, si effœminati negotia virilia obire velint.

499 *Amazonio ritu*] Mulieres viris dominabuntur: alii legunt *sistro*; nec-

Quid trahor ulterius? Stilicho, quid vincere differs,
Dum certare pudet? nescis, quod turpior hostis
Lætitia majore cadit? Piratica Magnum
Erigit: illustrat servilis laurea Crassum.
Annuis. Agnosco fremitum, quo palluit Eurus,
Quo Mauri Gildoque ruit. Quid Martia signa
Solicitas? non est jaculis hastisve petendus:
Conscia succumbent, audito verbere, terga.
Ut Scytha post multos rediens exercitus annos,

plius? O Stilicho, quare procrastinas superare, dum erubescis dimicare? An *ignoras, quod hostis deformior vincitur cum gaudio majore? Piratica* victoria *extollit Magnum* Pompeium. *Laurus servilis nobilitat Crassum. Concedis* petita. *Cognosco murmur, quod terruit Orientem, quo Mauri et Gildo victi sunt. Quid requiris vexilla Martis? Non* hostis *aggrediendus est arcubus et cuspidibus: terga* hominis *conscii dejicientur flagro audito, sicut exercitus Scytharum revertens post multos*

ritu vet. Gyr. Exc. Lucens. sec.—500 *Quid trahor? ulterius* Bonon. *Stilico* Vat. tert. Med. quart. *differt* Farn. Put. Thuan. duo Petav. *differs* duo Leidd. et sedecim alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. et Var. LL. ed. Antv.—501 *Quid certare* Med. tert. *Dum* vel *Num certare pudet* Vat. pr. *certare fugis* Oisel. Vat. Livin. *fugas* Rott. *pudet* vel *fugis* Mazar. et Vat. pr. *nescit* Put. Petav. tert. *quam* vel *quod* Med. sec. *vilior* inc. Heins.—502 *cadit* Exc. Læti et Lucens. pr. *cadet* Leid. sec. et viginti alii, item Exc. Gevart. et ed. Vicet. —503 *Egerit* Jun. pr.—504 *Annuis* Exc. Lucens. sec. *Ha nimis* Med. quart. *Animus* ed. Vicet. *At vix agnoscit* marg. Isingr. *fremitu* Ambr. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. *quem palluit* conjiciebat Heinsius ascripto Silii loco lib. I. 101. 'Non ille euantis Massylæ palluit iras.' sed postea mutavit sententiam, ut patet: nam ascripserat locum IV. Cons. Hon. 359. 'pallescat nostro sine barbarus arcu.' *palleat Hebrus* Oxon. sec. m. sec. *Ebrus* Pric. *Eb^us* Jun. pr. *Hemus* et emendatum *Hebrus* Oxon. pr. *Emus* et m. sec. *Hebrus* Reg. cum glossa seq. *Hebrus fluvius Thraciæ, ubi Stilico Getas devicit, unde ait Poëta*, l. I. in Rufin. 332. 'Quos tamen impavidus contra spumantis ad Hebri Tendis aquas.'—505 *gelidoque perit* Leid. pr. *Gildonque* Exc. Læti. *perit* Med. tert. *hastis jaculisque* Tholos. *jaculis hastisque* Farn. Ambr. tert.—506 *hastis jaculisve* tres Vatt. Petav. pr. Vat. Livin. *jaculisve hastisve* Oisel. *hostisve* Thuan.—507 *succumbunt* Med. sec. *audito nomine* Med. tert.—508 *per multos* Ambr. pr.

NOTÆ

male: σεῖστρον, ἀπὸ τοῦ σείειν, *quatere*, est crepitaculum æreum, quo Amazones in bello utebantur, et Isidis Sacerdotes in sacris, et Ægyptii etiam in bello: unde Virgilius de Cleopatra: 'patrio vocat agmina sistro.'

502 *Piratica*] Pompeius vicit piratas, Crassus Spartacum aliosque servos, et ambo multam hinc laudem sibi comparaverunt.

507 *Conscia terga*] Hominis servum se esse conscii.

508 *Ut Scytha*] Scythæ ex Justino, tertia expeditione Asiana, octo annis absunt a conjugibus: hæ servis nubunt, qui armati dominos redeuntes velut advenas finibus prohibent. Scythæ post varia prælia, inopinantibus verbera intentant: adeoque illos per-

Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes
Iret, et arceret dominos tellure reversos,
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile repulit horror
Vulgus, et adductus sub verbere torpuit ensis.

annos, cum juventus servilis veniret sibi obviam ad confinia regionis, *et repelleret dominos redeuntes* in *terram* patriam, *flagris monstratis vicerunt turbam armatam: timor expertus deterruit a cœptis multitudinem* servorum *obscuram, et gladius sublatus* ad plagam *sub flagro elanguit.*

—509 *Cum sibi* Put. Petav. sec. ed. Parm. *præ finibus* conjiciebat Heins. *funibus* marg. Marcill.—510 *revulsos* Ambr. pr.—511 *offensis* Leid. pr. Rott. Oisel. Put. Petav. tert. *ostensis* vel *offensis* Vat. tert. *fudere* vel *trudere* Mazar.—512 *inceptis* Exc. Læti. *incertis* Moret. sec. *incestis* vel *inceptis* Vat. tert. *ignobile* Exc. Lucens. sec. *inmobile* Mazar. ed. Vicet.—513 *adductus* Jun. pr. duo Vatt. Med. quart. Florent. m. sec. Reg. Mazar. Petav. pr. Ambr. tert. *abductus* Pal. Vat. sec. Med. pr. et sec. Var. LL. e marg. Parm. *obductus* Ald. *abductis* Rott. *addictus* Med. quart. inc. Heins. Florent. m. sec. Pat. Tholos. Put. Moret. sec. Petav. tert. Exc. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. item Exc. Schotti, in quibus Gronovius notaverat seqq. *addictus* i. e. *servilis. male mutat Barthius. abdictus* Bonon. *abjectus* Pric. *addictus* et emendatum *abdictus* Lov. *adstrictus* Thuan. Leid. sec. Exc. Gevart. quod Heinsio placere visum est. *addictus* vel *astrictus* Ambr. sec. *addictis* vel *adductus* Vat. pr. *abductus* vel *addictus* Vat. tert. *sub pulvere* Rott. Reg. m. pr. Oxon. pr. *verbere* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. *sub verbera* vet. Gyr. et vet. Cod. Petav. teste Heinsio, qui ascripserat, *recte. i. e. imminentibus verberibus.* sic *sub cantum tibiæ* Horat. Od. VII. lib. III. *sub pectora* quoque apud Valer. Flacc. VI. 603. ex Msto Carrionis, et Stat. II. Theb. 145. similiter ex Mss. *verbere* vel *pulvere* Vat. tert. Put. *corruit* Med. tert.

NOTÆ

cellunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent: alii occisi, alii capti et cruci affixi. Sic ex Pacato: 'tanta vis conscientiæ fuit, ut ab inermibus verterentur armati: et qui obtulerant mortibus pectora, darent terga verberibus.'

513 *Adductus*] Sublatus in plagam ferendam; vel *addictus*, id est, servilis gladius, nam olim quidam nexi in servitutem creditoribus addicebantur: idque petitum est ex ipsis Juris fontibus.

XIX.

CL. CLAUDIANI

IN EUTROPIUM

LIBER II.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

ILLUDIT Eutropio, qui ex Consule factus est servus et exul.

QUI modo sublimes rerum flectebat habenas
  Patricius, rursum verbera nota timet;
Et solitos tardæ passurus compedis orbes,
  In dominos vanas luget abisse minas.

Ille Eutropius *Patricius, qui nuper moderabatur imperium altum, metuit iterum flagra experta* sibi. *Et toleraturus nexus consuetos catenæ lentæ, dolet minationes*

In Moret. sec. vocatur *Præfatio Libri secundi in Eutropium.* in Schotti Excerptis vero deest. Excerpta Læti habent sequentia, *Non videtur mihi Prologus, sed Elegia separata, quæ erat inter Epigrammata, hoc in loco posita prope materiam.*—2 *Fabricius* inc. Heins. *rursus* Farn. Med. sec. Ambr. sec. *rursum* duo Leidd. cum triginta aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. *timet?* Moret. sec.—3 *solidos* Farn. Petav. pr. m. pr. *solios* Jun. pr. *solitus* vel *solitos* Mazar. *solitos* vel *solidos* Ambr. pr. Med. sec. *orbis* Petav. sec. *orbem* Tholos.

NOTÆ

1 *Sublimes habenas*] Qui sublimis in alta sede regebat habenas Imperii.

2 *Patricius*] Senatoris instar, in nobilitatem allectus: quæ Patricii dignitas amplissima est, et non finitur, nisi cum vita, ex Cassiodoro: at secus accidit in Eutropio.

Verbera] Timet verbera servilia, quia factus iterum servus.

3 *Passurus*] Passurus catenas, ut

Culmine dejectum vitæ Fortuna priori
Reddidit, insano jam satiata joco.
Scindere nunc alia meditatur ligna securi,
Fascibus et tandem vapulat ipse suis.
Illatas Consul pœnas se Consule solvit,
Annus qui trabeas, hic dedit exilium.
Infaustum populis in se quoque vertitur omen.
Sævit in auctorem prodigiosus honos.
Ablato penitus respirant nomine fasti,
Maturamque luem sanior aula vomit.

suas *inanes in dominos evanuisse. Fortuna jam saturata ludo furioso restituit conditioni primæ* Eutropium *deturbatum honoribus. Nunc* ille *apparat cædere ligna bipenni altera, et demum verberatur fascibus suis. Consul luit supplicium irrogatum, se Consule. Hic annus, qui* dederat *consulatum, dedit exilium. Augurium infortunatum gentibus convertitur etiam in se: dignitas monstrosa furit in auctorem suum. Fasti liberiores sunt, nomine* Eutropii *eraso omnino, et Regia sanior*

—4 *dominos* Put. Pat. Ambr. pr. *domino* unus Ms. *varias* Pal. Med. pr. Lov. m. pr. *abesse* Tholos.—5 *vitat fortuna priorem* Med. tert. *priorem* Petav. sec. Leid. pr. m. pr.—6 *sociata* Tholos. Lov. m. pr. *loco* Petav. sec.—7 *lingua* Var. LL. ed. Antv.—8 *ille* Rott. Florent. Petav. tert. ed. Vicet. *ipse* duo Leidd. et Oxon. Jun. pr. Lov. Pal. Farn. Pric. Oisel. Moret. sec. et omnes Vatt. Sched. Gud. Exc. Gevart. nec non Var. LL. ed. Antv.—9 *Illatas* Leid. pr. m. pr. Oxon. pr. Med. tert. *Illicitas* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott, Oisel. *Illicitus* Barth. *Inlicitas* vel *Illatas* Reg. Pric. *Sancitas* conjiciebat Heinsius. *solum* pro *solvit* Petav. sec.—10 *auxilium* Vat. quart. —11 *Infandum* Moret. sec. *Infaustum* vel *infandum* Exc. Læti. *in se convertitur* Jun. pr.—12 *S'vit* Jun. pr. *auctorem* Med. quart. Exc. Læti. *actorem* tres Vatt. duo Petav. Lov. Pat. Leid. sec. *honor* tres Vatt. Pal. *honos* Rott. Oisel. Florent. Med. tert. Mazar. Vat. Livin. Jun. pr. Leid. pr. et Oxon.—13 *Abluto* Leid. pr. m. pr. Vat. sec. Med. tert. Petav. tert. duo Ambr. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *Oblato* Jun. pr. *Oblito* Petav. sec. *respirent* Med. sec. m. pr.—14 *aula* Vat. pr. Pal. Pat. Med. quart. Exc. Læti. *aura* viginti quin-

NOTÆ

olim, dum vinctus opus servile faceret: id quod de Eutropio fama loquebatur.

4 *Dominos*] Eutropius factus Consul, ut extingueret vitæ prioris sordes, suos dominos volebat extinguere: sed nunc dolet minas illas vanas fuisse.

7 *Scindere ligna*] Ut servus vilissimus scindit ligna, sed non hac securi, quam gestabat dum esset consul.

8 *Fascibus*] Verberatur fasciculis ex betulla factis, more servorum. Alludit ad fasces Consulum.

9 *Consul*] Qui fuit Consul, sentit easdem pœnas sibi inferri, quas aliis inferebat.

10 *Exilium*] In insulam Cyprum.

11 *Omen*] Consulatus mali ominis, seu monstrosus Eutropio datus, convertitur in se; id est, ipsum Eutropium, quem in servitutem retrahit, retractum expellit: sicque sævit in ipsum auctorem, id est, in ipsum Eutropium auctorem monstrosi consulatus, dum eum gereret.

13 *Respirant fasti*] Quasi gemerent oppressi nomine Eutropii.

14 *Maturam sanior aula*] Et velut repurgans sese, vomit Eutropium,

Dissimulant socii, conjuratique recedunt;
  Procumbunt pariter cum duce tota cohors:
Non acie victi, non obsidione subacti,
  Ne pereant ritu, quo periere viri.
Concidit exiguæ dementia vulnere chartæ:
  Confecit sævum litera Martis opus.
Mollis fœminea detruditur arce tyrannus,
  Et thalamo pulsus perdidit imperium.
Sic juvenis, nutante fide, veterique reducta
  Pellice, defletam linquit amica domum.

evomit pestem putrefactam. Comites ejus *mussant, et conspirantes abeunt; omnis caterva* eunuchorum *cadit simul cum ductore. Non superati* sunt *bello, non domiti obsidiis, ne cadant* eo *more, quo viri occiderunt. Amentia* tota *cecidit ictu papyri tenuis: epistola implevit laborem crudelem Martis. Tyrannus effœminatus deturbatur* ex *fastigio muliebri, et expulsus lecto amisit regnum. Ita amasia deserit domum tristem, fidelitate adolescentis* amici *vacillante, et concubina antiqua*

que alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Oxon. duo. Jun. Lovan. marg. Isingr. edd. Parm. Vicet. Pulman. item Var. LL. ed. Antv. *aura* vel *aula* Med. pr. Vat. quart. *luit* Pat. *movit* Leid. pr. m. pr. *luit* vel *vomit* Put.—16 *Procumbunt* Put. Pat. Lov. m. sec. *Procumbit* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Procubuit* Oxon. sec. m. sec. *in duce* Vat. pr. Oisel. *cum duce* Leid. pr. *judice* vel *cum duce* Oxon. pr.—17 *acie juncti* Var. LL. ed. Antv. *nec* Vat. quart. Pal. *non* Leid. pr. Oxon. pr. Florent. duo Med. Lov. Jun. pr. *nec* vel *non* Oxon. sec. *obsidione* Vat. quart. Pat. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *seditione* Vatt. quatuor, Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Lov. Leid. sec. *deditione* Exc. Gevart. *seditione* vel *deditione* Reg. Ambr. pr. Moret. pr. *subacti* Moret. sec. *coacti* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *recati* Var. LL. ed. Antv. [*f. reducti*]—18 *Nec pereunt* Vat. pr. Farn. Mazar. Put. *Non pereunt* Oxon. pr. Ambr. sec. inc. Heins. *Ne pereant* vel *Non pereunt* Reg. *remi* pro *ritu* Pal.—20 *Perfecit* duo Vatt. Petav. pr. Med. quart. *Et fecit* Leid. pr. *Cum fecit* Leid. sec. Farn. Pric. Med. tert. Put. Petav. sec. Reg. m. sec. Pat. Tholos. Lov. Exc. Gevart. *servum* Moret. pr.—21 *demittitur* Med. tert. *arte* Pal. Pric. Rott. Tholos. *arce* duo Leidd. et quindecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *arte* vel *arce* Vat. pr. Med. sec. Reg. *arte tyranni* Petav. tert.—22 *prodidit* Jun. pr.—23 *fluitante* Mazar. Exc. Cod. Rhem. *mutante* Tholos. inc. Heins. Oisel. cum glossa *i. e. mutata. mutante* vel *nutante* Reg. Oxon. pr. *relicta* pro *reducta* Med. tert.—24 *defleta*

NOTÆ

ceu vomicam aliquam maturam, hoc est, satis putrefactam.

19 *Vulnere*] Dementia Eutropii aliorumque eunuchorum fracta est vulnere seu ictu rescripti Principis; sicque epistola fecit, quod bellum fecisset, Eutropium ejiciendo. Nempe Gainus seu Gaines infensus Eutropio, et impulsus a Stilichone, petit ab Arcadio, ut sibi iste dedatur. Eutropius fugit in templum tanquam in asylum. Inde per promissa educitur: relegatur in Cyprum: post mittitur Chalcedonem, et ibi interficitur.

21 *Arce*] Deturbatur ex fastigio rerum, ad quod vir effœminatus as-

Canitiem largo raram de pulvere turpat,
Et lacrymis rugas implet, anile gemens:
Suppliciterque pias humilis prostratus ad aras
Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur heri, sibi quisque petentes
Mancipium solis utile suppliciis.
Quamvis fœdus enim, mentemque obscœnior ore,
Ira dabit pretium: pœna meretur emi.

revocata. Entropius *deformat cinere multo canos* jam *paucos, et flens aniliter, replet rugas suas fletibus, et submissus advolutus religiose ad altaria sacra, mulcet verbis tremulis nurus indignantes. Domini infiniti congregantur, poscentes sibi quisque servum* Eutropium *aptum verberibus unis. Nam etsi turpis* est, *et* habet *animum turpiorem vultu, furor numerabit pecuniam; supplicium ejus meretur emi.*

Petav. tert. *defectam* Lov. *deflętam* vel *dilectam* Ambr. pr. *linquit* duo Med. inc. Heins. *liquit* Med. sec. Thuan. Bonon.—25 *Caniciemque aram* duo Vatt. *largo raram* duo Med. Put. Petav. pr. Pat. Ambr. sec. Moret. sec. Lov. inc. Heins. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *raram largo* Vat. pr. Farn. Pric. Rott. Oisel. Vicet. Parm. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. *largam raro* Med. sec. Petav. sec. Ambr. sec. Tholos. Exc. Gevart. *raram raro* Vat. quart. Exc. Læti. *large raram* Vat. quint. *largo raram* vel *raro largam* Reg. duo Oxon. *rarus* Voss. *de pulvere* Vat. Livin. *de* abest Oisel. *se pulvere* Florent. m. pr. *tam pulvere* Oxon. pr. *jam pulvere* vet. Gyr. Vat. Livin. Leid. pr. Med. tert. *tam* vel *de pulvere* Vat. pr. Reg. *jam* vel *tum* leg. Heins. *turbat* Farn. *carpit* vel *spargit* Med. sec. *carpit* marg. Isingr. *lavit* Med. sec. et al. —27 *Suppliciumque* Pat. *Suppliciisque* Vat. quint. *Suppliciterque* vel *Simpliciterque* Put. *substratus* duo Leidd. et Petav. Vat. sec. Farn. Med. tert. Thuan. Bonon. Pat. Moret. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *subtractus* Med. sec. *prostratus* vel *substratus* Pric. Put. Oxon. sec. *subsistit* marg. Isingr.—28 *iratus* Var. LL. ed. Antv.—29 *Innumeri* Exc. Læti. *Innumerum* Pat. ed. Vicet. *In numerum* Pric. et vet. Cod. teste Heinsio, qui ascripserat locum Lucani Lib. II. 111. 'In numerum pars magna perit.' *potentes* Vat. pr.—30 *Mancipii* Rott. *vivere* pro *utile* Ambr. pr. Sched. Gud. *principiis* pro *suppliciis* Rott.—31 *fidus* Mazar. *emi* Pal. *obscurior* Vat. pr.—32 *dabat* Vat. pr. Pal. Farn. *dabit* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

cenderat. Alii legunt *arte fœminea*, quod Eudoxia Augusta ab Entropio offensa Pulcheriam et Arcadiam filiolas in sinu gerens, conquesta sit coram Imperatore Arcadio, de istius miseri impudentia; quæ ipsi minabatur eam se ad suos esse reducturum, quod non nisi filias pareret.

27 *Pias aras*] Aras Christianorum, ad quas fugerat; et quibus se indignum præstiterat; cum eo adduxisset Arcadium, ut vetaret, ne quis ad Ecclesiam confugeret.

28 *Iratas*] Indignantes tale monstrum.

32 *Ira*] Ira dabit pecuniam, fa-

Quas, spado, nunc terras, aut quem transibis in axem?
Cingeris hinc odiis, inde recessit amor.
Utraque te gemino sub sidere regia damnat:
Hesperius nunquam, jam nec Eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata solebas,
Ad propriam cladem, cæca Sibylla, taces?
Jam tibi nulla videt fallax insomnia Nilus:
Pervigilant vates nec, miserande, tui.
Quid soror? audebit tecum conscendere puppem,
Et veniet longum per mare fida comes?

O *Eunuche, in quas nunc transgredieris terras, aut quam in regionem? Hinc circumdaris odiis, inde amor abiit. Aulæ duæ condemnant te, sub duobus Imperatoribus: jam nunquam eris occidentalis, nec Eous. Admiror, cur* tu, *qui consueveras aperire futura ceteris, sileas in calamitate tua*, velut *Sibylla muta. Jam Nilus vanus nulla cernit somnia, neque harioli tui vigilant* tibi, o *miser. Quid soror* tua facit? An *audebit ascendere navim tecum, et socia fidelis sequetur per*

Put. m. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Lov. tres Petav. inc. Heins. Exc. Gevart. Lucens. sec. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. *dabit* vel *dabat* Oxon. sec. *pœna* Exc. Lucens. pr. et Læti. *lingua* ed. Vicet. *pœna* vel *lingua* Exc. Pat. rec.—33 *Quo spado* Rott. *transibit* duo Vatt. Pric. m. pr. Tholos. Ambr. pr.—34 *hoc odiis* Jun. pr. *hic odiis* Put. *resistit* Ambr. tert.—35 *te sidere* Med. tert. *sub gemino te sidere* Thuan. *regio gemino sub sidere* duo Vat. Pric. *damnet* Jun. pr.—36 *Hesperium* Vat. pr. m. pr. *numquam* vel *nusquam* Oxon. sec. *erit* Petav. tert.—37 *quæ* Thuan. Moret. pr. Oxon. sec. Petav. tert. *facta* Pric. *solebat* Jun. pr.—38 *tabem* Jun. pr. qui et *tecta* pro *cæca* exhibet. *taces*, sine nota interrogationis, Exc. Gevart.—39 *jam quia nulla fides fallax ad somnia visus* Med. tert.—40 *Provigilant* ambo Moret. *Pervigil aut* Vat. sec. *Nec vigilant* vel *Pervigilant* Oxon. pr. *Nec* vel *Nunc* vel *Pervigilant* Reg. *nec miserande* Pal. *nunc* Moret. sec. Exc. Gevart. *non* duo Vatt. Farn. Petav. pr. vet. Gyr. *nec* vel *nunc* Leid. sec. *jam* Vat. pr. et tert. Leid. pr. Rott. Florent. Mazar. Put. m. sec. Ambr. sec. *miseranda* Moret. pr. *tibi* pro *tui* Exc. Lucens. sec.—41 *Quod* Reg. *Quid? soror* quatuor Vatt. Ambr. sec. qui et *ardebit. tecumne adscendere* Ambr. tert. *navem* Vat. quint. *puppim* vet. Gyr. Florent. Med. sec. et Claver. *puppes* Pric. Oxon. pr.—42 *veniat* Med. quart. *tecum*

NOTÆ

cietque ut ematur ipsa pœna; hoc est, homo pœna supplicioque mulctandus.

35 *Utraque regia*] Constantinopolitana et Romana.

Gemino sub sidere] Sub Arcadio et Honorio, qui tanquam duo astra Orientem et Occidentem regunt.

37 *Aliis qui pandere fata solebas*] Dum referebat oracula Ægyptiorum. Supra lib. I. in Eutrop. vs. 312. et 313.

38 *Cæca Sibylla*] Vocat et Eutropium Sibyllam, quod esset vetulæ simillimus.

39 *Insomnia*] Supra lib. I. in Eutrop. vs. 312.

41 *Soror*] Uxor, quam Eutropius habebat ut sororem.

An fortasse toros eunuchi pauperis odit,
Et te nunc inopem dives amare negat?
Eunuchi jugulum primus secuisse fateris:
Sed tamen exemplo non feriere tuo.
Vive pudor fatis. En quem tremuere tot urbes!
En cujus populi sustinuere jugum!
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis esse pater.
Improbe, quid pulsas muliebribus astra querelis,
Quod tibi sub Cypri littore parta quies?
Omnia barbarico per te concussa tumultu.
Crede mihi, terra tutius æquor erat.

mare longum? An forte odit thalamum eunuchi egeni, ipsa *locuples, et recusat nunc diligere te egentem?* Tu, o Eutropi, *confiteris primum* te *amputasse cervices eunucho, attamen non percutieris exemplo tuo. Vive ignominia fatorum. Ecce* iste, *quem tot urbes timuerunt! Ecce* iste, *cujus servitutem tot gentes tulerunt! Quare fles divitias* tuas *populatas, quas filius* tuus *possidebit? Non poteras aliter esse pater Imperatoris. Scelerate, quare feris sidera questibus fœmineis, quod requies parata* est *tibi sub ora Cypri? Omnia labefactata* sunt *per te bellis barbarorum. Crede mihi, mare securius erat* tibi, quam *terra. Jam non percelles Arme-*

pro *longum* Tholos. *tuta comes* Thuan.—43 *At* Med. sec. *choros* Leid. pr. Jun. pr. Thuan. Ambr. sec.—44 *vetat* Med. sec. *fugit* Moret. sec.—45 *primus jugulum* Vat. Livin. Ald. *primis* Var. LL. ed. Antv. *fateris* vel *probaris* Med. sec.—46 *meo* Vat. pr.—48 *En cujus* Exc. Lucens. pr. *Et cujus* Leid. sec. *Eunuchus* ed. Vicet. *Cujus tot* marg. Isingr. *populum* Jun. pr.—49 *Areptas* Jun. pr. *cur plangis* Pat. Ambr. pr. *quid natus* Exc. Læti.—50 *poteris* Jun. pr. Ambr. pr. Tholos.—52 *Quam* Jun. pr. *Quod* Vat. tert. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. duo Ambr. tres Petav. Tholos. Lov. Moret. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *Et* Leid. pr. *Quæ* Rott. Med. tert. *Quid* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. duo Oxon. Ald. Pulm. et al. edit. *sibi* Isingr. Gryph. *tuta* vel *parta* Med. sec.—53 *concessa* Oisel. *confusa* Farn. *percussa* Med. pr. Moret. sec.—54 *Crede tamen* Thuan. *terra* Vat. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. *erat* Florent. duo Leidd. et Med. Bonon. Pat. Tholos. Lov. m. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Gevart. *erit* Vat. sec. Pal. Farn. Put. Reg. Mazar. tres Petav. Ald.—

NOTÆ

46 *Non feriere*] Nam vita tibi relinquetur, 'Præbeat ut sensum materiemque malis.' Ovidius.

47 *Vive pudor*] Etiam vita tibi concedetur ad te torquendum, et ad fati pudorem.

49 *Natus*] Patricii dicebantur patres Imperatoris. Hinc irridet Eutropium patricium, cujus opes possidet Imperator, quem vocat Eutropii filium, quod ejus bonis succedat velut novus hæres et filius. Ceterum exules, et capitali judicio damnati, bona amittebant.

51 *Muliebribus querelis*] Instar fœminarum.

52 *Cypri*] Sacra Veneri est insula Cypros: et ideo jure homo effœminatus in hanc insulam mittitur.

53 *Barbarico tumultu*] A Barbaris per te accitis, bello excitato.

Jam non Armenios jaculis terrebis et arcu:
Per campos volucrem non agitabis equum.
Dilecto caruit Byzantius ore Senatus:
Curia consiliis æstuat orba tuis.
Emeritam suspende togam, suspende pharetram:
Ad Veneris partes ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera servit:
Suscipiet famulum te Cytherea libens.
Insula læta choris, blandorum mater amorum;
Nulla pudicitiæ cura placere potest.
Prospectant Paphiæ celsa de rupe puellæ;
Solicitæ, salvam dum ferat unda ratem.
Sed vereor, ne te teneant Tritones in alto,
Lascivas doctum fallere Nereidas:

nios telis et sagittis, non ages equum velocem per agros. Curia Constantinopolitana privata est ore caro Eutropii; *Curia fluctuat privata consiliis tuis. Depone vestem functam* officio, *depone pharetram, et revertere ad factionem artesque Veneris. Manus lenonis non recte famulatur Marti; Venus volens recipiet te servum. Insula* est *jucunda saltationibus, nutrix amorum tenerorum; nulla cura castitatis potest amari. Virgines Cypriæ aspiciunt ex saxis altis, anxiæ, donec aqua afferat navim* Eutropii *incolumem. At timeo, ne Tritones retineant in mari te, peritum decipere Nereides luxuriantes: vel* timeo ne *iidem venti, qui modo impediverunt*

55 *jaculo* Put. Pat. *crebresceret* pro *terrebis et* Med. tert.—56 *Et campo* Med. sec. *campum* Jun.—57 *Dilectoque caret* Lov. ex conjectura. *caret en* conjiciebat Heinsius.—59 *Et velitam* Moret. pr. *pharetras* Med. sec.—60 *ventris partes* Ambr. tert.—61 *lenonis* Moret. sec.—62 *Suscipiat* Vat. quint. Lov. m. pr. duo Petav. Voss. *Incipiet* Jun.—63 *Infula* Jun. pr. Var. LL, ed. Antv. *lecta choris* Reg. m. pr. *blanda* Jun. pr. *choris* vel *thoris* Reg. Oxon. pr.—65 *Casiæ* pro *Paphiæ* Vat. tert. *se sese* [*de sede*] Jun. pr. *puppe* duo Vatt. Med. tert. *capellæ* Vat. tert. m. pr.—66 *celsam* Pat. *deferat* Ambr. pr.—67 *ne te teneant* Med. pr.

NOTÆ

57 *Dilecto*] Ironicôs, ut et multa alia. *Dilecto ore*, vel caro capite, vel amabili eloquentia Eutropii privatus est Senatus.

Byzantius] Byzantium seu Constantinopolis, urbs maxima ad Bosporum Thracium.

59 *Emeritam*] Emeritus est miles, qui functus est officio: hinc dicitur *emerita toga*, quæ post officium consulare deponenda est, et sic quodammodo officio suo functa est.

Suspende] Eorum more, qui arcus suspendebant, cum futuri erant inutiles.

62 *Cytherea*] Venus ab insula Cytheris, vulgo *Cerigo*.

65 *Paphiæ*] Sic dictæ ab urbe Papho, quæ est in insula Cypro.

67 *Tritones*] Monstra marina, eaque lasciva atque salacia.

Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
  Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro:
  Naufragio Cyprus sit memoranda tuo.
Vecturum moriens frustra delphina vocabis:
  Ad terram solos devehit ille viros.
Quisquis adhuc similes eunuchus tendit in actus,
  Respiciens Cyprum desinat esse ferox.

effugium Gildonis, tentent te submergere mari. Tabraca illustris prædicatur, Mauro capto. Cyprus sit prædicanda naufragio tuo. Inutiliter implorabis obiens Delphinum portaturum te ; *ille portat ad littus viros unos. Quicumque eunuchus vertit* se *ad facta paria, spectans Cyprum cesset esse crudelis.*

Put. Mazar. Pat. Ambr. pr. *teneant ne te* quatuor Vatt. Farn. Rott. Oisel. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *in altum* Lov. Med. sec. *in æquor* Med. quart.—69 *Hac idem* Pric. *cupient* Vat. tert. Med. sec. *rapiant* Med. tert. *demergere* Vat. quint. *jungere* vel *mergere* Oxon. pr.—70 *Gildoni* Rott. Med. sec. *fidem* Pat.—71 *veneratur* Tholos. *Tarbraca* Oxon. pr. *Trabaca* Var. LL. ed. Antv. *Maure* vel *Mauro* Petav. tert.—72 *fit* Vat. tert. Florent. Petav. tert. duo Oxon.—73 *Venturum* Lov. Tholos. Pric. Med. sec. m. pr. Vat. quart. inc. Heins. tres Petav. totidem Ambr. ed. Vicet. *Vecturum* vel *Venturum* Reg.—74 *terras* Pal. Pric. Med. pr. *mares* Sched. Gud. *deos* vel *viros* Med. sec.—75 *Eunuchus* Leid. pr. Exc. Lucens. sec. *Eunuchi* Leid. sec. et maxima pars Codd. Exc. Læti et Gevart. et ed. Vicet. *Eunuchus* vel *Eunuchi* Vat. pr. *tendet* inc. Heins. *ad actus* Vat. tert. ed. Parm. *in actus* Leid. sec. cum viginti quatuor aliis, Exc. Lucens. sec. et Gevart. Sched. Gud.—76 *Respiciat* Rott. Med. sec. *Despiciens* Med. quart.

NOTÆ

69 *Venti*] Amici Romanorum, inimici eorum qui rem Romanam pessumdare volunt.

71 *Tabraca*] Urbs Libyæ, ad quam deletus est Gildo Maurus.

73 *Delphina*] Ut illum invocavit Arion, et ab eo delatus incolumis.

XX.

CL. CLAUDIANI IN EUTROPIUM LIB. II.

ARGUMENTUM.

Eutropius pellitur, sed sero post tot præsagia. Irridentur decretus ipsi Consulatus, statuæ, uxor, secessus Ancyranus. Bellona et Mars hunc detestantur; Bellona a Marte impulsa, sub specie conjugis, Targibilum excitat ad monstrum vindicandum. Mox Targibilus, cui Phrygia assignata fuerat, desciscit a Romanis: vastat Phrygiam: dolet Cybele. Eutropius concilium cogit hominum vilium et gulosorum: hortatur ad bella. Leo Eutropii minister, lanificus quondam, armat, pugnat, deletur: plena omnia cladibus et rebellionibus. Omnes vindicem expetunt Stilichonem; ad id invitat illum ipsa Aurora.

Mygdonii cineres, et si quid restat Eoi,
Quod pereat, regni, certæ non augure falso
Prodigii patuere minæ; frustraque peracto
Vulnere monstriferi præsagia discitis anni.

O *reliquiæ Phrygiæ, et si quid superest Imperii Orientis, quod evertatur, minationes veræ monstri cognitæ sunt prædictione vera, et plaga facta, cognoscitis*

****

Excerpta Læti inscribunt, Cl. Claudiani V. *Cl. Liber V.* Petav. pr. *Insultatio in Eutropium. Liber de Depositione Eutropii. De depositione Eutropii gratulatur.* et manu recenti *Cl. Claudiani Liber II. in Eutropium Eunuchum.* in Vat. quarto erat simpliciter, *De Eutropio Consule.* et post *Incipit Epigramma sequentis Libri in Eutropium.* in Vaticano primo ante Prologum legitur *in eundem Eutropium liber secundus.* dein vero, *Incipit Liber III. in Eutropium.*
1 *Myldoniæ* Jun. pr. *proceres* Tholos.—2 *cum te* pro *certæ* Med. tert.—3 *pavere* Jun. pr. *peralto* Farn.—4 *mortiferi* Jun. pr. Farn. *præsagi* Jun. pr. *discimus* Vat. quint. *dicitis* Pat. Tholos. ed. Vicet. *ducitis* Farn. Jun. pr. Med. sec. m. pr. Lucens. sec. *duscitis* vet. Gyr. *discitis* vel *ducitis* Oisel.—

NOTÆ

1 *Mygdonii*] Phrygia, quæ et Mygdonia dicitur: quæ a Targibilo seu Tribigildo devastata fuerat per inertiam Eutropii.

2 *Non augure falso*] Eventus docuit non eos esse falsos augures, qui, Eutropio consule monstroso, mala multa eruptura prædicebant.

3 *Frustra*] Discitis id frustra, nam malo occurrendum erat.

4 *Monstriferi anni*] Anni qui Eutropium tulit consulem monstrosum.

Cautior ante tamen violentum navita Corum
Prospicit, et tumidæ subducit vela procellæ.
Quid juvat errorem mersa jam puppe fateri?
Quid lacrymæ delicta levant? stant omina vestri
Consulis: immotis hæsere piacula fatis.
Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbo
Corpora, Pæonias nequicquam admoveris herbas.
Ulcera possessis alte suffusa medullis,
Non leviore manu, ferro sanantur et igni,

inutiliter auguria anni monstrosi. Prius tamen nauta prudentior consulit Corum rapidum, et subtrahit carbasa tempestati imminenti. Quid prodest confiteri culpam, nave jam submersa? Quid fletus prosunt peccatis? mala *prodigiosa Consulis vestri* Eutropii *remanent: crimina remanent, fatis inconcussis. Tum oportuit persentiscere scelus, tum properare ad eluendam infamiam novam. Post viscera oppressa morbo longo, adhibueris frustra gramina Pæonia: ulcera inflammata profunde* in *medullis occupatis, curantur ferro et igne, dextra non parcente, ne cicatrix*

5 *Doctior* Moret. pr.—6 *Consulit* Pal. Med. pr. quod placebat Heinsio, qui ascripserat Ovid. l. I. de Art. Am. 'Consule de gemmis, de tincta murice lana, Consule de facie corporibusque diem.' et l. I. Fast. 'Et visam primum consulit augur avem.' sic *consulere exta* Virgilio. notaverat tamen *prospicere* cum accusativo construi, citans Salmas. ad Hist. Aug. p. 248. *timidæ* Vat. quart. Pric. Tholos. *tumidæ* vel *timidæ* Reg. Oxon. pr. *producit* Ambr. pr. *carinæ* Vat. sec. m. pr. Pat. *carinæ* vel *procellæ* Put. Pat.—7 *errorem* Florent. Reg. Mazar. Oxon. pr. *errores* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *mensa* Petav. sec. *cum puppe* Oisel.—8 *Quid* vel *Cum* Vat. pr. *dilecta* Jun. pr. *juvant* Pal. Pric. m. sec. duo Med. inc. Heins. Moret. pr. Ambr. sec. Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart. *levant* Vat. pr. *velant* Tholos. *lavant* Leid. pr. m. pr. *levant* vel *juvant* Oxon. sec. *omina* vet. Gyr. Vat. Livin. Oxon. sec. ambo Moret. Gesn. et ed. Bipont. *omnia* Oisel. Florent. duo Med. Thuan. Lov. duo Petav. *veri* Florent. Exc. Læti, ed. Parm. *nostri* Farn. Med. quart. inc. Heins. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *vestri* Lov. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—10 *vitare nefas* Pat.—11 *lacrimas* Farn. ambo Moret. Var. LL. ed. Antv. *maculas* vel *lacrimas* Oxon. sec. *tunc obruta* Jun. pr. *obluta* Leid. sec. m. pr.—12 *nequaquam* Put. *artes* Jun. pr. *herbas* vel *artes* Pric.—13 *Vulnera* Thuan. *Ultra* Pal. Med. pr. *Viscera* Florent. Bonon. *Vulnera* vel *Ulcera* Vat. tert. Put. *late* Moret. sec. *suffossa* Farn. *confusa* Tholos. *venenis* Pat. Put. m. pr.—14 *Num leviore* Pat. *ferro sanantur* apposite Ammian. l. XVII. p. 103. ed.

NOTÆ

6 *Tumidæ*] Imminenti, mox erupturæ.

8 *Lacrymæ*] Leniunt animum, sed non emendant noxam.

Omina] Mala ominosa, quæ prædicebantur, stant, hærentque; et piacula, seu crimina expianda, remanent.

12 *Pæonias*] Medicas a Pæone, seu Apolline; vel a medico præstante.

13 *Ulcera*] Virgilius: 'Continuo culpam ferro compesce, priusquam Dira per incautum serpant contagia vulgus.'

14 *Ferro et igni*] Ovidius: 'Cunc-

Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammæ, quo funditus humor
Defluat, et vacuis corrupto sanguine venis
Arescat fons ille mali. Truncantur et artus,
Ut liceat reliquis securum degere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cypros habet, vindictaque mundi
Semivir exul erit. Quis vos lustrare valebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?

statim emersura obducatur inutiliter. Ignes eunt ad vivum, ut humor noxius *effluat omnino, et venis purgatis sanguine vitiato, origo illa pestis emittatur. Etiam membra amputantur, ut partes reliquæ possint vivere secure. Sed vos putatis Regiam bene sanatam, si Cyprus teneat Eutropium: et* si *Eunuchus, ultio Orbis, exulat. Quid mare poterit purgare vos? Quæ sæcula eluent tantum scelus? Vix*

Lindenbr. *igne* Leid. pr. ambo Moret.—15 *Neu* Petav. sec. *noceat* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *coëat* leg. Heins. cum Barthio. *exitura* Vat. quint.—16 *Ad durum* Med. tert. *vinum* Leid. pr. *flammæ penetrant* Jun. pr. *penetrent* Oxon. sec. *qui* Jun. pr. *quo* Pal. Oisel. duo Med. inc. Heins. Mazar. Ambr. sec. Isingr. Var. LL. e marg. Parm. *q* Med. tert. *queis* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Moret. sec. Exc. Læti et Gevart. *quis* duo Leidd. Lov. Oxon. sec. Flor. Put. Thuan. Med. quart. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Exc. Lucens. pr. edd. Parm. Vicet. Junt. *q̃s* Var. LL. ed. Antv. *quo* vel *quis* Vat. pr. Reg. Petav. pr. et Oxon. *defluat humor Funditus* Ambr. pr.—18 *Arescat* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *Exundet* Oxon. pr. Vat. tert. Oisel. Florent. m. pr. Mazar. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *Exundet* vel *Arescat* Vat. pr. Put. Reg.—19 *liquidis* Vat. quart. Pric. Petav. pr. m. pr. *securum* Exc. Læti. *secure* ed. Vicet. *securo* leg. Heins. *vivere* quatuor Vatt. Pal. Farn. *degere* Vat. pr. Reg. Mazar. Vat. Livin. Oxon. pr.—20 *Et vos* Thuan. *traditis* Med. tert.—21 *Cyprus* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *Cypros* Med. tert. Exc. Lucens. sec.—22 *erat* Exc. Gevart. *qui vos* duo Vatt. Rott. Oisel. *quid* Med. sec. m. pr. Pat. *non vos* duo Vatt. Med. quart. *nos* Put. Leid. pr. Oxon. sec. Exc. Gevart. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *valebat* Leid. sec. m. pr. Exc. Gevart.—23 *diluat* Vat. quint. *diluit* inc. Heins. *destruet* Farn. *deluet* Var. LL. ed. Antv. in Leid. sec. glossa sequens erat, 'hoc sumtum est de libro Statii Achilleidos.'

NOTÆ

ta prius tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.'

15 *Ne noceat*] Alii legunt *coëat*, i. e. ne cicatrix non bene sanata coëat, servetque intus putredinem, quæ mox cum pernicie laborantis erumpat.

20 *Aulam*] Imperium Orientis.

21 *Vindictaque mundi*] Eutropius, de quo totus Orbis vindictam sumere deberet.

23 *Oceanus*] O populi Orientis, si totam maris aquam insumatis, non poteritis eluere maculam, quam in creando tali Consule suscepistis. Euripides de Oceano, κλύζει πάντα κακὰ, *eluit omnia mala.*

Induerat necdum trabeas; mugitus ab alto
Redditus: infernas rabies arcana cavernas
Vibrat, et alterno confligunt culmina lapsu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit,
Pronus et in geminas nutavit Bosporus urbes:
Concurrere freti fauces: radice revulsa
Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ.
Scilicet hæc Stygiæ præmittunt signa sorores,
Et sibi jam tradi populos hoc Consule gaudent.

Eutropius *sumserat vestem* consularem, *cum boatus auditus* est *a Cœlo: ira secreta concutit antra Stygia, et montes concurrunt casu alterno. Motus furens per occulta* loca terræ *quassavit Chalcedonem, et Bosporus commotus est inter duas urbes. Angustiæ freti conflixerunt: nautæ effugiunt iterum Symplegades mobiles, fundamentis avulsis. Nimirum sorores infernæ spondent hæc, et jam lætantur,*

—24 *Induerant* Put. Bon. Pat. Oxon. sec. *nondum* duo Vatt. Rott. Petav. pr. *trabeas necdum* Pal. Med. pr. *ab alto* vet. Gyr. ed. Parm. et Vicet. *ab axe* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti, Lucens. pr. item Var. LL. e marg. Parm. *axe* vel *alto* Pat.—25 *Redditur* Pat. m. pr. Ambr. tert. *infernas* Vat. pr. Put. Bonon. duo Ambr. Oxon. sec. m. pr. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. *inferno* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *inferno* vel *infernas* Lov. *Inferiore venit fragor auras ille supernas* Mazar. *rabies audita* Med. sec. *cavernis* Med. tert. *cavernæ* ed. Vicet.—26 *constringunt* Ambr. pr. Sched. Gud. *consurgunt* Med. quart. Mazar. in Med. tert. hic versus deest. —27 *Bacchatur* Reg. Oxon. pr. Petav. pr. *operta* Vat. quint. *opaca* Rott. Med. sec. Tholos. Ambr. pr. *operta* vel *opaca* Petav. tert. *movit* Moret. pr. —28 *Protinus et geminas* Pric. *nutavit* Moret. pr. Lov. Ald. ed. Plantin. *nutabit* Vat. pr. Oisel. *mutabit* Jun. pr. *mutavit* Vat. tert. Farn. Pric. Med. quart. Put. Bonon. Pat. Tholos. Oxon. sec. *Bosforus* Var. LL. ed. Antv. *urbes* Put. Petav. pr. *undas* vel *urbes* Reg. Oxon. pr.—29 *Occurrere* Pal. Farn. Var. LL. e marg. Parm. *fauces.* cum τελείᾳ στιγμῇ Med. sec. Petav. pr. *tellure* Reg. *radice* vel *tellure* duo Oxon.—30 *Vincant* Med. tert. *rursus* Farn. *rursum* Florent. Mazar. Ambr. pr. Vat. Livin. *rursus* vel *rursum* Reg. *Symplegade* Pal.—31 *hæc Stygiæ* Vat. pr. duo Ambr. Vat. Livin. *et Stygiæ* duo Leidd. et maxima pars Codd. Exc. Læti, Gevart. et Lucens. pr. ed. Vicet. Ald. Var. LL. e marg. et ed. Antv. *hæc* vel *et* Reg. *signa* Exc. Læti. *fila* Rott. *Stygii furores* vel *Stygiæ sorores* Pric.—32 *Sed sibi* Farn. Pat. *jam tradi* Rott. Exc. Læti et Lucens. pr. *mox tradi* ed. Vicet. Var. LL.

NOTÆ

26 *Alterno*] Montes, in sese invicem cadentes, confligunt alternatim, mutuo illo casu.

27 *Chalcedona*] Urbem e regione Constantinopolis, trans Bosporum Thracium. Hanc Megarenses condidere, cæcique dicti sunt, quod non potius oppositum littus, in quo est Constantinopolis, elegerint. Hic celebratum est 'Concilium Chalcedonium.'

28 *Nutavit*] Bosporus quasi dubitavit, cui se urbi addiceret, an Constantinopoli, an Chalcedoni.

30 *Symplegada*] Vid. lib. de bello Getico vs. 9.

Mox oritur diversa lues: hinc Mulciber ignes
Sparserat: hinc victa proruperat objice Nereus.
Hæc flagrant, hæc tecta natant. Quam, Numina, pœnam
Servatis sceleri? cujus tot cladibus omen
Constitit? incumbas utinam, Neptune, tridenti;
Pollutumque solum toto cum crimine mergas!
Unam pro mundo Furiis concedimus urbem.
Utque semel patuit monstris iter, omnia tempus
Nacta suum properant. Nasci tum decolor imber,

gentes dari sibi, sub *consule tali. Statim pestis varia prodit: hinc Vulcanus effuderat flammas: inde Neptunus emerserat obstaculis ruptis; hæ domus ardent, illæ submerguntur.* O *Dii, quid reservatis supplicium scelerato? Cui* homini data *suffragia emuntur tot calamitatibus?* O *Neptune, utinam incubes* cum *fuscina, et immergas terram purgatam cum scelere toto. Damus furiis urbem unam pro Orbe* expiando. *Et statim atque via semel aperta est prodigiis, omnia, invento tempore opportuno, festinant* exsurgere: *tum pluvia sanguinea* videtur, *et facies*

e marg. Parm. *hoc ordine* Rott. *ordine* vel *consule* Med. sec.—33 *hic Mulciber* Med. tert. *hinc* vel *mox* Oxon. sec. *Mulcifer* Exc. Lucens. sec. *ignis* Rott. —34 *hinc rupto* Leid. sec. *hic* Med. tert. *victa* Vat. pr. et tert. Oisel. Med. tert. Mazar. Vat. Livin. *vincta* Exc. Lucens. sec. *victo* Vat. sec. Pal. Farn. Pric. Rott. Ambr. pr. *vincto* ed. Parm. *rapto* Farn. Ald. *rapta* vet. Gyr. *rupto* duo Vatt. Ambr. pr. Lov. m. sec. Exc. Pat. rec. *rupto* vel *victo* Petav. pr. *proruperit* Rott. *præruperat* Thuan. *procederat* Ambr. pr.—35 *Hæc..hæc* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Læti, Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—36 *Servastis* Moret. sec. *sceleri* Vat. Livin. *sceleris* Ald. et Colin. *cujus tot* Exc. Lucens. pr. *quovis* inc. Heins. ed. Vicet. *classibus* Var. LL. e marg. Parm. *fluctibus* Rott. unde *luctibus* rescribi jubet Heins. *omne* Thuan. *omnes* Jun. pr.—37 *incumbens* Rott. ed. Vicet. *incumbas* Exc. Lucens. pr.—38 *totum* Moret. sec. Oxon. pr. *cum toto* Oxon. sec. *tanto cum* Mazar.—39 *mundi* Lov. m. sec.—40 *furiis* Ambr. pr. *omnia* Vat. pr. Farn. Rott. Oisel. *omina* tres Vatt. Med. pr. Put. Petav. pr. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *ora* Oxon. pr. *omīū* Jun. pr.—41 *Nauta* Var. LL. ed.

NOTÆ

33 *Mulciber ignes*] Ignium eruptiones inter prodigia recensentur.

34 *Victa objice*] Geminatur *i* metri causa: *obex* sæpius ponitur in genere Masculeo; at olim dicebatur *hic et hæc obex:* unde apud Plinium, 'Nullæ obices:' et apud Virgilium ipsum, 'Ecce maris magna claudit nos objice pontus.' Sic enim legunt libri meliores.

36 *Sceleri*] Eutropio homini scelerato. Cicero: 'Scelus ac sacrilegium deprehensum est.' Id est, sceleratus et sacrilegus.

Cujus omen] Cujus consulatus ominosus, funestus, tantis calamitatibus constitit?

37 *Incumbas*] Applices te terræ cum aquis universis.

39 *Unam urbem*] Satis inclementer. Sed Romæ amatores oderant Constantinopolin, quæ non poterat crescere sine detrimento alterius. Virgilius: 'Unum pro multis dabitur

Infantumque novi vultus, et dissona partu
Semina: tum lapidum fletus, armentaque vulgò
Ausa loqui, mediisque feræ se credere muris.
Tum vates sine more rapi, lymphataque passim
Pectora terrifici stimulis ignescere Phœbi.
Fac nullos cecinisse Deos: adeone retusi
Quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis
Affore fatalem castrati Consulis annum?
Sed quam cæcus inest vitiis amor! omne futurum
Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum,
Et ruit in vetitum damni secura libido;

portentosæ infantum, et fætus dissimiles seminibus. Tum lacrymæ saxorum, et pecora passim ausa loqui, et belluæ audent *committere se urbibus mediis: tum vates abripi* cœperunt *sine exemplo, et corda furiosa undique ardescere* cœperunt *stimulis Apollinis horribilis. Concede nullos Deos prædixisse: an aliquis erit animi tam hebetis, qui* post *fætus illos* monstrosos *dubitet annum Consulis eunuchi fore funestum? At quam cæcatus est amor* in *peccatis! futura omnia negliguntur, et præsentia ostendunt voluptatem exiguam, et cupiditas non*

Antv. Jun. pr. *Monstra* inc. Heins. Ambr. sec. *properant.* cum τελείᾳ στιγμῇ Ald. *nasci.* cum τελείᾳ στιγμῇ omnes Vatt. Farn. Pric. Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Put. Tholos. tres Petav. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *tunc decolor* duo Vatt. Farn. Rott. Moret. pr. Ambr. sec. Heinsius *discolor* conjicit *i. e. sanguineus.*—42 *dissona vultu* Med. tert.—43 *lapidis* Moret. sec. *tunc lapidum* duo Vatt. Farn. Rott. Moret. pr. Ambr. sec. *fluctus* vel *fletus* Leid. pr.—45 *Tunc vates* Vat. pr. Farn. Rott. Moret. pr. Mazar. Med. quart. *Tum* ed. Vicet. *sine lege* Med. tert. *lege* vel *more* Reg. *semota loqui* vel *sine more rapi* Med. sec. *passis* inc. Heins.—46 *terrificis* Med. quart. Jun. pr. Var. LL. ed. Antv. *sacrifici* Exc. Læti. *terrifici* duo Leidd. et plurima pars Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. Valer. Flacc. l. I. vs. 29. 'pecudumque per aras Terrifici monitus iterant.' *facifici* ed. Vicet. *fatifici* Parm.—47 *recinisse* Pal. *recidisse* Var. LL. ed. Antv. *retusi* inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *recusi* Leid. pr. Oisel. *remissi* Moret. pr. *retrusi* Vat. tert. Florent. duo Med.—48 *Quisquis* Farn. *erat* Moret. pr. *erit* vel *erat* Reg. *dubitat* Oxon. pr. *dubitet quis* Rott. unde *quin* leg. Heins. *ne* Jun. pr.—49 *constrati* Thuan. *castrati fatalem* Mazar. —50 *Sed quia* Oisel. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm.—51 *Respicitur* Leid. sec. m. pr. Exc. Gevart. *præsugia* Pat. m. sec. *præsagia* vel *suffragia* Put. *præsentia* vel *præsagia* Vat. pr. et tert. *finem* Moret. pr.—52 *Irruit* Var. LL.

NOTÆ

caput.' Sic imminentia Reip. mala una aliqua victima se redimere atque avertere posse putabant.

45 *Sine more*] Sine exemplo, præter usum communem. Virgilius: 'Et raptas sine more Sabinas.'

50 *Quam cæcus*] Quam cæci sunt homines in amandis vitiis! Hæc amant, hæc fovent, et modo spes præsentis alicujus utilitatis affulgeat, futura omnia mala despiciunt.

52 *Damni secura*] Virgilius: 'Securus amorum Germanæ,' &c.

Libido] Cupiditas hominum cæcata

Dum mora supplicii lucro, serumque, quod instat,
Creditur. Haud equidem contra tot signa Camillo
Detulerim fasces, ne dum (pro sexus!) inerti
Mancipio, cui (cuncta licet responsa juberent,
Hortantesque licet sponderent prospera Divi)
Turpe fuit cessisse viros. Exquirite retro
Crimina, continui lectis annalibus ævi:
Prisca recensitis evolvite sæcula fastis:
Quid senis infandi Capreæ, quid scena Neronis
Tale ferunt? spado Romuleo succinctus amictu
Sedit in Augustis laribus: vulgata patebat
Aula salutantum studiis: huc plebe Senatus
Permixta, trepidique duces, omnisque potestas
Confluit: advolvi genibus, contingere dextram

solicita; dum credunt de peste *lucrari pœnam cunctatione, et* putant *remotum* id, *quod impendet. Non equidem contra tot prodigia dedissem consulatum* vel *Camillo, longe minus (pro sexus!) servo ignavo; cui indecorum fuit viros cedere, quamvis omnia oracula imperarent, et quamvis Dii exhortantes promitterent* res *secundas. Historiis perlectis, investigate scelera sæculorum omnium præteritorum, percurrite ætates antiquas fastis evolutis: quid simile producunt Capreæ senis obscœni* Tiberii, *quid theatrum Neronis? Eunuchus ornatus veste Romulea consedit in palatio Imperatoris. Regia promiscue aperiebatur officiis salutantum: senatus plebecula mixta, et ductores timidi, et magistratus omnes conveniunt.* Cœperunt *procidere*

e marg. Parm.—53 *suppliciique* Vat. pr. Oisel. *letho* Rott. *lucro est* Ambr. pr. Ms. Pulm.—54 *haud umquam* Moret. pr.—55 *Detulerim* Vat. Livin. *Detulerunt* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *nedum* Exc. Lucens. pr. *necdum* Vat. tert. Put. Ambr. pr. Tholos. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *pro sexus* Vat. pr. Petav. tert. *inertis* Petav. sec.—56 *sibi cuncta* Petav. sec. *certa* conjiciebat Heins. *jubuntur* Jun. pr.—57 *duri* pro *Divi* Jun. pr. Med. sec.—58 *deos c. viros* Vat. pr. *cessasse* Jun. pr. *viris* Med. sec.—59 *Carmina* Moret. sec. m. pr. Exc. Læti. *longis annalibus* Exc. Pat. rec. *anni* Vat. quint. Flor. Reg. Oxon. pr.—60 *evolvunt* Pal. Med. pr. *scelera* Vicet.—61 *infantis* Farn. *infandæ* Pric. *certa Neronis* Rott. *cæna* Med. sec. m. pr. Jun. pr. Oxon. pr.—62 *fremit* Jun. pr. *refert* vetus liber, Ms. Pulm.—63 *angustis* Thuan. Mazar. Petav. sec.—64 *salutandum* Florent. *hinc plebe* Farn. Sched. Gud. *ac plebe* Vat. pr. Reg. Oxon. pr.—65 *urbisque potestas* Moret. pr.—66 *advolvit* Vat. sec. Rott. Med.

NOTÆ

specie boni præsentis, non solicita de futuro, fertur in vetitum; sperat se posse lucrari et evitare cunctando supplicium; aut quæ imminent, longe abesse putat.

55 *Pro sexus*] Pro sexus virorum! talia sinitis?

61 *Capreæ*] Insula ad oras Campaniæ, secessu Tiberii infamis, et vitiis infandis turpificata.

Scena] Theatrum Neronis, monstris famosum. Alludit forte ad Sporum,

Ambitus, et votum deformibus oscula rugis
Figere. Præsidium legum, genitorque vocatur
Principis, et famulum dignatur Regia patrem.
Posteritas, admitte fidem. Monumenta petuntur
Dedecoris, multisque gemunt incudibus æra
Formatura nefas: hæc judicis, illa togati,
Hæc nitet armati species: numerosus ubique
Fulget eques: præfert eunuchi Curia vultus.
Ac veluti caveant, ne quo consistere virtus
Possit pura loco, cunctas hoc ore laborant

ad genua, ambientes osculari manum, et candidati osculo constringere rugas turpes. Appellatur columen legum, et pater Imperatoris, et aula dignatur servum patrem! Nepotes, an *adhibebitis fidem? Pignora ignominiæ comparantur, et æra effictura* statuam *nefandam resonant* sub *incudibus plurimis: hæc effigies* Eutropii *judicis micat, illa togati, hæc armati. Eques multus splendet undique: Senatus ostentat imaginem eunuchi, et quasi metuerent, ne qua* in *parte virtus pura queat stare, co-*

quart. Put. Moret. sec. Oxon. sec. ed. Vicet. *contingere dextra* Petav. sec. *contexere* Rott. *contingere* vel *contexere* Med. sec. *contingere* vel *conjungere* Moret. sec.—68 *Jungere* Ambr. sec. *legis* Jun. pr. *Princeps* idem Jun. Rubenius in Epist. ad Heins. data ascripserat locum Philostorgii XI. 4. de Eutropio. Καὶ ἦν λοιπὸν πατὴρ ὁ εὐνοῦχος βασιλέως, ὁ μηδὲ τὸν τυχόντα παῖδα φῦναι δυνάμενος. —70 *ad monumenta parantur* conjiciebat Heins.—71 *multisque* Jun. pr. *mutisque* Leid. sec. m. sec. *multis regemunt* Ambr. sec. inc. Heins.—72 *hinc judicis, inde togati* Moret. pr. *his judicis ora togati, His nitet* conjiciebat Heins.—73 *Hinc nitet* Moret. pr. *Hæc nitet* triginta Codd. Exc. Lucens. sec. et Var. LL. e marg. Parm. *inique* pro *ubique* Jun. pr.—74 *profert* Leid. pr. *præsunt* Thuan. *perfert* leg. Heins.—75 *consistere possit Virtus* Pal. Med. pr. Ambr. pr. inc. Heins. *considere* Rott. *considere* vel *consistere* Med. sec.—76 *plura loco* Oisel. Ambr. sec. *plura nefas* Rott. *pulchra loco* Med. tert. *tuta* Pat. m. sec. *tura* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *nefas* vel *loco* Med. sec. *hic ore* Med. tert.

NOTÆ

quem Nero transformare voluit in fœminam: vel ad ipsum Neronem, qui melior auriga, quam Imperator; quique tot monstrosas libidines excogitavit.

67 *Ambitus*] Homines ambientes contingunt dextram Eutropii, prensantque more candidatorum.

Votum] Homines voventes, desiderantes, candidati, et ad dignitatem aliquam se evehi ardentes.

68 *Figere*] Ut constringendo osculandoque fortius hominem, majora darent amicitiæ signa.

Genitor] Eutropius Patricius; et Patricii vocabantur patres Principis; ut dictum est in Prologo hujus libri.

70 *Monumenta dedecoris*] In Eutropii honorem comparentur effigies, statuæ, picturæ, et alia monumenta, quæ decorant viros, sed dedecorant Eutropium, eosque qui ista huic decernunt.

71 *Æra*] Simulacra ex ære et ex marmore decreta sunt Eutropio.

74 *Eques*] Eutropius effictus ut eques, fulget ubique; hoc est, habet multas statuas equestres.

Curia] Senatus ostentat imaginem

Incestare vias. Maneant immota, precamur,
Certaque perpetui sint argumenta pudoris.
Subter adulantes tituli, nimiæque leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu
(Cum vivant domini), quod maxima prælia solus
Impleat, (et patitur miles?) quod tertius urbis
Conditor: (hoc Byzas, Constantinusque videbunt?)
Inter quæ tumidus leno producere cœnas

nantur polluere vias omnes hac facie. Oramus ut simulacra ista *remaneant inconcussa, et extent signa indubitata infamiæ sempiternæ. Subter inscriptiones blandientes, et laudes immodicæ etiam* pro *viris, notantur;* puta *quod illustris* sit Eutropius *origine spectata, cum Domini* ejus *vivant* adhuc; *quod unus perficiat certamina magna, et miles pugnet? quod tertius conditor urbis. Hoc Byzas et Constantinus aspicient? Inter quæ leno superbus* solet *trahere convivia in diem,*

hæc ora ed. Vicet. *hoc ære* duo Vatt. Florent. tres Med. Petav. pr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *hoc ore* duo Leidd. et viginti alii, Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—77 *Instaurare* Oisel. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *Incestare* vel *Instaurare* Vat. pr. *non mota* Put. *precantur* Vat. quint.—78 *Cætera perpetui* Pat. *sunt* Pal. Med. pr. Petav. sec. inc. Heins. *furoris* Rott. *doloris* vel *pudoris* Florent. *furoris* vel *pudoris* Med. sec.—79 *Subtus* Vat. sec. Moret. pr. Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. *adulantis* Exc. Gevart. *adorantes* Pat. *nimiumque* Jun. pr.—80 *Vel maribus* vel *Ut maribus* Reg. *quid nobilis* Exc. Læti.—81 *Conjurant* Thuan. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Convivant* Put. Petav. sec. Ambr. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. m. sec. *Cum vivant* duo Leidd. et viginti alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. et Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. *Cum vivam* Oisel. *Convivat* vel *Uniant* inc. Heins. *dominis* Vat. Livin.—82 *patrum* duo Vatt. Pal. Farn. Med. pr. Thuan. Petav. pr. *patitur* duo Leidd. et octodecim alii, Exc. Schott. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *pariter* vel *patrum* Pric. *patitur* vel *patriæ* Med. sec. *qui* Exc. Læti. *quem* Med. tert. *conditor urbis Tertius* Ambr. pr. *orbis* Mazar. Pat. Leid. pr. m. pr. *urbis* vel *orbis* Ambr. sec.—83 *hæc* duo Vatt. Farn. Pric. Petav. pr. Moret. sec. *hinc* Thuan. *videbis* Pat. atque ita conjiciebat Heins.—84 *quæ* Reg. *quos* Rott. inc. Heins. duo

NOTÆ

eunuchi depictam inter virorum consularium imagines.

78 *Pudoris*] Dedecoris et ignaviæ eorum, qui talia servo Eutropio decreverunt.

79 *Subter*] In basi statuarum inscripti sunt tituli in laudem Eutropii, sed quæ assentationem servilem arguunt.

81 *Cum vivant domini*] Claverius legit, *conviva et Domini*, id est, Imperatoris, quasi Eutropium mensæ honore dignatus sit: qui summus est honor. Virg. 'Tu das epulis accumbere divum.' Quin et servus liber fiebat, si dominus eum mensæ suæ adhiberet.

82 *Impleat*] Quæ summa laus est præstantissimi Imperatoris, et Ducis et militis munus implere. Et hæc laus tribuatur et eunucho et servo! Quo non grassatur adulatio? Recte quidem ille Philosophus, inter animalia fera, tyrannus; inter mitia, adulator pessimus.

Tertius conditor] Primus Romulus, secundus Camillus, tertius Eutropius. Comparationem lepidam!

83 *Byzas*] Heros nobilis conditor

In lucem, fœtere mero, dispergere plausum
Emturas in vulgus opes, totosque theatris
Indulgere dies, alieni prodigus auri.
At soror, et, si quid portentis creditur, uxor,
Mulcebat matres epulis, et more pudicæ
Conjugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat, hanc summa de re, vel pace vel armis,
Consulit; huic curas et clausa palatia mandat,
Ceu stabulum vacuamque domum. Sic magna tueri
Regna nihil? patiensque jugi deluditur orbis?
Mitior alternum Zephyri jam bruma teporem
Senserat, et primi laxabant germina flores.

male olere vino, spargere in populum divitias, emturas favorem popularem, *et profundens opes alienas*, solet *vacare theatris* per *dies totos. Sed soror, et si qua fides adhiberetur monstris*, eadem *conjux* Eutropii, *deliniebat matres conviviis, et instar uxoris castæ peragebat* honores *votivos eunuchi conjugis. Diligit hanc, consultat hanc de negotiis magnis, vel* in *pace, vel* in *bello ; committit huic curas* suas, *et Regiam clausam, sicut præsepia, et Aulam inanem. Itane nihil* est *regere imperia? Itane mundus tolerans servitutis illuditur ? Jam hyems lenior experta erat calorem*

Med. Thuan. Mazar. Ambr. sec. Moret. sec. *quæ* vel *quos* Pric. Florent. *tumidus leno* Moret. pr. Ald. *leno tumidus* Reg. *cænas.* Cum τελείᾳ στίγμῇ Moret. pr. Heinsius ascripserat, sic 'in lucem potare' Histor. Aug. p. 46. l. xl. et 'trahere cœnam in noctem' p. 36. l. xxxix.—85 *fecere* Var. LL. Antv. m. pr. *plaustrum* Leid. pr. m. pr. Jun. pr. Oxon. sec. Rott. Oisel. m. sec. Med. tert. Put. m. pr. duo Petav. Bonon. Pat. m. pr. Lov. m. pr. et emendatum *plapsum* Exc. Gevart. *plausu* Petav. pr. Ambr. sec. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *plausum* vel *plaustrum* Reg.—86 *Ituras* Vat. tert. *totisque* Petav. tert.—88 *portenti* Petav. sec. *portenti* vel *portentis* Reg.—89 *Mulcebant* Vat. tert. *cœnis* Jun. pr. *matris epulas* Oxon. sec. *et in ore* Lov. m. pr.—91 *de re summa* Jun. pr.—92 *hæc curas* Put. m. pr. *curas* vel *ceras* Vat. pr. *curas* vel *caussas* Med. sec. *clusa* Exc. Læti.—93 *viduamque* duo Vatt. Pric. Petav. pr. Exc. Pat. rec. *vacuamque* vel *viduamque* Reg. Oxon. pr.—94 *niti* pro *nihil* ed. Vicet. *nihil* vel *putat* Exc. Læti.—95 *Zephyris* Vat. sec. Pal. Med. pr. Mazar. Lov.—96 *germina* Vat. pr. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. pr. *gramina*

NOTÆ

Byzantii, quod ante *Ligos* vocabatur. Constantinus Imperator sedem posuit Byzantii, et suo nomine Constantinopolin appellavit.

85 *Fœtere mero, &c.*] Martialis : 'Nocturno fœtere mero qui credit Acerram, Fallitur; in lucem semper Acerra bibit.'

89 *Matres*] Fœminas illustres demulcebat epulis a marito suo in honorem Deorum ex voto peractis.

93 *Ceu stabulum*] Pro dedecus! Committit Aulam uxori, quasi committeret curam stabuli, aut domus, in qua nemo degeret: vel committit palatia seu magnificas suas domos, quæ vacuæ sunt filiis seu hæredibus.

95 *Alternum*] Teporem Zephyri redeuntem alternis vicibus.

Jamque iter in gremio pacis solenne parabant
Ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum
Eutropio, pelagi ne tædia longa subirent,
Sed vaga lascivis flueret discursibus ætas.
Unde tamen tanta sublimes mole redibant,
Ceu vinctos traherent Medos, Indumque bibissent.
Ecce autem flavis Gradivus ab usque Gelonis
Arva cruentato repetebat Thracia curru.

redeuntem Favonii, et germina trudebant flores primos. Jamque in sinu pacis accingebant facere *viam solennem ad mœnia tua*, o *Ancyra*, viam *excogitatam* ab *Eutropio inventore, ne fastidia longa maris incommodarent, sed æstas vagabunda elaberetur mutationibus gratis: unde tamen revertebantur superbi tanto apparatu, quasi adducerent Medos captivos, et exhausissent Indum. Ecce autem Mars ab usque Gelonis fluventibus, redibat* in *agros Thraciæ, vectus curru sanguineo.*

Leid. pr. et septemdecim alii, et ed. Vicet. *germina* vel *gramina* Put.—97 *in genio* Tholos. *e gremio* Vat. pr. Oisel. *paucis* vet. Gyr. Leid. sec. m. pr. Bonon. Tholos. Med. quart. Exc. Lucens. sec.—98 *Ancyra* Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *Ancyrra* Med. tert. *Ansyra* Exc. Cod. Rhem. *Amphisa* Jun. pr. *Anphira* Leid. pr. Put. Thuan. Mazar. Var. LL. e marg. Parm. *Amphira* Leid. sec. et viginti quinque Codd. Exc. Gevart. *Anfira* Oisel. *Amphyra* Var. LL. ed. Antv. *actore* Leid. sec. duo Vatt. et Med. Pal. inc. Heins. duo Petav. et Ambr. Bonon. Tholos. Lov. Moret. sec. Oxon. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—100 *discursibus* Oisel. *decursibus* Farn. Florent. Petav. sec. *ætas* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Put. Pat. Tholos. *æstas* duo Leid. cum duodecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *ætas* vel *æstæ* Vat. pr. Rott. Reg. Petav. tert. Lov.—101 *mole* Vat. pr. et sec. Pric. Rott. duo Leidd. Oxon. sec. inc. Heins. Put. Mazar. tres Petav. quatuor Med. Bonon. Pat. Tholos. Lov. tres Ambr. Exc. Gevart. Læti et Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. Ald. item Var. ed. Antv. *laude* Vat. tert. Farn. *mole* vel *laude* Reg. *redirent* Petav. tert. m. sec.—102 *victos* tres Vatt. Pal. Med. pr. Thuan. Moret. sec. ed. Vicet. *vinctos* Exc. Lucens. pr. *victos* vel *vinctos* Reg. *Medios* Oxon. sec. *Indumque* Vat. pr. inc. Heins. Reg. duo Petav. Exc. Læti et Lucens. pr. *Indosque* Med. tert. *Tigrimque* Moret. pr. *Nilumque* Leid. pr. Vat. sec. Pal. duo Med. Thuan. Put. m. sec. Tholos. duo Ambr. Jun. pr. Moret. sec. ed. Vicet. *Indumque* vel *Nilumque* Lov. *subissent* Oisel.—103 *adusque* Reg. Jun. pr.—104 *repetebant* Vat. pr.

NOTÆ

97 *Solenne*] Quod fit singulis annis. Unde a quibusdam *solenne*, quasi quod fit solo anno.

98 *Ancyra*] Duæ sunt Ancyræ, altera in Phrygia; altera in Galatia, dicta Ancyra ab anchoris navium a Mithridate captarum; ἄγκυρα, *anchora*.

Repertum] Eutropius, deliciarum artifex, auctor fuit, ut voluptatis causa in urbe Ancyra æstas ageretur; sicque æstas, his velut discursibus ac mutationibus lenius jucundiusque flueret.

99 *Pelagi tædia*] Ne mare incommodum foret Constantinopoli manentibus.

100 *Vaga ætas*] Quæ velut vagabunda est, dum alius et alius subinde locus amœnior mutatur.

103 *Gelonis*] Gelones vel Geloni, populi sunt interioris Scythiæ, iique bellicosi, Martique cari.

104 *Thracia*] Ibi natus creditur Mars, ob gentis ferociam.

Subsidunt Pangæa rotis, altæque sonoro
Stridunt axe nives: ut vertice constitit Hæmi,
Fœmineasque togas pressis conspexit habenis,
Subrisit crudele pater, cristisque micantem
Quassabat galeam, tunc implacabile numen
Bellonam alloquitur, quæ sanguine sordida vestem
Illyricis pingues pectebat stragibus hydros:
  Necdum mollitiæ necdum, germana, mederi
Possumus Eoæ? nunquam corrupta rigescent
Sæcula? Cappadocum tepidis Argæus acervis

Mons *Pangæus deprimit se* sub *rotis, et nives profundæ gemunt* sub *axe sonanti. Statim atque stetit* in *culmine Hæmi, et loris compressis, videt vestes muliebres; pater* Mars *subrisit atrociter, et concutiebat cassidem fulgentem jubis. Tunc affatur Bellonam Deam inexorabilem, quæ fœdata cruore depectebat colubros saginatos cædibus Illyriæ: Nondum adhuc,* o *soror, nondum valemus reprimere luxum Orientis? Sæcula depravata nunquam severiora fient? Argæus fumat cumulis calidis*

Bactria Mazar. *cursu* Leid. pr. et octo alii, item Exc. Cod. Rhem.—105 *Plangæa* Exc. Gevart. *alteque* Reg. Thuan. Mazar. tres Petav.—106 *ut vertice* Vat. Livin. Med. sec. Exc. Lucens. sec. *et* Leid. sec. Vat. sec. Pal. Put. duo Petav. tres Med. Tholos. duo Ambr. Bonon. Lov. Var. LL. e marg. Parm. Ald. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *ut* vel *et* Vat. pr. *ut* vel *qui* Florent.——107 *compressit* Farn. Put. Pat. m. pr. Oxon. sec. *contexit* Lov. m. pr. *complerit* Exc. Cod. Rhem.—108 *Subsidit* Oxon. pr. *tristisque* Farn. Pric. Rott. *cristisque* Leid. pr. Oxon. pr. Jun. pr. Pal. inc. Heins. Thuan. Mazar. Petav. pr. Moret. et Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Med. tert. et omnes Vatt. Sched. Gud. Exc. Læti. *cristisque* vel *tristisque* Reg.—109 *Quassavit* duo Vatt. Farn. Oisel. Med. tert. Vat. Livin. item Claver. ex ed. Raphel. et sic Isingr. *Quassabat* duo Leidd. cum viginti aliis, Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. Ald. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Concussit* Moret. pr. quod placere visum Heinsio, qui ascripserat: sic Ovid. 'Concutiens illustre caput.' *impacabile* Pric.—110 *Bellonem* Florent. *Bellona* Jun. Var. LL. ed. Antv. *aggreditur* Mazar.—111 *pinguis* Petav. sec. *pinguis plectebat* Var. LL. ed. Antv. *cladibus* edd. vett. *pectebat* Exc. Læti. *spectabat* Oisel. Med. tert. Mazar. *pectebat* vel *pascebat* Ambr. sec. *spectabat* vel *placabat* Vat. pr. *vertice crines* Jun. pr. *stragibus* duo Leidd. et omnes melioris notæ Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. *angues* Ambr. sec. —112 *Nondum* Petav. pr. *mollitiem* ed. Vicet. et Parm. *videri* Jun. pr. *Eoæ?* cum signo interrogandi, Moret. pr. duo Ambr.—113 *necdum corrupta* inc. Heins. *rigescunt* Pric. Bonon. Pat. Ambr. pr. *rigescent* Ambr. sec. *pigescunt* Vat. tert.—114 *Secula?* cum interrogandi nota, Florent. Moret. pr.

NOTÆ

105 *Pangæa...Hæmi*] Sunt montes Thraciæ.

107 *Fœmineas*] Delicatas, quas gerebat effœminatus Eutropius.

111 *Illyricis*] Illyria est regio ad oras maris Adriatici, sed tum fœda stragibus, quas Gothi edebant.

112 *Mollitiæ*] Semper molliores extiterunt populi Orientis. Lucanus: 'emollit gentes clementia cœli.'

113 *Rigescent*] Virilem severitatem induent.

114 *Argæus*] Mons altissimus Cappadociæ, ex Strab. *Orontes* vero est fluvius Cœlesyriæ, et Syriæ. De hoc fluvio jam sæpe dictum est.

Æstuat: infelix etiamnum pallet Orontes.
Dum pereunt, meminere mali: si corda parumper
Respirare sinas, nullo tot funera sensu
Prætereunt, tantique levis jactura cruoris:
Aspicis obscœnum facinus? quid crinibus ora
Protegis? en quales sese diffundit in actus
Parva quies! quantum nocuerunt otia ferri!
Qui caruit bellis, eunucho traditur, annus.
Actum de trabeis esset, si partibus una
Mens foret Hesperiis: rueret derisa vetustas,
Nullaque calcati starent vestigia juris,
Ni memor imperii Stilichon, morumque priorum
Turpe relegasset defenso a Tybride nomen,

Cappadocum cæsorum; *Orontes infortunatus etiam nunc timet. Recordantur* tantum *cladium, dum sentiunt* eas. *Si permittas pectora* eorum *respirare tantisper, tot cædes evanescunt absque ullo sensu, et damna sanguinis tanti levia* sunt. *An vides scelus turpe? Quare velas faciem* tuam *capillis? En qualia in facta requies modica luxuriat! Quantum obest cessatio armorum! Annus expers præliorum datur* regendus *eunucho. Trabeæ periissent, si animus idem fuisset Aulæ Occidentis: antiquitas illusa caderet, et nulla remanerent signa legum contemtarum, nisi Stilicho memor majestatis, et morum priscorum, expulisset* longe *a Tybride*

duo Ambr. *Secula Cappadocum?* Vat. sec. Put. *scelera* Vicet. *trepidis* Med. quart. *Argæus* f. *Ægæus* ed. Parm. ex conjectura.—115 *etiamnunc* tres Vatt. Pal. Farn. Ald. Vicet. et al. *etiamnum* Oxon. pr. *etiamnon* Vat. tert. Reg. Ambr. sec. *Euntes* Jun. pr.—116 *sed corda* Vat. quint.—117 *sinam* Moret. pr. —118 *Prætereant* conjiciebat Heins. *antiqua* Vat. Livin. *tantique* vel *antiqua* Vat. pr. et tert.—119 *Adspicis* vel *Respicis* Vat. pr. *quid protegis ora Crinibus* Med. quart.—120 *en quales* duo Leidd. duo Ambr. ambo Moret. tres Med. totidem Petav. Oxon. pr. Pat. Lov. Tholos. Mazar. Reg. Put. Thuan. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *heu quales* vulgo. *diffundit* Vat. pr. et sec. Pal. Farn. Rott. Oisel. *defundit* Put. Lov. *defendit* Ambr. tert. *diffudit* Jun. pr. Vat. Livin. *diffundat* Vat. tert. Pric. Petav. pr. Moret. sec. atque ita legebat Heinsius. *artus* Vat. tert. Rott. Put. m. sec. Reg. m. pr.—121 *Prima* Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart. *Prava* Med. quart. *secula ferri* Put. m. pr. *fædera* Pat. m. pr. *otia* vel *secula* Vat. pr. *mundo* Ambr. pr. *ferro* conjiciebat Heins.—122 *Quid* Farn.—123 *Auctum* Jun. pr. *de patribus esset. si patribus* Vat. tert.—124 *delusa* Ambr. pr. *diversa* Med. tert. *decepta* Vat. quint. *detrusa* Jun. pr. *delusa* vel *derisa* Vat. quart.—125 *ruris* Var. LL. ed. Antv.—126 *Ne* Tholos. *Stilico* Vat. sec. *Stilichon* Exc. Læti. *morisque* Thuan. *morumque* omnes Vatt. Farn. *morumve* Mazar. —127 *defenso a Thybride* Vat. pr. et tert. Oisel. Put. Reg. Mazar. Jun. Oxon. et Leid. pr. *defensa a Tibride* Raphel. *defenso Thybride* Leid. sec. Lov. Oxon.

NOTÆ

119 *Obscœnum*] Scelus importunum, male ominosum in Eutropio facto consule.

120 *Protegis*] Quid tegis ora crinibus præ pudore?

Intactamque novo servasset crimine Romam.
Ille dedit portum, quo se pulsata referret
Majestas Latii, deformatæque secures:
Ille dedit Fastos, ad quos, Oriente relicto,
Confugeret sparsum maculis servilibus ævum.
Quam similes hæc aula viros! (ad mœnia visus
Dirige) num saltem tacita formidine mussant?
Num damnant animo? plaudentem cerne Senatum,
Et Byzantinos proceres Graiosque Quirites.
O Patribus plebes, o digni Consule Patres!
Quid, quod et armati cessant, et nulla virilem

propugnato nomen infame, et conservasset Romam immunem a scelere recenti. Ille Stilicho *concessit refugium, quo majestas Romana expulsa, et secures violatæ redirent; ille concessit fastos, ad quos, Oriente deserto, sæcula redirent infecta ignominia servili. Hæc Regia* Orientis *quam pares habet homines! Converte oculos ad urbem,* o Bellona: *num saltem dissimulant metu secreto? Num condemnant secum* Eutropium? *Vide Curiam blandientem, et primores Constantinopolitanos, et cives Græcos. O plebs* digna *Senatoribus! O Senatores digni Consule* tali!

sec. ambo Moret. Ald. Exc. Gevart. Vicet. Parm. Junt. Colin. Gryph. *defenso Tibride* Gesn. et ed. Bipont. *defenso a Tibride* Heins. *Tybride* Var. LL. ed. Antv. *Tibure* Mazar. *referret* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. —129 *referrent* Oxon. sec. m. pr.—130 *deformataque* Voss. et ita edidit Isingr.—131 *fastos* tres Med. Put. Reg. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *fasces* Thuan. Ald. *ad quas* Thuan.—132 *sparsim* Med. sec.—133 *aura* Jun. pr. *habet aula* Livin. et Barth. curis posterioribus. *hæc aula viros* Florent. cum glossa, *sc. habet. rursus* pro *visus* Jun. pr.—134 *Derige* Exc. Lucens. sec. *non saltem* duo Vatt. Rott. Florent. Med. quart. Thuan. Ambr. pr. tres Petav. ed. Parm. et Vicet. *nunc* Leid. pr. et octodecim alii, item Exc. Læti.—135 *Non damnant* tres Vatt. Farn. Rott. Petav. tert. *Nec* inc. Heins. *Num* Med. pr. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. et Gevart. ex conjectura. *Nunc* Leid. pr. et quindecim alii. *Dum* Vat. Livin. *Non* vel *Ut* Exc. Pat. rec.—136 *Græcosque* Reg. Oxon. pr. *aliosque* Ambr. pr.—138 *Quidquid* Jun. pr. Petav. sec. *cessent* Med. tert. *multa* Vat. quint. *virilem* Mazar. Ambr. pr. inc. Heins. Exc. Gevart. *virilis*

NOTÆ

128 *Intactam Romam*] Ergo Eutropius non admissus consulatui Romæ.

130 *Majestas*] Imperii Romani auctoritas.

133 *Similes*] Effœminatos instar Eutropii.

136 *Graios Quirites*] Quirites sunt proprie Romani, sed ironice vocat Græcos, qui adulabantur Eutropio: Græci enim parasiti et adulatores habiti. Juven. 'Græculus esuriens in cœlum, jusseris, ibit.' Quid quod *Quiritum* vox designat inertes; unde cum Julius Cæsar veteranos cum minis missionem et præmia flagitantes *Quirites* appellasset, ipsi statim responderunt se esse *milites*, hoc est fortes et generosos.

137 *Plebes*] Dicitur plebs et plebes. Lucanus: 'Nescit plebes jejuna timere.'

138 *Nulla ira*] Nulla ira reminisci-

Inter tot gladios sexum reminiscitur ira?
Huccine nostrorum cinctus abiere nepotum?
Sic Bruti despectus honos? ignosce parenti,
Romule, quod serus temeratis fascibus ultor
Advenio. Jam jam largis hæc gaudia faxo
Compensent lacrymis. Quid dudum inflare moraris
Tartaream, Bellona, tubam? quid stringere falcem,
Qua populos a stirpe metas? Molire tumultus:
Excute delicias. Thracum Macetumque ruinæ
Tædet, et in gentes iterum sævire sepultas.

Quid, quod etiam armati feriantur, et nullus furor inter tot arma recordatur sexus sui? Huccine vestes posterorum nostrorum evanuerunt? Siccine decus Bruti contemtum est? o *Romule parce* Marti *patri* tuo, *quod adveniam* etsi *tardus vindex, fascibus violatis. Mox ego perfecero, ut largi fletus occupent hanc lætitiam.* O *Bellona quare jampridem cunctaris animare buccinam infernam? Quare* cunctaris *vibrare falcem, qua gentes funditus exscindas? Excita bella, dissipa luxum. Pertæsum est cladis Thracum et Macedonum, et* tædet *furere rursus contra populos*

Leid. pr. et viginti alii, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *viriles* Pat. Petav. tert. *viriles* et emendatum *virilis* Oxon. sec. *viriles* vel *virilis* Vat. pr. Lov.—139 *quot gladios* Oxon. sec. m. pr. *gladio* Farn. *sexum* Put. Reg. Thuan. duo Petav. *sexus* Moret. pr. Oxon. sec. *sexum* vel *sexus* Lov. —140 *cunctis* vel *cinctus* Reg. *habuere* Med. quart.—141 *honor* Ambr. pr. Farn. Jun. pr.—142 *sexus* Oxon. Var. LL. ed. Antv. *temeratis* Exc. Lucens. pr. *remeatis* ed. Vicet.—143 *Advenio* Vat. Livin. *Adveniam* Ald. *laxis* Ambr. pr. Jun. pr. Sched. Gud.—144 *Compensant* Med. quart. *Compescent* Jun. pr. Pric. Mazar. m. pr. *quid* vel *quo* Put. *ludum* pro *dudum* Vat. tert. m. pr.—146 *Quin populos* Petav. sec. *metas* Leid. pr. Vat. pr. et tert. duo Med. Put. Petav. pr. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *metis* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Petav. pr. m. pr. *metos* Var. LL. ed. Antv. m. pr. et *metas* a m. sec. *meos* Leid. sec. cum undecim aliis. *meos* vel *metis* Reg.—147 *delicias.* cum τελείᾳ στιγμῇ duo Med. Thuan. Mazar. Petav. tert. inc. Heins. *Macetumque* Rott. Oisel. duo Med. Put. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. Lov. Vat. Livin. Oxon. et Leid. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *Macedumque* Ambr. pr. duo Vatt. Farn. Pric.—148 *sævire* Petav. pr. m. pr. *servare* Put. m. sec. *servire* Rott. Lov. Oxon. et Leid. sec. *sepultas* Ambr. pr. Lov. Put. m. pr. *repulsas* Vat. tert. Oisel. Bonon. Pat. Oxon. sec. *sepultas* vel

NOTÆ

tur sexum; id est nullus sexus nobiles et generosas iras induit.

140 *Cinctus*] Siccine vestes a Romanis gestatæ exulant, abeunt, dum Eutropius gerit vestes fœmineas?

141 *Bruti*] Qui post ejectos Reges primus gessit consulatum. De hoc supra.

Ignosce parenti, Romule] Sic Mars alloquitur Romulum filium; dolet enim quod non punierit Eutropium.

148 *Gentes sepultas*] Tædet tot bella in Thracia gerere: hoc dictum propter Gothos, qui multas in Thracia strages excitabant.

Damna minus consueta movent. Trans æquora sævas
Verte faces: aliis exordia sume rapinis.
Non tibi Rhiphæis hostis quærendus ab oris:
Non per Caucasias accito turbine valles
Est opus. Ostrogothis colitur mixtisque Gruthungis
Phryx ager: hos parvæ poterunt impellere causæ
In scelus: ad mores facilis natura reverti.
Sic eat: in nostro quando jam milite robur
Torpuit, et molli didicit parere magistro:
Vindicet Arctous violatas advena leges;

mortuos. Jactura minus ordinaria commovet: converte tædas crudeles trans maria. Cape initia ab *latrociniis aliis. Non tibi hostis exquirendus* est *ex regionibus Rhiphæis: non indiges tempestate accersita per valles Caucasi. Campus Phrygius tenetur* ab *Ostrogothis et Gruthungis permixtis: causæ exiguæ valebunt excitare illos ad crimen: indoles* propria *facilis* est *redire ad feritatem. Ita sit: quoniam vis jam elanguit in militibus nostris, et didicit obedire rectori effæminato: externus*

repulsas Vat. pr. Petav. tert.—149 *sæva* Ambr. sec.—150 *incendia* Moret. pr. *exordia* vel *primordia* Vat. pr. *rapinas* Vat. tert. m. pr.—151 *Non* vel *Nunc* Oisel. *hostis* Exc. Lucens. pr. *hospes* ed. Vicet. *in oris* Exc. Læti, Thuan.—152 *angusto* Rott. *excito* conj. Heins.—153 *Ostrogonis* Med. quart. Put. Pat. inc. Heins. *Ostrogogis* Med. pr. *Ostrogothis* Lov. Exc. Gevart. *Obstrogothis* Var. LL. ed. Antv. *Ostrogetos* Oisel. *Astrogotis* Mazar. *Astragetis* Thuan. *Antrogonis* Moret. pr. *Otrhysiis* Jun. pr. *Grutungis* vet. Gyr. Med. quart. *Gruthungis* Leid. pr. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Gritungis* Med. tert. *Grutugis* ed. Vicet. *Grotunnis* Vat. sec. Farn. Med. pr. inc. Heins. Put. Reg. Oxon. pr. Ambr. et Moret. pr. Var. LL. e marg. Parm. m. sec. *Gruthunnis* tres Vatt. Pal. Oisel. Petav. pr. Mazar. *Grothunnis* Florent. *Grotundis* Med. sec. *Grothundis* Pric. Rott. *Grutundis* Oxon. sec. *Glutondis* Lov. *Grucondis* Exc. Gevart. *Gruthondis* Bonon. Moret. sec. *Grocomis* Thuan. *Gruthongis* Tholos. Ambr. sec. *Grotongis* Vat. quint. *Gruthendis* Petav. tert. *Grutunnis* Jun. pr. Vat. Livin. *Gratodis* Var. LL. ed. Antv. *Grutundis* et emendatum *Grutongis* Leid. sec. *Gruthungis* et m. sec. *Gothynnis* Exc. Læti. *Gothongis* Exc. Cod. Rhem. postea semper *Grothungi*.—154 *Phryx Geticos parvæ* Vat. sec. Pal. Med. pr. item Ambr. *Getas* Med. tert. *Gothos* ed. Parm. *Phryx Geticos* vel *Phryx ager hos* Lov. *thos* deest in Vat. quart. et quint. *et parvæ* Moret. sec.—155 *Ad scelus* Vat. tert. *En scelus* Vat. pr. *in mores* Ambr. pr. *et* vel *ad mores* Reg.—156 *Sic eat in nostra* Oxon. sec. *Hoc* Vat. pr. m. pr. *erat* Farn. Bonon. *eat* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *vestro* Farn. Pric. *quando* Mazar. Petav. sec. *quoniam* duo Vatt. Pric. Rott. Oxon. pr. Exc. Pat. rec. *qm* Petav. pr. *qn* [f. *quoniam*] Put. Reg. Thuan. Petav. tert. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. sec. Lov. Oxon. sec.—157 *Sorbuit* Vat. tert. Oisel. *Sorpuit* Vat. pr. m. pr. *didicit molli* Ambr. pr. *torpere* Pat.—158 *Vendicet* vel *Vindicet* Reg.—159 *succedant*

NOTÆ

150 *Rapinis*] Aliis latrociniis, aliis bellis: olim milites, latrones; et bella dicebantur latrocinia.

153 *Gruthungis*] Alii legunt *Gothunnis*, populis Septemtrionis.

155 *Ad mores*] Horatius: 'Naturam expellas furca, tamen usque recurret.'

158 *Arctous advena*] Gothi ex oris

Barbara Romano succurrant arma pudori.
Sic fatus, clypeo, quantum vix ipse Deorum
Arbiter, infesto cum percutit ægida nimbo,
Intonuit. Responsat Athos, Hæmusque remugit:
Ingeminat raucum Rhodope concussa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus, et exsanguem glacie timor alligat Histrum.
Tunc adamante gravem nodisque rigentibus hastam,
Telum ingens, nullique Deo jaculabile, torsit.
Fit late ruptis via nubibus. Illa per auras

hostis *septemtrionalis ulciscatur leges infractas; arma Barbarorum subveniant verecundiæ Romanæ.* Mars *ita locutus, tonuit* tantum, *quantum vix ipse* tonat *Rector Deorum, dum ferit clypeum nube terribili: Athos resonat, et Hæmus resultat; Rhodope quassata duplicat murmur horridum. Hebrus erexit cornua candida glacie, aquis attonitis, et metus constringit gelu Danubium pallentem. Tunc vibravit cuspidem ponderosam adamante, et nodis duris, jaculum magnum, et nulli Deo missile. Iter aperitur undique, nimbis fractis: illa* cuspis *impulsa uno impetu per*

Ambr. pr.—160 *quantum vis* Jun.—161 *perculit* Moret. pr. *aëra* Mazar. Ambr. et Moret. sec. *æthera* tres Vatt. Pal. Exc. Læti. *ægida* Vat. pr. et tert. Oisel. Livin. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *ægida* vel *æthera* Vat. pr. *mundo* Leid. pr. m. pr.—163 *Rhodope raucum* Exc. Læti. *raucum Rhodope* duo Leidd. et viginti quatuor alii, Exc. Lucens. sec. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. *mutum* Oxon. pr. *magnum* ed. Vicet. *percussa* Jun. pr.—164 *canna* pro *cana* Var. LL. ed. Antv. *micantibus* Rott. *exerit* Florent. *extulit* duo Leidd. et Oxon. quatuor Med. Put. Reg. Thuan. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Mazar. Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *excutit* vel *extulit* Exc. Læti. in Jun. pr. hic quatuor versus desunt.—165 *minor* Exc. Læti m. pr.—167 *adeo* Jun. pr. *Deo* vel *adeo* Reg. Oxon. pr. *etiam* Petav. tert. *jactabile* ed. Vicet. *jaculabile* Exc. Læti et Lucens. pr. *misit* Med. quart.—168 *Fert late* Mazar. *raptis* duo Med. Reg.

NOTÆ

Septemtrionalibus advenientes.

159 *Succurrant*] Barbari succurrant pudori Romano, qui ferre non potest Eutropium.

162 *Athos, Hæmus, Rhodope*] Sunt montes Thraciæ.

165 *Hebrus, et Histrum*] Hi sunt fluvii; hic Germaniarum, ille Thraciæ.

166 *Hastam*] Alludit ad morem quo ad bellum indicendum hasta jaciebatur in fines vel castra hostium, vel in ipsos hostes. Virgilius: 'Pandare, qui quondam jussus confundere fœdus, In medios telum torsisti primus Achivos.' Et Ovidius: 'Hinc solet hasta manu belli prænuntia mitti In regem, aut gentes, cum placet arma capi.' Et hastam illam in hostes torquendam servabant Romani in templo Bellonæ.

167 *Jaculabile*] Ita ut telum sacrum nullus Deus præter Martem vix jaculari posset: sic Sol unus potest regere currum suum, Ovidius: 'Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me valet excepto.'

Tot freta, tot montes, uno contenta volatu
Transilit, et Phrygiæ mediis affigitur arvis.
Sensit humus: gemuit Nysæo palmite felix
Hermus, et aurata Pactolus inhorruit urna,
Totaque submissis fleverunt Dindyma sylvis.
Nec Dea præmissæ stridorem segnius hastæ
Consequitur, centumque vias meditata nocendi,
Tandem Targibilum (Geticæ dux improbus alæ

aërem trajicit tot maria, tot montes, et adhærescit agris mediis Phrygiæ. Terra persensit: Hæmus fœcundus vitibus Nysæis sonuit, et Pactolus cum *urna aurea intremuit, et Dindyma omnia gemuerunt sylvis demissis. Neque* vero *Diva* Bellona *sequitur inertius murmur cuspidis, et excogitans centum artes nocendi, demum invadit Targibilum: hic erat ductor sævus cohortium Geticarum. Tum forsan* Targi-

Petav. sec. Moret. sec. *vocibis* Rott. *ista* Med. sec.—169 *fêra* pro *freta* Var. LL. ed. Antv. *contenta* Farn. *contempta* Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. Exc. Læti m. pr.—170 *Transiit* Bonon. *adfigitur* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *affligitur* vet. Gyr. Thuan. Petav. sec. Leid. sec. m. pr. Exc. Gevart. *arvis* vet. Gyr. Vat. pr. Jun. Oxon. et Leid. pr. Reg. Mazar. Med. tert. Exc. Lucens. sec. *horis* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti. *arvis* vel *oris* Put.—171 *Sentit* Rott. Oxon. pr. Reg. m. pr. *Nysæo vertice* Thuan.—172 *Hæmus* Med. quart. *Hemus* Tholos. *unda* Vat. quart. Pal. Farn. Med. quart. *urna* duo Leidd. et plurimi optimæ notæ, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *unda* vel *urna* Reg. Oxon. pr. Mazar. Ambr. pr. duo Petav.—173 *dimissis* Jun. pr. *fluxerunt* vel *fleverunt* Reg.—174 *Non* duo Vatt. Petav. pr. *Hic* Rott. *Tunc* Vat. tert. *Nondum* Jun. pr. *stridorem præmissa* Pat.—175 *Prosequitur* Med. tert. hic versus deerat Jun. pr. *medicata* Petav. sec.—176 *Targibilum* Vat. quart. tres Med. inc. Heins. *Tharbigilum* Florent. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Tarbigilum* Vat. pr. et tert. Pric. Oisel. Reg. Thuan. vet. Gyr. Vat. Livin. Moret. sec. Leid. sec. duo Oxon. Exc. Gevart. *Tabrigilum* Exc. Læti, ed. Parm. *Tragibilum* Vat. quint. Farn. *Trabigilum* Med. pr. Moret. pr. Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *Thrabigilum* Ambr. tert. *Tharbligilum* Petav. tert. *Tharbigalum* Leid. pr. *Tartigilum* Var. LL. ed. Antv. *Tarbigidum* Ambr. pr. *Targibalum* Vat. sec. Put. Pat. *Trabagilum* Pal. *Barbigulum* Lov. m. pr. *Tartidium* Sched. Gud. *Turbigalum* Mazar. *Tarbigalum* Jun. pr. Rott. Exc. Cod. Rhem. quæ tamen postea bis *Tarlibagus* exhibent. *Targibilum* vel *Tarbigilum* Petav. pr. *aulæ* omnes Vatt. Pal. Farn. Oisel. *Geticæ alæ* leg. Heins.

NOTÆ

169 *Contenta*] Impetu non interrupto.

Volatu] Volatus tribuitur sagittis ob celeritatem. Virgilius: 'Alis allapsa sagitta.'

171 *Nysæo*] Vitibus Bacchi Nysæi, ab urbe *Nysa* vel Arabiæ vel Indiæ, Baccho sacra. Unde et *Dionysius* dicitur, quasi *Deus Nysæ*.

172 *Hermus*] Fluvius aurifer, in quem influit Pactolus, itidem Lydiæ fluvius.

173 *Dindyma*] Montes sunt Troadis, sylvis pleni.

176 *Targibilum*] Seu Tribigildum.

Alæ] Cohortis, quæ in latere pugnabat.

Hic erat) aggreditur. Viso tum forte redibat
Eutropio vacuus donis, feritasque dolore
Creverat, et, teneris etiam quæ crimina suadet
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.
Huic sese vultu simulatæ conjugis offert,
Mentitoque ferox incedit barbara gressu,
Carbaseos induta sinus: post terga reductas
Uberibus propior mordebat fibula vestes:
Inque orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat, et virides flavescere jusserat angues.

bilus, *Eutropio salutato, revertebatur absque muneribus, et ferocia aucta erat ira, et paupertas, quæ persuadet scelera lenibus quoque animis, cor Scythicum incendebat. Huic* Targibilo Bellona *occurrit* sub *specie uxoris fictæ, et* hæc *barbara atrox graditur passu simulato, operta vestibus lineis. Fibula proxima mammis nectebat vestimenta revocata post dorsum, et mitra rotunda circumcingente extulerat crines in orbem, atque imperaverat colubros* suos *viridantes flavescere.* Sic

cum Alberto Rubenio.—177 *aggreditur* vel *alloquitur* Vat. pr. *tunc* Farn. Med. sec. Mazar. Tholos. Petav. tert. *cum* Pric. Put. Pat. Bonon. *redibant* Put.—178 *vacuis donis* Ambr. sec. Put. *dolorem* Exc. Cod. Rhem.—179 *Moverat* idem Cod. *suadet* Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Vat. Livin. *sudet* Jun. pr. *suadent* Lov. m. pr. item edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph. Colin.—180 *pectus Schyticum* Med. quart.—181 *simulato* Oxon. pr. Leid. sec. Med. quart. Exc. Gevart. *simulatæ* vel *mentitæ* Vat. pr.—182 *incendia barbara* Oxon. sec. Leid. sec. *incedens* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. Lov. *incedit* omnes Vatt. Pal. Exc. Læti. *incendia* Bonon. Petav. sec. Med. tert. *incedit* vel *incendit* Oxon. pr. *incedit* vel *incendia* Lov. Reg. Var. LL. ed. Antv. *motu* Jun. pr. —183 *induta* Ambr. sec. *inducta* Leid. sec. Jun. pr. duo Oxon. Farn. Rott. Florent. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Moret. sec. duo Ambr. ed. Parm. Exc. Gevart. *induta* vel *inducta* Reg. *reductis* Vat. tert. m. pr. tres Med. *reductos* Lov. m. sec. Jun. pr. Leid. pr. m. sec.—184 *Uberius* Vat. sec. Med. pr. *Uberior proprios* vel *Uberibus propior* Reg. *mordebat* vel *stringebat* Vat. quart.—185 *mitra tereti* Med. sec. *terea* Petav. sec. *redeunte* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti et Lucens. pr. *redimente* vet. Gyr. Gen. et ed. Bipont. *radiante* ed. Vicet. *capillos* Pat.—186 *Strinxerat* omnes Vatt. Pal. Pric. Oisel. Moret. pr. Exc. Læti. *Traxerat* Thuan. *Struxerat* Farn. Reg. m. pr. Ambr. pr. Lov. Jun. Oxon. pr. Gesn. et ed. Bipont.

NOTÆ

177 *Viso*] Honoris causa Targibilus Eutropium inviserat.

180 *Scythicum*] Sævum, barbarumque pectus.

183 *Carbaseos*] Operta vestibus lineis, iisque tenuissimis.

186 *Strinxerat*] Alii legunt *struxerat*, i. e. disposuerat atque erexerat crines, seu cæsariem amplam altamque in speciem turris. S. Hieronymus: 'Alienis capillis turritum verticem struere.'

Angues] Bellona habet suos angues, ob affectus iræ, et odii, quos angues repræsentant, ut apud Amatam Virgilianam Alectus angue inflammatam,

Advolat, ac niveis reducem complectitur ulnis,
Infunditque animo furiale per oscula virus.
Principe quam largo veniat, quas inde reportet
Divitias, astu rabiem motura, requirit.
Ille, iter ingratum, vanos deflere labores:
Quos super eunuchi fastus, quæ probra tulisset.
Continuo secat ungue genas, et tempore pandit
Arrepto gemitus: I nunc, devotus aratris
Scinde solum, positoque tuos mucrone sodales
Ad rastros sudare doce: bene rura Gruthungus
Excolet, et certo disponet sidere vites.
Felices aliæ, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quæsitæ viribus ornant

occurrit, atque amplectitur brachiis albis Targibilum *revertentem, et osculando inspirat* ipsi *venenum perniciosum.* Illa *excitatura dolo furorem, petit quam a liberali Imperatore veniat, quas referat inde opes. Ille* Targibilus cœpit *dolere viam infœcundam, curas inanes,* et *quam præterea passus esset superbiam eunuchi,* et *quæ opprobria? Statim* Bellona *lacerat vultum* suum *unguibus, et nacta occasionem, aperit* sua *suspiria. Proficiscere nunc, addictus vomeri sulca campos, et gladio abjecto, edoce socios tuos insudare ad rastra: Gruthungus colet optime agros, et seret vites, temporibus certis.* O *fortunatæ ceteræ* conjuges, *quas urbes victæ* a *maritis et spolia comparata labore magno locupletant: quibus* matres *Græcæ, et*

nudos vel *nigros* pro *virides* Med. sec.—187 *et niveis* duo Vatt. Pal. *ac niveis* Reg. Oxon. pr. Leid. pr. Florent. Exc. Lucens. sec. *redeuntem* Exc. Læti m. pr. *urnis* Put.—188 *Infunditque* Tholos. duo Ambr. *Infuditque* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Thuan. Mazar. Jun. et Oxon. pr. Vat. Livin. *Diffunditque* malebat Heins. *iterum* pro *animo* Jun. pr.—189 *quam* vel *quod* Reg. Oxon. pr. *veniet* Jun. *reportat* Farn. Med. sec.—190 *astu* vel *actu* Reg. *rabie* Leid. sec. *moritura* Put. m. sec.—191 *vacuos* Vat. sec. Pal. Med. pr. *varios* Med. tert. *defletque* Exc. Lucens. sec.—192 pro *quæ probra* Ms. Pulm et marg. Isingr. *quem Roma.*—193 *prodit* Thuan.—194 *Arrecto* Thuan. *jam nunc* Vat. sec. Pal. Farn. Oisel. Med. pr. Thuan. Mazar. i vel *jam* Vat. pr. et quart.—195 *tuo mucrone* Vat. quint. Put. Exc. Læti. *novales* vel *sodales* Med. sec.—196 *Gruthungus* vet. Gyr. Bonon. duo Leidd. et Ambr. Exc. Lucens. sec. *Grutunghus* Oxon. sec. *Gruthunnus* Vat. pr. Rott. Vat. Livin. *Grutunnus* Jun. pr. Mazar. ed. Vicet. *Grotunnus* decem alii. *Gothunnus* Farn. *Gritungus* Med. tert. *Gothungus* Pric. *Grotundus* Reg. Oxon. pr. *Grothongus* Vat. quart. et quint. Petav. pr. *Gruthongus* Florent. Med. sec. Petav. tert. Tholos. *Grutongus* Med. quart. Exc. Gevart. *Grutondus* Moret. sec. *Bruthongus* Petav. sec. *Guithargus* Sched. Gud. *Gruthongus* vel *Glutongus* Lov. *Gruthungus* vel *Gruthungrus* Exc. Læti. —197 *Excolit* Tholos. *disponit* Vat. tert. *dispones* Med. tert. *deponet* Tholos. *sidere* Florent. cum glossa *i. e. tempore.*—198 *Felices animæ* Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

et habet ob saniem cadaverum in bello mortuorum. Sed tum Bellona *angues* mutarat in flavos crines.

Exuviæ: quibus Argivæ pulchræque ministrant
Thessalides, famulas et quæ meruere Lacænas!
Me nimium timido, nimium junxere remisso
Fata viro, totum qui degener exuit Histrum;
Qui refugit patriæ ritus, quem detinet æqui
Gloria, concessoque cupit vixisse colonus,
Quam dominus rapto. Quid pulchra vocabula pigris
Prætentas vitiis? probitatis inertia nomen,
Justitiæ formido subit. Tolerabis iniquam
Pauperiem, cum tela geras? et flebis inultus,
Cum pateant tantæ nullis custodibus urbes?
Quippe metus pœnæ. Pridem mos ille vigebat,

Thessalides formosæ serviunt, et quæ meritæ sunt Spartanas servas! Fata conjunxerunt me viro nimis pavido, nimis molli, qui degenerans abjicit mores *omnes Danubii; qui vitat consuetudinem patriæ, quem honor justitiæ movet, et mavult degere agricola* in *agro assignato* potius, *quam dominus* in *occupato. Quare prætendis inertiæ* tuæ *nomina gloriosa? Ignavia* tua *usurpat nomen integritatis; timor* tuus usurpat nomen *æquitatis.* An *patieris egestatem acerbam, cum feras arma? Tu impunitus lugebis, cum tanta oppida se pandant nullis præsidiis? Scilicet timor supplicii* vetat. *Jamdudum illa consuetudo valebat, ut* Romani *ho-*

—200 *argutæ* Pal. *pulchræque* omnes Vatt. Oisel. *pulchræve* Oxon. sec. Bonon. inc. Heins.—201 *sibi quæ* Med. sec. Leid. sec. *si quæ* Exc. Gevart. *Laconas* Lov.—202 *Te* Moret. pr. *tumido* Reg. m. pr. Moret. pr. Leid. sec. Exc. Gevart. *marito* pro *remisso* Pal. *ministro* vel *remisso* Florent.—203 *extitit* Rott. —204 *Nunc refugis* Oxon. pr. *Nunc refugit* Vat. pr. et tert. Rott. *Hunc* Florent. Med. sec. Mazar. *Nunc refugis* vel *Qui refugit* Reg. *Qui detinet* Reg.—205 *Gloria* vel *Singula* Reg. *cupis* Oxon. pr. *tulit* Rott. *tulit* vel *cupit* Florent. *cupis* vel *cupit* Reg.—206 *Quod dominus* Petav. sec. *quam pulchra* Moret. pr.—207 *Prætendis* vet. Gyr. Pric. Med. quart. Mazar. Leid. sec. Oxon. sec. m. sec. Exc. Cod. Rhem. *Prætenta* Pal. *Prætentas* Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Bonon. Petav. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Vat. Livin. Lov. Moret. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Vicet. et Var. LL. e marg. Parm. *Pertentas* Exc. Læti. *Prætendas* Farn. *Contentus* Petav. sec. *Pertentas* vel *Contemptas* vel *Prætendas* Reg. *Prætentas* vel *Conceptas* vel *Prætendas* Oxon. pr. *pietatis* Leid. pr. m. sec. Reg. Moret. pr. inc. Heins. *probitatis* vel *pietatis* Oxon. pr.—208 *fuit* pro *subit* Med. sec. *tolerabilis inquam* Vat. pr. m. pr. —209 *vel flebis* Vat. sec. Pal. Med. pr.—210 *arces* Pat. *arces* vel *urbes* Put. *ædes* vel *urbes* Med. sec.—211 *metu* Petav. sec. quod placet Barthio. *quondam* pro

NOTÆ

201 *Thessalides*] Thessaliæ matres.

203 *Exuit*] Exuit totum Histrum, id est, totam magnanimitatem, feritatemque, quam habere debet Danubii accola.

206 *Pulchra vocabula*] Quare vitia tua, inertiam scilicet et timiditatem, decoras pulchris nominibus probitatis et justitiæ; quibus, tanquam prætextu, uteris ad nihil audendum?

209 *Inultus*] Qui se ulcisci nequit.

210 *Cum pateant*] Cum urbes incustoditæ nullo negotio patere tibi possint.

Ut meritos colerent, impacatisque rebelles
Urgerent odiis: at nunc, qui fœdera rumpit,
Ditatur; qui servat, eget. Vastator Achivæ
Gentis, et Epirum nuper populatus inultam
Præsidet Illyrico: jam, quos obsedit, amicus
Ingreditur muros, illis responsa daturus,
Quorum conjugibus potitur, natosque peremit.
Sic hostes punire solent: hæc præmia solvunt
Excidiis. Cunctaris adhuc? numerumque tuorum
Respicis, exiguamque manum? Tu rumpe quietem:
Bella dabunt socios: nec te tam prona monerem,

norarent viros *merentes, et insectarentur ira implacabili deficientes. Sed nunc qui violat pacem, locupletatur; qui custodit, pauper est.* Alaricus *populator populorum Græciæ, et prædatus non ita pridem Epirum indefensam, dominatur Illyriis: nunc socius intrat urbes, quas oppugnavit, laturus leges illis, quorum fruitur uxoribus, et* quorum *occidit filios. Ita Romani consueverunt mulctare hostes. Hanc reddunt mercedem ruinæ* sibi illatæ. Et *dubitas adhuc,* Targibile, *et consideras paucitatem tuorum, et cohortes parvas? Tu turba pacem: bellum conciliabit* tibi *fœderatos. Neque* ego *tam propensa hortarer te, si ferres vi-*

pridem duo Med. *mors illa* Petav. sec.—212 *Ut mites* Moret. sec. *mites* vel *meritos* Oxon. pr. *meritos* vel *meritis* Reg. *implacatisque* Ambr. pr.—213 *studiis* Vat. sec. m. pr. *stimulis* Med. tert. *qui nunc* Pric. *non qui* Ambr. pr. *at nunc* vel *atra* Reg. *sidera* Farn. *rupit* Jun. pr. Farn. Med. quart. ed. Vicet. *rumpit* Var. LL. ed. Antv.—214 *Vitatur* Pal. *servet* Vat. pr. m. pr. *servit* Med. pr. —215 *populator* Ambr. pr. *inultam* Oisel. m. pr. *adultam* Rott. Mazar. Oxon. pr. *inermem* Vat. quint. *Achivum* Vat. tert. m. pr. *opimam* idem m. sec. *inultam* vel *adultam* vel *opimam* Put.—216 *Possidet* Ambr. pr. Jun. pr. Leid. sec. *Possidet* cum στιγμῇ, Med. pr. Petav. tert. inc. Heins. *Præsidet* Pric. Florent. Leid. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Lov. duo Petav. tres Med. Mazar. *Præsidet* vel *Possidet* Moret. sec. *Illyrico* Rott. Reg. m. pr. Exc. Lucens. sec. *Illyricos* Jun. pr. Leid. sec. duo Vatt. Pal. tres Med. Put. Mazar. tres Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Lov. *Illiricis* Thuan. *Illyricis* Florent. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *Possidet Illyricos* vel *Præsidet Illyricis* Vat. quart. Farn. *possedit* pro *obsedit* Vat. quint. Jun. pr. Moret. sec.—217 *illic* Moret. pr.—219 *hunc præmia* Thuan.—220 *Exitus* Leid. pr. m. sec. *adhæc* Put. m. pr. *numeroque* Vat. tert. m. pr.—221 *Despicis* Mazar. *exiguamque manu* Jun. pr. *jam rumpe* Lov.—222 *jam prona* Farn. Pric. Med. quart. duo Petav. Lov. Pat. Tholos. Ambr. pr. Oxon. sec. *jam te bella* Med. sec. *bellare* Med. tert. *moverem* Vat. tert. Florent. Ambr. pr. Oxon. pr. *moverent* Jun. pr. *monerem*

NOTÆ

213 *Qui fœdera*] Tum fœderum violatores ditabantur: 'probitas laudabatur et algebat.'

216 *Præsidet*] Alarico sævo assignata est Illyria.

222 *Bella*] Esto dux, bellum move, et socii ad te confluent.

Nec te tam prona] Non tam prono animo, non tanta te propensione hortarer.

Si contra paterere viros: nunc alter in armis
Sexus, et eunuchis se defensoribus orbis
Credidit: hos Aquilæ Romanaque signa sequuntur.
Incipe barbaricæ tandem te reddere vitæ.
Te quoque jam timeant, admirenturque nocentem,
Quem sprevere pium. Spoliis prædaque repletus,
Cum libeat, Romanus eris. Sic fata, repente
In diram se vertit avem, rostroque recurvo
Turpis, et infernis tenebris obscurior alas
Auspicium veteri sedit ferale sepulchro.
  Ille, pavor postquam resoluto corde quievit,
Et rigidæ sedere comæ, non distulit atrox
Jussa Deæ: sociis, quæ viderit, ordine pandit,

ros ex adverso. Nunc sexus alius est *in armis, et mundus commisit sese eunuchis propugnatoribus. Aquila et vexilla Romana sequuntur hos. Incipe demum resumere feritatem barbaricam.* Romani *formident nunc etiam te sontem, quem contemserunt probum: plenus exuviis et divitiis Romanus eris, cum voles. Bellona ita locuta, statim transformavit sese in volucrem funestam, et obscœna rostro adunco, et habens nigrantiores pennas caligine Stygia, consedit in tumulo antiquo,* tanquam *augurium fatale. Ille* Targibilus, *posteaquam timor cessavit corde liberato, et crines hirsuti depressi sunt, non retardavit sævus imperia Divæ* Bellonæ: *aperit so-*

vel *juberem* Exc. Læti.—223 *peterere* Thuan. Exc. Lucens. pr. *parere* Leid. sec. Oxon. pr. et Reg. m. sec. Ambr. pr. tres Vatt. Pal. Farn. duo Petav. *moveare* Ambr. sec. *properare* Jun. pr. Tholos. *paterere* vel *raperere* Vat. pr. Petav. pr. *peterere* vel *paterere* Med. sec. *non alter* Pat. Med. pr. Moret. pr. *nunc* Var. LL. ed. Antv. *nonne* conjiciebat Heins. *inermis* Farn. vet. Gyr. *inermis* vel *in armis* Florent.—225 *sequentur* Thuan. Mazar. Petav. tert. m. sec. *petuntur* Pat.—226 *credere* Med. sec. Mazar. Ambr. pr. *curæ* inc. Heins.—227 *stupeant* Med. quart. *nocentes* Pal.—228 *virum* Pric. *refertus* Rott. *repletus* vel *repleri* Vat. pr. *repletus* vel *receptus* Mazar. *repletus* vel *potitus* Vat. quart.—229 *Qui* vel *Cum libeat* Exc. Læti. *Cum* Put. qui et *liceat* vel *libeat* habet. *erit* Vat. pr. m. pr.—231 *Turpis* Med. sec. *infernas* tres Vat. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. m. sec. Med. sec. Leid. sec. duo Oxon. Exc. Læti. *infernis* Florent. m. pr. Thuan. Petav. pr. Moret. sec. duo Med. duo Ambr. *inferni* vel *infernas* Vat. quart. *tenebrisque* Thuan. *obscœnior* Pal. Med. pr.—232 *fatale* Med. quart.—233 *Inde* pro *ille* conjiciebat Heins.—235 *quod vide-*

NOTÆ

223 *Paterere*] Si ferres viros adversos, hostes. Alii legunt, *raperere*, id est, si ires pugnaturus contra viros.

229 *Romanus eris*] Si abundas spoliis et opibus, Romanus eris, si voles. Juven.: 'Et genus et nomen regina pecunia donat.'

232 *Auspicium*] Bellona sedit in sepulcro, tanquam avis funesti augurii. Sic et Megæra apud Virgil.: 'Alitis in parvæ subito collecta figuram, Quæ quondam in bustis,' &c.

233 *Resoluto*] Corde liberato, et soluto ab omni pavore.

234 *Sedere*] Postquam crines, qui præ horrore hirsuti surrexerant, de-

Invitatque sequi. Conjurat barbara pubes
Nacta ducem, Latiisque palam descivit ab armis.
Pars Phrygiæ, Scythicis quæcumque Trionibus alget
Proxima, Bithynos; Solem quæ condit, Ionas;
Quæ levat, attingit Galatas: utrimque propinqui
Finibus obliquis Lydi Pisidæque feroces
Continuant australe latus: gens una fuere,
Tot quondam populi, priscum cognomen et unum,
Appellata Phryges, sed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti post Mæona regem
Mæones. Ægeos insedit Græcia portus.

dalibus ex *ordine*, *quæ spectaverit*, *hortaturque* eos *sectari* se. *Juventus barbara inveniens ductorem, conspirat, et aperte rebellat contra arma Romanorum. Pars Phrygiæ, quæ friget propior Trionibus Scythicis tangit Bithynos;* pars, *quæ occultat Solem occidentem*, tangit *Ionas;* pars, *quæ attollit* Solem orientem, tangit *Galatas: hinc et inde Lydi proximi* sunt *limitibus oppositis, et Pisidæ feri contingunt partem meridianam: tot populi fuerunt olim unus populus, vocatus Phryges*, hoc *cognomentum antiquum et solum. At quid non longum tempus poterit mutare? Mæones appellati* sunt *post Regem Mæona. Græcia occupavit portus Ægæos.*

rit Jun. pr. *viderat* Vat. pr. et Vat. Livin. *omnia* pro *ordine* Vat. quint.—236 *Irritatque* Vat. pr. et Livin. Exc. Lucens. sec.—237 *discordat* Thuan.—238 *Phrygiæ* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *Phrygiam* Var. LL. ed. Antv. —239 *Bithyno* Vat. pr. *Pachynos* Jun. pr. *Bithynios* duo Vatt. Farn. Var. LL. ed. Antv. *Bistonios* Thuan. Tholos. Moret. pr. *Bithynos* vel *Bistonios* Mazar. *qui* Petav. sec. *Jonam* Ambr. pr.—240 *læva* Rott. Florent. Exc. Læti. *lavat* duo Vatt. Farn. *levat* duo Leidd. cum octodecim aliis, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *levat* vel *leva* Put. Heinsius *levat* legebat, ablegans lectorem ad ea, quæ ad Ovid. Lib. IV. Fast. p. 81. notaverat. *Galatam* Jun. pr. *utrumque* Var. LL. e marg. Parm. *utrinque* Vat. sec. *propinquos* Vat. tert. Rott. *propinquis* Jun. pr. Oisel. Med. sec. Pat. Thuan. Mazar. Tholos. Moret. sec. Petav. tert. Exc. Cod. Rhem. *propinquos* Vat. tert. Rott.—241 *obliquis* inc. Heins. *obliqui* undecim alii et Exc. Cod. Rhem. *obliquis* et emend. *obliquos* Put. *obliqui* vel *obliquis* duo Vatt. *Lydæ* Moret. sec. *Lidii* Oxon. pr. *Lydis* Var. LL. ed. Antv. *Pisidique* Thuan. Exc. Gevart. *Piscidæque* Vicet. *Pisidæque* vel *Pasidæque* Mazar.—243 *populi quondam* Pal. Med. pr. *priscus* Vat. tert.—244 *quadam longa* Oisel.—245 *mœnia* pro *Mæona* Tholos.—

NOTÆ

pressi sunt; et sic timor cessavit.

238 *Phrygiæ*] Hæc describitur: pars Septemtrionalis tangit Bithynos, Occidentalis Ionas; pars Eoa Galatas; pars Meridiana, opposita ex obliquo Orienti et Occidenti, tangit Lydos et Pisidas: porro *Phrygia* ex Josepho, originem duxit a *Thygrumme*, qui patrem habebat *Gomor*, avum *Japhet*, et proavum *Noë*.

239 *Ionas*] Iones dicti sunt a *Javan*, qui patrem habebat *Japhet*.

240 *Galatas*] Galatæ conditorem agnoscunt *Gomor*, qui satus est ex patre *Japhet*.

241 *Lydi*] Seu *Ludæi*, dicti sunt a *Lude*, qui fuit filius *Sem*.

246 *Ægæos portus*] Littora porrecta versus Ægæum mare.

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis, ante vagus, tandem regionibus hæsit,
Gesaque deposuit, Graio jam mitis amictu,
Pro Rheno poturus Halyn. Dat cuncta vetustas
Principium Phrygibus: nec rex Ægyptius ultra
Restitit, humani postquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.
Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim
Tibia, fœdatam cum reddidit umbra Minervam.

Thyni Thraces colunt partem, *quæ nunc Bithynia dicitur. Magnus exercitus Gallorum nuper* profectus *ab Oceano, prius errans, demum fixit* sedem in *oris illis, et abjecit tela, jam lenior* factus *veste Græca, bibiturus Halyn pro Rheno. Antiquitas omnis dat initium Phrygibus: neque Rex Ægyptius contendit ulterius, posteaquam puer inscius mammæ mulieris, resolvit linguam primum in sermonem Phrygium.* In *hunc* locum *tibia projecta quondam* in *paludes Libycas lapsa est, cum imago ostendit Palladem deformatam: hic et pastor* Marsyas *superatus lyra*

247 *Thraces erant Thyni* Ambr. sec. *arant* Vat. pr. et tert. Pric. Bonon. Oxon. sec. Vat. Livin. Gesn. et ed. Bipont. *erant* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti.—248 *Gallorum* Pat. m. pr. *Bellorum* vel *Gallorum* Put. Ambr. sec.—250 *Telaque* Moret. pr. *disposuit* Florent. Thuan. Vat. tert. *Grajo jam* Vat. quint. Jun. et Oxon. pr. Ald. Exc. Gev. *jam Grajo* Florent. quatuor Med. Put. Thuan. Mazar. Pat. Lov. duo Petav. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Ms. Pulm. edd. Ald. Colin. Raphel. Parm. et Vicet. —251 *Halym* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel.—252 *non rex* Mazar.—253 *Isidis expers* Exc. Lucens. sec. apposito + signo, quo indicatur veterem lectionem aut erasam aut interpolatam esse. *post captum culmen honoris* pro *postquam puer uberis expers* Petav. sec.—254 *Et Phrygia primum laxavit murmura voce* Med. sec. *primus* Pat.—255 *cecidit* quatuor Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. Pat. Tholos. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *cecinit* Vat. Livin. *cecidit* vel *cecinit* Florent. *Hic cecidit* vel *Huc venit* Petav. pr.—256 *redderet* Moret. pr. *reddit* Exc. Gevart.

NOTÆ

248 *Gallorum*] Inde Gallogræcia appellata est, quæ eadem est ac Galatia.

250 *Gesa*] Arma Gallorum propria; ut pila Romanorum.

251 *Halyn*] Fluvius est: ex Tauri montis radicibus nascitur; Cappadociæ, Syriæ, et Paphlagoniæ agros irrigat; et in Pontum Euxinum se exonerat.

252 *Nec Rex Ægyptius*] Psammetichus, ex Herodoto, Rex Ægyptiorum, et Phryx inter se contendebant, uter populus esset antiquior: at utriusque consensu nutritus puer procul a nutrice fertur locutus esse primum sermonem Phrygium, sicque secundum Phrygem pronuntiare videbatur. De eadem re contendisse dicuntur Scythæ et Ægyptii.

255 *Libycis*] In natalem Tritonida, paludem Libyæ cecidit. Alii legunt *Lyciis*. Lycia Phrygiæ vicina.

256 *Tibia*] Minerva tibia ludebat,

Hic et Apollinea victus testudine pastor
Suspensa memores illustrat pelle Celænas.
Quatuor hinc magnis procedunt fontibus amnes
Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,
Quæ toties lavere Midan. Diversus ad Austrum
Cursus et Arctoum fluviis mare. Dindyma fundunt
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti.
Icarium pelagus Mycalæaque littora juncti
Marsya Mæanderque petunt: sed Marsya velox,

Phœbea ornat Celænas memorabiles pelle appensa. Hic fluvii quatuor auriferi scaturiunt ex ingentibus originibus. Neque admiror aquas eorum fulgere auro, quæ aquæ *abluerunt toties Midam. Cursus varius est fluminibus ad meridiem, et* ad *mare septemtrionale. Dindyma* montes *pariunt Sangarium, qui tumefactus aquis nitidis Galli micantis, rapitur ad ostia ponti Amazonii. Marsya et Mæander conjuncti influunt mare Icarium, et oras Mycalæas: sed Marsya celer, dum suus*

umbra Minervæ Vat. pr. m. pr. *unda* Moret. pr. Petav. tert.—258 *illustret* Pat. *morte* pro *pelle* Thuan. Petav. tert. *more* Med. sec. m. pr. Leid. sec. m. pr.—259 *huc magnis* Moret. pr. *hinc* Exc. Læti, duo Med. et Exc. Lucens. sec. *hic* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *his* Rott. Tholos. *huic* conjiciebat Heinsius. *magni* Mazar. *fluctibus* Moret. pr. Thuan. *fontibus* vel *fluctibus* Vat. quart.—260 Heinsius olim legebat *Aurifero nec miror aquas radiare metallo.*—261 *Midam* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel.—262 *Cursus* vet. Gyr. Vat. Livin. *Currus* Exc. Læti m. pr. Ald. *Cresus* Vat. quint. *findunt* Vat. tert. Mazar.—263 *qui puro* Jun. et Moret. pr. *puro qui* omnes Vatt. Pric. Farn. Rott. *vitrei qui puro* vel *vitreo puri qui* Pal.—264 *Ductus* Ambr. sec. *Actus* Bonon. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Læti, Var. LL. ed. Antv. *differtur* Med. sec.—265 *Megareaque* Med. sec. *Mygaleaque* Ald. *Mycaleaque* vel *Megareaque* Vat. sec.—266 *Mæandrusque* Med. sec. m. pr. *potant*

NOTÆ

sed cum in umbra fluvii, tanquam in speculo videret genas suas tumentes ac deformatas, projecit tibiam, quam invenere pastores, et didicere modulamina. Hinc Ovidius de Pallade: 'I procul hinc, dixit, non est mihi tibia tanti, Ut vidit vultus Pallas in amne suos.'

Umbra] Alii legunt *unda*, nec male.

257 *Pastor*] Satyrus Marsyas ausus est cum Apolline de cantu contendere; sed victus est et pelle exutus.

258 *Celænas*] Populos Phrygiæ, et urbem ejusdem regionis, de qua supra, lib. I. in Eutrop. vs. 278.

261 *Midan*] Regem Phrygiæ, quæcumque tangeret in aurum vertentem; avaritiæ symbolum.

263 *Galli*] Fluvii; unde dicuntur *Galli* Cybeles ministri.

264 *Amazonii*] Ponti seu maris alluentis Imperium Amazonum.

265 *Icarium*] Sic dictum ab Icaro Dædali filio, qui in hoc mare decidens, ex Ovidio, 'Icarus Icariis nomina fecit aquis.'

Mycalæa] Littora Mycales, vel Promontorii vel urbis Cariæ.

Dum suus est, flexuque carens: jam flumine mixtus
Mollitur, Mæandre, tuo; contraria passus
Quam Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica
Planities Cererique favet, densisque ligatur
Vitibus, et glaucos fructus attollit olivæ,
Dives equis, felix pecori, pretiosaque picto
Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.
Talem tum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permisere Dei. Securas barbarus urbes

est, et sine anfractibus: jam confusus cum fluvio tuo, o *Mæandre, lenitur, ferens* res *contrarias, quam Arar raptus a Rhodano. Inter quos* fluvios *campus apricus gratus est Cereri, et operitur vineis spissis, et ostentat fœtus virides olivæ: fœcundus equorum, fœcundus armentorum, et locupletatus marmore picturato, cui Synnas cedit, lapidicinis rubentibus. Superi siverunt Phrygiam tum talem incendi prædati-*

Med. quart.—267 *fluxuque* Oxon. sec. *flexusque* Vat. pr. et tert. Oisel. *flexuque* vel *fluxuque* Florent. *nam flumine* Med. sec. Petav. tert.—268 *Molitur* Vat. tert. *mollitus* Jun.—269 *Quam Rhodanus* Bonon. *Quorundam* Tholos. *Quæ Rhodano* Petav. pr. *stimulatur* Pric. *stimulator* Rott. Tholos. Leid. sec. Petav. sec. Lov. m. pr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *stimulator* vel *stimulatus* Reg. Exc. Pat. rec. *Arax* Rott. Leid. pr. *Atax* conjiciebat Heins.—270 *cedrisque favet* Leid. pr. *favit* Var. LL. ed. Antv. *favent* Petav. sec.—271 *Fructibus* Ambr. pr. m. pr. *glaucæ* Ambr. tert. Exc. Læti. *glaucos* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *gratos* Ambr. sec. inc. Heins. *fructus* Jun. pr. *fluctus* Leid. pr. Vat. tert. m. pr. *extollit* ed. Vicet. *attollit* Exc. Læti et Lucens. pr. —272 *equis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *equi* Ambr. pr. *pecoris* Vat. sec. Pal. Med. pr. Reg. Oxon. pr. *pecorum* Petav. pr. Thuan. Vat. quart. Scalig. Isingr. *pecori* duo Leid. cum viginti aliis, Exc. Læti, Lucens. pr. et Gevart. ed. Parm. et Vicet. item Ald. *picto* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. *ficto* vel *picto* Rott. *ficto* vel *sculpto* Pric.—273 *quæ cedit* Var. LL. ed. Antv. *cedit quæ* Pric. Med. pr. Ambr. pr. Petav. sec. Exc. Gevart. *cui cedit* Petav. pr. Leid. sec. Vat. quint. *quod* ed. Vicet. *quoque* Ambr. tert. *Sennada* Moret. pr. *Sirmada* Med. pr. *Cirmana* Thuan. *Firmada* Tholos. *Sinnada* et emendatum *Trabacha* Leid. pr. Oxon. sec. *Sarmatu* vel *Sindima* vel *Sennada* Moret. sec. *vestis* Var. LL. ed. Antv.—274 *tum* Med. sec. *cum* Rott. Petav. pr. Med. tert. *tunc* Mazar. duo Med. duo Ambr. *nunc* Farn. *Gethicis populatibus* Florent. tres Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Geticis* Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. tres Petav. tres Ambr. ambo Moret. Vat. Livin. Ald. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. *populantibus* Farn. Lov. duo Oxon. Exc. Læti. *populatibus* duo Vatt. Pric. Put. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. Vat. Livin. ambo Moret. Exc. Gevart. *uti* Ambr. tert.—275 *Promisere* Mazar. *securus*

NOTÆ

267 *Dum suus est*] Marsya fluvius, dum est in suo alveo, dumque sui juris est, est rapidus; at mixtus cum Mæandro sinuoso, fit lenis; contra Arar lentus, mixtus rapido Rhodano fit quoque rapidus.

273 *Synnada*] *Synnas, adis,* et *Synnada,* urbs Phrygiæ celebris marmoreis lapidicinis, vel lapicidinis, quarum marmor maculas habet rubentes.

Irrupit, facilesque capi. Spes nulla salutis,
Nulla fugæ. Putribus jam propugnacula saxis
Longo corruerant ævo, pacisque senecta.
Interea gelidæ secretis rupibus Idæ
Dum sedet, et thiasos spectat de more, Cybebe,
Curetumque alacres ad tympana suscitat enses;
Aurea, sanctarum decus immortale comarum,
Defluxit capiti turris, summoque volutus
Vertice crinalis violatur pulvere murus.
Obstupuere truces omen Corybantes, et uno
Fixa metu tacitas presserunt orgia buxos.

onibus Getarum. Barbarus tutus irruit oppida facillima expugnatu: spes nulla salutis erat, *nulla effugii. Jam turres saxis corruptis longa vetustate, et diuturnitate pacis, conciderant. Interim dum Cybele sedet* in *saxis remotis Idæ frigidæ, et aspicit choros pro consuetudine, et excitat gladios lætos Curetum ad* sonitum *tympanorum;* apex *turritus auratus,* qui est *honor æternus crinium* ejus *sacrorum, decidit* ex *capite* ejus, *et fastigium* ipsius *capillatum, resolutum* in *culmine alto, turpatur cinere. Corybantes sævi obstupefacti sunt præsagio, et Orgia defixa uno timore compresse-*

Vat. tert. *securis* Med. tert. *securis* vel *secretis* Florent.—276 *Inrupit omnes* Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *Irrumpit* Med. sec. *facilisque* Petav. sec. *rapi* Thuan.—277 *patribus* Vat. pr. m. pr.—278 *torruerant* Var. LL. ed. Antv.—279 *fecundis* Thuan. *securis* vel *secretis* Florent. *rupibus* Vat. pr. et tert. Oisel. Med. tert. Mazar. Oxon. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *partibus* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Exc. Læti. *rupibus* vel *partibus* Reg.—280 *Cybeles* Med. sec. *Cybelle* Pric.—281 *alacris* Mazar. Var. LL. e marg. Parm. *concitat* Moret. pr.—282 *sacrarum* Exc. Gevart.—283 *Deflueret* Thuan. *Destruxit* Rott. *Defluxit* vel *Destruxit* Vat. tert. *capitis* Thuan. —285 *Obstipuere* Ambr. tert. Exc. Læti et Lucens. sec. *Obstrepuere* Reg. Oxon. pr. *Corybantis* Moret. sec. *una* Petav. tert. m. sec. *imo* Vat. pr. et tert. Oisel. quatuor Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *uno* duo Leidd. et sedecim alii, Exc. Læti et Gevart. ed. Parm. *uno* vel *imo* Florent. Reg. —286 *tacita buxo* Florent. m. pr. Tholos. Ambr. tert. *tacita buxo* vel *tacitas*

NOTÆ

278 *Pacisque senecta*] Sapientes pacis causa bellum gerunt, sed pax aliquando nocet. Cujus rei exempla passim. 'Nunc patimur longæ pacis mala.' Juven.

279 *Idæ*] Nomen urbis et montis in Phrygia: huic præsidet Cybele mater Deorum.

280 *Thiasos*] Choros: nam θίασος, seu *Thiasus*, est chorus tripudiantium in honorem numinis alicujus, sed præcipue Bacchi.

281 *Enses*] Curetes et Corybantes, Cybeles ministri, vibrabant gladios, et sæpe sese vulneribus deformabant.

283 *Turris*] Crines in cumulum elati, instar turris, muri fastigii, verticis.

286 *Orgia*] Ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *a furore*, sic dicta, sunt sacra Bacchi. Sed et usurpantur pro sacris omnibus, in quibus furor dominatur: *orgia presserunt buxos,* id est, Corybantes orgia

Indoluit genitrix; tum sic commota profatur:
Hoc mihi jam pridem Lachesis grandæva canebat
Augurium: Phrygiæ casus venisse supremos,
Delapsus testatur apex. Heu, sanguine qualis
Ibit Sangarius, quantasque cadavera lenti
Mæandri passura moras! immobilis hæret
Terminus: hæc dudum nato placuere Tonanti.
Par et finitimis luctus: frustraque Lyæi
Non defensuros implorat Lydia thyrsos.

runt tibias *buxeas silentes. Mater* Cybele *ingemuit: tum afflicta ita loquitur: Lachesis annosa præsagiebat mihi jamdudum hoc auspicium: vertex corruens significat fatum ultimum Phrygiæ accidisse. Heu! Qualis Sangarius fluet* ob *cruorem, et quantos cadavera toleratura sunt flexus Mæandri tardi! Limes inconcussus manet. Hæc jampridem statuta sunt* a *filio Jove. Et clades similis* est *vicinis* cladibus; *ac Lydia invocat inutiliter hastas Bacchi non propugnaturas* se. *Jam-*

---

buxos Moret. sec.—287 *tum* Vat. pr. et tert. Leid. sec. Exc. Gevart. *commota* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Leid. pr. duo Oxon. vet. Gyr. Vat. Livin. *irata* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Med. pr. Exc. Læti. *irata* vel *commota* Put.—288 *Hoc tibi* Mazar. *grandæva* Vat. pr. Rott. Florent. Jun. pr. Leid. sec. Med. tert. vet. Gyr. Vat. Livin. *longæva* quatuor Vatt. Pal. Farn. Exc. Læti.—289 *Phrugiæ* Exc. Læti.—290 *Dilapsus* duo Vatt. Mazar. Petav. pr. Pat. Ambr. pr. ambo Moret. *apes* Var. LL. ed. Antv.—291 *Ibat* Leid. sec. m. sec. *tantasque* Moret. pr. *quantumque* vel *quantasque* Moret. sec.—292 *pressura* Moret. sec. *Cadavere lentus Mæander passure* conjiciebat Heins.—293 *nato dudum* Vat. pr. Pal. Med. pr.—294 *Parcet* Pric. *Par et* Vat. pr. et quint. Jun. pr. Lov. m. sec. Ambr. tert. Vat. Livin. *Paret finitimis* Colin. Gryph. *finitimis* Ambr. tert. duo Medd. et Petav. Exc. Læti et Lucens. pr. *finitimus* Leid. pr. et viginti Codd. Ald. Junt. Isingr. Raph. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *finitimus* vel *finitimis* Vat. quint. Reg. Oxon. pr.—295 *imploret*

NOTÆ

celebrantes, presserunt tibias ex buxo factas.

288 *Lachesis*] Una Parcarum sic dicta ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, *sortiri*, quod sortiatur ducatque ea quæ futura sunt.

291 *Quantasque*] Quanto sanguine Sangarius fluvius fœdabitur? Quantas moras passurus est Mæander ob cadavera?

292 *Immobilis*] Finis cuique rei præscriptus hæret immobilis, neque ultra ire licet.

293 *Placuere*] Dudum placuit Jovi, ut periret Phrygia.

294 *Par, &c.*] Luctus noster par est finitimis: hoc est, proximus est, idem est ac si mox accideret, ac si finitima mala forent.

295 *Lydia*] Baccho sacra est.

Thyrsos] Thyrsus est hasta pampinis vel hederis involuta, quam gestabat Bacchus.

Jamque vale, Phrygiæ tellus; perituraque flammis
Mœnia, conspicuas quæ nunc attollitis arces;
Mox campi, nudumque solum. Dilecta valete
Flumina; non vestris ultra bacchabor in antris:
Nec juga sulcabit noster Berecyntia currus.
Dixit, et ad tristes convertit tympana planctus.
Labentem patriam sacris ululatibus Attis
Personat, et lacrymis torvi maduere leones.
Eutropius, quamvis nequeat metuenda taceri
Clades, et trepidus vulgaverit omnia rumor,
Ignorare tamen fingit, regnique ruinas
Dissimulat. Parvam latronum errare catervam;
In sontes tormenta magis, quam tela, parari;

que vale, o terra Phrygiæ; et urbes sepeliendæ ignibus, quæ urbes *nunc ostenditis turres altas, statim* eritis *agri, et solum desertum. Valete, fluvii cari: non furam amplius in cavernis vestris; neque currus noster findet colles Berecynthios.* Cybele ita *locuta est, et* statim *vertit luctus mæstos ad tympana: Atys resonat lamentis sacratis patriam cadentem, et leones feri sparguntur fletibus. Eutropius, etsi strages timenda non possit sileri, et fama timida revelarit, tamen simulat* se *nescire, et dissimulat exitium imperii:* jubet *turbam exiguam prædonum vagari, et venditat expediri potius supplicia* in *nocentes, quam arma; neque contundendos*

ed. Parm. et Vicet.—297 *urbes* vel *arces* Jun. pr.—298 *dudumque* Farn. *dejecta* Tholos.—299 *nec* duo Vatt. Farn. Tholos. Oxon. sec. Ald. Exc. Læti. *non* quatuor Med. Put. Reg. Thuan. duo Petav. Exc. Lucens. sec. *ultra vestris* Pric. Reg. Oxon. pr. Moret. sec.—300 *Non juga* Thuan. *Nec.* Lov. Moret. sec. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. Ald. Var. LL. ed. Antv. *vester* Pal. Tholos. *cursus* Thuan. *nostræ curæ* Rott. *nostros cursus* Jun. pr.—301 *luctus* Med. sec.—302 *Lambentem* Var. LL. ed. Antv. *Athis* Lov. *acris* Vat. sec. *atris* Put. *antris* Petav. sec. *antris* vel *Alis* Florent. inc. Heins.—304 *quamvis nequeat* duo Med. Mazar. Ald. *nequeat quamvis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *tacere* Jun. pr.—305 *sed trepidus* Mazar. *strepitus* Vat. sec. Pal. Med. pr. *vulgaverat* Jun. pr. Oxon. sec. Med. sec.—306 *fugit* Rott.—307 *parvam* Jun. et Oxon. pr. Moret. sec. *latronum* vel *jactat* Vat. quart. *exire* Thuan.—308 *In sontes* Ambr. pr. Sched. Gud. *parvam ad sontes errare c. Latronum* Leid. sec. et tredecim alii, ed. Vicet. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *ad sontes certare c. Latronum* Exc. Læti m. pr.—308 *In sontes* Ambr. pr. Sched. Gud. *Ad sontes* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Læti, Gesn.

NOTÆ

299 *Bacchabor*] Non celebrabo Orgia cum Bacchantibus.

300 *Berecyntia*] Berecynthus est mons Phrygiæ, sacer Cybelæ Deorum matri.

302 *Attis*] Seu *Atys*, amasius Cybeles.

303 *Leones*] Qui currum Cybeles trahere finguntur.

Nec duce frangendas jactat, sed judice, vires.
Vasta velut Libyæ venantum vocibus ales
Cum premitur, calidas cursu transmittit arenas,
Inque modum veli sinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat; si jam vestigia retro
Clara sonent, oblita fugæ stat lumine clauso
Ridendum revoluta caput, creditque latere
Quem non ipsa videt. Furtim tamen ardua mittit
Cum donis promissa novis, si forte rogatus
Desinat. Ille semel nota dulcedine prædæ

impetus hostium per *ductorem, sed per magistratum. Quemadmodum avis ingens Libyæ* Struthiocamelus *cum urgetur clamoribus venatorum, trajicit currendo arenas ardentes, et curvatis alis* cum *flatu, instar veli, pulverea evolat:* sed *si jam passus* venatorum *clare resonent pone, immemor fugæ, consistit oculis clausis,* et *capite ridiculo tecto; ac putat fallere* hostem, *quem ipsa non cernit.* Eutropius *tamen clam mittit promissa aurea cum muneribus recentibus, si forsan* Targibilus *exoratus cesset* belligerare. *Ille semel* delinitus *amore cognito spoliorum,*

et ed. Bipont. *parabat* Med. pr. m. pr.—309 *se judice* Farn. Jun. pr. *Vindice* Pric. Petav. sec. Tholos. Med. quart. duo Ambr. *judice* vel *vindice* Vat. pr. Reg. Oxon. pr. *ruris* pro *vires* Put. m. pr.—310 *Vasta* vel *Vesta* Reg. Oxon. pr. *Libye* omnes Vatt. Pal. Put. Reg. Mazar. Petav. pr. *Libyes* Exc. Læti. *patriæ* Med. tert. *venatum* Var. LL. ed. Antv. *vocibus* inc. Heins. *vallibus* Farn. Rott. Leid. sec. m. pr. Petav. sec. Ambr. tert. Var. LL. ed. Antv. *vocibus* vel *vallibus* Vat. tert. Florent. *imal* pro *ales* Vat. pr. m. pr.—311 *Comprimitur* Vat. tert. Put. Petav. sec. et tert. m. sec. Pat. Bonon. Med. vero sec. hunc versum sequenti postponit. *transmisit* Jun. pr. *committit* Oxon. sec. *præmittit* Oxon. pr. *habenas* Lov. m. pr. Oxon. sec. m. pr.—312 *sinuatis* Put. m. sec. *sinuantes* Vat. pr. *sinuantis flumina* Thuan. *pinus* Petav. sec. *pinnis* Leid. sec. Rott. Oisel. Florent. m. pr. Petav. tert. Pat. Exc. Gevart. Lucens. sec. *pennis* vel *pinnis* Reg. Oxon. pr.—313 *volant* ed. Vicet. *sed jam* Thuan. *si* vel *sed* Reg.—314 *Rara* Exc. Cod. Rhem. *sonant* Rott. Thuan. Pat. Lov. Jun. pr. duo Ambr. inc. Heins. *fugam* duo Vatt. Pric. m. pr. Pat. *fuga* Rott. *fugat* Reg. *fuga est* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *fugæ est* Ambr. tert. Leid. sec. m. pr. *fugæ* vel *fugam est* Lov. *dat lumine* Med. tert. *lumine* vel *limite* Lov. *cluso* Exc. Læti.—315 *Quod vero* pro *Ridendum* Farn. *Ridendum* vel *Retrorsum* Oisel. *velata* duo Vatt. Pric. Moret. sec. *veluta* vel *revoluta* Petav. pr.—316 *Quem* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *Quam* Ambr. pr. *Quæ* Exc. Læti. *furtum* Farn.—317 *donatus* Med. tert.—318 *ille tamen* Ambr. pr. *notæ*

NOTÆ

310 *Vasta*] Struthiocamelus, Στρουθὸς ἡ μεγάλη. Ælianus. Plautus vocat *passerem marinum.*

313 *Volat*] Non tam volat, quam currit: pedibus enim semper nititur, præ magnitudine.

315 *Ridendum*] Ridiculum caput, quia calvum, quia sine superciliis, quia stulta, aut non videns hostem, credit se non videri.

316 *Mittit promissa*] Mittit legatos, qui montes aureos promittant.

Se famulo servire negat; nec grata timentum
Munera. Militiam nullam, nec prima superbus
Cingula dignari. Nam quis non Consule tali
Vilis honos? Postquam precibus mitescere nullis,
Non auro cessisse, videt, creberque recurrit
Nuntius incassum, nec spes jam fœderis extat;
Tandem consilium, belli confessus agendi,
Ad sua tecta vocat. Juvenes venere protervi,
Lascivique senes, quibus est insignis edendi
Gloria, corruptasque dapes variasse decorum:

recusat famulari servo; et dicit *dona* hominum *trepidantium non esse jucunda. Nullum* ille *arrogans* voluit *accipere* decus *militiæ: neque principem dignitatem. Etenim quæ dignitas non abjecta* est sub *Consule tali? Posteaquam* Eutropius *cernit* Targibilum *non flecti ullis precibus, non vinci muneribus, et nuncius frequens redit frustra, neque jam spes est pacis, tandem fassus bellum faciendum* esse, *convocat in domum suam concilium. Juvenes petulantes adsunt et senes luxuriosi, qui gloriantur comedere egregie, et* putant *pulchrum mutare epulas vitiatas: qui*

Vat. sec. Pal. duo Med. quod probatur Heinsio. *nota* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *tuta* Exc. Cod. Rhem.—319 *timentum* Vat. Livin. *timendum* Pal. Rott. Mazar. Moret. pr. *timentis* Med. quart. Thuan. Ambr. pr. Leid. sec. Ald. *timendam* Var. LL. ed. Antv. *timendum* vel *timentum* Florent. Med. pr. et sec. *timentis* vel *trementis* Exc. Gevart.—320 *nullis* Vat. quint. *neque prima* Med. sec. *neque plura* Rott.—321 *Vincula* Exc. Gevart.—323 *texisse* Jun. pr.—324 *spes modo* Moret. sec.—325 *consilium* tres Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *concilium* Leid. pr. Petav. pr. m. sec. inc. Heins. *consilium* vel *concilium* duo Vatt. *congressus* Med. sec. *confisus* Pal. Med. pr. unde *confusus* conjiciebat Heinsius.—326 *vocat.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. Med. pr. Bonon. Ambr. sec. Vat. Livin. in Vat. sec. post *juvenes* interpungitur. *propinqui* vel *protervi* Med. sec.—327 *Basconesque senes* Florent.—328 *Gratia* vel *Gloria* Vat. quint. *conditasque* conjicebat Heins.

NOTÆ

319 *Servire negat*] Se servitutum esse.

321 *Cingula*] Se non dignari accipere *cingula prima*, hoc est principem militiæ dignitatem, seu magisterium equitum, id quod Eutropius timens offerebat. Per *Cingula prima*, nonnulli explicant *cinctus primos;* hoc est Consulatum.

Consule tali] Quæ munera non vilia sint, dante Eutropio? Nam dona ex merito dantis censeri solent.

325 *Belli confessus agendi*] Confitens bellum agendum esse; Gellius *confessus æris*, id est, confitens debitum.

327 *Edendi*] Edaces olim vocabant asinos, ut abjectissimi animalis nomen indignissimis hominibus imponeretur. Sic Eresichthon ille portentosæ voracitatis dicitur ab Æliano κάνθων, id est, *asinus*.

328 *Corruptas*] Gloriantur sibi apponi varias dapes corruptas, non quod corruptæ sint, sed quod causa sint corruptionis et cruditatis.

Qui ventrem invitant pretio, traduntque palato
Sidereas Junonis aves, et, si qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quæsitos trans regna cibos: quorumque profundam
Ingluviem non Ægæus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Mæotia piscibus explent.
Vestis odoratæ studium, laus maxima risum

accendunt gulam caritate ciborum, *et sorbent ore volucres stellatas Junonis, et si qua* avis *viridis* (Psittacus) *perita loquendi advehitur ab Indis nigris*, quæ sunt *dapes quæsitæ trans imperia: quorum gula insatiabilis non satiatur* cibis *Ægæi* maris, *non Propontidis profundæ, non piscibus remotis fretorum Mæoticorum*. His *cura* est *vestium fragrantium; honor magnus* his est *excitasse risum per facetias*

---

variare Pric. Ambr. et Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem.—329 *venerem invitant* Med. tert. *vitam* Put. Oxon. sec. m. pr. *vota* Bonon. *mutant* Med. quart. *irritant* legit Heinsius.—331 *Nata* pro *Gnara* Exc. Læti m. pr. *viridi* Petav. sec. *differtur* Vat. tert. Oxon. sec. *undis* Rott. Tholos.—332 *Quæsitos* Vat. pr. *Quæsitis cibus* Rott. *Quæsitos cibos* Vat. Livin. *Quæsitus cibus* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti.—333 *Ægæum* Ambr. pr. Leid. sec. Med. quart. Exc. Gevart. *Æqevus* Var. LL. ed. Antv. *Proponti* inc. Heins. 334 *Mæotia* Vat. pr. et sec. Bonon. Med. tert. *Mæotida* duo Leidd. et undecim alii. *Mæotica* tres Vatt. Pal. Farn. tres Med. Thuan. Mazar. duo Petav. duo Ambr. Tholos. Moret. pr. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *æquent* Vat. pr. m. sec. inc. Heins. Exc. Læti. *implent* Farn. Med. sec. Jun. et Ambr. pr. Leid. sec. m. sec. *explent* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti m. sec.—335 *odoratæ* quatuor Vatt. Pal. Farn. Exc. Læti. *adoratæ* Vat. sec. Rott. Med. sec. m. sec. Ambr. pr. Bonon. Var. LL. e marg. Parm. et edit. Antv. *adornatæ* Pric. Reg. Oxon. pr. *odoratæ* vel *adoratæ* inc. Heins. *pars maxima* Vat. tert. *risus* Thuan. Petav.

NOTÆ

329 *Invitant*] Invitant sese ad edendum, ob pretium ciborum exquisitissimorum, qui carius emti sunt. Alii legunt, *irritant*, nec male, id est, pretium incendit ingluviem, quasi cibus eo melior sit, quo carius emtus est, et superbo delectu in sylvis, aut in mari longinquo conquisitus. Juvenalis: 'Optima sylvarum interea pelagique vorabit,' &c.

330 *Junonis aves*] Pavones, quorum caro exquisita dicitur, sed cruditatis parens. Adeo 'nihil est ab omni Parte beatum!' Horatius. *Sidereas* autem dixit alludens ad fabulam, quæ ait Junonem Argi custodis oculos avis suæ caudæ, quasi totidem sidera, inseruisse.

331 *Coloratis*] Virgilius: 'Coloratis Indis.'

332 *Trans regna*] Hinc Senecæ indignatio in eos, quibus ob gulam tam angustus erat Romanus orbis ut dapes ex aliis regionibus peterent.

334 *Piscibus*] Pisces in deliciis apud veteres, ut testantur Apicii.

Mæotia] Palus *Mæotis*, *Mæotica*, vel *Mæotia*, supra Pontum Euxinum.

335 *Vestis odoratæ*] Scilicet veste odorata et aurea gloriabantur, qui ferro et ære gloriari debuerant.

Per vanos movisse sales, minimeque viriles
Munditiæ, comti vultus, onerique vel ipsa
Serica. Si Chunus feriat, si Sarmata portas,
Soliciti scenæ, Romam contemnere sueti,
Mirarique suas, quas Bosporus alluit, ædes:
Saltandi dociles, aurigarumque periti.

nugatorias: et his lautitiæ sunt *minus viriles, facies ornatæ, et vel ipsa* vestimenta *serica* sunt *ponderi. Si Chunus, si Sarmata percutiat portas, anxii* sunt pro *theatro, soliti spernere Romam, et admirari domos suas, quas Bosporus irrigat: apti sunt cho-*

pr. *rerum* Florent. m. sec.—336 *vanos* Pric. Rott. Oisel. Med. quart. Thuan. Bonon. Pat. pr. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *vanos* vel *varios* Put. *monuisse* Vat. tert. *alas* pro *sales* Vat. pr. m. pr. qui et *virilis* habet.—337 *cultus* conjecerat Heins. *oneraque* Var. LL. e marg. Parm. *cum tegmina cunctis Serica. desertas custodit Sarmata portas* Ambr. tert.—338 *Si Chunus* Bonon. *Syhunnus* Var. LL. *si Hunnus* Pal. Florent. quatuor Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *si Hunus* Leid. pr. Put. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec. Moret. pr. Lov. Exc. Gevart. *sic Hunus* tres Vat. Pat. *Sin Hunus* duo Vatt. Farn. Moret. sec. Petav. tert. duo Ambr. inc. Heins. Exc. Læti. et Lucens. pr. *feriat Hunnus* Med. tert. *variat* Jun. pr. *Si Chemus feriat* et emend. *si feriat Hunnus* Oxon. sec. *si Sarmata* Farn. Florent. quatuor Med. Put. Reg. Thuan. Lov. Moret. sec. duo Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *sin* Exc. Læti. *sic* Vat. quint. Pat. *vel* Mazar. *portus* Tholos.—339 *Sollicitæ* Jun. pr. *senæ* Med. quart. *cenæ* tres Vatt. Pric. Reg. Mazar. Petav. sec. *cænæ* Florent. Moret. pr. inc. Heins. vet. Gyr. Vat. Livin.—340 *Miratique* Exc. Læti. *Mirarique* Exc. Lucens. pr. *Munirique* ed. Vicet. *cernit quas Bosporus* Moret. sec. *abluit* Tholos. Var. LL. ed. Antv. *obluit* Med. sec. m. sec. Florent. cum Glossa *i. e. tangit vel lavat. obruit* duo Vatt. Put. Thuan. Mazar. Jun. pr. Oxon. sec. duo Leidd. tres Petav. *horruit* Vat. pr. et tert. *horruit* vel *obstruit* Oxon. pr. *obruit* vel *obstruit* Reg. *abluit* vel *alluit* Vat. Livin.—341 *Saltanti* Put. *aurigarumque* omnes Vatt. Pal.

NOTÆ

336 *Movisse sales*] Histrionum more.

Minimeque viriles] Quibus convivas provocabant ad libidinem effœminatam.

337 *Oneri*] Sericæ ipsæ vestes, etsi tenuissimæ, erant oneri hominibus delicatulis. Juvenal. 'Panniculus bombycinus urit.' Cæsar ex Suetonio milites 'habebat tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret: simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in prælio essent metu damni.' Jactabatque, 'Milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse.' Sed alius Cæsar, alius Eutropius.

338 *Chunus, Sarmata*] Populi Sarmatiæ Europææ. Etiamsi hostis ad portas fulminet, soliciti de theatro Eutropiani, non omittunt ludos, comœdiam, &c.

339 *Romam contemnere*] Ob mares Romanorum animos. Romam tamen, quam Dionysius vocat μητέρα πασῶν πόλεων, καὶ μέγαν οἶκον ἀνάκτων, *Matrem omnium urbium, magnumque Regum domicilium.*

341 *Aurigarumque periti*] Instar Neronis; vel cupidi scire, quis auriga melior, &c.

Pars humili de plebe duces, pars compede suras,
Cruraque signati nigro liventia ferro,
Jura regunt, facies quamvis inscripta repugnet,
Seque suo prodat titulo. Sed prima potestas
Eutropium præfert, Hosio subnixa secundo.
Dulcior hic sane cunctis, prudensque movendi
Juris, et admoto qui temperet omnia fumo;

reis, et docti ducere currus; alii sunt *ductores ex plebecula abjecta: alii* habentes *tibias notatas catenis, et crura livida ferro atro, dant leges, etsi frons impressa reclamat, et se ostendit titulo suo. At prima sedes anteponit Eutropium, freta Hosio secundo. Hic* Hosius *suavior* est *certe omnibus, et peritior juris movendi, et qui fumo*

Oisel. Exc. Læti. *auguriorumque* Jun. pr. *aurigandique* Med. quart.—342 *ducis* Vat. pr. *duces* id. Vat. m. sec. *de compede* Pat.—343 *Collaque* vel *Cruraque* Mazar. *lucentia* Florent.—344 *quamvis facies* Vat. quint. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Med. pr. Leid. sec. Exc. Læti. *recuset* inc. Heins. *repugnet* Vat. sec. Pal.—345 *suo reprobret* Petav. pr. *reprobat* duo Vatt. Exc. Pat. rec. *prodat* vel *reprobat* Reg. *profert* pro *præfert* duo Leidd. totidem Med. Pat. Petav. tert. Exc. Gevart.—346 *Hosio* Exc. Lucens. pr. *Otio* Vat. pr. *Osia* Oxon. pr. *Asya* Jun. pr. *Solio* ed. Vicet. *Hocia* Pric. *Osio* Lov. duo Vatt. ambo Moret. Var. LL. ed. Antv. *Hosio* vel *solio* Exc. Pat. rec. *Hosio* vel *Bosio* Exc. Læti. *submissa* Med. tert. Tholos. *subnixa* Lov. Moret. sec. Sched. Gud. Ald. Exc. Gevart. et Var. LL. ed. Antv. *secundo* Leid. sec. Put. Mazar. Lov. Jun. pr. duo Petav. *severo* inc. Heins. *secunda* Pric. Oisel. Reg. Thuan. Pat. Petav. pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv.—347 *Doctior* Jun. Oxon. pr. Med. sec. m. pr. Vat. tert. *Dulcior* vel *Doctior* Vat. quart. Reg. *facie* Ambr. pr. Sched. Gud. *sane* probat Heinsius. *huic sane* Med. sec. m. pr. *prodensque* Jun. pr. *monendi* Pric. Rott. Reg. Thuan. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *movendi* Leid. pr. Jun. pr. duo Oxon. Exc. Lucens. in Leid. pr. erat Glossa *i. e. evertendi.* Heinsius ascripserat, *movere jus* est *loco movere* vel *submovere.* sic *jura subvertere* Hist. Aug. p. 47. et alibi apud eosdem scriptores.—348 *amoto* Thuan. Mazar. Ambr. sec. *admoto* vel *amoto* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

343 *Signati*] Habentes crura signata ferro, quia ante servi erant.

344 *Jura regunt*] Leges, Judicia, Magistratus, Imperium.

Inscripta] Dant leges, imperant, etiamsi facies inscripta servili nota adversetur tanto honori. Servi notabantur ferro, et inscribebantur, ut pecora domini notam gerentia.

346 *Subnixa*] Prima sedes datur Eutropio, sed eadem sedes freta et subnixa est Hosio, secundum locum occupante.

347 *Dulcior*] Hic multa ambigue et ingeniose dicta contra Hosium, qui coquus fuerat. Unde *dulcior* dicitur et prudens *movendi juris*, alludendo ad jusculum culinæ, et simul tamen innuens Hosium esse peritum justitiæ turbandæ. Alii legunt, *novandi juris:* id est, inveniendi novi juris.

348 *Fumo*] Alludit iterum ad fumum culinæ; sed alio sensu dicit Hosium moderari et temperare omnia admoto fumo, id est, adhibita quadam adulatione. Alii legunt, *naso*, nec male, id est, quadam sagacitate.

Fervidus, accensam sed qui bene decoquat iram.
Considunt apices gemini ditionis Eoæ,
Hic coquus, hic leno: defossi verbere terga:
Servitio, non arte, pares. Hic sæpius emtus,
Alter ad Hispanos nutritus verna penates.
Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in arctis
Consulerent, tantisque darent solatia morbis;
Obliti subito Phrygiæ, belloque relicto,
Ad solitos cœpere jocos et jurgia Circi
Tendere. Nequicquam magna confligitur ira,

adhibito condiat cuncta: ardens est, *sed qui decoquat sapienter furorem inflammatum. Vertices duo Imperii Orientis sedent; ille coquus* Hosius, *hic leno* Eutropius, habentes *terga sulcata flagris; similes servitute, non industria. Hic* Eutropius *emtus* est *frequentius, ille educatus verna in domo Hispana. Postquam igitur primores convocati* sunt, *ut consultarent in negotiis angustiis, et afferrent remedia tantis malis, statim immemores Phrygiæ, et bello neglecto, incœperunt redire ad facetias consuetas et certamina theatri. Frustra contenditur studio ardenti, quis*

temperat Farn. Pric. Ambr. sec. Exc. Læti. *temperet* Leid. pr. et octodecim scripti, Ald. Exc. Lucens. Var. LL. e marg. Parm. *omina* Vat. tert. m. sec. *fundo* Put. m. pr. *fumo* Pat. Lov. Ald. Exc. Gevart. Sched. Gud. *naso* Exc. Læti. *fumo* vel *naso* Florent.—349 *si quis* Florent. *decoquit* Mazar. *decoquet* Pal. Med. pr.—350 *Concidunt* Sched. Gud.—351 *Hinc coquus, hinc leno* leg. Heins. *defessi* Vat. pr. Med. sec. Raphel. *defossi* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *defossus* Vat. quint. *defosti* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *descissi* Pric. m. pr. *descisi* Moret. pr. *verbere* Vat. pr. m. sec. *vulnere* Vat. tert. Reg. Mazar. Oxon. pr. *vulnere* vel *verbere* Put. vid. Pricæum ad Metam. Apuleii p. 374.—353 *in una* pro *verna* Var. LL. ed. Antv. *penates* vel *parentes* Thuan.—354 *in altis* Jun. pr. Vat. sec. m. pr. *arctis* vel *altis* Farn.—355 *solatia rebus* Pric. Moret. sec. *tantæque d. solatia mortis* Vat. pr. et Livin.—356 *Phrygiæ subito* Ambr. pr. *bellisque relictis* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Mazar. Gronov. in Exc. Schotti ascripserat locum Cic. Lib. III. in Verr. cap. 12. *belloque relicto* duo Leidd. et viginti alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—357 *rediere* Moret. pr. *locos* Florent. *ad jurgia* Pal.—358 *nequicquam* vel *nequaquam* Vat. pr. *in magna* Put. *confligitur* Med.

NOTÆ

349 *Decoquat*] Fervidus est, sed ita, ut sciat artem, qua sua ira decoquatur, et defervescat sapienter.

351 *Defossi*] Alii legunt *defessi*, id est, fatigati ferre flagra seu verbera.

353 *Verna*] Est filius ancillæ.

355 *Morbis*] Ambigua vox, nam significare potest incommoda reipub. et simul perstringere morbos ex libidine, et ex gula natos.

357 *Jurgia*] Certamina histrionum more. O levitatem, ac stuporem! In ipsis belli urgentis angustiis, obliviscuntur belli, animosque ad jocos rixasque convertunt.

358 *Magna ira*] Agunt de ludis, magno studio, immo et ira ardente, cum patria periclitatur.

Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet: verrat quis marmora crine supino:
Quis magis enodes laterum detorqueat artus:
Quis voci digitos, oculos quis motibus aptet.
Hi tragicos meminere modos: his fabula Tereus,
His necdum commissa choro cantatur Agave.
Increpat Eutropius: Non hæc spectacula tempus
Poscere: nunc alias armorum incumbere curas.
Se satis Armenio fessum pro limite cingi,

puer circumagat corpus impulsum circuitu leni: quis capillis resupinatis abstergeat pavimenta *marmorea: quis deflectat melius partes molles laterum: quis accommodet* melius *digitos voci, quis oculos saltationibus. Hi recordantur versus tragicos: fabula Terei canitur* ab *illis: Agave nondum credita theatro* canitur ab *aliis. Eutropius reprehendit* hos, dicens, Hoc *tempus non petere ludos tales; nunc labores alios belli urgere, se* etsi *fatigatum satis armari pro finibus Armeniæ*

tert. *contenditur* Moret. sec. Hic versus cum priore desideratur in Moret. pr.—360 *rotat* Leid. pr. *vertat* Exc. Læti m. pr. et Lucens. pr. item Ald. *verret* Med. tert. *verrat* tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Bonon. tres Ambr. Mazar. duo Petav. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Sched. Gud. *marmore* Thuan. *crine soluto* Pal. *soluto* vel *supino* Med. pr.—361 *Qui magis* Bonon. Petav. tert. *edones* Var. LL. Antv. *enodes* vel *idoneos* Reg. Moret. sec. *procerum* Vat. tert. Rott. Exc. Pat. rec. *procerum* vel *laterum* Put. *artus* quatuor Vatt. Pal. Farn. Reg. Petav. sec. marg. Isingr. *arcus* Vat. quart. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Tholos. Ambr. sec. ambo Moret. duo Petav.—362 *oculos qui* Leid. sec. *motibus* Lov. cum glossa, *i. e. gesticulationibus. moribus* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Jun. pr. duo Leidd. et Oxon. marg. Isingr. et Cod. Pulm. et Claver. *motibus* exhibet. vid. supr. vs. 182. *aptet* Oisel. *apti* Rott. ed. Parm. e conjectura.—363 *jocos* Ambr. pr. Oxon. sec. Med. quart. *jocos* vel *modos* Vat. quint.—364 *nondum* tres Vatt. Petav. pr. Ambr. sec. *mundum* inc. Heins. *medium* Put. *choro* Lov. Jun. pr. Moret. sec. Sched. Gud. Ald. Exc. Gevart. *thoro* Thuan. Ambr. tert. *thoro* vel *viro* Pric. *choro* vel *thoro* Reg. Oxon. pr.—366 *altas* Lov. atque ita conjiciebat Heins. *annorum* Sched. Gud. *impendere* Med. sec. *armorum poscere* Med. tert. m. pr.—367 *Me* Jun. pr. *Armenia* Moret. pr. *milite* Mazar. Tho-

NOTÆ

359 *Vertigine*] Quis puer capite demisso, pedibusque in altum sublatus, melius vibret suum corpus.

360 *Verrat*] Quis pedibus sursum elatis, projectisque manibus, quibus sustinetur, fungatur officio pedum, capite demisso, et crinibus pendentibus, verrat pavimenta marmorea.

361 *Enodes*] Quis ita detorqueat costas laterum, ut sine nodo, sine ossibus esse videatur. Alii legunt, *laterum arcus*, id est, flexus, curvaturas.

363 *Tereus*] Rex Thracum, qui ob constupratam Philomelam Prognes uxoris suæ sororem, in upupam mutatus est.

364 *Necdum commissa choro*] Nondum producta in theatrum.

Agave] Cadmi et Hermiones filia, qui filium Pentheum abstemium, et ideo Bacchi sacra despicientem, cum ceteris Bacchantibus discerpsit, eum vitulum esse rata præ nimio furore,

Nec tantis unum subsistere posse periclis.
Ignoscant senio: juvenes ad prælia mittant.
Qualis pauperibus nutrix invisa puellis
Assidet, et tela communem quærere victum
Rauca monet: festis illæ lusisse diebus
Orant, et positis æquævas visere pensis:
Iratæque operi jam lasso pollice fila
Turbant, et teneros detergunt stamine fletus.
Emicat extemplo, cunctis trepidantibus, audax
Crassa mole Leo, quem vix Cyclopia solum
Æquatura fames, quem non jejuna Celæno

defendendis, *sed non* se *solum valere resistere discriminibus tantis.* Rogat hos ut *parcant senectuti* suæ; ut *mittant juvenes ad bella: sicut nutrix odiosa sedet* prope *virgines inopes, et rauca hortatur* illas *comparare victum communem tela* facienda: *illæ* virgines *rogant*, ut sinat *colludere diebus festis, et opere seposito invisere æquales* suas; *et jam indignantes laborem* suum, *jam digitis fatigatis confundunt stamina, et abstergunt tela* sua *lacrymas tenellas. Statim Leo animosus ingenti magnitudine exsurgit omnibus timentibus, quem unum fames Cyclopum ægre*

los. Ambr. pr. ambo Moret.—368 *tantis etiam* Ambr. pr. *Ne tantis undæ* Jun. pr. *obsistere* Farn. *procellis* conjiciebat Heins.—371 *Insidet* Ambr. pr. *Absidet* Vicet.—372 *Rauca movet* Farn. Pric. Var. LL. ed. Antv. *luxisse* Tholos. —373 *impositis* Jun. pr. *æque paruisse repensis* Florent. m. pr. Petav. sec. *æqua visere repensis* Med. tert. *æqua pavescere* Rott. Oisel. *æque pallescere* Var. LL. ed. Antv. *æquævas visere* vel *æque pavescere* Vat. tert. Put. *pennis* Farn.—374 *Intentæque* Med. sec. m. pr. *laxo* Petav. sec. *lapso* duo Med. *tela* Med. tert. m. pr. *telam* conjiciebat Heins.—375 *teneros* vel *tenebros* Put. *detergunt* tres Vatt. Pal. Farn. Ambr. pr. Mazar. Petav. pr. Med. quart. Exc. Læti. *detergent* duo Leidd. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet. *destergunt* Petav. tert. *flumine* Med. sec. m. pr. *flamine* Var. LL. ed. Antv.—376 *comitantibus* Jun. pr.—377 *Leon* Exc. Læti. *Cyclopia* Ambr. sec. *Cyclopeia* duo Med. Put. Thuan. Mazar. Moret. pr. et Ambr. *Cyclopea* vel *Cyclopeia* Vat. sec. Pal. Farn.—378 *quam* Vat. tert. *jejuna* Exc.

NOTÆ

371 *Assidet*] Prope sedet, supra sedet, ad urgendas puellas.

372 *Lusisse orant*] Phrasis Græca Poëtis familiaris: mira comparatio ad irridendum Eutropium Eutropiique sectatores ad bella ineptos; quos comparat cum vetula et puellis mollibus, et proposito labore flentibus.

377 *Leo*] Homo quidam cognominatus Leo, vecors et ventri deditus, qui non alia ratione emersit, quam quod esset Eutropio jucundus. Missus est contra barbaros: officium suum utcumque obiit; sed ob crapulam facile deceptus est a Gaine et Targibilo, fraude deletus.

Cyclopia] Ita famelicus, ut ipse solus famem Cyclopum et Harpyiæ Celænus superaret. Celæno Harpyia sic dicta, quia κέλαινος idem est ac *niger*. At iste si helluabatur, et bibebat quoque egregie: fortitudinem enim in eo ponebat, ut plus biberet

Vinceret: hinc nomen fertur meruisse Leonis.
Acer in absentes, linguæ jactator, abundans
Corporis, exiguusque animi, doctissimus artis
Quondam lanificæ, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis sordibus æque
Præbuerit calathis; similis nec pinguia quisquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.
Tunc Ajax erat Eutropii, lateque fremebat:
Non septem vasto quatiens umbone juvencos:
Sed, quam perpetuis dapibus, pigroque sedili,
Inter anus interque colos oneraverat, alvum.

adæquaret, quem non Celæno famelica superaret: hinc dicitur promeritus esse cognomentum Leonis. Homo *jaculator ardens sermonis contra absentes, vastus corpore, parvus animo, olim peritissimus artis lanificæ, rector pectinis curvi. Non alter injecerit in canistros lanam, immunditiis ejectis, similiter; neque alter æqualis trajicere lanas crassas per foramina ferri subtilia. Tunc* Leo *erat Ajax Eutropii, et undique furebat, non concutiens septem* pelles *bovis* in *clypeo magno, sed ventrem, quem inter vetulas et inter colos oppresserat epulis continuis, et cathedra*

Lucens. pr. *victura* ed. Vicet.—379 *hic* Oisel. Leid. pr. Florent. *huic* Var. LL. ed. Antv. *hoc nomen* Rott. Vat. tert. *Leontis* Exc. Læti.—380 *Acer in absentes, linguæ j.* duo Leidd. duo Oxon. Lov. ambo Moreti et Ald. *absentes.* cum στιγμῇ, quatuor Vatt. Pric. Oisel. *jactator* Pric. Rott. *jaculator* Var. LL. ed. Antv.—381 *exiguusque* Ambr. sec. *Exiguique* Mazar. *Exiguus animi* sine copula, quatuor Vatt. Pal. Farn. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. tres Petav. Ambr. pr. Bonon. Pat. Tholos. ambo Moret. Lov. Ald. Exc. Gevart. *animo* Vat. tert. Farn. Rott. Med. sec. Put. Pat. Moret. pr. *animi* vel *animo* Petav. pr.—382 *unci* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *uncci* Mazar. *uncti* vet. Gyr. Moret. pr. Exc. Lucens. sec. et hoc firmare videtur *vellera pinguia,* quod sequitur.—383 *Non illi* Florent. m. sec. *purgatam* Vat. tert. Pal. Farn. duo Med. Leid. sec. m. sec. *purgatis* vel *purgatam* Put.—384 *Præbuerit* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Præbuerat* Farn. Oisel. Florent. Med. tert. Jun. pr. Thuan. Moret. sec. Exc. Læti, edd. Parm. Vicet. Junt. Ald. Colin.—385 *tenuis* Moret. pr. Vat. sec. Med. tert. Bonon. Tholos. Ambr. tert. *fratri* Rott. *perducere* Vat. sec. Pric. Mazar. Petav. pr. Moret. sec. *deducere* Vat. tert. Moret. pr. Med. quart. *limas* Oxon. sec. *varas* Med. tert.—386 *læteque* Lov. m. pr.—388 *quem* Pal. *qui* duo Vatt. et Medd. Put. Oxon. pr. *quod* Ambr. pr. Petav. sec. *ad* Rott. Oisel. *quam* vel *qui* Reg. Exc. Læti. *sedili* vel *cubili* Vat. pr.—

NOTÆ

quam reliqui omnes, et plures haberet meretrices quam milites.

380 *Acer in absentes, linguæ jactator*] Maledicus, et ideo iners. Livius: 'Viri nati militiæ, factis magni, ad linguæ certamina rudes.'

386 *Ajax*] Vir fortissimus inter Græcos, de quo Ovidius, 'Clypei dominus septemplicis Ajax.'

388 *Pigroque sedili*] Quia semper sedebat in lana tractanda homo gulosus, corporis ejus moles crassior evaserat, sicque ipse sua mole oneratus et oppressus erat.

Assurgit tandem, vocemque expromit anhelam:
Quis novus hic torpor, socii? quonam usque sedemus
Fœmineis clausi thalamis, patimurque periclum
Gliscere desidia? Graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis.
Me petit hic sudor. Nunquam mea dextera segnis
Ad ferrum. Faveat tantum Tritonia cœptis,
Inceptum peragetur opus. Jam cuncta furore
Qui gravat, efficiam leviorem pondere lanæ
Targibilum tumidum; desertoresque Gruthungos

inerti. Tandem surgit, et anhelus erumpit in *hunc sermonem:* O *commilitones, quæ nova hæc segnities est? Quo usque tandem* nos *inclusi* in *cubilibus muliebribus considemus, et inertia nostra sinimus malum crescere? Series calamitatum majorum paratur, dum ducimus tempora desideriis inertibus. Hic labor poscit me. Nunquam manus mea pigra* fuit *ad arma: si Pallas tantum adsit consiliis meis; labor inchoatus perficietur. Mox* ego *reddam Targibilum*, etsi *turgentem, qui opprimit omnia rabie* sua, *leniorem onere lanæ; et diripiam, ut oves misellas, Gru-*

390 *Adsurgit* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Leid. pr. Exc. Læti. *Assurgit* Pric. Leid. sec. duo Oxon. *Consurgit* Med. quart. *Exsurgit* Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *exponit* Rott. Florent. Reg. Oxon. pr. *exponit* vel *expromit* Oxon. sec. *anilem* Leid. pr. Moret. sec. Med. tert. m. sec.—391 *Quid* Pric. *Quis* vel *Quid* Reg. *tepor o* Med. sec. m. pr. *torpor* vel *stupor O* Vat. pr.——392 *clusi* Exc. Læti. *patimurque* vel *patimurne* Vat. pr.—393 *Crescere* Med. quart. *Gliscere?* cum signo interrogationis. Med. sec. *desidia* Farn.—394 *trahimur* Jun. pr. *trahimus* vel *trahitur* Exc. Læti.—395 *mea numquam* Med. quart. Ald.—396 *Latonia* Moret. sec.—397 *peragatur* Vat. tert. Rott. *peragetur* vel *peragatur* Put. *iter* Jun. pr. Thuan. *furorem* Petav. sec. Med. quart. ed. Parm. *favorem* Med. tert. Tholos. *pavore* legebat Heins.—398 *leviorem* Exc. Lucens. pr. *graviorem* Exc. Læti, ed. Vicet.—399 *Tharbigilum* Farn. Petav. sec. Bonon. tres Ambr. Lov. Leid. sec. *Trabigilum* Leid. pr. Oxon. pr. Pal. duo Med. Mazar. Tholos. Moret. pr. ed. Parm. *Targibulum* Med. quart. *Tarbigilum* Reg. Thuan. Jun. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Moret. sec. Petav. tert. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Tarbigalum* Vat. tert. Rott. *Targibalum* Vat. sec. Put. Pat. *timidum* Vat. pr. Rott. Oisel. Moret. sec. duo Oxon. Exc. Læti, et ed. Parm. *defensoresque* Leid. pr. *Gruthonnos* Florent. Tholos. Med. et Leid. sec. *Grutunnos* Jun. pr. inc. Heins. ed. Vicet. *Grothunnos* Moret. sec. *Grotunnos* Vat. sec. Pal. Farn. Med. pr. Put. Moret. pr. *Grotunos* Oxon. pr. *Grotungos* Vat. quint. *Grutonges* duo Ambr. *Grotongos* Petav. pr. Med. quart. *Gruthunnos* Leid. pr. Vat.

NOTÆ

390 *Anhelam*] Ipse anhelus præ nimia pinguedine.

392 *Fœmineis*] Vel revera inclusi in cubilibus fœmineis, vel in cubiculis hominum effœminatorum.

394 *Texitur*] Texere, trahere, gliscere, sudor: omnia ambigua, et ad lanificium alludentia.

396 *Tritonia*] Pallas sic dicta a palude Tritonide in Africa, ubi nata esse dicitur. Pallas autem Dea lanificii.

Ut miseras populabor oves, et pace relata
Pristina restituam Phrygias ad stamina matres.
His dictis iterum sedit. Fit plausus, et ingens
Consilii clamor. Qualis resonantibus olim
Exoritur caveis, quoties crinitus ephebus
Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada, fingit.
  Protinus excitis iter irremeabile signis
Arripit, infaustoque jubet bubone moveri

thungos transfugas; et pace restituta remittam matres Phrygias ad opera solita. His pronuntiatis, Leo *sedit rursus. Admurmuratio excitatur, et magnus fremitus consessus. Qualis nascitur quondam* in *Circo sonoro, quotiescumque juvenis capillatus agit vel Nioben saxeam, vel Troadem lugentem. Statim* Leo *vexillis accersitis, rapit viam irrevocabilem, atque imperat cohortes procedere, infelici alite;*

tert. Rott. Oisel. Mazar. Vat. Livin. *Gruthongos* Exc. Gevart. *Gruthanos* Pric. *Gothunnos* Pat. *Glutonnos* Lov. *Grutonnos* Oxon. sec. Petav. tert. *Grotumpnos* Reg. *Gothumpnos* Thuan. *Gothunnos* vel *Gruthungros* Exc. Læti. —400 *populator* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *aves* duo Vatt. Petav. pr. m. pr. *oves* Vat. sec. *paceque* Jun. pr. *parte relata* Oisel. *relicta* Oxon. pr. *reducta* Pric. Reg. Moret. sec. m. sec.—402 *His iterum dictis* Reg. Oxon. pr.—403 *Consilii* Vat. tert. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Mazar. Petav. sec. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *Concilii* Leid. pr. Jun. pr. tres Vatt. Moret. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *Consiliis* Vat. sec. Pal. Pric. Med. pr. Petav. tert.—404 *quoties caveis* Med. quart. *cuneis* Vat. sec. Pal. Med. pr. —405 *flectere* pro *flentem* inc. Heins. *Troida* Petav. sec. *Trosida* Med. tert. *finxit* Rott. Moret. pr. *vidit* Vat. sec. m. pr.—406 *accitis* Vat. tert. Mazar. *exutis* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *exitiis* Exc. Lucens. sec. apposito + signo, ut notetur veterem lectionem aut erasam aut interpolatam esse. *irrevocabile* Pric. Jun. pr.—407 *Prodidit* Oisel. *infaustoque* vet. Gyr. Vat. Livin. Isingr.

NOTÆ

400 *Populabor*] Diripiam, tondebo, ut oves.

404 *Ephebus*] Juvenis: *ἐπὶ, super,* et *ἥβη, juventus.* Ephebus itaque est qui intrat in juventutem.

405 *Rigidam Nioben*] Niobe Tantali filia, duodecim liberis superba, se Latonæ Deæ præferebat: Dea indignata, arreptis Dianæ Apollinisque sagittis liberos ejus occidit, Niobenque ipsam convitiantem venti turbine in Asiam impulit, et juxta Sipylum urbem in saxum transformavit. Per saxum, intellige Nioben dolore diriguisse, et velut immotam stetisse. Forsan et hæc fabula detorta est ex Lothi conjuge, quæ in statuam salis mutata est.

Troada] Vel fœminam aliquam Trojanam flentem, vel casus Trojæ lugentis et deplorantis sua mala.

406 *Iter irremeabile*] Iter, unde non rediret, non remearet, quia delendus esset exercitus. Virgilius, ‘irremeabilis error.’

407 *Infausto bubone*] Malis et infaustis avibus. Nam bubo est avis sinistri generis: fuit tamen felix Agrippæ Judæo, ex Josepho; illi enim libertatem regnumque præsagiit.

Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.
Pulcher et urbanæ cupiens exercitus umbræ,
Assiduus ludis, avidus splendere lavacris,
Nec soles imbresve pati, multumque priori
Dispar, sub clypeo Thracum qui ferre pruinas
Dum Stilichon regeret, nudoque hyemare sub axe
Sueverat, et duris haurire bipennibus Hebrum.
Cum duce mutatæ vires. Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.

cohortes *mox devorandas* ab *avibus Phrygiis. Exercitus decorus, et amans otii urbis, continuus* in *ludis, cupidus fulgere* in *balneis solebat, neque tolerare calores et pluvias, et multum dissimilis* sibi *primo, qui, dum Stilicho duceret* eum, solebat *pati sub scuto niveo et hybernare sub Cœlo puro, et potare* aquas *Hebri* fractas *securibus rigidis. Vigor* ejus *abiit cum ductore: lascivia Constantinopolitana, et victoriæ Ancyranæ enervaverunt vires* ejus. *Non equites præeunt*

Ambr. pr. Mazar. Med. tert. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. Exc. Lucens. sec. *infestoque* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Jun. pr. Oxon. sec. Leid. sec. *infestoque* vel *infaustoque* Put. Reg.—408 *Mæonias* Pat. m. sec.—409 *aulæ* Ambr. pr. *imbre* vel *umbræ* Vat. tert. *auræ* conjiciebat Heins.—410 *Assiduis ludis* ed. Parm. *Assiduis* Florent. Med. tert. Lov. ed. Vicet. *ludis* deest in Oisel. *Assiduis ludis* vel *Assiduus ludus* Reg.—411 *umbrasve* Vat. sec. *peti* Exc. Læti. m. pr. *multumque* Oxon. pr. *multum* sine copula Farn. *vultumve* Reg.—412 *sub clipeis* Med. sec. *ruinas* Med. sec. Hic versus cum sequenti deest in Med. quart.—413 *tegeret* Lov. acute, ut notat Heins. *hyemale* Mazar.—414 *diris* Med. sec. Petav. sec. marg. Isingr.—416 *Ancyranique* Pric. Oisel. Florent. Med. tert. et sec. m. pr. Bonon. Pat. Vat. Livin. vet. Gyr. Leid. sec. inc.

NOTÆ

408 *Mygdonias*] Phrygia dicitur et Mygdonia.

Impletura] Mox præda futura avibus Mygdoniis seu Phrygiis.

409 *Pulcher exercitus*] Exercitus dicitur, quod melior fiat exercendo. *Pulcher* hic est mollis, fœminarum instar, quæ pulchritudine delectantur. Pulcher nempe et mollis miles, qui, exemplo Sardanapali, fusum non fundam, telas non tela contrectet.

Umbræ] Otii quod percipitur in umbraculis domuum.

413 *Nudo sub axe*] Sub dio, sub Luna, sub Æthere puro, nudo, etiam sine pellibus.

414 *Haurire*] Scindere securibus aquas Hebri fluvii, et scissas haurire; vel haurire aquas sub glacie scissa latentes.

415 *Cum duce mutatæ*] Adeo vere dictum est, leones a cervo ductos, in cervos totidem degenerare.

416 *Ancyrani triumphi*] Ironicôs. Alludit nempe ad iter, quo Eutropius delectationis causa Ancyram magna pompa petivit, tanquam secessum æstati traducendæ amœnissimum.

Non peditem præcedit eques: non commoda castris
Eligitur regio: vicibus custodia nullis
Advigilat vallo: non explorantur eundæ
Vitandæque viæ: nullo se cornua flectunt
Ordine: confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per ignotos angusto tramite valles.
 Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis:
Sic ruit in rupes, amisso pisce sodali,
Bellua, sulcandas qui prævius edocet undas,
Immensumque pecus parvæ moderamine caudæ

peditibus: non locus deligitur aptus castris metandis: *non excubiæ vigilant* ad *aggerem, vicibus alternis: non iter petendum aut effugiendum indagatur: cornua nullo se vertunt ordine: turbati undique errant per sylvas opacas,* et *per valles incognitas semita arcta. Ita equi privati moderatore, ita navis privata gubernatore ruit in præceps,* ducta per *fortunam, non* per *astra. Ita monstrum* marinum balæna *rapitur in scopulos, perdito pisce socio,* musculo, *qui præcedens monstrat aquas findendas, et gubernat belluam vegrandem regimine caudæ exiguæ, et init*

Heins. duo Ambr. Exc. Læti, Lucens. sec. *Anciranique* Lov. Put. duo Petav. *Amphyranique* tres Vatt. Pal. Jun. pr. *Amphyranique* Thuan. Mazar. Petav. pr. Ambr. tert. Ald. *Ancphiranique* Vat. sec. *Ansitanique* Farn. *Anfiranique* Moret. sec. *Anticheranique* Oxon. pr. *Anticheranique* et emendatum *Ancyranique* Reg.—417 *comitem* Med. quart. *præcedet* Oxon. pr.—418 *legio* Jun. pr. inc. Heins. Vat. quint. *regio* Exc. Læti, m. pr. *legio* vel *regio* Med. pr. deest hic versus in Moret. pr.—419 *Advigilant* ed. Vicet. *eundo* Vat. sec.—420 *Vitandæve* Pric. *vertunt* inc. Heins.—421 *sparsim* Ambr. tert. *operta* Vat. pr. m. pr. Vat. Livin. *feruntur* Pal. Med. pr.—422 *ignotos* Vat. pr. m. pr. *ignotas angusto* duo Leidd. et maxima pars Codd. Sched. Gud. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *ignoto* Vat. tert. Rott. *ignotas arguto* vel *angusto* Reg. *ignotas angusto* vel *angustas ignoto* Put. m. sec. *angusto* quatuor Vatt. *ignotos calles* leg. Heins. *limite* Pat. Oxon. pr. *limite* vel *tramite* Put.—423 *magistri* Pric. m. pr. Ambr. pr.—424 *in arbitrium* Pat. m. pr.—425 *puppes* pro *rupes* inc. Heins.—426 *secandas* Med. tert. *sulcandus* Exc. Læti. *qui* Vat. pr. duo

NOTÆ

417 *Non peditem*] Sub Leone omnia indisposita: et Tacitus diceret, ‘Pervigiliis et Bacchanalibus, quam disciplinæ et castris propiora.’

419 *Explorantur*] Non mittuntur exploratores, qui doceant viam tutam, qua eatur; et intutam, quæ vitetur.

424 *In abruptum*] In loca abrupta et præcipitia.

425 *Pisce sodali*] Ferunt nempe musculum piscem exiguum regere et ducere balænam, quæ est portentosæ magnitudinis.

427 *Pecus*] Monstrum marinum. Horatius de monstris marinis: ‘Om-

Temperat, et tanto conjungit fœdera monstro:
Illa natat rationis inops, et cæca profundi
Jam brevibus deprensa vadis, ignara reverti
Palpitat, et vanos scopulis illidit hiatus.
Targibilus simulare fugam, flatusque Leonis
Spe nutrire leves; improvisusque repente
Dum gravibus marcent epulis, hostique catenas
Inter vina crepant, largo sopita Lyæo
Castra subit. Pereunt alii, dum membra cubili

amicitiam cum *portento tanto. Illa* bellua *carens* omni *cogitatione nat*, *et ignara maris, jam intercepta vadis exiguis, nesciens redire, deficit, et impingit* in *rupes voraginem inanem. Targibilus* cœpit *fingere fugam, et alere spe tenui cor tumidum Leonis; et statim inopinus invadit castra sepulta vino copioso, dum flaccescunt cibis onerantibus, et eructant vincula* in *hostem inter pocula. Hi occiduntur, dum attollunt corpora lenta* ex *lectis; illi copulaverunt mortem somno: sed palus fini-*

Med. Tholos. Lov. Vat. Livin. *cum* Vat. tert. Reg. m. pr. *cui* tres Vatt. Farn. Oisel. Exc. Læti. *quoi* ed. Vicet. *cum* vel *cui* Oxon. pr.—428 *federa monstro* tres Vatt. Farn. Exc. Læti. *fœdere monstra* duo Leidd. et tredecim Codd. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *tantum c. f. rerum* Vat. Livin. *fœdere monstrum* vel *fœdera monstro* Vat. pr.—429 *cæca* vel *cassa* Vat. quart. *profundi* vel *futuri* Ambr. pr.—430 *depressa* Lov. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *defensa* marg. Isingr. *natandi* vel *reverti* Vat. pr.—431 *vacuos* Moret. pr. *vanos* vel *varios* Vat. quint. *allidit* Pric. *illudit* Vat. sec. Pal. Med. pr. Var. LL. ed. Antv. —432 *Tarbigilus* Vat. pr. Pric. Oisel. duo Med. Reg. Thuan. Lov. Moret. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Gevart. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Tharbigilus* Florent. m. pr. Leid. sec. duo Oxon. duo Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Tabrigilus* Exc. Læti. *Trabigalus* Mazar. *Thragibilus* Farn. Tholos. *Turbigulus* Jun. pr. *Tharbigalus* Vat. tert. Rott. *Targibalus* Vat. sec. Put. Pat. *Trabigilus* Florent. m. sec. Leid. pr. Moret. pr. ed. Parm. *Targibulus* Med. quart. *fastusque* Mazar. *flatusque* vel *fastusque* Pric. —433 *levis* Vat. quart. Rott. Oxon. sec. Leid. sec. Exc. Læti. *leves* septemdecim scripti et Var. LL. e marg. Parm.—434 *marcent* Med. pr. *marcet* Ambr. tert. *hostisque* Moret. pr. Med. tert.—435 *crepent* Med. tert. *sonant* vel *crepant* Exc. Læti.—436 *cum* Exc. Læti. Ambr. tert. *membra cubili* Exc. Læti. *tarda cubili Membra levant* Leid. sec. Med.

NOTÆ.

ne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.'

429 *Rationis*] Ex Aristotele, in bestiis sunt *μιμήματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς*, quædam *vitæ humanæ* et rationis *imitamina: instinctum* nonnulli vocant, nonnulli cognitionem quandam, qua bestiæ uti videntur; alii dicunt impressiones sensuum, quibus ita moventur, ut cognoscere putares.

430 *Vadis*] Deprehensa in vadis brevibus, id est, arenis aqua profunda carentibus, destituitur, palpitat, et mare altius quærens, oris aperta voragine impingit in scopulos.

432 *Flatus Leonis*] Id est, cor tumidum inani fumo ventoque supinæ arrogantiæ.

435 *Crepant*] Inter ructum crepitumque catenas minitantur. Sic Tullius de Catilinariis, 'eructant cædes bonorum:' idest, ructando minantur se patraturos esse cædes bonorum.

Tarda levant; alii leto junxere soporem:
Ast alios vicina palus sine more ruentes
Excipit, et cumulis immanibus aggerat undas.
Ipse Leo dama cervoque fugacior ibat,
Sudanti tremebundus equo: qui pondere postquam
Decidit, implicitus limo, cunctantia pronus
Per vada reptabat, cœno subnixa tenaci,
Mergitur, et pingui suspirat corpore moles,
More suis; dapibus quæ jam devota futuris
Turpe gemit, quoties Hosius mucrone corusco
Armatur, cingitque sinus; secumque volutat,
Quas figat verubus partes, quæ frusta calenti
Mandet aquæ, quantoque cutem distendat echino.
Flagrat opus; crebro pulsatus perstrepit ictu:

tima recipit ceteros fugientes sine exemplo, et auget aquas acervis magnis. Ipse Leo timidus currebat equo spumante, levior dama et cervo; qui Leo *posteaquam* præ nimia *mole cecidit, implexus luto, demissus, arrepebat per vada remorantia, fulta limo viscoso. Submergitur tandem, et crassitudo* ejus ob *corpus obesum, anhelat, instar porcæ, quæ jam destinata conviviis celebrandis suspirat turpiter, quotiescumque Hosius instruitur cultro nitenti, et succingit vestes, et cogitat secum, quæ frusta affigat verubus, quæ frusta immergat aqua bulliente, et quot* ovis *echini farciat pellem. Labor fervet: cos perculsa ictu frequente stridet: fumus diversus exiens obumbrat Chal-*

quart. Exc. Gevart.—437 *sopores* Leid. pr. Oxon. pr.—438 *sine fine* Pal. Med. pr. *morte* Jun. pr. Moret. pr. Oisel. Exc. Cod. Rhem. *sub morte* Mazar. *more* vel *morte* Florent.—439 *tumulis* Oxon. pr. *inmanes* Put. m. pr. *aggregat* Oxon. pr. *undas* Exc. Læti.—440 *Leon* Exc. Læti, qui et *damis* habet.—441 *fremebundus* Tholos.—442 *Occidit* Thuan.—443 *Per mare reptabat* Med. tert. *submixta* Moret. pr. Heinsius hic quædam deesse suspicabatur. Burmannus, cum Scaligero, distinguendum putat: *Per vada reptabat. Cœno s. tenaci Mergitur, &c.*—444 *pinguis* Vat. pr. m. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. *pectore* Vat. tert. *miles* Vat. sec. m. pr. *corpora molis* Vat. pr. m. pr.—445 *More suis* Pric. *sui* Vat. pr. m. pr. *quæ jam dapibus* Jun. pr. Pric. Thuan.—446 *quotiens* Var. LL. ed. Antv. *quaties* duo Med. Ambr. sec. *quatiens* Vat. quart. Oisel. Petav. sec. ed. Parm. *quaciens* duo Oxon. *quoties* vel *quatiens* Reg. *Osius* Vat. tert. Lov. ambo Moret. *Ocius* Exc. Læti. *Osilis* Jun. pr. *aliquis* ed. Parm. et Vicet. *Osias* Oxon. pr. *Hosias* Pric. *Hosius* vel *aliquis* Exc. Pat. rec.—447 *Armatusque sinus cingit* Thuan. *Armatur* vel *Armatus* Oisel. *latus* pro *sinus* Med. quart. *voluptat* Var. LL. ed. Antv.—448 *Quas partes figat veribus* Put. *Quæ* vel *Quas* Oxon. pr. *partes verubus* Put. m. sec. *veribus* Med. pr. *partes* vel *partis* Oxon. pr.—449 *Mandat* et *distentat* Petav. sec.—450 *Flagrat* vel *Fervet* Vat. pr. *perstrepit* Jun. pr.

NOTÆ

442 *Cunctantia*] Fugam retardantia vada.

445 *Devota*] Velut sacra culinæ victima, ab Hosio coquo succincto paratoque mactanda.

449 *Distendat*] Porcellos assos ovis echini farcire, implere, distendere solebant antiqui. Alii per *echinum* intelligunt vasis ænei genus, in quo porcellus vel porcelli cutis distendatur.

450 *Perstrepit*] Cos perstrepit cre-

Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.
Ecce levis frondes a tergo concutit aura;
Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror,
Implevitque vicem jaculi: vitamque nocentem
Integer, et sola formidine saucius, efflat.
Quis tibi tractandos pro pectine, degener, enses,
Quis solio campum præponere suasit avito?
Quam bene texentum laudabas carmina tutus,
Et matutinis pellebas frigora mensis!
Hic, miserande, jaces: hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcæ.

cedona. En ventus tenuis impellit folia pone, Leo putat esse *sagittas: timor effecit, quod plaga* efficeret, *et peregit opus teli; ac* iste Leo *incolumis* hactenus *emittit animam sontem, et vulneratus solo metu. Ecquis tibi persuasit, Leo degenerans, gladios versare, pro pectine, et præferre arenam* Martis *cathedræ avorum* tuorum? *Quam apte prædicabas carminationes carminantum, et arcebas frigora laboribus matutinis! Hic jaces miser; hic, dum effugis fila solita, Parcæ tandem*

auctu id. Jun.—451 *Cum texit* Pal. Med. pr. *Conteritur* Ambr. pr. Sched. Gud. *Contexit* vel *Texitur et* Exc. Læti. *Subtexit* legebat Heins. qui ascripserat Lucan. lib. IV. p. 183. *Subtexit cœlum nox.* ex vet. Cod. Petav. *vanus* Vat. quart. *variis* Pat. *vanus* vel *varius* Vat. quint.—452 *Esse* Var. LL. ed. Antv. *leves* Vat. pr. Oxon. sec. m. sec. inc. Heins. duo Med. *concitat* Jun. pr.—453 *Leon* Exc. Læti.—455 *Integit* Put.—456 *Qui* Rott. *degener* Oisel. *deneget* Vat. tert. —457 *solio campum* Exc. Lucens. pr. *solium campo* Vat. tert. Pal. Farn. duo Med. Thuan. Mazar. Tholos. Moret. pr. Petav. tert. ed. Vicet. *solium campo* vel *solio campum* Reg. *proponere* Petav. sec. *suadet* Pal. Med. pr. *jussit* Jun. pr. Oxon. sec. *avitum* Sched. Gud.—458 *Qui bene* Oxon. sec. Petav. pr. m. sec. *laudabas* Put. *carmina* Lov. ambo Moret. duo Leidd. totidem Oxon. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *crimina* Farn. *trumina* vel *carmina* Reg. *flumine lanas* vel *telas* pro *carmina tutus* Med. tert.—459 *frigata* Jun. pr. *frigora* vel *crimina* Vat. tert.—460 *taces* Ambr. pr. *hæc dum* Mazar. *vellera* vel *stamina* Vat. pr. *curas* pro *vitas* Jun. pr.—461 *Tende* pro *Tandem* Jun. pr. *sola*

NOTÆ

bro impulsu icta ad acuendum cultrum, quo Hosius carnes assas partiatur.

451 *Nidor*] Fumus et odor carnium, vel assarum vel elixarum, præ nimia copia penetrat Chalcedona, urbem ex altera Bospori parte, e regione Byzantii, illamque contexit, seu tegit, obumbrat. Virgilius: 'Cœlum subtexere fumo.'

455 *Efflat*] Emittit animam flando, sicut porcus.

457 *Solio*] Leo erat præfectus lanificorum, et in hac arte successerat suis patribus, quorum cathedram vocat ironicôs *solium*, nam Leo ortus erat ex vili genere lanificorum.

458 *Carmina*] Vox ambigua: significat enim non solum Poëtarum versus, et cantilenas a lanificis cani solitas, sed et significat ipsum pectinem, quo lanas carminabant.

461 *Fila ultima*] Virgilius: 'extremaque Parcæ Lauso fila legunt,'

Jam vaga pallentem densis terroribus aulam
Fama quatit: stratas acies, deleta canebat
Agmina, Mæonios fœdari cædibus agros,
Pamphylos Pisidasque rapi: metuendus ab omni
Targibilus regione tonat: modo tendere cursum
In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro,
Sunt qui, correptis ratibus, terraque marique
Adventare ferant. Geminantur vera pavoris

carpserunt pro *te fila extrema. Jam fama errabunda concutit Regiam trepidantem timoribus crebris; occinebat cohortes* Leonis *fusas, et exercitum profligatum;* et *campos Mæonios infici stragibus, Pamphylos et Pisidas trahi* captivos. *Targibilus formidandus fulminat ab omni parte:* ille *dicitur nunc vertere cursum contra Galatas, nunc incubare Bithynis.* Homines *sunt, qui dicant* eum *Tauro* monte *fracto, per Cilicas descendere; sunt qui* dicant eum *navibus occupatis, accurrere*

Exc. Læti. *venerunt* Bonon. *meruerunt* vel *venerunt* Put. *stamina* Pric.—462 *An vaga* Med. pr. *rumoribus* Moret. pr.—463 *delata* Moret. pr. inc. Heins. *canebant* Ambr. pr.—464 *Chaonios* Thuan. *Migdonios* Vat. quint. *Mygdonios* Med. tert. *cætibus* Petav. sec. *mortibus* Med. sec.—465 *Pamphylias* Thuan. *Pamphineos* Jun. pr. *Pamphylios* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *Pamphylos* Vat. Livin. Moret. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. *Pisudasque* Vat. sec. *Paphidasque* Reg. *Phasiasque* Thuan. *Phasidasque* Jun. pr. Oxon. pr. *in omni* ed. Vicet.—466 *Terbigilus* Med. tert. *Thabigulus* Med. sec. Exc. Lucens. pr. *Turbigulus* Thuan. *Trabigilus* Leid. pr. Oxon. pr. Pal. Med. pr. Tholos. Moret. pr. *Targibalus* Vat. sec. *Tragibilus* Exc. Læti. *Thardigilus* Lov. *Tharbigilus* Florent. duo Petav. *Turbigilus* Leid. sec. et octodecim alii, ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *sonat* Rott. Oisel. Farn. duo Vatt. Reg. Thuan. Mazar. Exc. Læti m. pr. *tonat* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *sonat* vel *tonat* Florent. *contendere* Thuan. *Cursus* Vat. pr. Bonon. Ambr. pr. Vat. Livin. *cursu* conjiciebat Heinsius, qui ascripserat. sic alibi ' Hispida tendebat bifido vestigia cursu.'—467 *Bithyniis* Vat. sec. Med. pr. *Bithynios* Med. sec.—468 *muro* pro *Tauro* Med. tert.—469 *corruptis* Vat. sec. Mazar.—470 *ferunt* ed. Vicet. *vera* duo Leidd. et Oxon. Jun. pr. Lov. ambo Moret. Ald. Exc. Gevart. Var. LL.

NOTÆ

462 *Pallentem*] Non quod Aula palleat, sed pallent trepidantque qui sunt in Aula; et est continens pro contento, Metonymicôs.

Densis] Timoribus, seu causis timorum densis, et ex omni parte velut densa caterva venientibus.

464 *Mæonios*] Alii legunt *Mygdonios*, id est, Phrygios: sed et Mæonia olim dicta *Phrygia:* ' dicti post Mæona Regem Mæones,' &c. supra.

465 *Pamphylos Pisidasque*] Populos Phrygiæ vicinos, sicut et Galatas, Bithynos, et Cilices.

467 *Incumbere*] Hostes irruere in Bithynos, et ipsis incumbere, ipsos urgere tempestatis instar.

468 *Tauro*] Monte Ciliciæ in Asia.

470 *Pavoris ingenio*] Veritas augetur, secundum ingenium et natu-

Ingenio. Longe spectari e puppibus urbes
Accensas, lucere fretum, ventoque citatas
Omnibus in pelago velis hærere favillas.
  Hos inter strepitus funestior advolat alter
Nuntius, armatam rursus Babylona minari
Rege novo: resides Parthos, ignava perosos
Otia, Romanæ finem jam quærere paci.
Rarus apud Medos regum cruor, unaque cuncto
Pœna manet generi, quamvis crudelibus æque
Paretur dominis. Sed quid non audeat annus
Eutropii? socium nobis, fidumque Saporem

per *mare et terram: veritas augetur, ipsa natura timoris.* Dicunt *urbes inflammatas procul videri ex* altis *navibus, mare fulgere, et scintillas impulsas* flatu *venti adhærescere velis cunctis in mari. Inter hæc murmura nuntius alius perniciosior accidit, Babylonem* scilicet *instructam Rege novo minitari iterum,* et *Parthos pacatos, exosos quietem inertem, requirere finem pacis. Paucus sanguis* effunditur *regnantum apud Medos, et supplicium unum expectat gentem universam, etsi obeditur dominis pariter immitibus. Sed annus* Consulatus *Eutropii quid non suscipiat?*

ed. Antv. *vela* Ambr. pr. *vera* vel *verba* Oisel. *pavoris* Lov. *timoris* Ambr. pr. Med. sec.—471 *Ingenia et* Moret. pr. *prospectant* Leid. pr. *spectavit* Vat. tert. *spectant* Med. sec. *puppibus* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. *a puppibus* Vat. sec. Pal. Med. pr. Ambr. sec. *e puppibus* Med. quart. Bonon. Ambr. pr. Leid. sec. Vat. Livin. *rupibus* conjiciebat Heins.—472 *relatus* Med. tert.—473 *carinas* Thuan.—474 *fremitus* Vat. quint.—475 *rursum* Mazar.—476 *perosus* Vat. tert.—477 *jam finem* Moret. pr. *finem jam* omnes Vatt. Pal. Oisel. *pacis* Moret. pr. *paci* vel *pacis* Ambr. sec.—478 *Karus habet* Farn. *Medios* Var. LL. ed. Antv. *regis* Exc. Pat. rec. *cuncto* duo Med. Bonon. Pat. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. item ed. Vicet. *cunctos* Leid. pr. cum quindecim scriptis et Var. LL. e marg. Parm. *cuncto* vel *cunctos* Ambr. sec.—479 *manet* Petav. sec. *movet* Put. Bonon. Moret. sec. Jun. pr. *movent* Var. LL. ed. Antv. *generi* Med. tert. *generis* Leid. pr. Jun. pr. Moret. sec. tres Vatt. Pal. Farn. Florent. m. sec. duo Medd. Thuan. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *generi* vel *generis* Ambr. sec.—480 *hic* pro *sed* Med. quart.—481 *Eutropium* Jun. pr. *fidum vobis* id. Jun. *sodalem* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *Saporem* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Læti et Lucens. sec. *Saporem* vel *sodalem* Vat. pr.

NOTÆ

ram timentium.

475 *Babylona*] Per hanc urbem Assyria et Mesopotamia censentur defecisse.

478 *Cruor*] Rarissime occiduntur Reges Medorum; et quamvis ii Reges crudeles sint, tamen Parthi Medique iis semper obediunt. At si quis apud eos Regem, etsi crudelem, interfecerit, mactatur interfector, simulque totum genus interfectoris. Et tamen ne quid inausum esset, Eutropio consule, Parthi in Regem suum scelesti et impii fuerunt; quasi ob Eutropium Dii iras concepissent in gentem hominum universam.

481 *Saporem*] Regem Persarum; quorum Reges plurimi Sapores dicti

Perculit, et Persas in regia vulnera movit;
Rupturasque fidem, leto pars ne qua vacaret,
Eumenidum tædas trans flumina Tigridis egit.
Tum vero cecidere animi, tantisque procellis
Deficiunt, septi latrantibus undique bellis.
Infensos tandem Superos et Consulis omen
Agnovere sui: nec jam revocabile damnum
Eventu rerum stolido didicere magistro.
Namque ferunt geminos uno de semine fratres
Japetionidas generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu: quoscumque Prometheus
Excoluit, multoque intexuit æthera limo,

Percussit Saporem fœderatum et fidelem nobis, et excitavit Persas in plagas regales, et ne qua regio careret morte, impulit trans fluvium Tigridis faces Furiarum violaturas fidem. Tunc autem animi demittuntur et languescunt in tantis tempestatibus: cincti bellis minantibus undequaque senserunt tandem Deos infestos, et præsagium triste *consulis: et* ab *exitu cognoverunt stupido magistro rerum detrimentum non reparabile. Etenim aiunt fratres duos,* Prometheum et Epimetheum *filios Japeti, formasse manu dispari principia stirpis nostræ ex eadem materia. Omnes quos Prometheus effinxit, et* in quibus *innexuit ignem luto plu-*

—482 *Pertulit* Moret. pr. *mœnia* Med. sec. m. pr. *misit* Pat. *misit* vel *movit* Put.—483 *Rupturusque* Vat. pr. *Rupturasque* Vat. Livin. *Rapturusque* Pric. Pat. Ambr. pr. *Rapturasque* duo Leidd. et plurimi optimæ notæ, Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet. *Rupturusque* vel *Rapturasque* Put. *Rapturasque* vel *Rupturasque* Vat. quint. *fracturasque* conjecerat Heins. *leto:* Thuan. *lecto* Vat. pr. m. pr. Bonon.—484 *menia* Exc. Pat. rec. *Tibridis* Ambr. pr.—485 *Tum* duo Leidd. cum viginti duobus Codd. et Exc. Lucens. sec. *Tunc* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott.—486 *Decidunt* Petav. tert. *animi* pro *septi* Med. sec. *cepti* Vat. tert. Hic versus deest in Mazar. et Moret. pr.—487 *Infestos* Farn. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Infensos* Exc. Læti et Lucens. pr.—488 *revocabile damni* ed. Vicet.—489 *Eventum Stilico* Jun. pr. *Stilico rerum* Farn. Tholos. *stolido rerum* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Oxon. sec. *stolidis* conjiciebat Heins. *magistros* Vat. tert.—490 *Jamque* Jun. pr. *sanguine* Moret. pr. *corpore natos* vel *semine fratres* Lov.—491 *Japetioniudas* ambo Moret. Vat. sec. *Japetionidas* tres Med. Exc. Lucens. sec. *generis de semine nostri* Med. sec. m. pr.—492 *fixisse* Jun. pr. *pinxisse* inc. Heins. *quiscumque* Mazar.—493 *multoque* Vat. pr. m. pr. Bonon. Put. Pat. Ambr. pr. Leid. sec. Exc. Gevart. *multum-*

NOTÆ

sunt, ut Cæsares apud Romanos, Ptolemæi apud Ægyptios. Ceterum Ægyptii, et Persæ, eximie Reges venerantur. Q. Curtius: 'Persæ non solum pie, sed et prudenter suos Reges inter Deos colunt.'

484 *Eumenidum*] Furiarum, quarum facibus tribuuntur omnia crimina.

Tigridis] Hic fluvius alluit Mesopotamiam.

486 *Latrantibus*] Instar canum.

492 *Prometheus*] Supra de IV. Cons. Hon. vs. 229.

493 *Æthera*] Animam cœlestem, quæ videri possit radius quidam ex

Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos condidit auctor,
(Quem merito Graii perhibent Epimethea vates,)
Et nihil ætherii sparsit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non impendentia vitant,
Nec res ante vident: accepta clade queruntur,
Et seri transacta gemunt. Jam sola renidet
In Stilichone salus, et cujus semper acerbum,
Ingratumque sibi factorum conscius horror

rimo, hi perspiciunt procul futura, et efformati ab *artifice præstantiore, constantes præveniunt fortunam ancipitem. Illi, quos artifex malus finxit* ex *limo pejore, (quem* artificem *poëtæ Græci jure vocant Epimetheum,) et* in quibus *nihil diffudit spiritus cœlestis per corpus,* illi, inquam, *more bestiarum, non effugiunt imminentia, neque res prius prævident,* quam acciderint: *conqueruntur, calamitate urgenti, et tardi dolent præterita. Jam una* spes *salutis affulget in Stilichone, et timor conscius delictorum putavit accessum illius semper molestum sibi et injucun-*

que decem alii. *intexuit* Ambr. pr. *innexuit* Pric. m. pr. *inexuit* Pat. *intexuit* vel *innexuit* Vat. pr.—494 *canunt* Tholos.—495 *Cassibus* Jun. pr. Oxon. pr. Med. sec. Florent.—496 *pravos* inc. Heins. *pravus* Var. LL. ed. Antv. *condidit* Vat. tert. Ald. Isingr. Colin. *vendidit* Rott. *edidit* quatuor Vatt. Farn. Oisel. quatuor Medd. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *condidit* vel *edidit* Oxon. pr. *auctor* Med. tert. *actor* Pal. duo Med.—497 *Quem miro* Med. tert. *generi* pro *Graii* Med. quart. *perhiment* Vat. tert. *Epimethida* Put. Moret. sec. *fratres* Rott.—498 *His nihil* Thuan. *Ter nihil* Tholos. *æthereis* Petav. sec. *post membra* Pric.—499 *Cum pecudum* Ambr. pr. *imperitia* Vat. pr. *impendentia* vel *impedientia* Reg.—500 *Non* Vat. quint. Petav. pr. *feruntur* Jun. pr.—501 *sero* Farn. ed. Vicet. *serie* Vat. pr. *serum* Med. tert. *miseri* Ambr. pr. *seri* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. sec. Ald. et ed. Parm. —502 *In Stilicone* Vat. sec. *Et Stilicone* Vat. pr. *acervum* Vat. pr.—503 *In-*

NOTÆ

ipsa divinitate delibatus.

497 *Epimethea*] Hic fuit Promethei frater, et hominis statuam primus ex luto finxit: qua re iratus Jupiter, eum vertit in Simiam, et in insulas Pithecusas Campaniæ Italicæ vicinas relegavit. Dicitur jure ἐπιμηθεὺς, id est, *sero sapit*, quod eum semper sequatur pœnitentia; cum quod statuam finxerit, Jove indignante, tum quod oblatam a Pandora conjuge funestam pyxidem malis fœtam, aperuerit, et omne calamitatum genus in orbem universum effuderit. Et forte per Prometheum et Epimetheum notat Honorium et Arcadium; et si altius liceret assurgere, in Prometheo Deum Adami et Evæ conditorem, in Epimetheo Adamum lapsum et Dei opus corrumpentem, in Pandora Evam, in pyxide pomum fatale tot malorum causam, mihi viderer intueri.

501 *Transacta gemunt*] Gemunt ob id quod factum et præteritum est, et cui remedium afferri non potest.

503 *Conscius horror*] Timor peccan-

Credidit adventum; quem si procedere tantum
Alpibus audissent, mortem pœnasque tremebant;
Jam cuncti venisse volunt, scelerumque priorum
Pœnitet: hunc tantis bellorum sidus in undis
Sperant: hunc pariter justi sontesque precantur.
Ceu pueri, quibus alta pater trans æquora merces
Devehit, intenti ludo, studiisque soluti
Lætius amoto passim custode vagantur:
Si gravis auxilio vacuas invaserit ædes
Vicinus, laribusque suis proturbet inultos,
Tum demum patrem implorant, et nomen inani
Voce cient, frustraque oculos ad littora tendunt.

dum: quem Stilichonem *si* populi Orientis *accepissent solum proficisci* ex *Alpibus, extimuissent mortem et supplicium:* at *nunc omnes expetunt* eum *advenire, et commoventur criminibus* suis *primis: expectant hunc,* tanquam *astrum, in tantis fluctibus bellorum: orant hunc nocentes simul et innocentes. Quemadmodum pueri,* pro *quibus pater portat merces trans maria profunda, incumbentes ludo, et liberati* a *studiis literarum, errant undique hilarius, præceptore remoto; si finitimus* quis *intolerandus irruperit domum destitutam* omni *præsidio, et deturbet* ex *sedibus suis* pueros *non se vindicantes, tum invocant tandem patrem, et appellant nomen* ejus *clamore inutili, et vertunt oculos nequicquam ad mare. Omnes confitentur* se

gratumque simul Lov. *fastorum* Med. sec.—505 *audirent* Put. m. pr. Pat. *timebant* Vat. tert. m. sec. Pat. Med. sec. *tremebant* Vat. pr. Florent. Med. pr. *timebant* vel *tremebant* Moret. sec.—507 *hunc tantis—hunc pariter* Reg. Med. sec. *hoc tantis—hoc pariter* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *hunc* vel *hoc* Oxon. pr. *tantum* Med. tert.—508 *justi senesque* Vat. tert. *sontes justique* Moret. sec.—509 *Heu* Vat. pr. *parens* Farn.—510 *instanti* Mazar. *soluto* Jun. pr.—511 *Latius* Pal. *Latius* vel *Lætius* Oxon. sec. *admoto* Med. tert.—512 *exitio* Thuan. *auxilio* vel *exiguo* Oxon. sec. *invaserat* Vat. tert. *evaserit* Thuan. Petav. sec.—513 *suos* Pal. Med. et Jun. pr. *proturbat* Tholos. *perturbet* duo Vatt. Pric. Med. sec. Mazar. Jun. pr. Moret. sec. duo Petav. *in istros* Med. quart.—514 *Tunc* Thuan. Mazar. Pat. Tholos. Leid. sec. Exc. Gevart. *Te* Moret. pr. *patremque* Med. quart. ed. Vicet.—515 *sidera* Med. sec. m. pr.

NOTÆ

tium sibi male consciorum; vel potius peccantes sibi male conscii factorum suorum timent adventum Stilichonis.

505 *Alpibus*] Populi Orientis sibi male conscii timebant Stilichonem, vel eo momento quo Ravenna Alpibus vicina exibat: sed nunc ejus humanitate confisi, malisque pressi, expetunt eum advenire.

506 *Scelerum priorum*] Quod Rufino et Eutropio faverint contra Stilichonem.

511 *Custode*] Horatius: 'Imberbis juvenis, tandem custode remoto, Gaudet equis canibusque,' &c.

513 *Laribus*] Hi erant Dii domestici: sumuntur pro domo.

Omnes supplicio dignos letoque fatentur,
Qui se tradiderint famulis, Stilichone relicto.
Mutati stupuere diu, sensuque reducto
Paulatim proprii mirantur monstra furoris:
Avertuntque oculos. Projectis fascibus horret
Lictor, et infames labuntur sponte secures.
Quales Aonio Thebas de monte reversæ
Mænades, infectis Pentheo sanguine thyrsis,
Cum patuit venatus atrox, matrique rotatum
Conspexere caput, gressus caligine figunt,
Et rabiem desisse dolent. Quin protinus ipsa

meritos esse *pœnam et mortem, quod commiserint sese servis, Stilichone neglecto. Mutati hæserunt diu, et animis collectis, sensim obstupescunt portenta insaniæ suæ, et detorquent oculos: lictor exhorrescit fascibus abjectis, et secures ignominiosæ cadunt suopte* motu. *Quemadmodum Bacchantes repetentes Thebas ex monte Aonio, hastis cruentatis cruore Penthei, cum venatus crudelis cognitus est, et viderunt caput versatum* a *matre* ipsius, *defigunt vestigia* in *tenebris, et ingemunt furorem* suum *cessare. Præterea Aurora ipsa supplicans statim venit ad Italiam*

tendit Pal.—517 *Quod se tradiderant* Jun. pr. *famulo* duo Vatt. Farn. Oxon. pr. Med. quart. ed. Vicet. *famulis* tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Moret. sec. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *famulo* vel *famulis* Lov. Florent. *Stilicone* Vat. sec.—518 *Mutatis* Vat. pr.—519 *Mirati* Bonon. Exc. Cod. Rhem. *Mirantur proprii paulatim* Oxon. sec. *strepuere* Put. m. pr. Bonon. Ambr. pr. *stipuere* Reg. Petav. pr. m. pr. *frusta furoris* Rott. Hic versus deest in Mazar.—520 *Advertuntque* Vat. tert. m. pr. Rott. Florent. Jun. pr. Petav. sec. *Avertunt* Ambr. pr. *Avertuntque* Pat. *prostratis* vel *projectis* Vat. pr.—522 *Aonia tædas* Moret. pr. *Thebis* Vat. pr. Bonon. *e monte* Ambr. pr. *reversi* Petav. sec.—523 *infestis* Med. sec. m. pr.—524 *C̃ pantũ* pro *Quum patuit* Jun. pr. *venatus* Pric. *venator* vel *venatus* Vat. pr. *matrisque rotatu* Med. tert. *natique rotatum* Pat. m. pr.—525 *Aspexere* Pal. Vat. sec. Med. pr. Jun. pr. Put. Pat. *Aspersere* Vat. pr. *gressu* Put. *fingunt* Leid. sec. cum novem aliis, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *figunt* vel *fingunt* Moret. sec.—526 *desisse* vet. Gyr. Med. sec. Reg. Moret. sec. duo Petav. Ambr. tert. *decisse* Leid. pr. Vat. tert. Jun. et Oxon. pr. *descesse* Exc. Lucens. sec. *discesse* Vat. sec. *descisse* duo

NOTÆ

517 *Famulis*] Eutropio, Hosio, et aliis.

521 *Infames*] Infamatæ, quia a servis gestatæ sunt.

523 *Mænades*] Bacchantes, sic dictæ, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, *furere, bacchari:*

Pentheo] De hoc supra, sicut et de Aonio monte.

524 *Venatus atrox*] Nam Bacchantes crudeliter venatæ fuerant, rapuerantque Pentheum.

526 *Dolent*] Rabiem suam desiisse dolent, quia non viderent crimen horrendum a se patratum, quod vident nunc, furore placato, et quod erubescunt.

Tendit ad Italiam supplex Aurora potentem,
Non radiis redimita comam, nec flammea vultum,
Nec croceum vestita diem: stat livida luctu;
Qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona busto.
Quam simul agnovit Stilichon, (nec causa latebat,)
Restitit: illa manum victricem amplexa moratur,
Altaque vix lacrymans inter suspiria fatur.
  Tantane te nostri ceperunt tædia mundi?
Sic me ludibrium famulis risumque relinquis,
Dux quondam rectorque meus? solamque tueris

potentem; non habens *crines cinctos radiis, neque faciem ardentem, neque induta luce crocea: stat pallida dolore; sicut erat, cum conderet Memnonem sepulchro Trojano. Quam* Auroram *statim atque Stilicho cognovit, neque causa* viæ ejus *erat incognita, constitit: illa osculans manum* ejus *victricem, hæret* diu, *et flens, vix loquitur inter gemitus profundos. An tanta fastidia Orbis nostri occupant te? An ita deseris me servis* quasi *ludum et jocum,* o Stilicho, *olim meus ductor et moderator? An protegis* tuam *Italiam solam? Neque jam permissum est* mihi

Vatt. Pal. Farn. Pric. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Lov. m. sec. Bonon. Pat. Moret. pr. duo Ambr. Ald. et Sched. Gud. *desisse* vel *descisse* Vat. pr. *descisse* vel *discesse* Petav. pr. *protinus ipsam* Leid. pr. Petav. tert.—527 *et Italiam* Pat. *ad* vel *in Italiam* Oxon. sec. *patentem* Oxon. sec.—528 Deest hic versus Moret. pr. *comas* Var. LL. ed. Antv. *nec lumine sicco* Reg. *nec* Petav. tert. *non* Leid. pr. Jun. pr. duo Vatt. et Medd. Petav. pr. Thuan. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *flamea vultum* Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *flamine vultum* Med. quart. *flammea vultu* Leid. pr. et octodecim scripti, Var. LL. ed. Antv. Ald. et ed. Vicet. *flammea vultus* inc. Heins. *flammea vultum* vel *cincta* Exc. Læti. *non lumine sueto* Put. Vat. tert. *flamea* vel *flamave* Lov. *flammea vultum* vel *luce corusca* Vat. pr. *nec luce corusca* vel *nec flamea vultu* Oxon. sec. *nec flammea vultum* vel *non lumine sueto* Pric. Florent. Put. *nec lumine sicco* vel *non flamea vultu* Oxon. pr.—529 *Non croceum* Jun. pr. Ambr. sec. Thuan. Petav. pr. duo Vatt. Pric. Med. sec. inc. Heins. *lurida* Vat. quint. Petav. pr. *vultu* inc. Heins. *luctu* vel *vultu* Put.—530 *texit* Leid. pr. Med. tert.—531 *Quæ simul* Bonon. *non caussa* Pat. *patebat* Vat. pr. —533 *Atraque* Moret. pr. *Attaque* Leid. sec. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *Atque ita* Vat. tert. Rott. Oisel. Mazar. Petav. tert. *Atque hæc* Med. sec. *ita* deest in Med. quart. *Attaque* vel *Atque ita* Reg. Oxon. pr. *lacrimis* Farn.—535 *Si me* Jun. pr. *Ludibrium famulis sic me* Pal. Med. pr. *famulo* Med. quart. *famulis* vel *famulo* Lov.—536 *ductorque* Vat. sec. m. pr. *solamne* Moret. sec.—537 *Hesperiem*

NOTÆ

527 *Aurora*] Poëtice, id est, legati Orientis.

530 *Memnona*] Filium Auroræ in bello Trojano occisum, et in regione Trojana sepultum: vel potius, ex Josepho, ad fluvium Pellam, ad urbem Ptolemaidem, ubi sepulchrum Memnonis videbatur.

536 *Dux quondam*] Stilicho universi Imperii rebus præfectus erat sub Theodosio; sub quo, ex Cedreno, omnia vel solo nutu regere videbatur.

Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni
Cernere jam licuit? sic te victoria nobis
Eripuit, Gallisque dedit? Rufinus origo
Prima mali. Geminas inter discordia partes
Hoc auctore fuit. Sed jam majora moventi
Occurrit justa rediens exercitus ira,
Fortis adhuc ferrique memor: brevis inde reluxit,
Falsaque libertas. Rursum Stilichonis habenis
Sperabam me posse regi. Pro cæca futuri
Gaudia! fraterno conjungi cœperat orbis
Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli paribus sese committeret ausis?)
Cum subito, monstrosa mihi turpisque relatu
Fabula, Rufini castratus prosilit hæres:
Et similes iterum luctus Fortuna reduxit,

videre te post prælia tyranni Rufini *superati? An ita triumphus avulsit te nobis, et concessit Gallis? Rufinus* est *prima labes mali: dissensio extitit inter utrumque Imperium, hoc suasore. At nunc exercitus* tuus *revertens furore justo, adhuc generosus, et recordatus armorum, occidit* Rufinum *jam meditantem grandiora. Hinc libertas brevis, et inanis affulsit. Expectabam me posse iterum gubernari imperio Stilichonis: pro lætitiam ignaram* rerum *venturarum! Mundus inceperat jungi potestate fratrum* duorum; *(nam ecquis* post *tantum metum exempli novi exponeret se furoribus tantis?) cum statim fabula portentosa, et infamis dictu, successor eunuchus Rufini mihi exsurgit: et fortuna renovavit dolores rursum pares,*

Pat. *domiti nec te* Vat. pr. *bella* vel *tela* Oxon. sec. *tyranni* Mazar. cum glossa i. e. *Rufini*—539 *dedit* vel *fuit* Oxon. pr.—540 *geminos fratres* Pat. Med. tert. Vat. quart.—541 *actore* Pal. duo Med. Var. LL. ed. Antv. *fluit* conjiciebat Heins. *si jam* Rott. Oisel. *sic jam* Pat. *cui* vel *jam* Moret. sec. *movendi* Farn. *furenti* Vat. tert. m. pr.—542 *Occurrat* inc. Heins. *ira* vel *aula* Vat. pr.—543 *fratrisque memor* Rott. *reluxit* Exc. Lucens. sec. *reduxit* ed. Vicet.—545 *pro cæca* Vat. pr. Put.—546 *jam cingi* Farn.—547 *retentus* Lov. m. sec.—548 *armis* vel *ausis* Florent.—549 *monstrosa mihi* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *monstrosa lues* vet. Cod. Anglic. teste Heinsio, qui ascripserat. ' sic *pestem*, *labem* et *cladem* hominem nequam vocabant. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 157. sic *pestis* initio vitæ Alexandri Severi.'—550 *Castratus Rufini* Thuan.—551 *similis* Petav. sec. *ludos* vel *lusus* conj. Heins.—552 *sexum do-*

NOTÆ

539 *Gallis*] Quia Stilicho degebat sæpius Mediolani, in Gallia Cisalpina. Sed et Gallorum nomine non raro intelliguntur legiones Occidentales, magno honore nobilissimæ, fortissimæque nationis.

Rufinus] De hoc supra duobus libris in Rufinum, qui novas res molitus ab exercitu discerptus est.

548 *Exempli*] Quod statutum erat in Rufinum.

Ut solum domini sexum mutasse viderer.
Hic primum thalami claustris delicta tegebat,
Clam timideque jubens. Erat invidiosa potestas,
Sed tamen eunuchi. Necdum sibi publica jura
Sumere, nec totas audebat vertere leges.
Sed postquam pulsisque bonis, et fæce retenta,
Pejores legit socios; dignusque satelles
Hinc Hosius stetit, inde Leo; fiducia crevit,

ut viderer permutasse solum sexum domini. Iste Eutropius *primo occultabat peccata* in *latebris cubilium, imperans furtim et meticulose: potentia* ejus *erat odiosa, sed tamen* potentia erat *eunuchi. Nec dum sustinebat usurpare sibi auctoritatem Reipub. neque pessumdare leges universas. At posteaquam,* viris *probis expulsis, et infimis reservatis, elegit* sibi *sodales deteriores; hinc astitit dignus administer Hosius, inde Leo; confidentia* ejus *aucta est, et cupido manifesta imperandi exarsit*

mini Moret. pr. *mutasse* Exc. Læti et Lucens. pr. *mutare* Pal. quatuor Med. Mazar. Bonon. inc. Heins. ed. Vicet.—553 *thalamis clausis* Thuan. *clatris* pro *claustris* Vat. quart.—554 *timidusque* Med. quart. unde *timidumque* corrigebat Heins. *insidiosa* vel *invidiosa* Put.—555 *nedum* inc. Heins. *nondum* duo Vatt. Pal. Med. pr. Lov. Petav. pr. *rura* Med. sec. m. pr. *vita* Var. LL. ed. Antv. —556 *tantas* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *totas* vet. Gyr. Vat. Livin. Put. m. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Lucens. sec. *totas* vel *tantas* Vat. pr. *audebant* Vat. sec. Pal. Oisel. Pric. m. pr. Med. pr. Thuan. Mazar. duo Petav. ambo Moret. Ambr. tert. inc. Heins. *vertere* Bonon. Pat. Ambr. pr. Med. quart. Isingr. *sumere* viginti Codd. Exc. Gevart. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *sumere* vel *vertere* Vat. quart. Put. Tholos. duo Ambr. Exc. Lucens. pr.—557 *Sed postquam* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Bonon. Ambr. tert. *fece remota* Mazar. *fasce* Oisel. duo Med. Lov. m. pr. Petav. sec. *fasce retento* Pric. Rott. *farce* Var. LL. ed. Antv. *fece retenta* vel *fasce retento* Reg. *fasce* vel *fece* Petav. tert.—558 *Pejoresque* Thuan. *dignusque satelles* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. ambo Moreti, ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *dignosque sodales* vel *dignusque satelles* Ambr. tert.—559 *Hic* Pat. *Hosias* Reg. *Osius* Pric. *Ocius* Vat. quint. *Socius* Thuan. *Osius* Vat. tert. Moret. sec. Ald. *Leon* Exc.

NOTÆ

552 *Sexum*] Quasi Eutropius non tam sit vir, quam fœmina.

553 *Thalami*] Eunuchi Thalamis custodiendis præfecti erant: sed Eutropius non tam custodiebat, quam corrumpendos dabat, pretio ipse corruptus.

554 *Jubens*] Ut solent infames libidinum ministri.

555 *Eunuchi*] Notandum est *Eunuchum* esse officii nomen, a servandis lectis seu thalamis; sicque Eunuchi non ideo castrati erant: sic Putiphar, ex quibusdam, non erat eviratus: immo et viri modestissimi et castissimi dicti Eunuchi, ut de Daniele et ejus sociis legitur; sed cum principes uxorum et filiarum curam solis castratis committerent, hinc castrati omnes dicti sunt Eunuchi.

557 *Fæce*] Retentis hominibus ex vili plebecula electis.

Regnandique palam flagravit aperta libido.
Patricius Consul maculat, quos vendit, honores:
Plus maculat, quos ipse gerit. Jam signa tubæque
Mollescunt: ipsos ignavia fluxit in enses.
Insultant merito gentes, facilisque volenti
Præda sumus: jam Bistoniis Hæmoque nivali
Vastior expulsis Oriens squalebit aratris.
Hei mihi, quas urbes, et quanto tempore Martis
Ignaras, uno rapuerunt prælia cursu!
Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros, ipsumque decoræ

in illo *aperte. Ipse Consul Patricius fœdat dignitates, quas vendit;* sed *fœdat magis* eas, *quas ipse administrat: jam vexilla et buccinæ effœminantur, inertia diffusa est in gladios ipsos.* Hinc *nationes jure illudunt* nobis, *et sumus præda paruta* hostium *cupientium. Jam regiones Orientis desertiores Thracia et Hæmo nivoso mærebunt, aratris ejectis. Hei mihi, bella quas eripuerunt uno impetu urbes, et quamdiu nescias pugnarum! equites nuper erumpentes a* finibus *ultimis Araxis terrificaverunt mœnia Antiochiæ, et hæc* ipsa

Læti.—560 *cupido* Med. tert.—561 *Patriciis* conjiciebat Heins. *maculat consul* Med. sec. *maculans* Med. tert. *vendis* Pric.—562 *ille* Reg. *regit* Vat. tert. Farn. Ambr. tert. Exc. Læti. *gerit* septemdecim Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Heinsius ascripserat locum Laud. Seren. vs. 194. 'commissosque labor sic gessit honores.' sic *gerere Consulatum* Capitolin. Pertinace p. 54. l. 30. et *gerere præturam* p. 56. l. 9. et, quod mirum, *gerere provinciam* p. 57. l. 13. p. 124. l. 24. *scrinium gerere* non *regere*, ut quidam apud Casaub. p. 165. *gerit* vel *tegit* Pric. *gerit* vel *regit* Put.—563 *flexit* Ambr. pr. *fluxit* vel *crevit* Vat. pr.—564 *Insultant* Ambr. sec. Med. quart. *Exsultant* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Insultant* vel *Exsultant* Vat. pr. Lov. inc. Heins. *volenti* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *volentum* Ambr. pr. Sched. Gud. *volenti* vel *moventi* Med. pr.—566 *squalebit* Lov. m. sec. *squalescit* Vat. pr. *scalebit* Var. LL. ed. Antv. *squalescit* Reg. Oxon. pr. *squalebat* Leid. pr. m. pr. Ambr. pr. Med. tert. Thuan. Tholos. ambo Moret. Exc. Cod. Rhem. *aristis* Jun. pr. Vat. sec. Pal. tres Med. *aristis* vel *aratris* Thuan.—567 *Ei mihi* Florent. Put. Reg. Thuan. Petav. sec. *Heu* duo Vatt. Pric. Jun. et Petav. pr.—568 *Ignavis* Thuan.—569 *et extremo* Moret. pr. *comitatus* vel *equitatus* Vat. pr. *Oaxe* Vat. sec. Pal. *Oraxe* Vat. quart. Med. pr. Petav. pr. *ab axe* Moret. pr. Med. tert.—570 *ipsosque* Med. sec. *decorem* Vat. tert. *decoræ* Moret. sec. Ald. *decorum* Pal. Farn. tres Med. Moret. pr. Leid. sec. m. sec. Thuan. Mazar. *decoræ* vel *decorum* Vat.

NOTÆ

561 *Patricius*] Supra in Prologo hujusce Libri.

566 *Squalebit*] Ita deseretur, ut tristior post appareat soli inculti facies.

570 *Decoræ*] Syria pulcherrima provincia, cujus caput Antiochia urbs celeberrima; sed cives ejus leves, et petulantes fuerunt, ut qui non pepercerint Juliani Imperatoris barbæ, Flaccillæque Augustæ statuam dejecerint. In quos dum Princeps ultio-

Pæne caput Syriæ flammis hostilibus arsit.
Utque gravis spoliis, nulloque obstante profunda
Lætus cæde redit, sequitur mucrone secundo
Continuum vulnus. Nec jam mihi Caucasus hostes,
Nec mittit gelidus Phasis: nascuntur in ipso
Bella sinu. Legio pridem Romana, Gruthungi,
Jura quibus victis dedimus, quibus arva domosque
Præbuimus, Lydos Asiæque uberrima vastant
Ignibus, et si quid tempestas prima reliquit;
Nec duce, nec numero freti: sed inertia nutrit
Proditioque ducum, quorum per crimina miles

metropolis Syriæ pulchræ fere incensa est tædis hostilibus. Et ut equites *onusti exuviis, et gaudentes alta strage* facta *nemine resistente, revertuntur, plagæ perpetuæ sequuntur, gladiis succedentibus. Neque* vero *jam Caucasus emittit hostes* in *me, neque Phasis frigidus: prælia oriuntur in ipso gremio* meo. *Gruthungi*, qui erant *jamdudum legio Romanorum, quibus superatis imposuimus leges, quibus assignavimus agros et domos; populantur flammis Lydium et* arva *fertilissima Asiæ; et si quid bella priora præterierunt;* populantur *confisi neque ductore, neque multitudine; sed ignavia alit* eos, *et perfidia Rectorum* nostrorum, *per*

quint.—571 *Pena* Farn. *Schythiæ* Thuan. *ussit* vel *arsit* Mazar.—572 *Atque* inc. Heins. *nulloque instante* Var. LL. ed. Antv.—573 *cæde ruit* Ald, *mucrone cruento* Vat. tert. Put. Reg. *secundo* duo Leidd. et magna pars Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Ald. item Var. LL. ed. Antv. *secundo* vel *cruento* Florent. Exc. Læti.—574 *vulgus* Jun. pr. Ambr. sec. inc. Heins. *jamjam mihi* Jun. pr. *hostis* Ambr. pr. Petav. sec.—575 *ab ipso* Vat. tert. Rott. Florent. Reg. Moret. pr.—576 *quondam* Med. quart. inc. Heins. *humana* Moret. pr. *Grutungi* Bonon. *Ghrutungi* Vat. pr. *Gruthunni* vet. Gyr. Vat. Livin. *Gruthuni* Mazar. *Grutungi* duo Leidd. *Grutunchi* Lov. *Gruthungri* Exc. Læti. *Gruthongi* Exc. Gevart. *Grutongi* Med. quart. duo Petav. totidem Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Grutunni* ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *Gruthonni* Florent. *Grutonni* inc. Heins. *Gruthondi* Moret. sec. *Gruthongi* Tholos. *Grochuni* Med. sec. *Grotumpni* Reg. *Grotunni* Pat. Ambr. sec. *Grotonni* Thuan. *Grotunni* Vat. sec. Pal. Farn. Med. sec. Moret. pr. Put. *Grothongi* Petav. et Oxon. pr. duo Vatt. Deerat hic versus Jun. pr.—577 *arma* duo Vat. Rott. Reg. Thuan. Jun. et Oxon. pr. *domosque* Med. sec. *domusque* duo Leidd. et viginti alii, Exc. Lucens. pr.—580 *Nec vi* Exc. Lucens. sec. *Non duce non numero* Jun. et Petav. pr. *vi* vel *duce* Vat. pr. *sævi* pro *freti* Exc. Lucens. sec.—581 *Prodicioque* Lov. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Pat. rec. *Prodigiumque* Jun. pr. quatuor Vat. Pal. Farn. *Prodigioque* Moret. pr. Ambr. sec. Rott. Oisel. duo Petav. Mazar. Var. LL. e marg. Parm. *Prodigi-*

NOTÆ

nem parat, Libanius, seu potius Flavianus, delicti veniam sua meruit eloquentia.

574 *Caucasus, Phasis*] Sunt in finibus Scythiæ, hic fluvius, ille mons, de quibus supra, sicut et de Araxe.

Captivis dat terga suis, quos teste subegit
Danubio; partemque timet, qui repulit omnes.
Aula choris epulisque vacat: nec perdita curant,
Dum superest aliquid. Ne quid tamen orbe reciso
Venditor amittat; provincia quæque superstes
Dividitur, geminumque duplex passura tribunal
Cogitur alterius pretium sarcire peremtæ.
Sic mihi restituunt populos: hac arte reperta
Rectorum numerum terris pereuntibus augent.
In te jam spes una mihi: pro fronde Minervæ
Has tibi protendo lacrymas. Succurre ruenti.
Eripe me tandem servilibus, eripe, regnis:

quorum scelera, miles fugit ante captivos suos, quos devicerat, teste Istro; ac metuit partem hostium, *qui fugavit universos. Regia occupatur* in *saltationibus et conviviis: neque satagunt* rerum *amissarum, dum quiddam retinetur: ne quid tamen venditor perdat, mundo amputato, unaquæque provincia remanens distribuitur, et divisa ac tolerans tribunalia duo, cogitur compensare pretium alterius spoliatæ. Ita reddunt gentes mihi: hoc artificio* avaritiæ *invento, multiplicant numerum Præfectorum, provinciis imminutis. In te,* o Stilicho, *jam sola spes restat mihi,* ego *hos affero tibi fletus, pro ramis Palladis: auxiliare pereunti, libera me aliquando,*

oque vel *Prodicioque* Put.—582 *Captivis* Leid. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. Lov. Moret. sec. Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. inc. Heins. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *Captivus* Vat. quint. Oisel. Med. et Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *subegit* Vat. Livin. *subegi* Vat. pr. Ald.—583 *omne* et emendatum *omnem* Vat. quint.—584 *Aura c. e. vacant* Var. LL. ed. Antv. *non* Jun. pr. *curat* Vat. pr. m. sec. Exc. Læti.—585 *nec quid* Oxon. pr. Vat. tert. inc. Heins. *ore reciso* Petav. sec.—586 *admittat* Pric. *ammutat* Var. LL. ed. Antv.—587 *Dividitor* Vat. tert. *geminum,* sine copula, Vat. pr. *suplex* Leid. sec. Exc. Gevart.—588 *alternis* Ald. Exc. Læti et Pat. rec. *alterius* vel *alternis* Lov. Heinsius ascripserat: *alternis* al. male. 'alterius crimen utrumque tenent.' *redemtæ* conj. Heins.—589 *restituit* Vat. sec. Pal. Pat. *ac arte* Leid. pr. Reg. Tholos. *fraude* Moret. pr.—590 *Gestorum* Med. tert.—592 *pratendo* Farn. Reg. Ambr. pr. inc. Heins.—593 *eripe flammis* Moret. pr.—594 *Neve* vel *Nonne* Vat. pr.

NOTÆ

582 *Teste Danubio*] Qui velut Deus ab accolis suis colebatur.

585 *Orbe reciso*] Provinciis amputatis, et ex orbe seu Imperio nostro abscissis.

587 *Dividitur*] Una et eadem Provincia dividitur, venditurque multis Præfectis; adeo ut si numerus Provinciarum minuatur, non minuatur numerus Præfectorum.

588 *Sarcire*] Provincia remanens cogitur solvere tantundem, et pro se, et pro Provincia altera spoliata.

591 *Pro fronde Minervæ*] Id est pro ramis olivæ, seu pro pace, cujus oliva signum; et qua coronabantur qui pacem petebant.

Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes;
Nec nova tot meritis offensa prioribus obstet.
Jam jam flecte animum. Suprema pericula semper
Dant veniam culpæ. Quamvis iratus et exul
Pro patriæ flammis non distulit arma Camillus.
Non te subtrahimus Latio: defensor utrique
Sufficis. Armorum liceat splendore tuorum
In commune frui: clypeus nos protegat idem,
Unaque pro gemino desudet cardine virtus.

libera me a *tyrannide servorum, et ne condemnes omnes* ob *scelus paucorum, neque injuria recens obsit tot meritis primis: nunc placa iram* tuam. *Discrimina ultima semper ignoscunt peccato. Camillus etsi offensus et expulsus, non procrastinavit bellum pro incendio patriæ* vindicando. *Non avellimus te ex Italia: potes utramque propugnare: fas sit potiri in commune fulgore armorum tuorum: scutum idem tutetur nos, et una fortitudo laboret pro imperio duplici.*

—595 *Nec mora* Leid. pr. *tot meritis* Vat. pr. Farn. Med. tert. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *jam* Jun. pr. duo Petav. *tam meritis* viginti quatuor Codd. *jam* legit Heins. *obstent* Jun. et Oxon. pr. Mazar. Med. quart.—596 *Jam deflecte* Vat. sec. Pal. Med. pr. *Jam flectas* Ambr. sec. inc. Heins. *animam* Med. pr. *pericula* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *piacula* Med. sec. Vat. quint. Thuan. Moret. sec.—598 *In patriæ* Petav. pr. m. pr. duo Vatt.—599 *Nec te* Lov. Moret. sec. *utrisque* duo Vatt. *uterque* Rott. *ubique* Ambr. pr. *utrique* vel *utrimque* Ambr. tert. *ubique* vel *utrique* Vat. pr.—601 *protegat* Pal. Med. pr. *contegat* Petav. pr. Voss.—602 *corpore* Pat. In Vat. pr. erat: *In Eutropium Liber* III. *Explicit. Incipit Epithalamium Laurentii.* Heinsius ascripserat: *Epithalamium Laurentii non vacavit discutere.*

NOTÆ

595 *Obstet*] Neque nova injuria efficiat, ut obliviscaris tot priorum meritorum, quæ te excitare deberent ad defensionem Patriæ nostræ, quam toties defendisti, et quam ferre non potes ita spoliari, nisi opus tuum oderis.

596 *Suprema pericula dant veniam*] Faciunt ut ignoscatur.

598 *Camillus*] Qui Gallos post Romam incensam Capitolio fere incubantes expulit.

600 *Splendore*] Tanquam Sole aliquo.

602 *Cardine*] Et virtus tua laboret, desudet pro defensione Cardinis gemini, Orientis scilicet et Occidentis.

XXI.

CL. CLAUDIANI

IN PRIMUM CONSULATUM

FL. STILICHONIS

V. C.

LIBER I.

ARGUMENTUM.

LAUDANTUR Stilichonis crebri successus, virtutes, pueritia, juventus, legatio ad Parthos, conjugium cum Serena, triumphi de Getis, officium Theodosii ab eo impletum in tutandis ejus filiis regendoque Imperio: disciplina militaris, amor militum; victoriæ de populis Septemtrionis, et Africæ seu Meridiei; prædicaturque ob pacatum Orientem, et liberatam a fame Romam.

CONTINUANT Superi pleno Romana favore

Dii pergunt lætitiam Romanam benevolentia non interrupta, et cumulant

In Moret. pr. hi libri sequuntur post libros in Eutropium. in Moret. sec. et Exc. Gevart. post Panegyricum Mallii. in Vat. pr. erat: *Incipit Laus Stiliconis. Libri numero III.* in Exc. Læti *Panegiris* inscribitur. Leid. pr.

NOTÆ

1 *Pleno favore*] Non interrupto, vel maximo consummatoque favore.

Gaudia, successusque novis successibus urgent.
Connubii necdum festivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos,
Et calidis thalami successit laurea sertis :
Sumeret ut pariter Princeps nomenque mariti,
Victorisque decus. Libyæ post prælia crimen
Concidit Eoum : rursusque, Oriente subacto,

prosperitates prosperitatibus recentibus. Aula vixdum compresserat concentus solennes conjugii, cum *cantavit victorias Gildone deleto, et laurus excepit flores tepentes lecti* nuptialis, *ut Imperator acciperet simul et nomen sponsi, et honorem victoriæ. Post certamina Libyæ, scelus Orientis extinctum est, et iterum, Oriente superato, Con-*

exhibet. *Incipit Liber V. de Consulatu Stiliconis.* Rott. et Petav. sec. item Exc. Lucens. sec. *De Consulatu Stiliconis* hos libros inscribunt. in Schedis Gud. scriptum legebatur, *Ad hoc et quæ ex ordine Isingrinianæ Editionis sequuntur Poëmatia reliqua, sciendum est, notulas ab alia quadam et paulo recentiore manu ascriptas esse, et nescio an etiam ex alio Codice.*

1 *Conturbant* vel *Continuant* Med. tert.—2 *novos* Pal. Farn. Thuan. Med. pr. *augent* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *urgent* Tholos. Ambr. pr. *augent* vel *urgent* Leid. pr.—3 *Conubii* Exc. Lucens. sec. *Conjugii* omnes Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *nondum* Mazar. Petav. pr. Med. et Moret. sec. Vat. tert. *necdum* Exc. Læti. *festinos* Pal. Put. Exc. Læti, ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *regia* duo Vatt. Pal. Oisel. *gaudia* sedecim alii, Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. Exc. Schott. Var. LL. ed. Antv. *regia* vel *gaudia* Vat. quint.—4 *Sopierant* Vat. sec. Pal. Put. Reg. Mazar. Pat. Tholos. Lov. Moret. sec. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Læti et Schotti, ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *fuso cecinit* Moret. sec. *cecidit* inc. Heins. *triumphos* Farn. Pric. Jun. et Leid. pr. Thuan. *triumphus* octodecim Codd. Exc. Læti et Lucens. pr. ed. Vicet.—5 *calidi* Lov. *sertis* vel *sacris* Petav. pr.—6 *Sumeret et* Tholos. *Princeps pariter* Ambr. pr. *triumphi* pro *mariti* Med. tert.—7 *crimen* vel *crinem* Med. pr.—8 *Condidit* Leid. pr. m. pr. Vat. sec. *rursus* Vat. pr. *rursusque* quatuor Vatt. Pal. Pric.

NOTÆ

2 *Urgent*] Vix una victoria reportata est, cùm alia succedit, aliamque succedendo urget.

3 *Connubii*] Honorii et Mariæ Stilichonis filiæ : quod conjugium celebratum est anno 398. Tum Gildo fusus est. Eutropius anno sequente concidit ; et anno 400. Stilicho Consul creatus est.

4 *Cecinit*] Aula personuit cantibus nostris, dum canebamus Gildonem victum in Libya.

5 *Calidis sertis*] Sertis recentibus ex omni florum genere, ex myrto Veneri sacra, qua novi nupti coronabantur.

7 *Crimen Eoum*] Eutropius anno Gildonis cladem sequente concidit ; Eutropius, qui crimine populorum Orientis ad primos honores evectus fuerat.

8 *Oriente subacto*] Ob Eutropium, qui ejectus erat, immo et occisus.

Consule defensæ surgunt Stilichone secures.
Ordine vota meant. Equidem si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promtius imponam glaciali Pelion Ossæ.
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam,
Majus erit. Veteres actus, primamque juventam
Prosequar? ad sese mentem præsentia ducunt.
Narrem justitiam? resplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis:
Quod floret Latium, Latio quod reddita servit
Africa, vicinum quod nescit Hiberia Maurum,

sulatus exsurgit propugnatus a *Stilichone Consule. Desideria* nostra *succedunt* ex *ordine. Ego certe si contenderem aggregare in* opus *unum acervos rerum tantarum, citius involverem Pelion Ossæ nivali. Si optem silere partem* factorum, *quodcumque reticebo, erit grandius.* An *commemorabo facta* ejus *antiqua, et primam juventutem?* Res *præsentes vertunt animos ad se.* An *recenseam justitiam? Laus belli emicat.* An *prædicem virtutem* ipsius *in armis? Plus effecit sine armis.* Effecit nempe, *quod Italia florescat, quod Africa restituta Italiæ famuletur, quod Hispania non timeat Mauros finitimos, quod Gallia secura obstu-*

Exc. Læti. *rursumque* Ambr. pr. Moret. sec.—9 *defenso* Moret. sec. *surgant* Rott. *redeunt* Vat. sec. *radiant* hinc conjiciebat Heinsius.—10 *fata* Var. LL. ed. Antv. *carmine in unum* duo Vatt. Pal. Oisel. Med. pr. m. pr. Moret. sec. *carmine in uno* Vat. pr. m. pr. Florent. pr. m. pr. *carmine in uno* vel *carmine in unum* Jun. pr.—11 *Tanta re* pro *Tantarum* inc. Heins. *evolvere* Exc. Gevart. *advolvere* vel *involvere* Oxon. pr. *laudum* Petav. sec.—12 *Protinus* Ambr. pr. Moret. sec. Exc. Schotti. in quibus Gronovius conjecerat *Ocius. Protinus* vel *Promtius* Leid. pr.—13 *tenuisse* Pal. Vat. tert. m. sec. Florent. m. pr. *tenuisse* vel *tacuisse* Med. pr. unde *cecinisse* conjiciebat Heinsius. ceterum hic versus deest Jun. pr. *quæcumque* Vat. quart. *relinquar* Oisel.—14 *primamque* vel *primamne* Reg. Oxon. pr.—15 *Persequar* Vat. quart. Lov. duo Ambr. *Si sequar* Vat. sec. *ad mentem sese* Pric.—16 *Narrent* Put. *Partem* Petav. sec. *respondet* Mazar. *plus splendet* Reg. Tholos. duo Oxon.—17 *referant* Put. Bonon. Pat. *in armis* Put.—19 *Hibernia* Jun. pr. Var. LL. ed. Antv.—

NOTÆ

9 *Surgunt*] Secures seu Consulatus surgit, id est, erigitur in pristinum decus.

10 *Vota meant*] Vota et desideria nostra succedunt eo ordine quo nos ipsi expectabamus.

11 *Advolvere*] Molem scilicet et quasi cumulos rerum pulcherrimarum a te gestarum.

12 *Pelion Ossæ*] Sunt montes Thessaliæ, ob Gigantes notissimi; *promtius* autem *involvam Pelion Ossæ*, id est, rem citius perficiam vix possibilem.

18 *Reddita Africa*] Deleto Gildone, qui, Africa sibi erepta, bellum Maurosque suos in Hispaniam trajecturus erat, nisi Stilicho, hominis clade, ab eo inita consilia prævertisset atque oppressisset.

Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.
An gelidam Thracen decertatosque labores,
Hebro teste, canam? magnum mihi panditur æquor,
Ipsaque Pierios lassant proclivia currus
Laudibus innumeris: etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli, nunquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro. Quem vultus honestat,
Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit: bellis insignior ille,

pescat Rhenum inermem. An cantabo Thraciam frigidam, et labores exhaustos ad *ripas Hebri? Immensum mare aperitur mihi, et ipsa* facta *prona* mole se offerentia *fatigant elogiis innumerabilibus currus Musarum. Nam ex quo* tempore *terra cœpit habitari* ab *hominibus, nunquam series immaculata dotium data* est *viro eidem. Vitia infamant* illum, *quem pulchritudo commendat: corpus deserit* eum, *quem animus præstantior illustrat: ille* est *clarior bello, sed contaminat pacem pec-*

20 *miratur gloria* Vat. pr. m. pr. *remum* Rott. *Parthum* Vat. tert. m. pr.—21 *Aut* Jun. pr. Exc. Lucens. sec. *Aut* vel *An* Oxon. pr. *Thracem* quatuor Vatt. Pal. *Thracen* Put. Ambr. tert. inc. Heins. Exc. Læti, et Ald. *detestatosque* ed. Vicet. *labores* vel *triumphos* Moret. sec.—23 *Lapsaque* Mazar. *Pierides* Vat. tert. m. pr. *laxant* Farn. Reg. *declivia* Med. sec. Thuan. *cursus* Pal. Florent. Med. pr. vet. Gyr. *currus* Med. sec. deerat hic versus Rott.—24 *e quo* Rott.—25 *concessa bonorum* Reg. Pric. *laborum* Vat. quint.—26 *Mors* Var. LL. ed. Antv. *Pars* inc. Heins. *alia* pro *ulli* Med. quart. *uni* conjiciebat Heins. *sincera* Reg. Pric. *honestant* Moret. pr.—27 *Et decorant* Vicet. *plurimus* Pal. Florent. Med. pr. Thuan. Jun. pr. *plurimus* vel *pulchrior* Pric. *ornet* Pat. —28 *illo* Pat. *ille est* Leid. pr.—29 *patrem* Moret. pr. *hic publica* duo Med.

NOTÆ

20 *Imbellem Rhenum*] Qui solebat bellis et Germanorum insultibus sæpius infestari.

21 *Decertatosque*] Labores exhaustos in decertando et in profligandis Gothis ad ripas Hebri Thraciæ fluvii; quos quidem Gothos Theodosius dum vinceret, perpetuum sibi comitem habebat Stilichonem.

22 *Magnum æquor*] Vastus orationis laudisque campus aperitur.

23 *Proclivia*] Res a Stilichone gestæ, turmatim et velut prona proclivique suæ magnitudinis mole se ultro offerentes, fatigant onerantque currum Musarum, quæ vix ferre possunt tantum pondus.

Currus] Id est, vim omnem eloquentiæ Poëticæ exhauriunt: Musis porro currus et equi tribuuntur, ob celeritatem ingenii.

25 *Sincera*] Sine macula, sine vitio aliquo. Nam ex Horatio, 'Nihil est ab omni Parte beatum:' Ex Plinio, 'Adhuc nemo extitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.' Homerus, οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν: *Non sic Deus dat omnibus omnia munera, &c.*

28 *Destituit*] Qui valet animo, frequenter nactus est corpus aut infirmum aut deforme: talis fuisse dicitur Philopæmenes dux Græcorum.

Sed pacem fœdat vitiis. Hic publica felix,
Sed privata minus. Partitum singula quemque
Nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis:
Hunc rigor, hunc pietas: illum solertia juris:
Hunc soboles castique tori. Sparguntur in omnes,
In te mixta fluunt: et, quæ divisa beatos
Efficiunt, collecta tenes. Quid facta revolvam
Militiamque patris? cujus producere famam,
Si nihil egisset clarum, nec fida Valenti
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilichon. Mens ardua semper

catis. Hic fortunatus quoad *publica, sed minus* fortunatus est quoad *privata. Dotes singulæ exornant unumquemque*, sed *divisæ. Hunc species decora* ornat, *illum fortitudo in bello: hunc gravitas, illum pietas: illum scientia juris, hunc filii et thalamus pudicus:* ornamenta omnia *diffunduntur in omnes alios; affluunt collecta in te; et possides conjuncta, quæ dispersa reddunt ceteros felices. Quorsum revocem facta et bella patris* tui, *cujus nomen filius Stilicho posset propagare, etiamsi* pater *nihil fecisset illustre, neque ejus magnanimitas fidelis Valenti* Imperatori *præfuisset catervis* barbarorum habentium *micantes capillos. Animus*

Put. Reg. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *in publica* Vat. pr. et tert. Pric. m. sec. Rott. Oisel. Jun. pr. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *an publica* Pal. Med. pr.—30 *Ad privata* Tholos. unde *At* faciebat Heinsius. *Sed* vel *Ad* Petav. tert. *manus* Pat. *domus* Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *partitur* Med. quart. *partitu* Vat. pr. Petav. pr. m. sec. Ambr. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *partitur* vel *partitu* Farn. Exc. Læti. *partitur* vel *partitum* Oxon. sec. *partitim* Lov. ex conjectura, atque ita Heinsius. *quæque* Reg. *quemque* vel *quæque* Oxon. pr.—31 *Nobilitans* Farn.—32 *vigor* Med. sec. *solatia* Med. quart.—33 *suboles* Oisel.—34 *divisa* duo Vatt. Farn. *diversa* septemdecim alii et Var. LL. ed. Antv. *diversa* vel *divisa* Oxon. pr.—35 *collata* duo Vatt. *collecta* vel *collata* Petav. pr. *nen facta* Med. quart. *nec* Vat. sec. Farn. Med. tert. Lov. inc. Heins. duo Ambr. ed. Vicet. *ne* Exc. Lucens. pr. *nec* vel *quid* Reg. Oxon. pr. *fata* Pal. Farn. Med. pr. Thuan. Exc. Gevart.—36 *procedere* Put. Moret. sec. *protendere* Farn. ed. Vicet. Exc. Læti. *producere* Leid. pr. et viginti duo Codd. Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *procedere* vel *producere* Ambr. pr. *famam* Exc. Læti. *mores* Pric. —37 *educet* Moret. pr. *ne fida* Reg. *fine* Exc. Gevart. *fide* Moret. pr. *volenti* Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *Valencii* Med. pr.—39 *natis* Pat. *Stilico* Vat.

NOTÆ

29 *Fœdat*] Plinius: 'Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace.'

Felix] Sic Augustus in Repub. administranda felicissimus, in privata familia infelicissimus.

33 *Hunc soboles castique tori*] Ut Cæsarem Germanicum.

37 *Valenti*] Imperatori: sub cujus auspiciis Pater Stilichonis præfuerat flavis et rutilantibus turmis Germanorum, aut gentium aliarum Septemtrionalium.

39 *Mens ardua*] Animus, spiritus excelsus, et alta quædam et generosa indoles.

A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis
Fortunæ majoris honos. Erectus et acer,
Nil breve moliri, nullis hærere potentum
Liminibus; fatisque loqui jam digna futuris.
Jam tum conspicuus, jam tum venerabilis ibas:
Spondebatque ducem celsi nitor igneus oris,
Membrorumque modus; qualem nec carmina fingunt
Semideis. Quacumque alte gradereris in urbe,
Cedentes spatiis assurgentesque videbas,

Stilichonis *semper excelsus* erat vel *in* ipsa *pueritia, et in tenella etiam ætate species fortunæ sublimioris emicabat.* Eras *magnanimus et animosus, nihil leve* solebas *facere, nullis adhærescere foribus potentiorum, et dicere jam* res *dignas magnitudine* tua *ventura. Jam tum spectabilis incedebas, jam venerandus; et vigor igneus vultus alti, et proceritas corporis, qualem nec poëtæ mentiuntur in suis heroibus, promittebat ductorem* te futurum. *Quacumque altius ires per urbem, cernebas* viros *decedentes* via, *et assurgentes* tibi, *etsi miles adhuc fores.*

sec. *Stilichon* Exc. Læti. *Stilico natus* Reg. *solus* pro *natus* Moret. sec.—40 *armis* duo Vatt. Florent. Med. tert. Put. Pat. Petav. pr. m. pr. Exc. Cod. Rhem. *annis* vel *armis* inc. Heins. Ambr. sec.—41 *honus* Rott. Oisel. duo Med. Leid. pr. m. pr. Put. inc. Heins. *onus* Petav. sec. Ambr. sec.—42 *Nil leve* Lov. ex conjectura, atque ita conjecerat Heinsius, quod confirmare videtur Glossa Cod. Reg. nam super *breve* ascriptum habebat *i. e. instabile. nullisque* Med. sec.—43 *Luminibus* Jun. pr. Ambr. sec. m. pr. Bonon. Pat. Vat. quart. *fatisque* Vat. pr. Med. sec. et tert. Moret. pr. Vat. Livin. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *factisque* duo Vatt. Pric. Oisel. Reg. Lov. Leid. pr. Oxon. pr. m. sec. *factisque* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Exc. Læti.—44 *Jam tunc* Vat. sec. Farn. tres Petav. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *Jam tum* Leid. pr. cum quindecim aliis, Exc. Gevart. et Lucens. pr. *tu tu* Pal. Rott. Florent. duo Med. *ibat* duo Vatt. Petav. pr. Oxon. sec. Tholos.—45 *Spondebasque ducem.* cum στιγμῇ, Ambr. pr.—46 *Mensuramque* Oisel. *quales* Med. quart. *nunc* Moret. pr. *non* Lov. *carmine* Pal. Florent. Thuan. *fingent* Pal. Med. pr. Thuan. *fingant* legebat Heins.—47 *quascumque* Reg. *alta* Florent. m. pr. Put. Thuan. vet. Gyr. *gradieris* Pal. Pric. m. pr. *urbes* Reg. *urbem* Oxon. pr. Moret. sec. Petav. tert. Bonon. Tholos. Ambr. pr.—48 *videres* Lov. ex

NOTÆ

41 *Honos*] In ejus vultu micabat honos, fulgor, et species quædam, spesque honorum et fortunæ sublimioris.

Erectus] Vividus, alacris, magnanimus in suscipiendo.

Acer] Constans et animosus in urgendo proposito.

43 *Fatis*] Id est, loqui digna magnitudine, quam ipsi fata dabunt. Alii legunt *fastis*, id est, digna loqui Consulatu futuro.

46 *Membrorumque modus*] Id est, quidam habitus, quædam corporis proceritas et temperies digna heroibus.

47 *Alte*] Cum ea majestate, quam efficit oris dignitas, et justa corporis proceritas, quæ incessum heroum reddit venerabiliorem.

48 *Assurgentes*] Alicui cedere de via, alicui assurgere, honoris est delati indicium.

Quamvis miles adhuc. Taciti suffragia vulgi
Jam tibi detulerant, quicquid mox debuit aula.
Vix primævus eras, pacis cum mitteris auctor
Assyriæ. Tanta fœdus cum gente ferire
Commissum juveni. Tigrin transgressus et altum
Euphraten, Babylona petis. Stupuere severi
Parthorum proceres, et plebs pharetrata videndi
Flagravit studio, defixæque hospite pulchro
Persides arcanum suspiravere calorem.
Thuris odoratæ cumulis et messe Sabæa

Consensus populi silentis jam dederant tibi quodcumque Regia mox reddidit. Vix eras adolescens, cum missus es legatus pacis Assyriæ. Munus *demandatum* est tibi *juveni percutere fœdus cum populo tanto: Tigride et Euphrate profundo trajectis, proficisceris Babylonem: primores Parthorum rigidi obstupuerunt, et gens pharetrata arsit desiderio spectandi* te, *et Persides admiratæ hospitem formosum*, dederunt *suspiria* ob *amorem secretum. Altaria fragrantia acervis thuris et proventu*

conjectura.—49 *tanti* Pal. Farn. Med. pr. Thuan. Moret. sec. *tanti* vel *taciti* Reg. Oxon. pr. Ambr. tert.—50 *contulerant* Vat. quart. et quint. Petav. pr. Oxon. pr. Moret. sec. *debuit* duo Med. Reg. Petav. sec. Lov. inc. Heins. vet. Gyr. Exc. Gevart. et Lucens. sec. Var. LL. e marg Parm. et ed. Antv. *contulit* ed. Vicet. *reddidit* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *debuit* vel *reddidit* Pal. Leid. pr. Oxon. sec. Heinsius conjiciebat *credidit*, vel *detulit*, vel *dedidit*, et ascripserat VI. Cons. Honor. 610. 'Non quærat pretium, vitam qui dedit amori.' ut ibi ex vet. Cod. pro *debet* legebat. *aulam* Vat. sec.—51 *pacis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *pacis* vel *paci* Oxon. pr. *committeris* duo Med. inc. Heins. Pat. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. *actor* Tholos. Petav. sec. duo Ambr. *ictor* conjiciebat Heins.—52 *fœdus tanta* Oxon. et Ambr. pr. Moret. sec. *de gente* Pric. m. pr. *ferire* Exc. Læti. *ferire* vel *subire* Farn.—53 *Permissum* Ambr. tert. *Commissum est* Petav. tert. *Tigrim* quatuor Vatt. Pal. Pric. *Tigrin* Florent. *congressus* Vat. tert. *in altum* Ambr. pr. *et altum* vel *in altum* Oxon. pr.—54 *Euphratem* quatuor Vatt. Pric. Med. tert. *Euphraten* Florent. duo Med. Put. Leid. pr. Moret. sec. *Eufraten* Oxon. pr. *stipuere* Exc. Lucens. pr.—55 *Parthorum* duo Vatt. tres Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Persarum* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. Thuan. Mazar. Isingr. Jun. et Med. pr.—56 *flagrabat* duo Vatt. Petav. pr. Moret. *hospite prisco* Thuan.—57 *arcatum* vel *arcum* Vat. pr. *cruorem* Pric.—58 *odoratæ* Thuan. Petav. tert. *odorati* quatuor Vatt. Pric. m. pr. Rott. Florent. m. pr. duo Med. Put. Mazar. duo Petav. et Ambr. Lov. Leid. pr.

NOTÆ

50 *Debuit*] Velut ex debito reddidit, detulit.

51 *Primævus*] Juvenis ephebus, qui ex pueritia egressus est, primamque juventutem attigit.

54 *Babylona*] Regiam Persarum, ut olim Parthorum.

55 *Pharetrata*] Gens Parthorum vibrandi sagittas peritissima, et ideo semper pharetris instructa.

56 *Defixæ*] Id est, habentes oculos defixos in formoso hospite Stilichone.

58 *Messe Sabæa*] Cumulis thuris, quod thus est messis proventusque

Pacem conciliant aræ. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos
Chaldæo stravere Magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram, secretaque Beli,
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.
Si quando sociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilichone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longe virgatas figere tigres?

Sabæorum componunt pacem. Magi corripuerunt ignem sacrum ex *sacrariis intimis, et immolaverunt boves* pro *more Chaldæorum. Rex ipse invertit dextra craterem gemmatum, et testificatur arcana Beli, et Mithram ducentem astra errantia. Siquando* Parthi *petebant tecum sociam venationem, quis præstantior confodere telis leones prope, aut procul trajicere tigres maculosas? Medi concesserunt facile lora*

duo Oxon. *adoratæ* Ambr. sec. Moret. sec. inc. Heins. *adorati* Bonon. Tholos. Ambr. pr. Exc. Gevart. *odorati* vel *odoratæ* Petav. pr. *odorati* vel *odoriferi* Reg. Jun. pr.—59 *Partem* Rott. Med. sec. Petav. sec. Bonon. Pat. Ambr. tert. *animæ* Moret. pr.—60 *Sacratum* duo Med. *Sacrorum* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. Med. pr. Jun. pr. Mazar.—61 *Chaldæos* Petav. sec. Ambr. pr. Bonon. Moret. sec. qui et pro *stravere* exhibet *rapuere*. *Caldæi* vel *Caldæo* Lov.—62 *patriam* Med. pr. *cæli* Jun. pr. *Celi* Exc. Gevart. *belli* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. duo Oxon. Exc. Læti. *cæli* duo Med. Thuan. Petav. pr. m. sec. ed. Vicet. *Celi* vel *Cæli* Vat. tert. Pal. *cæli* vel *belli* Med. quart. Mazar. *Beli* vel *cæli* Farn.—63 *volventem testatur* Pat. *mitram* Med. pr. *matrem* Pat. *mundum* vel *mitram* Moret. sec.—64 *socii* Leid. pr. duo Vatt. Rott. Oisel. Oxon. pr. duo Med. inc. Heins. Reg. Mazar. Lov. Petav. pr. duo Ambr. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *socii venatibus* vel *sociis venantibus* Moret. pr. Ald. Exc. Læti. *secum* et *ibat* Med. tert.—65 *penetrasse* Ambr. tert.—66 *virga transfigere* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *transigere* Med. quart. *virgatus figere* Ambr. tert. Exc. Læti et Lucens. sec.—

NOTÆ

Sabæorum in Arabia.

59 *Aræ*] Pax juratur, adhibitis sacrificiis.

Ignem] Hunc adorabant populi Orientis, et Ægyptii in ejus honorem Pyramides dedicaverant. Indi quoque hodierni ignem honorant.

60 *Adytis*] Sacrariis intimis, quæ soli Sacerdotes ingrediebantur, ceteris intrare nefas. Unde ἄδυτος, ab *a sine*, et δύω *ingredior*, locus in quem ingredi nefas.

61 *Magi*] Magi, Philosophi, sapientesque erant, quorum hi sacrificia curabant, illi res cœlestes.

Micantem] Ob gemmas micantem pateram leniter inclinat ad firmandum fœdus.

62 *Beli*] Belus apud Chaldæos est Jupiter, præses auctorque fœderum, ex Diodoro Siculo.

63 *Mithram*] Solem sic a Persis et Chaldæis appellatum: qui Sol volvit seu regit vaga sidera, id est, planetas qui errant. Strabo de Persis, ἥλιον καλοῦσι μίθραν, *Solem vocant Mithram.* Erat autem vultu Leonis cum tiara, tauri reluctantis cornu comprimens.

66 *Virgatas*] Tigres, virgarum instar, maculis distinctas.

Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas.
Torquebas refugum, Parthis mirantibus, arcum.
Nubilis interea maturæ virginis ætas
Urgebat patrias, suspenso Principe, curas:
Quem simul imperioque ducem, natæque maritum
Prospiceret, dubius toto quærebat ab axe
Dignum conjugio generum thalamisque Serenæ.
Judicium virtutis erat: per castra, per urbes,
Per populos animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris, tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra consilium vincis sensumque legentis,

equitanti tibi: *vibrabas sagittas celeres, Parthis obstupescentibus. Interim ætas nubilis puellæ maturæ occupabat amorem paternum, Imperatore dubitante, quem provideret una et rectorem Imperio et conjugem filiæ:* et *solicitus vestigabat in orbe universo generum parem* huic *matrimonio, et nuptiis Serenæ. Delectus erat virtutis: examen dubitantis volavit per exercitus, per urbes, per gentes* omnes: et *tu*, o Stilicho, *eligeris, et* in ipso *judicio ac cogitatione eligentis superas tantos*

67 *Flectendi* Reg. Thuan. Moret. sec. inc. Heins. *facilis* Moret. sec. *faciles* vel *facilis* Oxon. pr. *satis est* pro *faciles* Rott. *tibi cessit Medus* Reg. Thuan. Bonon. Tholos. Oxon. et Ambr. pr. *cessit tibi Medus* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. Florent. Med. pr. Mazar. Lov. Jun. pr. Oxon. sec. Vat. Livin.—68 *Tendebas* Moret. sec. *mutantibus* Pat.—70 *Urebat* conjecerat Heinsius.—71 *Qui simul* Moret. pr. m. sec. *natæque* Bonon. Pat. tres Ambr. *nataque* Isingr. Gryph. Colin.—72 *Aspiceret* Med. sec. *in axe* Reg. Oxon. pr.—73 *conjugio et gremio* Med. quart. *severum* Put. Reg. Petav. sec. inc. Heins. Bonon. tres Ambr. duo Oxon. Sched. Gud. *Seum* vel *Serenæ* Lov. *severe* Pat. *Severnæ* Var. LL. e marg. Parm. *Severum* vel *Severæ* Petav. tert.—74 *Indicium* Pal. Rott.—76 *Tum legeris* Tholos. *protulit* Moret. pr.—77 *Inter* Thuan. *Concilium* Vat. pr. *conscilium* Farn. *sensusque* Oxon. pr. *sensumque* Exc. Schot-

NOTÆ

67 *Medus*] Medi, etsi nobiles in equitando, tibi cesserunt.

68 *Refugum*] Arcum refugum, id est, arcum Parthi refugi, seu fugiendo vincentis. Et tamen Parthi illi, quanquam peritissimi jaculandi, te sagittas vibrantem mirabantur.

70 *Principe*] Serena patrem habebat Honorium, Theodosii Imperatoris fratrem, sed adoptata fuerat ab ipso Theodosio.

71 *Ducem*] Stilicho non fuit Augustus, non Cæsar, non Imperator, non Rex, non Princeps, sed dux tutorque principum, adeo ut vel uno nutu omnia regeret.

72 *Prospiceret*] Provideret tanquam providentia aliqua, quæ utilis foret Imperio.

74 *Judicium*] Sola virtus judicabatur, ponderabatur, eligebatur.

76 *Tantosque viros*] Hinc major est Stilichonis gloria, qui electus fuerit inter proceres omnes Orbis universi.

Et gener Augustis, olim socer ipse futurus,
Accedis. Radiis auri Tyriaque superbit
Majestate torus. Comitata parentibus exit
Purpureis virgo. Stabat pater inde tropæis
Inclytus: inde pium matris Regina regebat
Obsequium, gravibus subnectens flammea gemmis.
Tunc et Solis equos, tunc exultasse choreis
Astra ferunt, mellisque lacus, et flumina lactis
Erupisse solo, cum floribus æquora vernis
Bosporus indueret, roseisque evincta coronis
Certantes Asiæ tædas Europa levaret.

duces, quos mundus ostendit; atque advocaris gener Principibus, aliquando socer futurus. Thalamus attollitur fulgore auri, et splendore purpuræ *Tyriæ. Puella* Serena, *ducta* a *parentibus* gestantibus *purpuram, egreditur. Pater* ejus *illustris victoriis stabat hinc; inde Imperatrix fungebatur pio officio matris, substringens velum* nuptiale *gemmis exquisitis. Aiunt et equos Solis, et sidera tum tripudiasse saltationibus, et fontes mellis, et fluvios lactis emersisse* ex *terra, cum Bosporus ornaret maria floribus vernis, et Europa redimita corollis roseis efferret faces utiles*

ti cum Glossa *i. e. judicium.*—78 *Et genus* Med. tert. *At gener* Moret. sec. *Augustis* Vat. Livin. *Augustus* Pat. Ald. *dudum* pro *olim* Var. LL. ed. Antv. *ille* Florent. Mazar. *futuris* Vat. tert. Rott.—79 *Accedis.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Mazar. Vat. Livin. *radiisque* Florent. *superbis* Rott.—80 *domus* Oxon. pr. *chorus* Farn. *ferus* Med. tert. *toris* Med. sec. *potentibus* Lov.—81 *ipse tropæis* Florent. Oxon. et Ambr. pr.—82 *martis* Exc. Læti m. pr. *tegebat* Vat. quart. Pal. Rott. *gerebat* quatuor Vatt. Farn. Pric. Oisel. Med. quart. ed. Vicet. Exc. Læti. *regebat* Leid. pr. cum novem aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—83 *Officium* Vat. sec. *Obsequium* Ald. *subnectans* Med. tert. —85 *mellisque* Exc. Lucens. sec. *vinique* ed. Vicet.—86 *Eripuisse* Rott. Moret. sec.—87 *induerat* Ambr. sec. *roseis* Farn. *evincta* Mazar. Ambr. sec. *induta* tres Vatt. Moret. sec. Petav. et Ambr. tert. et Med. quart. *inducta* Oisel. Put. Bonon. Pat. m. sec. Tholos. Ambr. pr. Oxon. sec. Lov. duo Petav. Sched. Gud. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *choreis* Put. *carinis* Rott. Med. sec. m. pr.—88 *Certantis* duo Vatt. *Cunctantes* Moret. pr. *Cum tantis*

NOTÆ

78 *Augustis*] Theodosio et Honorio fratribus, quorum hic naturalis, ille adoptivus erat Serenæ pater. Sed et facile laudatur fratrum concordia; quasi simul imperavissent, et liberos ut communes amavissent.

Socer] Socer futurus Honorii Imperatoris, qui Mariam duxit Stilichonis filiam.

80 *Majestate*] Tanquam purpuræ color inter ceteros regnet.

83 *Flammea*] Flammeum erat velum nuptiale coloris lutei, quo vel mater vel pronuba novam nuptam obducebat, et illud deinde demebat.

88 *Certantes*] Europa attollebat faces nuptiales Stilichonis, cujus cum Serena conjugium futurum erat utile et Europæ et Asiæ, et utriusque bono certare, cœlo terraque plaudentibus, et lac melque, id est, omnia commoda, omnes utilitates et delicias ob

Felix arbitrii Princeps, qui congrua mundo
Judicat, et primus censet, quod cernimus omnes.
Talem quippe virum natis adjunxit et aulæ,
Cui neque luxuries bello, nec blanda periclis
Otia, nec lucis fructus pretiosior unquam
Laude fuit. Quis enim Visos in plaustra feroces
Repulit, aut sæva Promoti cæde tumentes
Bastarnas una potuit delere ruina?

Asiæ. Princeps fortunatus est *suo delectu, qui* princeps *providet* quod est *utile Orbi, et prior videt, quod* nos *omnes videmus. Etenim advocavit, et pro filia et pro Regia talem ducem, cui nec luxus* in *bello, nec dulcis quies* in *discriminibus, nec usura vitæ fuit unquam carior,* quam *gloria* ipsa. *Nam ecquis excitarit Mysos audaces in plaustra* Getarum, *vel potuit exscindere una clade Bastarnas turgentes crudeli strage Promoti* ducis? *Æneas vindicavit mortem Pallantis mor-*

Tholos. *lavaret* Med. quart.—90 *Indicat* Pal. Florent. duo Med. Thuan. Leid. pr. Oxon. sec. Petav. tert. Lov. Pat. Exc. Læti et Gevart. ed. Vicet. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Judicat* vel *Indicat* Reg. Oxon. pr. *sensit primus* Oxon. pr. Moret. sec. *primus censet* Oxon. sec. *censet primus* Reg. Ambr. pr. *censet* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. duo Med. *sensit* novemdecim scripti, Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. *sensit* vel *censet* Petav. pr. *quod* duo Med. Exc. Læti et Lucens. pr. item ed. Vicet. *quæ* Pal. Florent. Med. pr. *qui terminus* Rott.—91 *natis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *natæque* Ambr. tert. *adduxit* Ambr. sec. *conjunxit* Mazar. *subiunxit* Reg. Ambr. pr. Moret. sec. Oxon. pr. m. pr.—92 *nec* Farn. Exc. Læti. *neque* Leid. pr. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *blando* Ambr. tert.—94 *Mysos* Pric. Med. et Ambr. tert. *populos* Moret. sec. *nisos* Pal. Florent. Med. pr. Moret. pr. Exc. Gevart. *nysos* Ambr. pr. *Missos* Med. quart. ed. Vicet. *Visos* quatuor Vatt. Farn. Rott. Oisel. Med. sec. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. sec. Put. Thuan. tres Petav. Vatt. Livin. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *Mysos* vel *Missos* Mazar. *Visos* vel *Volsos* Oxon. sec. *Misos* vel *Visos* Reg. Oxon. pr. Vat. quint. *impleta* pro *in plaustra* Rott. *claustra* vel *plaustra* Reg. Lov.—95 *Promoti* tres Vatt. Pric. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Thuan. Mazar. Moret. pr. duo Petav. Vat. Livin. *Proponti* Leid. pr. m. pr. duo Vatt. totidem Oxon. Pal. Pric. m. pr. Exc. Læti. *Promethi* Jun. pr. Leid. pr. m. sec. *Provicti* Farn. Exc. Lucens. pr. *timentes* Moret. pr. Med. quart. *furentes* Med. pr. Thuan. *furentes* vel *tumentes* Jun. pr.—96 *Baternas* Exc. Læti. *Vasternos* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Med. sec. Put. Reg. Mazar. Petav. tert. Pat. Tholos. Ambr. pr. Jun.

NOTÆ

has felices nuptias hominum generi liberaliter concedentibus.

94 *Visos*] I. e. Stilicho repulit Visos seu Visogothos in sua plaustra: i enim utebantur plaustris pro domibus. Alii legunt *Mysos*, i. e. Stilicho adventu suo excitavit Mysos, feroces quidem, sed animum tamen despondentes; excitavit, inquam, et repulit in Getas, 'Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.'

95 *Promoti*] Promotus erat dux fortissimus, sed quem barbari dolo Rufini occiderant.

96 *Basturnas*] Populos versus Scythiam.

Pallantis jugulum Turno moriente piavit
Æneas, tractusque rotis ultricibus Hector
Irato vindicta fuit vel quæstus Achilli.
Tu neque vesano raptas venalia curru
Funera, nec vanam corpus meditatus in unum
Sævitiam, turmas equitum, peditumque catervas,
Hostilesque globos tumulo posternis amici.
Inferiis gens tota datur: nec Mulciber, auctor
Mendacis clypei, fabricataque vatibus arma
Conatus juvere tuos. Tot barbara solus
Millia jam pridem miseram vastantia Thracen

te Turni; et Hector, raptatus curru vindice, fuit ultio vel lucrum Achilli iracundo. *Tu* vero, o Stilicho, *neque trahis* in *curru insano cadavera vendenda*, ut Achilles, *neque concipis crudelitatem inanem in unum corpus*, ut Æneas, sed *mactas ad sepulcrum sodalis* Promoti *alas equitum, et cohortes peditum, et manipulos hostium: natio universa immolatur exequiis ejus: neque Vulcanus artifex* est *scuti fabulosi, neque arma conflata a poëtis adjuverunt impetus tuos.* Tu *unus premebas tot millia barbarorum jamdudum populantia Thraciam deplorandam, inclusa limitibus vallis angustæ.*

pr. ambo Moreti, duo Oxon. *Basternos* Vat. tert. Bonon. *Valternos* Vat. sec. *Vanternos* Leid. pr. Petav. sec. Med. tert. inc. Heins. Lov. duo Ambr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *Vasternas* Pal. Farn. Med. pr. Florent. Thuan. *Basternas* duo Vatt. de *Basternis* vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 92. *potuit una* Med. quart. *rapina* vel *ruina* Med. pr.—97 *tumulum* Vat. sec. Tholos. *Pallantisque jugum* Petav. sec. Exc. Gevart. *victribus* Pric. Jun. pr. Exc. Læti.—100 *rapto* Thuan. *captas* Moret. pr. *raptas* vel *raptus* Oxon. pr.—101 *quæ vanam* Rott. *variam* Pal. Med. pr. Thuan. *meditaris* omnes Vatt. Pal. Rott. Exc. Læti. *meditatus* Lov. *meditaris* vel *meditatus* Oxon. pr. —103 *tumulis* Med. sec. *stimulo* Med. tert. *tumulo amico* legebat Heinsius.—104 *Inque feris* Pat. *actor* tres Vatt. Pal. Med. pr. Reg. inc. Heins. *actus* Pat. —105 *viribus* Reg. cum Glossa sequente: *In quibusdam Libris habetur* VATIBUS, *quod elegantius dictum. id est, quæ mendacia Poëtarum finxerunt. libro de nuptiis.* 'Unde Cupidineas armavit fama sagittas.' et alibi, 'quos ditat fabula ramos.' *vatibus* vel *viribus* Oxon. pr.—106 *Conatur* Pat. *tot millia solus Barbara* Moret. pr.—107 *Militiam* Med. tert. *Milicia* vel *Millia jam* Med. pr. *miseram* Exc. Lucens. pr. *missam* ed. Vicet. *jactantia* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Thracem* Vat. quart. Pal. Rott. Florent. quatuor Medd. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Thracen* Pric. Moret. sec.

NOTÆ

97 *Piavit*] Expiavit mortem Pallantis velut crimen admissum a Turno, qui ideo immolatus est ab Ænea umbris Pallantis.

99 *Quæstus*] Dicunt Achillem Priamo vendidisse cadaver Hectoris a se raptati. Virgilius: 'Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.'

100 *Vesano*] Curru vesaniam et iram indecoram arguente.

103 *Amici*] Promoti, qui amicus erat Stilichonis, et ideo ab hoc est vindicatus.

105 *Fabricata*] Inventa et conflata a solis Poëtis, et ideo *mendax clypeus*, id est, fictus.

Finibus exiguæ vallis conclusa tenebas.
Non te terrisonus stridor venientis Alani,
Nec vaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.
Extinctique forent penitus, ni more maligno
Falleret Augustas occultus proditor aures,
Obstrueretque moras, strictumque reconderet ensem,
Solveret obsessos, præberet fœdera captis.
Assiduus castris aderat, rarissimus Urbi,
Si quando trepida Princeps pietate vocaret:
Vixque salutatis Laribus, vix conjuge visa,

Non murmur terrificum Alani ingruentis expulit te, *non sævitia Chunorum errantum, non Geloni gladiis falcatis, non Getæ arcu, non Sarmatæ hastis expulerunt te. Et* isti *funditus deleti fuissent, nisi proditor secretus,* Rufinus, *exemplo pessimo deciperet aures Imperatorias, et annecteret cunctationem, et includeret gladios nudatos, liberaret hostes oppugnatos, daret pacem captivis.* Stilicho *perpetuo versabatur* in *castris, infrequenter* in *urbe, si aliquando Imperator eum adscisceret pietate timente* liberis suis: *et* statim, *vix domo conspecta, vix uxore salutata, nec-*

inc. Heins. Ald. Exc. Læti.—108 *exiguis* Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. *concussa* Oisel. Mazar. *commissa* Florent. *tenebat* Rott. *tenebat* vel *tenebas* Moret. pr. —109 *Non te terrisonus* Vat. quart. Petav. pr. Exc. Lucens. sec. *Nec* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Læti. *Non* vel *Nec* Vat. quint. qui et *terrisonis* habet. *ferrisonus* legebat Heins. ut *ærisonus. stridor* Exc. Læti. *terror* Farn.—110 *varia* Put. Ambr. tert. *Nec fugat Hunorum* Thuan. *fugat* vel *vagat* Med. pr. *Chunorum* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Vemorum* Vat. quint. *Hunorum* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Bonon. Leid. pr. Jun. pr. duo Oxon. Moret. sec. in cujus margine scriptum erat legendum esse *Hunorum vaga nec. Cunnorum* Var. LL. e marg. Parm. in qua hæc notata erant. ‘De *Cunnis* Plinius in Europa, de *Hunnis* Melia in Asia.’ *feritas* Exc. Lucens. pr. *gravitas* ed. Vicet. *nec falce* Vat. sec. Pal. Farn. Med. sec. Reg. Jun. pr. inc. Heins. duo Oxon. Exc. Lucens. sec. *Gelonis* Put.—111 *Nec arcu nec Sarmata* Pal. *nec Sarmata* Reg. Oxon. pr. Moret. sec. Med. quart.—112 *forent omnes* Reg. *mole maligna* Pat.—114 *Obrueretque* Pal. *Obstrueretque* vel *Obrueretque* Med. pr. *mora* conjiciebat Heins. *retunderet* Vat. pr. m. pr. Exc. Lucens. sec. *retenderet* ed. Vicet. *reconderet* Exc. Læti. *reconderet* vel *retunderet* Pric.—115 *victis* Ambr. pr.—116 *Assiduis* Med. tert. *aderas* Mazar. *Karissimus* Tholos. *urbis* Pat.—117 *Princeps trepida* Vat. sec. *vacaret* Moret. pr.—

NOTÆ

108 *Conclusa*] Et a Stilichone dimissa sunt, ex Orosio.

109 *Alani*] Hi et Chuni, Geloni, Getæ, et Sarmatæ populi sunt tractus Septemtrionalis; sed notandum est Alanos jactis procul laqueis hostes attrahere solitos, eosque sic traxisse Tiridatem Regem, de quo actum erat, nisi funis subito fuisset incisus.

118 *Salutatis*] Redeuntes olim, lares, domumque salutabant: de laribus supra dictum est.

Deterso necdum repetebat sanguine campum.
Nec stetit Eucherii dum carperet oscula saltem
Per galeam. Patris stimulos ignesque mariti
Vincit cura ducis. Quoties sub pellibus egit
Edonas hyemes, et fardi flabra Bootæ
Sub dio Riphæa tulit! cumque igne propinquo
Frigora vix ferrent alii, tunc triste rigentem
Danubium calcabat eques, nivibusque profundum
Scandebat cristatus Athon, lateque corusco
Curvatas glacie sylvas umbone ruebat.
Nunc prope Cimmerii tendebat littora Ponti:

dum cruore absterso, remeabat in campum Martium. *Neque constitit donec libaret oscula Eucherii* filii *saltem per cassidem. Cura ductoris superat studium patris et amorem mariti. Quoties traduxit sub tentoriis hyemes Thracias, et perpessus est sub Jove* frigido *ventos Rhiphæos Bootæ lenti! et cum ceteri vix paterentur gelu igne propiore, tunc* Stilicho *eques proterebat Istrum constrictum tristi* glacie, *et galeatus superabat Athon altum nivibus, et impellebat undique scuto rutilante sylvas depressas nive. Modo ibat ad littora ponti Cimmerii, modo Rhodope nubi-*

119 *nondum* Thuan. Moret. pr. inc. Heins. *repetebas* Pal. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. Jun. et Leid. pr.—120 *Exstitit* inc. Heins. *Eucherius* Med. quart.—121 *tumulos* Petav. sec. *ignemque* Reg. Tholos. Lov. m. sec. Oxon. et Moret. sec. *patrios stimulos ignesque maritos* malebat Heins.—122 *Vincit* Thuan. Vat. Livin. *Vicit* viginti Codd. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv.—123 *Hibernis* Jun. pr. *Edonas* Vat. tert. Pric. m. pr. *Ædonas* Med. tert. Var. LL. e marg. Parm. *Edonias* Leid. pr. cum sedecim aliis, Exc. Læti, Lucens. pr. et ed. Vicet. *Sithonias* Med. quart. *flagra Boëtæ* Lov. *Bootes* Vat. quint.—124 *Sub dio* Med. quart. Exc. Læti. *duro* Med. tert. *divo* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—125 *nunc iste* Rott. *igne* Put. Pat. *triste* Farn. *teste* Jun. pr. *ipse regentem* Thuan. *ister agentem* Vat. pr. m. pr. *iste* omnes Vatt. Pal. Pric. Oisel. Exc. Læti.—126 *calcavit* Oxon. et Ambr. pr. Moret. sec. *profundis* Tholos.—127 *Athox* Lov. *corusco* Rott.—128 *Curvatus* ed. Vicet.—129 *quoque* Med. sec. m. pr. *probe Micenei* Pal. *Cumæi* Med. quart. *miceneii* Med. pr. Thuan.

NOTÆ

119 *Deterso*] Adhuc gladio rubente.

120 *Eucherii*] Fuit hic infortunatus: nam occiso patre Stilichone Romam fugit, ubi ab Arsacio et Terentio Eunuchis interfectus est.

122 *Vincit cura ducis*] Dux est tam strenuus et Principi tam fidus atque addictus, ut, Principe vocante, vix se maritum et patrem esse meminerit, utque deponat omnem amorem familiæ, Principi obtemperaturus.

Pellibus] Sub tentoriis, sub tabernaculis quæ pellibus tegebantur.

123 *Edonas*] Thracias, ab Edonis Thraciæ populis. Virgilius: 'Edoni Boreæ;' quia flant a Thracia violentius, sicque hyems Thracia est acerbior.

Bootæ] Supra in III. Consul. Hon. vs. 170.

124 *Riphæa*] Riphæi sunt Scythiæ montes.

129 *Cimmerii*] Populi sunt ultra Pontum Euxinum ad Bosporum Cim-

'Nunc dabat hybernum Rhodope nimbosa cubile.
Vos, Hæmi gelidæ valles, quas sæpe cruentis
Stragibus æquavit Stilichon, vos, Thracia, testor,
Flumina, quæ largo mutastis sanguine fluctus.
Dicite, Bisaltæ, vel qui Pangæa juvencis
Scinditis, offenso quantæ sub vomere putres
Dissiliant glebis galeæ, vel qualia rastris
Ossa peremtorum resonent immania Regum.
Singula complecti cuperem: sed densior instat
Gestorum series, laudumque sequentibus undis
Obruimur. Genitor cæsi post bella tyranni
Jam tibi commissis conscenderat æthera terris.
Ancipites rerum ruituro culmine lapsus

fera præbebat ipsi *lectum hyemalem. Vos testor*, o *valles frigidæ Hæmi, quas sæpe Stilicho cumulavit cædibus sanguineis;* et *vos*, o *fluvii Thraciæ, qui convertistis aquas in cruorem copiosum.* O *Bisaltæ, aut* vos *qui proscinditis* cum *bobus vestris Pangæa rura, narrate, quot cassides putrefactæ disrumpantur* inter *glebas sub aratro occurrentes, vel qualia ossa ingentia Regum interfectorum sonent contra rastros!* Equidem *vellem recensere omnia: sed copia major factorum obruit nos, et opprimimur* velut *fluctu immenso rerum laudandarum. Pater* Theodosius, *post prælia tyranni* Eugenii *interfecti, jam orbe credito tibi, ascenderat* in *cælum.* Tum

—130 *umbrosum Rhodope* Moret. pr.—131 *Euri* vel *Hæmi* Oxon. sec. *valles gelidæ* Pric. *cruentus* Pat.—133 *longo mutastis* Med. sec. *mutatis* Pric. Put. Petav. sec. *vultus* Vat. sec. m. pr.—134 *Discite* Rott. Put. Mazar. Bonon. Med. tert. Lov. duo Petav. *hæc altæ* Var. LL. ed. Antv. *Bisaltem* Jun. pr. *Pandea* Oxon. sec. *Pongæa* Med. sec. *juventus* Pal.—135 *offensæ quanto* ed. Vicet. *obsesso* Exc. Læti. *offenso* vel *effosso* Vat. pr. Pric. Moret. sec. *offensis quantis* legebat Heins. *quanto* Exc. Læti. *quantæ* Med. sec. *nomine* Rott. *vomere* Exc. Læti.—136 *galeæ glebis* Vat. sec. *qualia regum Ossa p. r. i. rastris* Ambr. sec.—137 *resonant* Lov. Put. Tholos. Petav. tert. inc. Heins.—139 *laudemque* Moret. sec.—140 *Obstruimur* Rott.—141 *concesserat* Var. LL. ed. Antv. *æthera* Exc. Lucens. pr. *æquora* Exc. Læti et ed. Vicet.—

NOTÆ

merium, ob montes circumstantes densissimis tenebris involuti.

130 *Rhodope*] Mons Thraciæ, sicut et *Athos*, *Hæmus*, et *Pangæus.*

134 *Bisaltæ*] Populi sunt Scytharum qui equorum sanguine cum lacte mixto aluntur.

137 *Immania*] Ex ossibus magnis magnam staturam intellige: et talem barbarorum Regibus affingebant veteres.

139 *Undis*] Tanta est rerum in Stilichone laudandarum copia, ut ipsa multitudine sese invicem sequente, velut undis et fluctibus immensis sibi invicem succedentibus, obruamur.

140 *Tyranni*] Eugenii, qui cum Argobaste suo deletus est, ut supra notavimus.

142 *Ancipites lapsus*] Pondus lapsu ancipiti et periculoso vacillans: *ruituro culmine*, id est, ruinam minitante.

Æquali cervice subis. Sic Hercule quondam
Sustentante polum, melius librata pependit
Machina, nec dubiis titubavit signifer astris,
Perpetuaque senex subductus mole parumper
Obstupuit proprii spectator ponderis Atlas.
Nulli barbariæ motus, nil turbida rupto
Ordine tentavit novitas, tantoque remoto
Principe mutatas orbis non sensit habenas.
Nil inter geminas acies, ceu libera frænis,
Ausa manus certe: nec tantis dissona linguis
Turba, nec armorum cultu diversior unquam
Confluxit populus: totam pater undique secum

fers humeris paribus pondus periculosum Imperii fastigio labante. Ita, Hercule olim sustinente cœlum, moles firmius effulta suspensa est, neque Zodiacus vacillavit, sideribus caducis, et Atlas longævus subtrahens se *tantisper machinæ æternæ, attonitus* stetit *considerans onus suum. Incursiones nullæ Barbarorum, novitas turbulenta nihil ausa est, ordine everso, et tanto Imperatore* Theodosio nobis *erepto. Mundus non sensit mutationem Imperii. Nihil sane* ulla *cohors, tanquam liberata* a *servitute, suscepit inter duos exercitus. Neque multitudo discors tot linguis, neque unquam populus dissimilior differentia armorum convenit. Parens* Theodosius

142 *Præcipites* conjecerat Heins. *culmina* Vat. pr. m. pr.—144 *mediis* Rott.—145 *non* Florent.—146 *seductus* Put. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. item Oxon. Sched. Gud.—147 *Obstipuit* Exc. Læti. *spectati* Pat. *mirator* Pal. Thuan. Med. pr.—148 *Nil ibi* Exc. Læti. *Nulli* Leid. pr. et major Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *barbariæ* Lov. Exc. Læti. *barbarici* Pric. *barbarii* Vat. pr. Rott. Oisel. Florent. Moret. pr. *turpida* Med. sec. *rupto* quatuor Vatt. Pric. m. sec. Oisel. Exc. Læti. *rapto* Jun. et Med. pr. Put. Thuan. *ruptis* Rott. —149 *turbavit novitas* Florent. m. sec.—150 *ubi sensit* Pal. *sentit* Pric. Thuan. Moret. sec.—151 *ceu libera frenis* Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Var. LL. e marg. Parm.—152 *non tantis* Moret. sec. *signis* Reg.—154 *Influxit* Reg. *Influxit* vel *Confluxit* Oxon. pr. Heinsius notaverat hoc desumtum esse ex Lucan. l. III. 288.

NOTÆ

143 *Æquali*] Cervice nusquam inclinante, ea firmitudine qua Imperium sustentarat Theodosius.

Hercule] Atlas senio defessus dicitur Cœlum Herculi dedisse sustinendum. Id quod Poëtæ finxerunt, ex eo quod Atlas Astrologus optimus Herculem docuisse Astrologiam memoretur.

149 *Novitas*] Stilichone Imperium administrante, nulli Barbarorum motus, nullæ novæ res extiterunt; non ordo subvertitur; immo sic reguntur omnia, ut, mortuo Theodosio, nulla mutatio sentiatur.

151 *Libera frænis*] Post mortem principum sæpe turbatur, sed tamen post mortem Theodosii nulla cohors, tanquam excusso imperio, quicquam ausa est in utroque exercitu Orientis et Occidentis: omnia pacavit reverentia Stilichonis.

Moverat Auroram. Mixtis hic Colchus Hiberis,
Hic mitra velatus Arabs, hic crine decoro
Armenius; hic picta Saces, fucataque Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus;
Hic Rhodani procera cohors, hic miles Alanus
Oceani. Ductor Stilichon tot gentibus unus,
Quot vel progrediens vel conspicit occiduus Sol.
In quo tam vario vocum generumque tumultu

eduxerat secum undequaque Orientem universum. Hic Colchus Hispanis permixtis; hic Arabs cinctus mitra; hic Armenius cæsarie pulchra; illic Saces statuerat tabernacula picturata, et Medus cerussata, et Indus ater ornata *gemmis. Hic catervæ altæ Rheni; illic milites nutriti* ad *Oceanum. Stilicho Dux solus tot populis, quot Sol vel oriens videt, vel occidens. In qua turba tam diversa linguarum, et*

—155 *mistis* vel *mixtus* Oxon. pr. *hinc Colchus* Moret. sec. *sic Colchus* Med. tert: *tibi Colchus* Pal. Med. pr. unde *ibi* corrigebat Heinsius, qui ascripserat margini *Scotus*, ex libro an conjectura, dubium. *ibernis* Med. sec. m. pr.—156 *Hinc...hinc* Moret. sec. Lov. *velatur* Florent. *cum crine* Lov. Med. tert. inc. Heins. Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. ed. Vicet. *decoro* Exc. Læti. *decorus* viginti quatuor Codd. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *cum crine decorus* Jun. pr. Med. quart. duo Oxon. *cum crine decoro Armenius* ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *decoris Armeniis* Leid. pr. Petav. sec. Med. tert. inc. Heins. Lov. Moret. sec. duo Ambr. Exc. Schotti et Gevart.—157 *hinc* Moret. sec. *pacta* Tholos. *Saces* Florent. *Sages* duo Vatt. Pal. Farn. Med. pr. Jun. et Leid. pr. Exc. Læti. *seges* Med. quart. *Asares* Rott. *Asaces* Oxon. pr. Lov. Ambr. sec. Reg. Petav. sec. Med. tert. inc. Heins. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *Fages* Petav. tert. *fugataque* Vat. pr. m. pr. *suleacaque* Pat. Moret. pr. *furcataque* Med. tert. *fuscataque* Leid. pr. m. sec. quatuor Vatt. Pal. Farn. Florent. m. sec. duo Med. Put. Thuan. Mazar. duo Petav. et Ambr. Bonon. Jun. et Oxon. pr. Moret. sec. *fuscataque* vel *fucataque* Reg. Oxon. pr.—158 *Hinc* Moret. sec. Med. tert. *fixerit* Moret. sec. *finxerat* Leid. pr. Thuan.—159 *Hinc* Moret. sec. *Alanus* Leid. pr. cum viginti aliis, Exc. Schott. Gevart. et Var. LL. ed. Antv. *Alenus* Sched. Gud. *alumnus* Florent. Med. sec. atque ita legit Gevartius in literis ad Heinsium datis. sic etiam Gesn. et ed. Bipont. *alunnus* Vat. pr. m. pr. Farn. Rott. Pric. m. sec. Exc. Læti. *alunnus* vel *alumnus* Vat. tert. *alumnus* vel *Alanus* Petav. pr. Oxon. sec. Lov. item Mazar. qui post *Alanus.* τελείαν στιγμὴν habet.—160 *unum* Farn.—161 *Quot* Pal. Pric. m. sec. *Quod* Vat. pr. m. pr. *Quæ* inc. Heins. *Quos* duo Vatt. Pric. m. pr. Rott. Put. Ambr. sec. *Quas* Leid. pr. m. sec. cum septem aliis et Exc. Læti.—162 *jam vario* Petav. sec. Var. LL. ed.

NOTÆ

155 *Colchus Hiberis*] Colchi et Hiberi populi sunt Asiæ juxta Pontum Euxinum. Hiberi vero, ab Hispania seu Hiberia huc trajecti, sunt populi juxta mare Caspium: hodie Georgi dicuntur.

156 *Mitra*] Gestamen antiquum mulierum, unde et Arabes ut molles carpuntur.

157 *Armenius, Saces, Medus*] Populi Asiæ nobiles.

158 *Gemmata*] Indi gemmis illustres.

159 *Procera*] Accolæ Rheni sunt staturæ procerioris, ut Germani, Batavi, &c.

Tanta quies, jurisque metus servator honesti,
Te moderante, fuit, nullis ut vinea furtis,
Vel seges exsecta fraudarit messe colonum:
Ut nihil aut sævum rabies, aut turpe libido
Suaderent; placidi servirent legibus enses.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum;
Utque ducum lituos, sic mores, castra sequuntur.
Denique victrices aquilas quocumque moveres,
Arebant tantis epoti millibus amnes.
Illyricum peteres, campi montesque latebant:
Vexillum navale dares, sub puppibus ibat

nationum tanta pax et tantus *justitiæ timor custos honestatis extitit, te regente, ut nec vitis fefellerit agricolam ullis latrociniis, nec seges messe succisa: ut nec ira impelleret ad ullam crudelitatem, nec lascivia ad ullam turpitudinem; utque gladii pacati obtemperarent legibus. Nimirum exempla rectorum fluunt in* animos *populi, et quemadmodum exercitus sequuntur tubas ductorum* suorum, *ita* et sequuntur *vitam. Demum quocumque verteres aquilas triumphantes, fluvii exhausti tanta multitudine siccescebant. Si tenderes in Illyriam, agri et montes delitescebant* sub exercitu. *Si juberes signum navale, mare Ionium occultabatur sub navibus.* Ce-

Antv. *tot* vel *tam* Oxon. pr.—163 *generisque* Vat. quint. *jurisque* vel *generisque* Med. pr.—164 *non ullis vinea* Lov.—165 *Aut* Vat. Livin. *Ut* ed. Vicet. *Vel* Leid. pr. Jun. pr. Florent. duo Oxon. quatuor Med. *ereptis* Med. pr. *erepta* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti. *erecta* Jun. pr. Ambr. sec. Put. inc. Heins. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *execta* Rott. *Exsecta* Med. sec. *fraudetur* Pric. m. pr. *fraudaret* omnes Vatt. Pal. Rott. Exc. Læti. *fraudavit* Petav. sec. Med. tert. Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *fraudarit* Leid. pr. Exc. Gevart. atque ita legebat Heins.—166 *Ut nil* duo Vatt. Petav. pr. Tholos.—167 *Suaderet* omnes Vatt. Pric. Exc. Læti. *Suaderent* Leid. pr. et plurimi alii. item Exc. Gevart. *Suaserit ut* inc. Heins. Ambr. sec.—168 *Solis in vulgus* Moret. sec. *manent* Med. sec.—169 *Atque* inc. Heins. *mores sic* Vat. sec. *arma* Moret. pr.—170 *victrices* Put. Pat. *felices* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *quacumque* Moret. pr. *moveris* Lov.—171 *Ardebant* Put. Pat.—172 *Illyriam* Moret. pr. *Iluricum* Exc. Læti.—173 *irent* Ma-

NOTÆ

163 *Juris metus*] Metus et pudor eximii sunt virtutum custodes; qui ne violentur a militibus, valde providendum est. Ideoque milites severiore disciplina sunt coërcendi. Ita 'Sertorius, ut disciplinam exemplis stabiliret, cohortem, propter obscœnitatem morum, et immodicas rapinas, ad unum interfecit.' Alexander ab Alexandro.

167 *Enses*] Non obediunt enses, sed qui enses ferunt, obediunt, serviuntque legibus. Cicero: 'legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.'

168 *Exempla*] Milites componuntur ad exemplum sui Imperatoris.

172 *Illyricum, Ionium*] Supra de his diximus.

173 *Vexillum*] Vexilli propositio indicium belli erat.

Ionium. Nullis succincta Ceraunia nimbis,
Nec juga Leucatæ feriens spumantia fluctu
Deterrebat hyems. Tu si glaciale juberes
Vestigare fretum, securo milite ducti
Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi.
Si deserta Noti, fontem si quærere Nili,
Æthiopum medios penetrassent vela vapores.
Te memor Eurotas, te rustica Musa Lycæi,
Te pastorali modulantur Mænala cantu,
Partheniumque nemus, quo te pugnante resurgens

raunia nullis circumdata nubibus avertebant te, *neque tempestas percutiens undis culmina spumosa Leucatæ. Tu si imperares penetrare mare glaciale, remi vel inviti impulsi* à *militibus audacibus concuterent maria septemtrionalia. Si imperares* eos *petere solitudines plagæ Australis, et originem Nili, carbasa trajicerent calores medios Æthiopum. Eurotas recordatus* tui, *te agrestis Musa Lycæi,* et *Mænala canunt te carmine pastoritio, et sylva Parthenia* canit te; in *qua* sylva *afflicta*

zar.—174 *nullum* Put. Reg. duo Oxon. et Petav.—175 *vaga* Rott. Med. pr. et sec. m. pr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *juga* vel *vada* Oxon. pr. *juga* vel *vaga* Pric. Reg. *Leucatæ* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. tres Petav. et Ambr. ed. Vicet. Exc. Lucens. pr. *fumantia* Rott. Med. sec. *fluctus* Exc. Gevart.—176 *Deterreret* Moret. sec.—177 *limite* Moret. pr. *remige* Thuan. *milite* Florent. *milite* vel *remige* Med. pr. *milite ducto* Ambr. sec. *ductum* Tholos. Exc. Gevart. *ductu* Oxon. pr. *ducti* vel *ductu* Lov.—178 *quererent* inc. Heins.—179 *frontem* Rott. Med. sec. m. pr. Petav. sec.—180 *penetrarent* duo Vatt. Petav. pr. Reg. Ambr. et Oxon. pr. *tela* Rott. Jun. a m. pr.—181 *Te canit* Moret. pr. qui et *mystica musa. Lyceum* Thuan. *Leæi* Mazar. *Liceti* Lov.—182 *moderantur Mænala curru* Vat. quart. *cultu* Pat.—183 *quia te* Reg. *quod te* Leid. pr. Jun. pr. Oxon. sec. Pal. Farn. quatuor Vatt. *quæ* Ambr. pr. *quo* Med. tert. *q* Rott. Vat. quart. *quæ,*

NOTÆ

174 *Ceraunia*] Montes, seu alti scopuli Epiri in Græcia, sic dicuntur, ἀπὸ τοῦ κεραυνοῦ, *a fulmine,* quod sæpius fulmina feriant hos montes.

175 *Leucatæ*] Leucates est promontorium Acarnaniæ in Epiri parte.

176 *Glaciale*] Mare glaciale est in extremo Septemtrione, diciturque aliter mare pigrum, Chronium, seu Saturnium, ob Planetam Saturnum ibi potentius dominantem.

179 *Deserta Noti*] Si jubeas ire milites tuos ad extremas Africæ solitudines, penetrabunt calores Æthiopum sub zona torrida, quæ media est, et quæ vergit ad Notum seu Meridiem.

Fontem Nili] Fons Nili tum latebat, hodie patet; scimus quippe Nilum oriri ex duobus fontibus supra lacum Dambeam.

181 *Eurotas*] Fluvius Laconiæ, testis laborum Stilichonis.

Lycæus, Mænalus] Montes Arcadiæ.

183 *Parthenium*] Parthenia Arcadiæ sylva, ἀπὸ τῶν παρθένων, *a virginibus,* quæ ibi sacra Veneri facere solebant.

Ægra caput mediis erexit Græcia flammis.
Plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon
Hæsit, et Alpheus Geticis angustus acervis
Tardior ad Siculos etiamnum pergit amores.
Miramur rabidis hostem succumbere bellis,
Cum solo terrore ruant? Num classica Francis
Intulimus? Jacuere tamen. Num Marte Suëvos
Contudimus, quis jura damus? Quis credere possit?
Ante tubam nobis audax Germania servit.
Cedant, Druse, tui, cedant, Trajane, labores.

Græcia, resuscitata, te dimicante, sustulit caput ex *ignibus mediis. Tum Ladon Arcadicus constitit inter multa cadavera, et Alpheus arctatus cumulis Getarum, redit etiam lentior ad amores* Arethusæ *Siculæ. An obstupescimus hostem opprimi præliis violentis, cum vincatur solo pavore? Num indiximus bella Francis? Victi sunt tamen. Num perculimus pugna* aliqua *Suevos, quibus imponimus leges? Ecquis possit credere? Germania animosa famulatur nobis ante prælium. Victoriæ tuæ cedant* victoriis Stilichonis, o *Druse, et* tuæ, o *Trajane. Quicquid fortitudo*

quod, vel *que* Oxon. pr.—184 *flammis* Exc. Lucens. pr. *campis* Farn. Petav. sec. duo Ambr. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. et Schotti. *flammis* vel *campis* Reg. Med. quart. Exc. Læti. Heinsius conjecerat *damnis*, ut scriptum antea fuerit *dampnis*.—185 *cornua* vel *corpora* Med. pr. *Lado* Vat. tert.—186 *Alphæus* Exc. Lucens. pr. *Enipheus* ed. Vicet. *augustus* Florent.—187 *Tardius* Vat. quart. Pal. Rott. duo Med. Thuan. Petav. pr. m. pr. Ambr. sec. Moret. pr. Jun. Oxon. sec. m. pr. *in Siculos* Med. sec. *etiamnum* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *etiam non* Moret. sec. *etiam nunc* Vicet. Parm. Ald. et al.—188 *Miratur* Tholos. Jun. pr. m. sec. *rabidis* ed. Vicet. *rapidis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *hostes* Var. LL. ed. Antv. *alios* pro *hostem* Moret. pr.—189 *ruat* Vat. tert. Med. sec. *num classica* Vat. pr. Lov. Oxon. pr. Reg. Petav. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart. *non* quatuordecim alii, Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *nunc* Exc. Læti. *nec* Vat. sec. Pal. Mazar.—190 *latuere* Pric. Rott. Oisel. *jacuere* vel *latuere* Vat. quart. *num* Vat. pr. et tert. Pric. Reg. Petav. sec. Ambr. tert. Lov. Oxon. pr. Exc. Gevart. *nec* Pal. *non* Florent. cum viginti aliis, Exc. Læti et Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *non marte* vel *sine Marte* Jun. pr. *nos Marte* Isingr. Junt. Gryph. *morte* Med. quart.—191 *Contulimus* Vat. pr. m. pr. qui et *quod jura* exhibet. *thura* Rott.—192 *tubas* Petav. pr. duo Vatt. *cessit* Pric. *servis* Farn. *servit* vel *cessit* Oxon. pr.—193 *Cedunt* Vat.

NOTÆ

185 *Parrhasius Ladon*] Fluvius Arcadiæ, dictus Parrhasius, quia olim Arcadia dicebatur *Parrhasia*.

186 *Alpheus*] Fluvius Elidis, qui per subterraneos meatus dicitur fluere ad Arethusam fontem Siciliæ: hinc poëtis celebrantur Alphei et Arethusæ amores.

189 *Terrore*] Instar Alexandri, qui plures nationes nominis sui terrore, quam armorum vi, subegit.

Classica] Bella: signum pro re signata. Sic et *ante tubam*, id est, ante bellum.

190 *Suëvos*] Populos ad oras Danubii.

193 *Druse, Trajane*] Drusus pater Germanici, et Trajanus Imperator,

Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilichon: totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis;
Quem ferro, alloquiis, quem vos cum milite, solus:
Impiger a primo descendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, et juncta paludibus ora,
Fulmineum præstrinxit iter. Ducis impetus undas
Vincebat celeres, et pax a fonte profecta
Cum Rheni crescebat aquis. Ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges,
Qui nec Principibus, donis precibusve vocati,
Paruerant, jussi properant, segnique verentur
Offendisse mora. Transvecti lintribus amnem

vestra perfecit, periculo ancipiti, Stilicho velut *transiliens* id *perfecit, et subegit Rhenum tot diebus, quot vos in annis valuistis* subigere. *Quem* Rhenum vos subegistis *armis*, ille *verbis; quem vos cum exercitu, ille solus alacer, delabens a primis fontibus fluvii usque ad fines bipartitos, et* ad *ostia conjuncta paludibus, præripuit viam rapidissimam. Celeritas ductoris superabat celeritatem aquarum, et pax incipiens ab origine, augebatur cum aquis Rheni. Reges flavi, capite capillato, nomina olim magna, qui non obediverant Imperatoribus, etsi excitati muneribus et precibus, festinant* nunc *imperati, et timent lædere* te *cunctatione pigra. Trajicientes fluvium*

sec. *Trojane* Thuan. *enea* Var. LL. ed. Antv.—194 *domus* Ambr. pr. Sched. Gud. *certamine* Med. sec.—196 *Rhetim* Put. *quod* pro *quot* Vat. pr. m. pr.—197 *Quem vos* Exc. Læti m. pr.—198 *decedens* Thuan.—200 *Fulmineum* Lov. duo Vatt. Exc. Læti. *Flumineum* Leid. pr. et major pars Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Flumineum* vel *Fulmineum* Petav. pr. Reg. Oxon. pr. *præstrinxit* Pric. Reg. m. sec. *perstrinxit* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Exc. Læti. *perstringit* Oisel. *præstringit* vel *perstrinxit* Oxon. pr. *perstringit* vel *produxit* Jun. pr.—201 *pax ipsa* Ambr. tert. unde *pax ipso a fonte* legebat Heinsius. *fronte* Farn. Pric. Rott. Ambr. pr. Petav. sec. Oxon. sec. inc. Heins. *fonte* vel *fronte* Reg. Oxon. pr.—202 *In Rheni* Petav. sec. *equis* Ambr. pr. *Saugnta* pro *ingentia* Pat.—203 *Numina* Exc. Gevart. *crinifero* Ambr. pr.—204 *non* Pric. *nec* Rott. Exc. Læti. *precibusve* Petav. tert. *precibusque* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *vocatis* Pric. Pat. *vocari* Exc. Læti.—205 *Paruerant* Vat. pr. et tert. Rott. Exc. Læti, Schotti et Lucens. pr. *Paruerint* tres Vatt. Farn. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. Put. Reg. Mazar. Med. quart. Bonon. Pat. Tholos. inc. Heins. duo Petav. tres Ambr. ed. Vicet. *Paruerunt* conjiciebat Heins. *visi* Petav. sec. *segnesque* Mazar.—206

NOTÆ

maximas res in Germania gesserunt.

199 *Ad bifidos tractus*] Ubi Rhenus finditur in duo cornua, Vahalim scilicet, et Isalam, ubi est etiam *Canalis Drusi.*

Juncta paludibus ora] Intelligit Bataviam.

200 *Fulmineum*] Stilicho sibi aperuit, leviterque rapuit viam celerem, fulminis instar.

Occursant ubicumque velis. Nec fama fefellit
Justitiæ: videre pium, videre fidelem:
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat, et fœda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoque rogant, quam si post terga revincti
Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.
Omne, quod Oceanum fontesque interjacet Histri,
Unius incursu tremuit. Sine cæde subactus
Servit io Boreas, exarmatique Triones.
Tempore tam parvo tot prælia sanguine nullo
Perficis; et Luna nuper nascente profectus,
Ante redis quam plena fuit, Rhenumque minacem

naviculis, advenient quocumque jubes. Neque fama justitiæ tuæ *decepit* eos; *agnoverunt* te *justum, agnoverunt fidelem, et Germanus revertens dilexit, quem formidavit adveniens. Illi* Germani *formidabiles, qui semper solebant vendere pacem, et negotiari quietem lucro ignominioso, nunc* filiis suis datis *obsidibus, orant pacem, facie tam humili et captiva, quam si ligati post terga intrent turres Tarpeias, capite demisso.* Id *omne quod situm est inter Oceanum et originem Danubii, horruit adventu unius Stilichonis. Aquilo domitus sine sanguine famulatur io, et Triones subacti* sunt *armis.* Tu *peragis tot bella tam brevi tempore, et absque cruore, et egressus nuper Luna crescente, prius reverteris, quam plena foret, et cornibus ruptis subigis Rhenum torvum ita*

Ostendisse Tholos. *transecti* Pal. Farn.—207 *Occurrunt* Mazar. *Concursant* Farn. *Obscurant* Jun. pr. *utrimque velis* Pat. *velit* Vat. pr. et Vat. Livin. *velint* Rott.—209 *Germania* Exc. Læti m. pr. *amabat* Ambr. sec.—211 *mox cæde* Med. quart.—212 *jam simplice* Jun. pr. Ambr. sec. *cum supplice* Tholos.—213 *Capturoque* Leid. pr. *vocant* inc. Heins. *post bella* Ambr. pr. *per terga* inc. Heins. *revicti* Reg.—214 *subeant pressis* duo Vatt. Rott. Petav. pr. Moret. sec. *subeunt* Petav. sec. *aras* Vat. quint.—215 *Oceani* Oxon. sec. *fontique* Tholos. Jun. pr. Oxon. et Petav. sec. duo Ambr. *fontemque* tres Vatt. Farn. Exc. Læti, Lucens. pr. et ed. Vicet. *fontesque* viginti alii.—216 *timuit* Florent. Moret. pr. *coactus* Florent. m. pr. Lov.—217 *Servit io* Ambr. tert. *Servicio* quatuor Vatt. Pric. *Servitio* Gesn. ed. Bipont. et Kœnig.—218 *Jam parvo* Petav. tert. *tam pauco* Med. tert.—219 *Conficis* vel *Perficis* Oxon. pr. *ut luna* Med. sec. *semper* Ambr. sec.—220 *plena* Farn. Thuan. Exc. Læti. *tanta* Petav. tert. m. pr. *tota* Leid. pr. et maxima Codd. pars, nec non Exc.

NOTÆ

214 *Tarpeias*] Non aliter ac si ducerentur in triumpho, et in Capitolium traherentur. Capitolium dicitur Arx Tarpeia, a puella Tarpeia, quæ a Tatio, cui arcem prodiderat, obruta est. Adeo proditorem oderunt etiam qui proditorem faciunt!

217 *Boreas*] Servit Boreas, et Triones, id est, regiones Septemtrionales subactæ sunt.

Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Ut Salius jam rura colat, flexosque Sygambrus
In falcem curvet gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quæ sit Romana requirat.
Ut jam trans fluvium, non indignante Caüco,
Pascat Belga pecus, mediumque ingressa per Albin
Gallica Francorum montes armenta pererrent:
Ut procul Hercyniæ per vasta silentia sylvæ
Venari tuto liceat, lucosque vetusta

mitigari, ut jam Salii excolant arva, et Sycambri sinuent enses curvatos in falcem, et viator cum spectet littora duo, petat quodnam sit Romanum. Ut jam Belga nutriat pecora ultra flumen, Cauco non irascente, et armenta Gallica prætereuntia per Albim medium peragrent colles Franconiæ: ut permittatur venari longe per solitudines silentes sylvæ Hercyniæ, et ut *secures nostræ percutiant tuto nemora*

Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. item Florent. cum glossa *i. e. plena. tota* et superscriptum *plena* Reg. *fuit* vel *micet* Oisel. *minantem* inc. Heins. —222 *Salius* Petav. sec. Med. tert. inc. Heins. duo Ambr. Var. e LL. marg. Parm. *Suevis* Pat. *Suevus* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. Ambr. sec. Lov. Oxon. sec. ambo Moret. Ald. Exc. Læti et Var. LL. ed. Antv. *Salius* vel *Suevus* Reg. Oxon. pr. *jura* Vat. pr. m. pr. Pric. m. sec. Oisel. *tuta* Thuan. *flexusque* Vat. pr. Pal. Pric. duo Medd. Jun. pr. Oxon. sec. *Sicambris* ed. Vicet. *Sicambrus* Florent. duo Medd. *Sigrambus* Oisel. *Sycambrus* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. *flexusque Sicambrus* Thuan. Mazar. *Sicambri* Gesn. et ed. Bipont.—223 *falces* Vat. sec. *cuneant* Exc. Læti. *curvet* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Jun. et Petav. pr. Oxon. sec. Mazar. Florent. duo Medd. *curvent* Gesn. et ed. Bipont.—224 *Cum rideat* Put. *videant* Ambr. tert. *quæ* vel *an sit* Vat. pr. *sint* Pric. *requirit* Vat. sec. Rott. Oxon. pr.—225 *Cayco* Ambr. tert. Exc. Læti. *Caycho* Florent. Med. sec. *Caicho* Vat. sec. Farn. Med. quart. *Coicho* Reg. *Caischo* Leid. pr. *Cahico* Vat. tert. Pal. Thuan. Med. pr. *Caico* Put. Petav. pr. duo Vatt. ambo Moret. *Chaico* Pric. Rott. Tholos. Petav. tert. *Cheruco* Var. LL. e marg. Parm. *Chauco* vet. Gyr. *Chaucho* Oisel. *Caucho* Vat. pr. Med. tert. Bonon. Ambr. pr. Petav. sec. *Caicho* vel *Chauco* Lov. *Chayco* vel *Chenicho* inc. Heins. *Caico* vel *Cherucho* Ambr. sec. —226 *Belca* Rott. Med. sec. *Albim* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *Albin* Reg. Bonon. Moret. sec. inc. Heins. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Album* Thuan. Petav. pr.—227 *fumorum* Rott.—228 *Hirciniæ* Lov. *Entheriæ* inc. Heins.—229 *Vernari* Med. sec.—230 *In regione* Vat. pr. et tert. m. sec.

NOTÆ

221 *Cornibus infractis*] Fracta obstinatione populorum.

222 *Salius, Sygambrus*] Salii populi accolæ fluvii Salæ in Franconia: Sycambri vel Sygambri populi Ubiorum veterum versus Coloniam.

225 *Caüco*] Cauci accolebant Albim, et Belgas sæpius infestabant.

227 *Gallica Francorum*] Galli et Franci distinguebantur. Galli erant qui Gallias usque ad Rhenum et ulterius protensas incolebant: Franci vero erant populi Franconiæ.

228 *Hercyniæ*] Sylva Hercynia late olim per Germaniam sparsa, nunc vero in montibus Bojohæmis, etsi magna quoque est, longe est tamen angustior.

Religione truces, et robora Numinis instar
Barbarici nostræ feriant impune bipennes.
Ultro quin etiam devota mente tuentur,
Victorique favent. Quoties sociare catervas
Oravit, jungique tuis Alamannia signis!
Nec doluit contemta tamen, spretoque recessit
Auxilio laudata fides. Provincia missos
Expellet citius, fallax quam Francia Reges,
Quos dederis. Acie nec jam pulsare rebelles
Sed vinclis punire licet. Sub judice nostro

crudelia, religione antiqua, et percutiant *quercus,* quæ erant *sicut Dii Barbarorum. Præterea spectant* nos *sponte, animo addicto, et student domitori suo. Quoties Alemannia rogavit conjungere turmas* suas, *et asciscі vexillis tuis? Neque tamen spreta gemuit, et fidelitas* ejus *probata rediit subsidiis* ejus *contemtis. Provincia ejiciet potius fasces* ad se *missos, quam Francia* ejiciat *Reges, quos imposueris* ipsi. *Neque jam fas est confundere rebelles* cum *exercitu, sed mulctare catenis. Sub Consule nostro* Stilichone *carcer Romanus examinat sce-*

sacros Vat. sec. *robora* duo Med. *robur* Vat. tert. Pal. Oisel. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. Oxon. pr. *robur* vel *robora* Vat. pr. *muneris* inc. Heins. —231 *vestræ* Mazar. *feriant* duo Med. *feriunt* Pric. Oisel. Pal. Florent. Thuan. Med. pr. *secures* inc. Heins. duo Ambr.—232 deest hic versus Rott. —233 *ferunt* Med. tert. *favens* Med. sec. *resonare catervis* Pal. Med. pr. et sec. m. pr. *saciare* Pat.—234 *Alamannia* Vat. pr. *Alamania* Exc. Lucens. pr. *Alemannia* quatuor Vatt. *silvis* Vat. tert. m. pr.—235 *Sed doluit* Med. quart. *scriptoque* Farn.—236 *missos* quatuor Vatt. Oisel. *Mysos* Exc. Læti, ed. Parm.—237 *Expellit* Pric. Pal. duo Med. Thuan. Ambr. pr. Moret. sec. *Expellat* legebat Heins. hi duo versus manu recenti ascripti erant in Vat. pr. *certa fallax* Bonon. *fasces* Leid. pr. duo Vatt. Pal. Florent. duo Medd. Jun. pr. Vat. Livin. duo Oxon. ambo Moret. Ald. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *fallax* Vat. sec. Med. tert. Put. Reg. Ambr. pr. Petav. sec. inc. Heins. Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet. *fasces* vel *fallax* Vat. quart. Petav. pr. *Francia numen* Med. tert. m. pr.—238 *dederis feriat* Ambr. sec. *dederit* Bonon. Pat. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Ambr. pr. Exc. Gevart. *acie* Florent. Med. sec. *dederit servat* Oxon. sec. *dederit servet* Oxon. pr. *servat* Leid. pr. tres Med. Put. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Jun. pr. inc. Heins. duo Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *servet* Leid. sec. Reg. Mazar. *servat* vel *servet* Petav. pr. *servat* vel *feriat* Florent. *acie nec jam* Vat. tert. Oisel. Vat. Livin. *non jam* Med. pr. Thuan. *nec* Leid. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Lov. ambo Moret. Exc. Gevart. *rebellis* Oisel. Put. Pat. Petav. sec. duo Ambr.—239 *Nec pœnis* Vat. quint. *licet* Pat. duo Ambr. *libet* Vat. sec. Moret. sec. *decet* Reg. Ambr. pr. *vestro* Flo-

NOTÆ

230 *Truces*] Sylvæ erant crudeles religione, quæ jubebat homines Dianæ immolari.

Numinis] Arbores, ut numina quædam colebant Germani Gallique: Sanctus Martinus in Gallia fanum diruit, et pinum fano proximam, monuitque nihil esse religionis in stipite.

234 *Alamannia*] Accolas Danubii Rhenique intelligit Claudianus.

Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomeres Sonnoque docent: quorum alter Etruscum
Pertulit exilium; cum se promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone suorum:
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis, et ingenio scelerumque cupidine fratres.
Post domitas Arctos alio prorumpit ab axe
Tempestas; et, ne qua tuis intacta tropæis
Pars foret, Australis sonuit tuba. Moverat amens

lera Regum. Marcomeres et Sonno id *testantur; quorum alter passus est exilium* in *Thuscia, et alter cum sponderet se vindicem* fore *exulis, occisus est gladiis suorum.* Illi ambo *cupidi* erant *moliri res novas, et sævientes odio pacis, et fratres indole et cupiditate criminum. Post Septemtrionem subactum, procella* belli *erumpit ab altero cardine, et ne qua regio inaccessa victoriis tuis remaneret, buc-*

rent.—240 *Romanis* ed. Vicet. *dequirit* Moret. sec. *descrepsit* Med. quart. *discurrit* Vat. pr. Rott. Pric. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. sec. Lov. duo Ambr. *nomina* Pal. Thuan. *nomina* vel *crimina* Med. pr.—241 *Marchomares* Moret. sec. *Marcomares* Leid. pr. Ambr. sec. Med. tert. Put. Pat. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Marcomanes* Rott. Moret. pr. inc. Heins. Lov. Exc. Læti. *Marcomenes* Vat. quart. Pal. Med. sec. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Marcometes* Bonon. *Marcomeres* Vat. pr. et tert. Pric. Florent. Med. pr. Reg. Thuan. Mazar. Tholos. Ambr. pr. Exc. Gevart. *Marcamanes* Farn. *Marcomyrus* Exc. Læti. *Marthomenes* vel *Marthometes* Med. quart. Heinsius seqq. notaverat. 'Apud Victorem in Antonini vita mentio fit Marcomari Regis Marcomannorum. ejus locus est apud Casaub. ad Hist. Aug. pag. 74.' *Suenoque* Vat. sec. inc. Heins. Ambr. sec. ed. Parm. *Sunnoque* Exc. Lucens. pr. *Sunioque* Ambr. tert. *Summoque* Leid. pr. Med. tert. *Somnusque* duo Vatt. *Sonnoque* Rott. Med. pr. Reg. Put. Moret. pr. duo Petav. Exc. Læti. *Sumpnoque* Med. sec. *Sompnoque* Farn. Florent. Thuan. Mazar. Tholos. Moret. pr. duo Oxon. *Somnoque* Ambr. pr. Bonon. Pat. Petav. sec. *Sopnoque* Med. quart. *Sompnoque* vel *Suenoque* Lov. *Sonnonque* Exc. Læti m. sec. item *Sensoque* vel *Onnoque*. *Fliniusque* vel *Sonnoque* Moret. sec. *docet* Put. Reg. Pat. Tholos. duo Petav. et Ambr. *docent* Leid. pr. Vat. quint. Pal. Farn. Pric. Ald. Exc. Læti et Gevart. *Etruscus* Vat. pr.—242 *auxilium* Med. m. pr.—243 *auctorem* Tholos.—244 *avidas* Vat. quart. Farn. Pric. *conferre* Put. *concire* Petav. pr. Exc. Schott. *conscire* quatuor Vatt. Pal. Pric. Oisel. Exc. Læti et Var. LL. ed. Antv. *fruentes* Rott.—245 *celerique* ed. Vicet. *scelerumque* vel *celerique* Exc. Læti.—246 *domitos* Exc. Gevart. *Arctos* Vat. pr. *arces* Pat. *Alpes* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. *Alpes* vel *Arctos* Lov. *prorumpit* duo Vatt. totidem Med. *prorupit* tres Vatt. Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Medd. Pat. duo Oxon.—248 *move-*

NOTÆ

241 *Marcomeres, Sonno*] Vel Marcomirus et Sunno, tum erant Gallorum Reges; vel eos, priusquam hæc scriberet Claudianus, 'cum Valentinianus multis præliis attentasset, nec vincere potuisset, Francos, id est, feroces, appellavit.' Heinsius ex Chronico Altissiodorensi.

245 *Fratres*] Vel revera fratres, vel pares similesque in omnibus, fratrum instar.

246 *Arctos*] Populos Ursæ subjec-

Maurorum Gildo populos, quibus imminet Atlas,
Et quos interior nimio plaga sole relegat;
Quos vagus humectat Cinyps, et proximus hortis
Hesperidum Triton, et Gir notissimus amnis
Æthiopum, simili mentitus gurgite Nilum.
Venerat et parvis redimitus Nuba sagittis,
Et velox Garamas: nec quamvis tristibus Ammon

cina Meridiana increpuit. Gildo insanus excitaverat gentes Maurorum, quibus Atlas impendet, et quos regio intima usta *Sole ardentiore removet* a nobis; *quos Cinyphs errabundus alluit, et Triton propinquus hortis Hesperidum, et Gir fluvius celeberrimus Æthiopum, imitans Nilum exundatione pari. Nubæ quoque cincti jaculis exiguis advenerant, et Garamantes celeres; neque* Jupiter *Ammon va-*

rat omnes omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *omnis* Exc. Lucens. pr. *amnes* inc. Heins. *amens* Reg. Petav. sec. Bonon. Tholos. Lov. Moret. et Oxon. sec. m. sec. duo Med. tres Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *omnes* vel *amens* Mazar. Oxon. pr.—249 *Gildon* Exc. Læti.—250 *ulterior* Thuan. *interior* vel *ulterior* Farn. Med. pr. *nostro plaga* Tholos. *relegus* Pat. *relegit* Moret. pr.—251 Deest hic versus Med. tert. Put. et Petav. sec. *Quo* Florent. *Gynyps* Leid. pr. *Gynips* Florent. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *Ginyps* tres Vatt. Farn. Pric. Oisel. *Gynipus* Tholos. *Sinips* Med. quart. *Ginis* Med. sec. *Ginip* Thuan. Mazar. *Gipus* Jun. pr. Oxon. sec. *Gnipus* Pal. *Ginipus* Med. pr. *Cinipheus* Vat. quint. Lov. *Ginyps* vel *Ciniphus* Vat. quart.—252 *Gir* Oisel. Exc. Læti et Lucens. *Gyr* Leid. pr. *Gil* Vat. tert. Med. sec. Lov. inc. Heins. Ambr. sec. *Git* Moret. pr. *Gis* Med. quart. ed. Vicet. *Gins* Jun. pr. *Hic* Rott. m. pr. *Ger* Oxon. pr. Petav. sec. Med. tert. Reg. Put. Pat. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *Git* vel *Gir* Exc. Læti m. sec. *novissimus* Pal. Med. pr. Thuan.—253 *gurgite* Vat. tert. *flumine* Farn. *sanguine* Put. Pat. Ambr. tert. Lov. cum glossa, *i. e. origine* Petav. sec. et tert. qui eandem glossam habet, item Exc. Gevart.—254 *Juba* Leid. pr. m. sec. Med. sec. Vat. tert. Rott. duo Oxon. *Viva* Med. pr. Vat. Livin. *Numa* Farn. *Juma* Jun. pr. *Juva* Pal. Oisel. *Nuda* inc. Heins. *Myba* Exc. Læti. *Nuba* duo Vatt. Pric. Florent. Med. tert. vet. Gyr. Lov. Moret. sec. Put. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Schott. Gevart. et Lucens. sec. item ed. Vicet. *Juva* vel *Nuba* Vat. pr.—255 *Garamans* Leid. pr. Oxon. sec.

NOTÆ

tos in Septemtrione: ἄρκτος, *ursa*, signum cœleste.

249 *Atlas*] Mons altissimus Mauritaniæ in Africa.

250 *Relegat*] Qui sunt remoti, et velut relegati ob zonam torridam *nimio sole*, id est, nimis ardente, adustam.

251 *Cinyps*] Fluvius Libyæ; hinc Cinyphius, id est, Libycus. Supra de bello Gild. vs. 8.

252 *Triton*] Palus seu fluvius, ad quem nata Minerva, inde dicta *Tritonia*.

Gir] Fluvius Æthiopum alluit urbem cognominem, ut tradit Ptolemæus. Nonnulli putant esse fluvium *Nigrum*.

254 *Nuba*] Νοῦβαι ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ, *Nubæ gens Libyæ ad Nilum.* Suidas.

255 *Garamas*] Garamantes, populi interioris Libyæ, sicut et Nasamones.

Ammon] Seu Hammon Jupiter co-

Responsis alacrem potuit Nasamona morari.
Stipantur Numidæ campi: stant pulvere Syrtes
Gætulæ: Pœnus jaculis obtexitur aër.
Hi virga moderantur equos: his fulva leones
Velamenta dabant, ignotarumque ferarum
Exuviæ, vastis Meroë quas nutrit arenis:
Serpentum patulos gestant pro casside rictus;
Splendent vipereæ squamosa pelle pharetræ.

luit retinere oraculis, quanquam sinistris, Nasamones lætos. Agri Numidarum replentur: Syrtes Gætuliæ obducuntur pulvere: cœlum obscuratur sagittis Carthaginiensium. Hi Numidæ *regunt equos virga: leones et spolia belluarum incognitarum, quas Meroë pascit* in *desertis immensis, præbebant illis tegmina flava: ferunt ora patentia draconum pro galeis: pharetræ eorum micant exuviis squameis*

nec quisqam Bonon.—256 *potuit alacrem* Vat. sec. *Nasomona* Farn. Petav. sec. *Nomosona* Med. sec.—257 *campi* Vat. pr. Pric. Rott. ed. Parm. ex conjectura. *campis* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. Exc. Læti. *campi* vel *campis* Vat. tert.—258 *Gætules* Tholos. *jaculis Pœnis* Pric. *Pœnus* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Put. Thuan. Lov. m. pr. Leid. pr. et Moret. tres Petav. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *Pœnis* Vat. tert. Exc. Læti. *Pœnus* tres Med. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. tert. Exc. Schott. Lucens. pr. Cod. Rhem. et ed. Vicet. *plenus* undecim alii, Sched. Gud. et Var. LL. e marg. Parm. *Pœnus* vel *plenus* Farn. *plenus* vel *Pœnis* Florent. Petav. pr. m. sec. *intexitur* Jun. pr.—259 *leonis* Put. Pat. *leonum* Vat. sec. *scuta leonis* Exc. Gevart. *scuta leonum* Tholos. duo Ambr. *scuta leonum* et emend. *fulva* Lov. porro sequens versus deerat Put. Jun. pr. Petav. sec. Ambr. tert. item Lov. in quo tamen margini ascriptus erat.—261 *Nemeæ* Med. quart. *nutrit* Exc. Læti. *mittit* Farn. ed. Vicet. *habenis* Petav. sec.—262 *gestat* Med. pr. *patulos gestant* Codd. plurimi, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *pavidos* Exc. Læti, unde *avidos* conjiciebat Heins. *casside* Jun. pr. *Cuspide* Pric. *vultus* inc. Heins.—263 *Pendent* Leid. pr. Jun. pr. duo Vatt. Pric. Oisel. Exc. Lucens. pr. Isingr. *Splendent* Med. pr. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Tholos. Ambr. sec. Lov. Vat. Livin. inc. Heins. ed. Vicet. *Pendent* vel *Splendent* Vat. sec. Florent. Ald. *ex pelle* Ambr. tert. *Splendet viperea pharetra* Med. quart. Bonon. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Ms. Pulm. Exc. Læti et Gevart. *Pendet viperea pharetra* Med. tert. Put. Pat. duo Petav. in Pal. hic versus deerat. Heinsius ascripserat locum Virgil. Æn. I. 'Namque humeris

NOTÆ

lebatur in Libya sub specie arietis, quod sitienti Baccho in desertis Arabiæ, Jovemque patrem imploranti, apparuerit in forma arietis, qui terram pedibus feriens fontem ostenderit. De hoc alibi.

257 *Numidæ*] Populi Africæ, qui sine frænis virga tantum regunt equos: hinc in Virgilio 'Numidæ infræni' dicuntur.

Syrtes Gætulæ] In Gætulia regione Libyæ cumulantur arenarum acervi, quibus homines obruti, ut in mari naufragantur.

258 *Pœnus*] Pœni seu Carthaginenses populi Libyæ.

261 *Meroë*] Vulgo *Gueguere*, insula Nili aquis circumdata.

Non sic intremuit Simois, cum montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon;
Non Ganges, cum tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret bellua Porum.
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli;
Gildo nempe tibi. Nec solum fervidus Austrum,
Sed partes etiam Mavors agitabat Eoas,
Quamvis obstreperet pietas. His ille regendæ
Transtulerat nomen Libyæ, scelerique profano
Fallax legitimam regni prætenderat umbram.
Surgebat varia geminum formidine bellum;

viperarum. Simois non ita timuit, cum niger Memnon promoveret catervas fuscas in *montes Idæ. Non Ganges* sic timuit, *cum bestia portentosa* Elephantus *portaret Porum* in *medio aliorum, Indis torquentibus longe jacula. Porus devictus* est ab *Alexandro, Memnon* ab *Achille, Gildo nimirum a te. Neque* vero *bellum ardens infestabat solam* partem *meridianam, sed imperium quoque Orientis, licet pietas reclamaret. Ille* Gildo *tradiderat his* partibus Arcadii *nomen Libyæ administrandæ, et perfidus præbuerat crimini impio speciem justam Imperii. Bellum*

de more habilem suspenderat arcum.'—264 *contremuit* Vat. sec.—265 *perduceret* Petav. tert. *Mennon* tres Vatt.—266 *undis* Pal. Moret. sec. *inde* Tholos.—267 *Medum* Vat. tert. m. sec. Med. tert. Put. Pat. Jun. pr. Ambr. sec. *Medum* vel *medium* Reg. duo Oxon. *vastaret* Lov. *bellua* Var. LL. ed. Antv. cum glossa *i. e. Camelus.*—268 *Porus Alexandro prostratus, Memnon Achilli* Moret. sec. *Mennon* Vat. pr. et tert. *prostratus Memnon* quatuordecim scripti, Exc. Læti, ed. Parm. et Vicet.—269 *solvit fervidus* Reg. *perfidus* Heins. malit. *Auster* Petav. sec.—270 Deerat hic versus Moret. pr.—271 *regendum* Exc. Gevart. *regundæ* Tholos.—272 *Transtuleret* Med. tert. *Libyæ nomen* Med. quart. *Libyæ partes* Vat. sec.—273 *legitimam* Vat. Livin. *legitimi* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *portenderat* Vat. sec. *protenderat* Oisel. Florent. Med. sec. Petav. tert. Bonon. Tholos. Moret. et Oxon. sec. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *prætenderat* Vat. tert. Pal. Farn. duo Med. Put. Reg. Pat. *prætenderat* vel *protenderat* Tholos. m. sec. duo Ambr. *undam* Pric.—274 *geminum vana* Jun. pr. *varia geminum* Vat. sec. Rott. Oisel.

NOTÆ

264 *Simois*] Nobilis Trojæ fluvius, vix hodie rivus.

Ida] Mons Phrygiæ.

268 *Porus*] Rex Indorum fortissimus, victus est ab Alexandro. *Memnon*, Auroræ filius ab Achille. *Gildo* a Stilichone: egregia comparatio.

270 *Eoas*] Partes seu Imperium Orientis.

271 *Pietas*] Cum reclamaret pietas, vetaretque bella inter fratres Arcadium et Honorium.

272 *Libyæ regendæ*] Gildo dux locupletissimus in Africa, ut jugum Honorii excuteret, finxit se velle transferre Libyam in Arcadium, quasi ad ipsum pertineret regnum Africæ; sed ut sub hac regni specie se firmius tueretur contra Honorium.

274 *Geminum bellum*] Alterum apertum contra Honorium et Occidentem, alterum civile et occultum

Hoc armis, hoc triste dolis: hoc Africa sævis
Cinxerat auxiliis; hoc conjuratus alebat
Insidiis Oriens. Illinc edicta meabant
Corruptura duces: hinc frugibus atra negatis
Urgebat, trepidamque fames obsederat Urbem.
Exitiale palam Libycum; civile pudoris
Obtentu tacitum. Tales utrimque procellæ
Cum fremerent, lacerumque alternis ictibus anceps
Imperium pulsaret hyems, nil fessa remisit
Officii virtus, contraque minantia fata
Pervigil, eventusque sibi latura secundos,

duplex excitabatur metu diverso; unum funestum armis contra Occidentem, *alterum* civile *fraude: Africa* cum *subsidiis crudelibus instruxerat unum* apertum, *Oriens conspirans fovebat alterum* civile *dolis. Ex Oriente edicta proficiscebantur depravatura ductores: in Libya frumento non dato, fames horribilis instabat et oppugnabat urbem Romam timentem.* Bellum *Libycum funestum aperte,* bellum *civile occultum specie pudoris. Turbines ejusmodi cum tonarent hinc inde, et* cum *tempestas dubia quateret Imperium laniatum plagis alternantibus, fortitudo Stilichonis nihil omisit* ex *officio, et excubans contra calamitates impendentes, ac paratura sibi successus prosperos major enituit in adversitate. Quemad-*

geminum varia Leid. pr. cum octodecim aliis et Exc. Lucens. pr. *geminum varia* vel *varia geminum* Oxon. sec.—275 Deest hic versus in Moret. pr.—276 *hic conjuratus* Med. tert.—277 *illic* Pal. duo Med. Put. Thuan. Petav. sec. inc. Heins. *manebant* Ambr. tert. Jun. pr. Oxon. sec.—278 *atra* Vat. Livin. *astra* Moret. sec. *antra* Vat. sec. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. m. pr. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Lov. m. pr. duo Petav. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *ante* Ald. *atra* vel *arva* Pric. *atra* vel *astra* vel *arva* Oxon. pr.—279 *Urgebant* quatuordecim scripti et Var. LL. ed. Antv. *urbes* Pat.—280 *Libye* Rott.—281 *Obtractu* Moret. pr. *Obtentu* vel *Obtectu* Lov. *utrimque* Vat. sec. Farn.—282 *premerent* conjiciebat Heins. *lateremque* inc. Heins. *latumque* Put. *lat~mque* Mazar. duo Petav. *lacerumque* Moret. sec. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *Latiumque* Pal. Farn. duo Med. Ambr. tert. Vat. Livin. Jun. pr. Oxon. sec. ed. Vicet. *laterumque* novemdecim alii, Ald. Exc. Læti et ed. Parm. *Latiique* vel *Latiumque* Petav. tert.—283 *num fessa* Exc. Læti. *fossa* Farn. *fœda* inc. Heins. qui hinc *fida* conjiciebat. *revisit* Oxon. sec.—284 *Officium* Med. quart. *micantia* Lov. *minacia* Pric. Ambr. sec. *facta* Florent. m. pr. Med. quart.—285 *factura* Pat. *jactura* Put.—286 *adversos*

NOTÆ

inter fratres; siquidem Gildo id efficiebat, ut duos fratres ad civile bellum accenderet, utque ex eorum damnis regnum meditatum sibi stabiliret.

Varia formidine] Nam timebat Honorius, ne sibi Africæ regnum eriperetur; timebat Arcadius, ne sibi a Gildone oblatum conservare non posset.

275 *Dolis*] Rufini, et deinde Eutropii, de quibus in Ruf. et Eutrop. quæ geminæ pestes obtinebant edicta a Principe, quibus duces corrumperent.

278 *Frugibus negatis*] Libya cum non mitteret Romæ fruges solitas, Roma cœpit fame laborare.

282 *Alternis ictibus*] Cum belli tempestas quateret utrumque Imperium,

Major in adversis micuit. Velut arbiter alni,
Nubilus Ægæo quam turbine vexat Orion,
Exiguo clavi flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, et pelagi cœlique obnititur iræ.
Quid primum mirer, Stilichon? Quod cautus ad omnes
Restiteris fraudes; ut te nec noxia furto
Litera, nec pretio manus inflammata laterent?
Quod nihil in tanto rerum terrore locutus
Indignum Latio? Responsa quod ardua semper

modum rector navis, quam Orion aquosus infestat ventis in *Ægæo mari, parvo flexu gubernaculi avertit impetus fluctuum, peritus nave modo recta, modo obliqua, et resistit furori maris et Cœli.* O *Stilicho, quid prius obstupescam?* An *quod providus obstiteris omnibus insidiis, ut et cognosceres epistolas obnoxias furto, et manus pecunia corruptas?* An *quod in tanto tumultu rerum nihil dixeris indignum* majestate *Romana?* An *quod inconcussus reddideris responsiones semper magnanimas*

Ambr. sec. *timuit* Vat. quint. *alvi* Pat.—287 *Nubilus* Thuan. Bonon. Tholos. Mazar. Vat. Livin. inc. Heins. tres Med. totidem Petav. et Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Nubibus* Reg. Vat. tert. Ald. *Nubilis* Med. pr. *Nobilis* Put. Pat. *quem* Rott. Pal. duo Med. *quam* Exc. Læti. *versat* duo Vatt. Rott. Med. sec. Exc. Læti. *vessat* Ambr. tert. *vexat* duo Vatt. Farn. Florent. tres Med. Thuan. Mazar. Moret. pr. Vat. Livin. Jun. et Leid. pr. duo Oxon. Exc. Lucens. sec. *vexat* vel *versat* Vat. pr.—288 *devitat* Thuan. *non recta* Farn. *nec* Med. tert. *tecta* Rott. Bonon. *non obliquante* Farn. —290 *cœli pelagique* Pal. Med. pr. Reg. Thuan. *innititur* Jun. pr. Lov. Vat. sec. Med. quart. Put. Pat. Ambr. tert. *inmittitur* Oxon. sec. *obnititur* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. *obnititur* vel *innititur* Reg. *iræ* duo Moret. Lov. Ald.—291 *miror* Pat. *Stilicho mirer* Leid. pr. Jun. pr. Reg. Mazar. Thuan. Moret. pr. duo Oxon. *qui* Med. sec. Thuan. *quam* vel *quod* Reg. *quod* vel *ut* Exc. Læti. *captus* Jun. pr.—292 *Restiterat* Farn. *Restiterit* Med. tert. *Restiteris* vel *Restiteras* Reg. *qui* Med. sec. Thuan. *nec te* Med. tert. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *ut nec te* Ambr. sec. *ut te nec* Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr.—293 *laterent* ed. Vicet. *lateret* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—294 *Qui* Med. quart. Tholos. *nil* duo Vatt. Exc. Læti. *nihil* Leid. pr. cum octodecim aliis et Var. LL. e marg. Parm. *in tacito* Ambr. pr. *rerum terrore* Ambr. tert. Exc. Læti. *dignum* Tholos. *circum* Leid. pr. duo Vatt. Pric. Oisel. Florent. m. pr. Med. tert. inc. Heins. Bonon. Pat. Petav.

NOTÆ

modo hoc, modo illud, alternatim.

287 *Ægæo turbine*] Violento, qualis est in Ægæo mari, quod propter crebras insulas variasque angustias magis agitatur.

Orion] Sidus quod tempestates excitat: de hoc alibi.

292 *Noxia furto*] Erant nempe primo Rufinus, post Eutropius, qui pecunia corrupti et inflammati, Arcadii nomine epistolas *noxias furto*, seu furtivas, et subreptitias, atque edicta componebant, et modo jubebant milites abscedere, modo Stilichonem arma deponere.

Eois dederis, quæ mox effecta probasti
Securus, quamvis et opes, et rura teneren,
Insignesque domos? Levis hæc jactura, nec unquam
Publica privatæ cesserunt commoda causæ.
Dividis ingentes curas, teque omnibus unum
Objicis, inveniens animo, quæ mente gerenda,
Efficiens patranda manu. Dictare paratus,
Quæ scriptis peragenda forent. Quæ brachia centum,
Quis Briareus aliis numero crescente lacertis,
Tot simul objectis possent confligere rebus?

partibus *Orientis? quas* responsiones *mox ostendisti perfectas, etiamsi possiderent et divitias, et agros, et domos nobiles. Damnum hoc leve fuit, neque utilitas publica posthabita est unquam utilitati tuæ privatæ.* Tu *partiris curas magnas, et exponis te unum* rebus *omnibus, excogitans* in *animo, quæ facienda* sunt *consilio, exequens quæ exequenda* sunt *dextra; promtus* ad *dictandum, quæ perficienda* sunt *literis. Quæ centum manus, ecquis Briareus aucta multitudine manuum aliarum valerent superare tot res una offerentes sese?* sicut nempe, *effugere fraudes, corroborare*

sec. duo Ambr. *rerum* vel *circum* Reg. Oxon. pr.—296 *Eois dederit* Put. Bonon. Petav. sec.—297 *Secura* Med. quart. *regna tenerent* Exc. Læti m. sec. *jura* inc. Heins. *signa* Vat. sec.—300 *Dividit* Tholos. *curis* Vat. tert. m. pr. *atque omnibus* Exc. Læti m. pr. *animo* deerat Med. tert.—301 *digna gerenda* Vat. tert. m. pr.—302 *Efficies* Vat. pr. Med. sec. *Efficias* Med. tert. *Efficeres* Pric. m. sec. *probanda* Lov. *peractus* Petav. sec.—303 *sceptris* Moret. pr. *quæ brachia* Vat. Livin. *non* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. et Ambr. Lov. Pat. Ald. Exc. Læti et Lucens. pr.—304 *Non Briareus* inc. Heins. Ambr. sec. Lov. vet. Gyr. Vat. Livin. Deerat hic versus in Med. tert. Put. Pat. Ambr. tert. duobus Petav. Ald. et Exc. Lucens. pr. *alis* Vat. quint. *humero* pro *numero* conjiciebat Heins.—305 *injectis* Vat. quart. *possit* Mazar. *possent* Leid. pr. Vat. sec. tres Med. inc. Heins. Put. Pat. Tholos. Petav. sec. duo Ambr. Lov. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *posset* quatuor Vatt.

NOTÆ

298 *Insignesque domos*] Domos illustrium, quas Arcadii Imperatoris administri possidebant; vel potius domos magnificas agrosque Stilichonis, quas ipsi restituissent, siquid de officio remisisset. Sed utilitas publica utilitati privatæ ab eo præferebatur, cum mallet amittere villas suas, quam rempub. prodere.

301 *Animo*] Anima, animus, et mens distinguuntur: anima ad vitam pertinet, animus ad excogitandum celerius, mens ad judicandum acrius et providendum. Hinc veteres, ut totam vim hominis interioris explicarent, *mentem animi* dixerunt.

302 *Dictare paratus*] Talis erat Julius Cæsar, qui vel pluribus simul res varias dictabat.

304 *Briareus*] Gigas centimanus. De quo alibi.

305 *Confligere*] Res omnes labore improbo superare, et velut certamine quodam vincere.

Evitare dolos? veteres firmare cohortes,
Explorare novas? duplices disponere classes,
Quæ fruges vel bella ferant? aulæque tumultum,
Et Romæ lenire famem? Quot nube soporis
Immunes oculi, per tot discurrere partes,
Tot loca sufficerent, et tam longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine, centum
Corporis excubiis unam servasse juvencam.
Unde tot allatæ segetes? Quæ sylva carinas
Texuit? unde rudis tanto tirone juventus

catervas antiquas, conquirere novas, instruere classes duas, quæ vel apportent frumentum, vel reportent *milites? mitigare turbas Aulæ, famem Romæ? Quot oculi expertes nebulæ somni possent cursitare per tot officia, et* per *tot loca, et pervidere res tam remotas? Fama prædicat Argum* præditum *oculis centum, et custodia centena corporis* sui *custodivisse vaccam unam. Unde tot fruges allatæ* sunt? *Quæ sylva intexuit* tam cito *naves? Unde juventus inexperta* cum *tot* novis

Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *confidere* Pric.—306 *Et vitare* Pal. Thuan. Jun. et Med. pr. *formare* Farn.—307 *novos* Lov. *exponere* Med. quart.—308 *quæ bella* Moret. pr. *aut bella* Leid. pr. et maxima pars Codd. Exc. Læti, Lucens. pr. et Var. LL. e marg. Parm. *ferunt* Thuan. *ferent* Exc. Læti et ed. Vicet. *gerant* Med. quart. *auferre tumultum* Put. Pat.—309 *Aut Romæ* Jun. pr. Oxon. sec. *Et* vel *Aut* Pric. *quæ nube* Reg. *qui* Oisel. duo Med. Thuan. *quod* Vat. tert. *quot* vel *qui* Vat. quint. Exc. Læti. *nube soporis* Vat. Livin. vet. Gyr. *saporis* Farn. ed. Vicet. *nubibus apti* Pat. *nubis aperti* Med. tert. inc. Heins. Put. Reg. Petav. sec. duo Ambr. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *nubis opertæ* Ambr. tert. *nube aperti* Lov. m. pr. *nubis apterti* Ald. *nubis aperti* vel *nube soporis* Oxon. pr.—310 *Immuneres* Med. tert. *oculis* Ambr. pr. *per quot* Pric. *quod* Vat. pr. m. pr. *discernere* Jun. pr.—311 *Et loca* Pric. *Tunc loca* Farn. *tot longinqua* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Exc. Læti. *tam longinqua* Leid. pr. et tredecim scripti, Exc. Gevart. et Lucens. sec.—312 *numine cinctum* Petav. sec. *corpore centum* Var. LL. ed. Antv. *cincto* Med. sec. m. pr. *centum* Moret. pr. Vat. Livin. *cinctum* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—313 *servare* Mazar.—314 *adlatæ* Reg. *illatæ* ed. Vicet. *alatæ* Farn. *ablatæ* Ambr. pr. Vat. quint. *allatæ* Florent. quatuor Med. Put. Thuan. Mazar. tres Petav. *fruges* Moret. pr. *segetes* vel *fruges* Oxon. pr. *salva carinæ* Pat.—315 *Extruit* Rott. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *Excidit* Moret. pr. *Exuit* Oxon. sec. *Texerit* Pal. *Texerit* vel

NOTÆ

308 *Vel bella ferant*] Classes quæ ex Africa apportent frumentum in Italiam, et ex Italia exportent in Africam non bella, sed milites ad bella facienda.

Aulæ tumultum] Seditiones et dissidia inter Arcadii Honoriique partes.

312 *Argum*] Hic filius erat Actoris; totus scatebat oculis; a zelotypa Junone custos datus est Io Inachi filiæ in bovem commutatæ. Hunc Mercurius occidit, at Juno oculos ejus Pavonis sui caudæ inseruit. Argus est sphæra stellifera, quam Mercurius seu Sol obscurare et extinguere videtur.

Centeno lumine, centum excubiis] Id est, centum oculis excubantibus.

Emicuit, senioque iterum vernante resumsit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego delectu, Tyrii sed vomere Cadmi
Tam subitas acies, conceptas dente draconis,
Exsiluisse reor. Dircæis qualis in arvis
Messis, cum proprio mox bellatura colono,
Cognatos strinxit gladios, cum semine jacto
Terrigenæ galea matrem nascente ferirent,

militibus emersit? Et unde *senectute rursus revirescente Gallia renovavit virtutem* suam *bis afflictam cladibus Alpium? Ego existimo exercitus tam repentinos satos dentibus draconis surrexisse* per *aratrum Cadmi Phœnicii, non delectu. Qualis seges in agris Thebanis, mox pugnatura cum cultore suo* Cadmo, *nudavit enses similes; cum, semente sparsa, Terrigenæ* isti *percuterent matrem* suam terram

Texuit Med. pr. *Instruit* vel *Texuit* Jun. pr.—316 *Enituit* Leid. pr. et undecim alii. Exc. Læti. *Enituit* vel *Emicuit* Oxon. sec. in Exc. Læti a m. pr. erat *Excitus*, unde *Excitur* vel *Exsiluit* conjiciebat Heins. *regnante* vel *vernante* Moret. pr.—318 *dilectu* Vat. pr. Oisel. Lov. Vat. Livin. Exc. Læti et ed. Vicet. *delectum* Tholos. *delecto* Put. *dejectu* Med. tert. *dilecto* Med. pr. m. pr. *dedecui* Ambr. pr. *delectos* Pat. *delectu* vel *dejectu* Oxon. pr. *Tyrio* Moret. sec. *Tyriis* Ambr. pr. *sed vomere* Leid. pr. Put. Jun. pr. Oxon. sec. *nec vomere* Med. tert. *sed* vel *nec* Oisel. *sed* vel *sub vomere* Oxon. pr.—319 *Tum subitas* Petav. sec. *conceptis* Put. *concepto* duo Vatt. Farn. Pric. Oisel. Exc. Læti. *contempto* Tholos. *conceptas* Leid. pr. duo Med. Florent. m. sec. Thuan. Petav. pr. Moret. pr. Jun. et Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *concepto* vel *conceptas* Oxon. sec.—320 *Exclusisse* Jun. pr. *Exiliisse* tres Vatt. Med. quart. inc. Heins. Put. Bonon. Lov. duo Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. et Var. LL. e marg. Parm. *Circhæis* Mazar. *talis* Moret. pr. *armis* duo Med. Florent. m. pr. *oris* Med. sec.—321 *debellata* Jun. pr. *bellatura* vel *debellata* Oxon. sec.—322 *stringit* duo Vatt. Farn. Reg. Tholos. Oxon. sec. *struxit* Put. Pat. Var. LL. ed. Antv. *dum semine* Jun. pr. Oxon. sec.—323 *crescente* Pric.—324 *Armifer* Oisel. *Armiger* tres Med. Put.

NOTÆ

317 *Bis fractas*] Bellis contra Eugenium et Argobasten, deinde Getas factis; in quorum primo Theodosius vicit: in secundo Getæ superarunt Alpes: in utroque magnum Reip. Romanæ et Galliæ Cisalpinæ vulnus inflictum est.

318 *Delectu*] Id est, conquisitis et conscriptis pro more militibus. Cic. 'Superbo delectu conquisitus exercitus.'

Tyrii] Phœnicii, ab urbe Tyro in Phœnicia Asiæ regione.

319 *Dente draconis*] Cadmus cum prope Thebas draconem portentosum occidisset, avulsos ejus dentes sevit; inde nata est seges armata in ipsum Cadmum satorem. De hac fabula alibi.

320 *Dircæis*] Thebanis. Supra in IV. Cons. Hon. vs. 533.

322 *Cognatos*] Similes, ex eodem semine natos gladios. Virgilius: 'Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Invertere, satis immanis dentibus hydri, Nec galeis densisque virum seges horruit hastis.'

Armiger et viridi floreret milite sulcus.
Hoc quoque non parva fas est cum laude relinqui,
Quod non ante fretis exercitus astitit ultor,
Ordine quam prisco censeret bella Senatus.
Neglectum Stilichon per tot jam sæcula morem
Retulit, ut ducibus mandarent prælia Patres,
Decretoque togæ felix legionibus iret
Tessera. Romuleas leges rediisse fatemur;
Cum procerum jussis famulantia cernimus arma.
Tyrrhenum poteras junctis transmittere signis,
Et ratibus Syrtes, Libyam complere maniplis.
Consilio stetit ira minor; ne territus ille,

casside oriente, et campus armifer efflloresceret militibus viridibus. Non licet etiam hoc omittere modice illaudatum, quod exercitus vindex non prius intravit mare, quam Senatus decerneret bellum pro *more antiquo. Stilicho restituit consuetudinem spretam jam per tot annos, ut Senatores committerent certamina ductoribus, et mandata fausta ferrentur ad legiones Senatusconsulto. Confitemur* nunc *leges Romanas esse restitutas, siquidem videmus* arma cedere togæ *Primorum. Tu valebas trajicere* mare *Thuscum vexillis conjunctis, et replere Syrtes navibus, et Libyam legionibus.* Sed *ira* tua *coërcita est prudentia; ne ille* Gildo *pave-*

Thuan. Mazar. Ambr. pr. Pat. Tholos. duo Moret. totidem Petav. Jun. pr. Lov. *Armiger* vel *Armifer* Pric. *limite* Vat. sec.—325 *Hos* Med. tert. *Hæc* Vat. pr. et quint. *Hæc quoque cum p. fas est non l. r.* Oxon. sec. *nec parva* Mazar. *pauca* Pal. *cum parva fas non est* Ambr. pr.—326 *abstitit* Pal. Thuan. Med. pr. *adficit* Exc. Læti m. pr. *exstitit* Vat. tert. Pric. Florent.—327 *quem prisco* Pal. *sentiret* Moret. pr. *censeret* Rott.—328 *Neglectam* Med. pr. *tot jam per secula* Put. Petav. sec. Exc. Læti et ed. Parm. *per tot jam secula* Leid. pr. et octodecim alii, Exc. Lucens. pr. Ald. et ed. Vicet.—330 *fretis legionibus* Jun. pr. *felix* vel *fretis* Oxon. sec. *regionibus* Lov.—331 *Tessera* Pal. Exc. Læti. *Tessara* omnes Vatt. Lov. *Romuleæ leges rediere* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *remeasse* Moret. pr. item Gesn. et ed. Bipont.—332 *patrum jussis* Med. quart. *jussu* Vat. quint. Moret. pr.—333 *Tu Renum* Jun. pr. *poteras* Gesn. et ed. Bipont. *cunctis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *cunctis* vel *junctis* Reg. *transcurrere* Leid. pr.—334 *Sirtim* Pric.—335 *ira ruens* Vat. pr. Pal. Oisel. duo Med. Thuan. Mazar. Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. Exc. Cod. Rhem. *ruens* vel *minor* Vat. tert. Pric. Heinsius *ruens* legebat. *nec territus* Farn. Pric. Rott. Put. Lov. Bonon. Ambr.

NOTÆ

330 *Decretoque togæ*] Decreto Senatorum, seu ordinis togati, seu Senatusconsulto.

331 *Tessera*] Tabella in qua contineretur mandatum Senatus.

333 *Junctis signis*] Conjunctis legionibus.

334 *Syrtes*] Geminas Libyæ Syrtes, vel potius loca Syrtibus vicina. Syrtes sunt loca periculosa, ἀπὸ τοῦ σύρειν, *a trahendo*, quod velut naves trahere videantur; vel potius quod Syrtes sint loca, in quæ limum, arenam, et saxa fluctus trahunt.

Te duce, suspecto Martis graviore paratu,
Aut in arenosos æstus zonamque rubentem
Tenderet, aut Solis fugiens transiret in ortus:
Missurusve sibi certæ solatia mortis,
Oppida dirueret flammis. Res mira relatu;
Ne timeare, times; et, quem vindicta manebat,
Desperare vetas. Quantum fiducia nobis
Profuit hostilis! Salvæ Carthaginis arces,
Illæsis Tyrii gaudent cultoribus agri,
Quos potuit vastare fuga: spe captus inani,
Nec se surripuit pœnæ, nostrisque pepercit
Demens: qui numero tantum, non robore, mensus
Romanos, rapidis ibat ceu protinus omnes
Calcaturus equis: et, quod jactare solebat,

factus, te ductore, et apparatu belli majore formidato, iret vel in loca plena *calore et arenis, et zonam torridam, vel effugiens peteret Solem orientem; vel daturus* ipse *sibi quandam consolationem cladis indubitatæ vastaret urbes ignibus. Res admirabilis dictu, metuis ne* ille te *metuat* nimis, *et prohibes illum desperare, quem ultio* certa *expectabat. Quam confidentia hostium fuit utilis nobis! Urbs Carthago incolumis* remansit: *agri Carthaginiensium, quos fugiendo potuit populari, fruuntur agricolis intactis: deceptus spe vana neque subtraxit se supplicio, et remisit* res mox *nostras futuras; stultus, qui spectans Romanos non* ex *virtute, sed* ex *numero, insolescebat seu statim protriturus omnes equis citatis, et oppressurus*

pr. duo Petav. Exc. Læti —336 *suscepto* Vat. sec. Pric. Rott. Exc. Læti. *suspecto* Vat. Livin. cum duodecim aliis, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *suspecto* vel *suscepto* Vat. quint. *mortis* Leid. pr. m. sec. *periclo* Put. Pat.—338 *aut solus* Med. quart. *fugiens solis* Pal. Thuan. Med. pr. *in arcus* Put.—339 *Missurusne* Pal. *Missurusque* Vat. pr. item Vat. Livin. *Missurive* Thuan. *Missurisve* sc. *flammis* Med. pr. m. pr. *Missurusque* vel *Missurusve* Oxon. pr. In Ambr. pr. hic versus desideratur—340 *Diruerent* Thuan. Ambr. pr. *digna* Moret. pr.—341 *caves* Moret. pr.—343 *Proficit* Moret. sec. *Contulit* Moret. pr. qui et *hostiles* exhibet. *Karthaginis arces* Vat. tert. *urbes* Med. tert.—345 *captare fuga* Put. Pat. *inane* Reg.—346 *Non se* Thuan. Mazar. *præripuit* Put. Pat. *nostræque* Med. tert.—347 *nostro tantum* pro *numero* Thuan.—348 *ibat rapidis* Moret. sec.—349 *quod* Exc. Læti. *quæ* inc. Heins. *qui* Cod. Voss. ed. Vicet. *per* Pric. *quos* Ambr. pr. Med. quart. *qui* vel *quos* Jun. pr.

NOTÆ

339 *Solatia*] Solatium enim est sua vastare, ne potiatur victor.

341 *Ne timeare, times*] Times, ne hostis nimium metuat virtutem tuam, sicque et cladi et supplicio se subtrahat.

342 *Fiducia*] Dum confidit se posse vincere, civitates Africæ conservat, quas alioquin vastasset.

344 *Tyrii*] Agri Carthaginensium, qui a Phœnicia profecti sunt, ubi urbs Tyrus.

Solibus effœtos mersurus pulvere Gallos.
Sed didicit non Æthiopum geminata venenis
Vulnera, non fusum crebris hastilibus imbrem,
Non equitum Latiis nimbos obsistere pilis.
Sternitur ignavus Nasamon: nec spicula supplex
Jam torquet Garamas, repetunt deserta fugaces
Autololes. Pavidus projecit missile Mazax.
Cornipedem Maurus nequicquam hortatur anhelum.

arenis Gallos enervatos caloribus, id *quod consueverat dictitare. Ast cognovit plagas Æthiopum duplicatas venenis non resistere* posse *telis Romanorum, neque nubes effusas jaculis frequentibus, neque multitudinem equitum* posse resistere. *Nasamones inertes profligantur: neque Garamantes humiles jam vibrant tela. Autololes fugitivi redeunt* in *solitudines* suas. *Mazaces timidi abjiciunt sagittas suas. Mauri frustra excitant equos* suos *fatigatos. Tabraca funesta recepit* in

qui vel *quod* Var. LL. e marg. Parm.—350 *effœto* i. e. *sterili* Lov. *effœtos* Var. LL. e marg. Parm. *infectos* Put. Pat. *effectos* duo Leidd. Vat. quint. Pal. Farn. Pric. m. pr. duo Med. Thuan. Petav. sec. Voss. m. pr. duo Ambr. Var. LL. ed. Antv: *effetos* vel *affectos* Oxon. pr. *effectos* vel *affectos* Reg. *mensurus* Med. tert. *visurus* Ambr. pr. *pulvere* Exc. Læti. *frigore* ed. Vicet. —352 *nec* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. *ignem* Put. Pat.—353 *Latiis nimbos* Jun. pr. Leid. sec. Florent. duo Med. Thuan. Petav. sec. Moret. pr. Vat. Livin. Ald. *nimbos Latiis* tres Vatt. Farn. Pric. Oisel. *nimbos equitum Latiis* duo Vatt. Petav. pr.—354 *ignarus* Oxon. pr. *non spicula* Ambr. sec. Med. quart. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—355 *Intorquet* Pal. Florent. Med. pr. Exc. Læti. *Jam torquet* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. et Var. LL. ed. Antv. *Garamans* Leid. pr. Oxon. sec. *rapiunt* Ambr. sec.—356 *Autololes* Oisel. Med. sec. Reg. Var. LL. e marg. Parm. *Autolales* Ambr. tert. *Autoloës* Voss. Put. Tholos. duo Vatt. Oxon. pr. duo Leidd. *Autoroles* Moret. sec. *Autoboles* Pric. Mazar. Petav. et Ambr. sec. inc. Heins. *Auctores* Med. tert. *Aut soboles* Moret. pr. *Autheoles* Lov. *Aut dolopes* Med. quart. *Autolopes* duo Vatt. Florent. Thuan. Petav. pr. *Audolopes* Jun. pr. vet. Gyr. Farn. ed. Parm. *Audoloses* Var. LL. ed. Antv. *Autocloës* Petav. tert. *Antolopes* Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Andolopes* Pal. Med. pr. *Andolope* Oxon. sec. *pavidum* Ambr. sec. inc. Heins. *projectat* Med. sec. m. pr. inc. Heins. Ambr. sec. Exc. Læti. *projecit* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *projecit* vel *projectat* Vat. pr. *Mazax* quinque Vatt. Pal. Pric. duo Med. Reg. m. sec. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Exc. Læti et Lucens. pr. *Majax* inc. Heins. *Mazar* Moret. pr. Med. tert. *Mazus* Florent. Med. quart. Mazar. Pat. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet. *Marax* Voss. Leid. sec. Ambr. pr. *Matax* Put. Vat. Livin. Jun. pr. Moret. sec. *Matax* vel *Mazax* Thuan. *Matax* et emendatum *Matans* Lov. m. sec.—357 *Cornipedum* Farn. *nequaquam* Put. *nec quicquam* Reg. *nequiquam*

NOTÆ

350 *Solibus effœtos*] Gildo dictitabat Gallos caloris Africani impatientes fore, eos inassueto ardore solutos et languentes turmarum suarum pulvere a se esse opprimendos, submergendos.

351 *Geminata venenis*] Illa natio veneno infecta, cujus vulnera mortem duplicem inferunt, et ictu teli, et ictu veneni

354 *Nasamon*] Item *Garamas*, *Autololes*, *Mazaces*, et *Mauri*, sunt toti-

Prædonem lembo profugum, ventisque repulsum,
Suscepit merito fatalis Tabraca portu:
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent
Hostibus, et lætæ passurum jurgia plebis,
Fracturumque reos humili sub judice vultus.
Nil tribuat Fortuna tibi, sic prospera semper
Illa quidem. Sed non uni certamina pugnæ
Credidimus, totis nec constitit alea castris
Nutatura semel. Si quid licuisset iniquis
Casibus, instabant aliæ post terga biremes:

portu digno latronem Gildonem *fugientem navicula, et rejectum ventis:* Gildonem *agnoscentem, quod nulla elementa aperirentur hostibus tuis, et toleraturum convicia populi gaudentis, et capite damnato periturum sub judice vili. Fortuna nihil arroget sibi; ita semper illa secunda* sit. *Et non commisimus prælia uni* tantum *conflictui, neque alea* belli *inclinatura semel habuit hic tota castra. Si quid permissum fuisset casui infesto, naves aliæ veniebant pone, ductor major Stilicho*

Exc. Læti. *hortatus* Med. quart. *ornatur* Lov.—358 *nimbo* ed. Vicet. *refugum* Vat. sec. et Ambr. inc. Heins. *ventoque* Jun. pr. Oxon. sec. *fatali* Voss. Petav. tert.—360 *pararent* Vat. tert. m. pr.—361 *lentæ* Rott. Med. sec. *late* Mazar.—362 *Fracturumque* quatuor Vatt. Pal. Farn. Var. Livin. *Perfractumque* duo Leidd. Vat. sec. Pric. inc. Heins. duo Med. totidem Petav. tres Ambr. Lov. Voss. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Perfunctumque* Put. *Fracturumque* vel *Perfractumque* Reg. Petav. pr. *humilis* Pal. Med. pr. *vindice* Florent. *cultus* Pric.—363 *tribuit* Farn. Thuan. Petav. sec. Med. quart. Ambr. sec. Pat. Leid. sec. m. sec. *tribuat* vel *tribuit* Florent. *sic* Med. tert. Lov. ex conjectura. *it* Put. *sit* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *fit* Vat. quint. Rott. Moret. pr.—364 *Illa equidem* Moret. pr. Vat. quint. *certamine* Mazar.—365 *area* Mazar.—366 *Mutatura* Put. *Maturata* Pat. *Mutatura* vel *Maturata* Petav. tert. *sed quid licuisset* Exc. Læti. *lutuisset* Var. LL. ed. Antv.—367 *Cassibus* Ambr. tert. *altæ* Florent. Leid. pr. *bipennes* Jun. pr. m. pr.

NOTÆ

dem Africæ populi, cum Gildone devicti.

359 *Tabraca*] Urbs Libyæ, in qua Gildo condemnatus est, sed prius expositus est ludibrio conviciisque populi ejus clade lætantis, et eum per compita fœde traducentis. Tabathram Stephanus ex Polybio vocat Τάβαθραν.

362 *Fracturum vultus*] Gildo ad tribunal judicis humilis *fregit vultus*, id est, condemnatus est, et velut ad scopulum impegit, in quo laceratus est.

365 *Alea*] Non hic stabant omnes nostræ cohortes, non huic belli aleæ omnia exposita sunt: immo siqua primo conflictu calamitas accidisset, venturus erat Stilicho, qui prælium vi majore renovasset.

366 *Si quid licuisset*] Si quid fortuna infesta sibi in nos permisisset.

Venturus dux major erat. Victoria nulla
Clarior, aut hominum votis optatior unquam
Contigit. An quisquam Tigranen, armaque Ponti,
Vel Pyrrhum Antiochique fugam, vel vincla Jugurthæ
Conferat, aut Persen, debellatumque Philippum?
Hi propagandi ruerant pro limite regni:
Hic stabat Romana salus: ibi tempora tutas
Traxerunt dilata moras: hic vincere tarde

affuturus erat. Nulla victoria illustrior unquam evenit, vel optabilior desideriis hominum. An aliquis comparabit huic Tigranem, et bella Ponti, vel Pyrrhum, et fugam Antiochi, vel captivitatem Jugurthæ, vel Persen, et Philippum devictum? Hi duces nostri *irruebant pro finibus dilatandis:* in *hoc* bello *salus Romana consistebat. Ibi dilatio temporis dabat moram securam, hic superare sero, fuit fere*

—368 *Vecturus* Farn.—369 *optantior* duo Med.—370 *aut quisquam* Rott. Med. sec. inc. Heins. Mazar. Ambr. pr. *haud quisquam* Leid. et Jun. pr. Med. quart. *antiquis* Med. tert. Voss. Pat. Var. LL. ed. Antv. *antiquisne* Put. Exc. Gevart. *quisquamne* Voss. m. sec. duo Medd. *antiquis* vel *quisquamne* Petav. sec. Heinsius tamen *huic quisnam* conjecerat. *Triganem* Exc. Lucens. pr. *armaque potentis* Leid. pr. *armave* Pal. Thuan. Med. pr.—372 *an Persæ* Jun. pr. *Persum* Pric. *Persem* Pal. Med. pr. Thuan.—373 *Hæc* Thuan. *Illa* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Petav. pr. *Ista* Petav. tert. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Hi* vel *Illa* Florent. *propagandi* Vat. pr. m. sec. Exc. Læti. *propugnanda* Farn. *ruerant* Med. et Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *vexant* Med. quart. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *fuerant* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Thuan. Petav. tert. m. pr. Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. *ruerent* Pric. ambo Moret. Ald. Sched. Gud. *ruerant* vel *fuerant* Vat. pr. Voss. Oxon. pr. Florent. *fuerant* vel *ruerent* Reg. *mundi* Med. sec.—374 *Hoc* Moret. pr. *Hinc* Rott. Reg. *in tempore* Put. *hinc* Petav. sec. *tuto* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *tutas* Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. —375 *moras* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *mores* Tholos. *tutas moras* Exc.

NOTÆ

370 *Tigranen*] Armeniæ Regem, victum et a Lucullo et a Pompeio Magno.

Armaque Ponti] Bella tamdiu gesta a Mithridate Ponti Rege, quem tandem Pompeius Magnus superavit.

371 *Pyrrhum*] Regem Epirotarum, a Fabricio fugatum. Ille Pyrrhus periit ictu tegulæ a fœmina jactæ, cum Argos cepisset.

Antiochi] Plures hujus nominis fuerunt, sed hunc Scipio Asiaticus, fratre natu majore adjutus, majori regni parte spoliavit, et ultra Taurum montem summovit.

Vincla Jugurthæ] Hunc Numidarum Regem Marius duxit in triumpho.

372 *Persen*] Regem Macedoniæ, devictum ab Æmilio, et in triumpho ductum.

Philippum] Demetrii filium, Regem Macedoniæ, et a Levino Consule et a Quinto Flaminio victum.

374 *Stabat Romana salus*] Nam Gildo potuisset Romam fame conficere; et nisi Stilicho promtius vicisset, vel fame Roma victa fuisset.

Vinci pæne fuit. Discrimine Roma supremo
Inter supplicium populi deforme pependit;
Et tanto Libyam fructu majore recepit,
Quam peperit, quanto graviorem amissa dolorem,
Quam nec dum quæsita, movent. Quis Punica gesta,
Quis vos, Scipiadæ, quis te jam, Regule, nosset?
Quis lentum caneret Fabium, si jure peremto
Insultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Hæc omnes veterum revocavit adorea lauros.
Restituit Stilichon cunctos tibi, Roma, triumphos.

superari. Roma in *angustiis* hisce *ultimis dubia remansit inter pœnam miserabilem populi, et resumsit Libyam eo ampliore utilitate, quam* sibi *comparaverat* illam, *et quanto* ea *quæ perdita* sunt *excitant afflictionem majorem, quam* ea quæ *nondum parta* sunt. *Ecquis cognosceret facta Carthaginiensium, ecquis vos,* o *Scipiones, ecquis te,* o *Regule? Ecquis prædicaret Fabium cunctatorem; si, legibus* Romanorum *extinctis, Mauri crudeles insultarent* nobis *Carthagine* redacta *in servitutem? Hæc palma renovavit omnes palmas antiquorum:* at *Roma,* o *Stilicho, refert acceptas tibi victorias omnes.*

Læti. *moræ* Med. tert. Voss. m. pr. Petav. sec. ed. Vicet. *tutæ moræ* duo Leidd. Vat. sec. Lov. Ambr. tert. Var. LL. ed. Antv. *hic vincere* Var. LL. ed. Antv. *hinc* Med. pr. Moret. sec. Tholos. *nunc* Ambr. tert. *hic* vel *hinc* Moret. pr.—376 *Vincere pena* Med. tert. Voss. m. pr. *nempe* Ambr. pr. *pena* Pat. *supino* Ambr. sec. *summo discrimine Roma* Moret. sec.—378 *tanto Libyam* Pat. *tantus* Pal. *tandem* Med. tert. *tantum* quatuor Vatt. *quantum* Pric. Oisel. *tantum* vel *quantum* Pric. *meliore* Rott.—379 *Qua peperit* Med. sec. *Qui* inc. Heins. *quanto* Pat. *quantum* omnes Vatt. Farn. Pric. Rott.—380 *nondum* Med. pr. Thuan. Moret. pr. Ambr. tert. *monent* Med. sec. *monet* Mazar. *gesta* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *facta* Vat. sec.—381 *Quis te* Pal. Med. pr. Thuan. *quis jam te* Jun. pr. Oxon. sec. *vos jam* Med. quart. Petav. sec.—382 *caneret Fabium lentum* Pric. *Marium* Pat. *reperto* Med. tert.—383 *Karthagine* Vat. tert.—384 *Hic* Var. LL. ed. Antv. m. sec. *Hos* Vat. sec. *veteres* Mazar. *adortea laurum* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ad horrea* quatuor Vatt. Pal. *adorea* vel *ad horrea* Vat. pr. *laurus* Pric. m. sec. Med. tert. duo Ambr. *lauros* Leid. pr. cum quatuordecim aliis, Exc. Schotti et Lucens. sec. —385 *cunctos Stilico* Pric. *trophæos* Lov.

NOTÆ

377 *Pependit*] Roma dubia hæsit inter supplicium, id est, parum abfuit, quin populus supplicio miserabili, hoc est, fame periret.

381 *Scipiadæ*] Duo Scipiones Africanus major, et Africanus minor; sed et fuere alii Scipiones illustres, Scipio Nasica, Scipio Asiaticus, &c.

Regule] De hoc alibi.

XXII.

CL. CLAUDIANI

IN PRIMUM CONSULATUM

FL. STILICHONIS

V. C.

LIBER II.

ARGUMENTUM.

LAUDAT virtutes Stilichonis in pace, clementiam, fidem, justitiam, et alias, quæ nec patiuntur avaritiam, nec ambitionem, nec alia vitia. Stilicho fovet virtutem et Musas, non luxuriosus, sed liberalis; non superbus, sed affabilis, doctus, facetus, amore et statuis dignus, et hominum Deorumque favore. Hinc omnes provinciæ volunt illum creare Consulem, Hispania scilicet, Gallia, Britannia, Africa, Roma ipsa, quæ ob illum id petit, et obtinet. Gaudent Proceres Orbis, Superi: Sol ipse eligit pro Consulatu Stilichonis annum aureum.

HACTENUS armatæ laudes: nunc qualibus orbem

Hactenus gloria bellica Stilichonis celebrata est a nobis. *Nunc Camœnis*

In Vat. pr. erat, *Incipit liber scds de Laude Stiliconis.* Rott. et Exc. Lucens. sec. *de Consulatu Stiliconis* inscribunt. Petav. pr. exhibet, *Secundus Liber de Laudibus Stiliconis ad promotionem* (m. sec. *electionem*) *Consulatus.*—1 *armorum*

NOTÆ

1 *Armatæ laudes*] Hæ sunt quas sibi comparat vir armatus.

Moribus, et quanto frænet metuendus amore,
Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit, fastisque suum concesserit annum,
Mitior incipiat fidibus jam Musa remissis.
Principio magni custos Clementia mundi,
Quæ Jovis incoluit zonam, quæ temperat æthram
Frigoris et flammæ mediam, quæ maxima natu

nostra *placidior aggrediatur jam* canere *cithara mitigata, quali virtute, et quali verendus studio* moderetur *habenas Mundi, quo tandem impulsus suasore ornaverit* se *veste* Consulari *supplicante, et indulserit* regimen *anni sui fastis. Ac primo* quidem *Clementia conservatrix Mundi immensi; quæ habitat regionem Jovis, quæ moderatur ætherem mixtum calore et frigore, quæ* est *antiquissima origine* inter

Reg. *qualibet* Reg. *quam libet* Jun. pr. m. pr. *urbem* Vat. tert. Pric. Oisel. Med. pr. et Vat. pr. m. pr. *orbem* Leid. sec. cum viginti duobus scriptis, Exc. Schott. Lucens. pr. ed. Vicet. et Parm. *urbem* vel *orbem* Mazar.—2 *servet* Med. quart. —3 *actore* Rott. Florent. Leid. sec. Var. LL. e marg. Parm. *auctore* Leid. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Vat. Livin. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Mazar. tres Ambr. ed. Parm. *rogantes* Oxon. pr. duo Leidd. *vocandus* m. pr. et *rogantes* m. sec. Jun. pr. *rogantes* vel *regentes* Oxon. sec.—4 *festisque* Tholos. *factisque* Leid. pr. m. pr. *concesserat* Ambr. pr. Mazar. *consenserit* Leid. pr. m. pr.—5 *incipiet* Tholos. et manus docta in ora ed. Vicet. *incipiat* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *incipia sidibus* Pric. m. pr. *incipias* malit Heins. *Diva* Med. tert.—6 *Principium* Tholos. *mundi c. Cl. magni* Med. tert. Put.—7 *incoluit, zona* Leid. sec. Voss. *incaluit* Tholos. *involvit* Exc. Schott. ex conjectura. *temperat* Jun. pr. duo Oxon. duo Leid. *temperet* Med. tert. Thuan. *æthra* Med. quart. Petav. sec. Tholos.—8 *mediam* Vat. quart. duo Petav. Vat.

NOTÆ

Orbem frænet] Regat Orbem moribus, seu virtutibus suis moderetur habenas Orbis. Supra diximus Stilichonem administrasse aliquamdiu utrumque Imperium Orientis et Occidentis.

2 *Moribus*] Virtutes omnes pacis intellige.

Metuendus amore] Populis, metu simul et amore eum verentibus.

3 *Rogantes*] Quasi trabea seu vestis Consularis tantum virum ambierit, et Stilicho velut invitus Consulatum subierit, ut jam diximus.

4 *Annum*] Stilicho concesserit fastis, ut annus unus nomine suo insigniretur.

5 *Mitior....remissis*] Musa placidior canat lyra remissa; res enim bellicæ intento et terribili tubæ sono canuntur.

6 *Custos Clementia*] Hujus enim beneficio stat Mundus, siquidem hæc efficit, ne res ardore, frigore, violentia pessumdentur.

7 *Jovis zonam*] Clementia dicitur habitare zonam seu regionem Jovis, quia Jupiter, seu Æther, est suprema pars aëris, quæ ceteras servare et custodire dicitur, et qua cum nihil sit tranquillius, ideo Jovis sidus a Poëtis attribuitur Clementiæ. Zona autem dicitur, quasi cingulum: *ζωννύω, cingo*.

8 *Frigoris et flammæ*] Id est, ætherem mira tranquillitate et temperie

Cœlicolum: nam prima Chaos Clementia solvit,
Congeriem miserata rudem, vultuque sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.
Hæc Dea pro templis et thure calentibus aris
Te fruitur, posuitque suas hoc pectore sedes.
Hæc docet, ut pœnis hominum vel sanguine pasci
Turpe ferumque putes: ut ferrum Marte cruentum,
Siccum pace premas: ut non infensus alendis
Materiem præstes odiis: ut sontibus ultro
Ignovisse velis: deponas ocyus iram,

Cœlites. Etenim Clementia prior commota mole indigesta removit confusionem rerum, *et umbris dissipatis, facie micanti sparsit lumen in tempora. Hæc diva potitur te, velut delubro et altaribus vaporatis thure, et fixit domicilium* in *hoc animo* tuo. *Hæc edocet* te, *ut existimes inhonestum* esse *et ferinum delectari suppliciis et cruore hominum: ut geras ensem sanguinolentum* in *bello, sed siccum* in *pace: ut non infestus des occasionem odiis fovendis: ut sponte velis parcere nocenti-*

Livin. *mediæ* Petav. sec. *media* Rott. *medio* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Schott. Gevart. Vat. pr. a m. pr. ed. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *proxima* Farn. *natu* Ambr. tert. *notu* Voss. Exc. Gevart. *nutu* Moret. pr. Put. Bonon. Pat. duo Ambr. *nato* Thuan.—9 *jam prima* Oxon. pr. *solvis* Florent.—10 *temerata* Voss. m. pr. *miscrata* vel *partita* Reg. duo Oxon.—11 *Discussit tenebras* Leid. pr. Med. sec. Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. Put. Reg. Mazar. Ambr. pr. Bonon. Pat. Jun. et Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem. *Discussis tenebris* vel *Discussit tenebras* Vat. pr. *prodit* Petav. tert.—12 *jure* Petav. sec. *fumantibus* Farn.—13 *in pectore* Voss. m. sec. *hæc pectore* Med. quart. *tempore* Pric. Reg. Oxon. pr. *tempore* vel *pectore* Vat. pr. m. pr. Oxon. sec.—14 *et pœnis* Med. tert. *in pœnis* Mazar. *pœnas* Exc. Gevart. *peras* Voss. m. sec. *homines* Med. quart.—15 *non ferrum* Vat. quint. *in Marte* Ambr. pr. Moret. sec.—16 *sed cum* Ambr. tert. *Siccum* Vat. quart. Pal. Pric. inc. Heins. Mazar. duo Med. totidem Petav. Ambr. sec. Moret. sec. Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *Sic cum* Vat. pr. Farn. *Sacra* Moret. pr. *Siccum* vel *Sacra* Jun. pr. *in pace* duo Vat. Moret. sec. *Marte* Med. tert. *ferat* tres Vatt. Pric. Oisel. Reg. Mazar. Petav. et Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem. *feras* vel *premas* Vat. pr. Florent. *offensus* Lov. *incensus* Var. LL. ed. Antv. *infensus* vel *infestus* Vat. pr.—17 *Materiam* Farn. duo Med. *Materiem* duo Leidd. et viginti alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. et Ald. *præbes* Reg. *ultor* Leid. sec. Voss. Lov. ambo Moret. duo Petav. tres Vat. et Ambr. totidem, Tholos. Var. LL.

NOTÆ

præditum.

Maxima natu] Poëtæ ex elementorum temperie suos Deos ortos esse dicebant, ideoque Clementia natu maxima est, nam sine ea nulla generatio. Ergo statim atque in Mundo res extiterunt, statim extitit Clementia, sine qua res esse non possunt.

9 *Chaos*] Rudem et indigestam rerum molem et confusionem.

12 *Dea*] Velut ex Astris translata in pectus Stilichonis. Ex veteribus non alia sedes Deo dignior, quam animus hominis probi: effatum Christianis dignum.

17 *Ultro ignovisse*] Etiam non

Quam moveas: precibus nunquam implacabilis obstes:
Obvia prosternas, prostrataque more leonum
Despicias; alacres ardent qui frangere tauros,
Transiliunt prædas humiles. Hac ipse magistra
Das veniam victis: hac exorante calores
Horrificos, et quæ nunquam nocitura timentur
Jurgia, contentus solo terrore, coërces;
Ætherii patris exemplo, qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum spicula defert

bus: mitiges citius iracundiam, quam excites: nunquam noceas, quasi sis *inexorabilis precibus: dejicias resistentia, sed instar leonum contemnas dejecta.* Illi *qui flagrant sternere tauros feroces, prætermittunt prædas leves. Hac* Clementia *docente*, tu *ipse concedis veniam superatis: hac rogante contentus solo timore, reprimis tumultus terribiles, et rixas, quæ formidantur, etsi nunquam nocituræ esse* videntur; *imitatus patrem cælestem, qui percellens omnia fulmine reboante, jacu-*

ed. Antv. *ultro* vel *ultor* Farn. Vat. quint. Reg. duo Oxon.—19 *obstes* Vat. Livin. Exc. Læti. *instes* Petav. tert. *hostes* Farn. *hostis* Moret. pr. *adstes* Med. quart. *abstes* vet. Gyr. *astes* duo Leidd. cum decem aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *astes* vel *obstes* Voss. Oxon. sec.—20 *Parcere substractis ceu nobilis ira leonis* Florent.—21 *audent* Med. sec. Put. Pat. *gaudent* Jun. pr. *gaudent* vel *audent* vel *ardent* Oxon. sec. *qui* tres Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *cum sternere* Exc. Læti. *cum frangere* Pal. vet. Gyr. *confringere* Thuan. *qui frangere* Voss. cum viginti aliis et Exc. Gevart. *qui frangere* vel *cum frangere* vel *confringere* Oxon. sec. *cervos* Pric. *carnes* Oxon. sec. m. pr.—22 *Transibunt* Florent. m. pr. *Contemnunt* Med. sec. *humiles prædas* duo Vatt. Pric. Petav. pr. Med. sec. *ista* Petav. sec. *iste* Vat. pr. a m. pr. Leid. sec. m. pr. et viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *teste* conjiciebat Heins.—23 *Da* Rott. Vat. pr. m. pr. *Dat* Vat. sec. Farn. duo Med. Put. Bonon. Tholos. Lov. Oxon. sec. Moret. sec. tres Ambr. Exc. Gevart. *Das* Exc. Læti. *Dat* vel *Da* Reg. Oxon. pr. *vinctis* Med. sec. *cunctis* inc. Heins. *exorare* Vat. pr. m. pr. Reg. *exorante* Pal. Pric. Oisel. duo Med. inc. Heins. Jun. pr. Ambr. sec. duo Oxon. *exhortante* Vat. sec. et pr. m. sec. Oisel.—24 *Terrificos* Var. LL. ed. Antv. *Horrificos* vel *Terrificos* Oxon. sec.—25 *contemptus* Moret. pr. Med. sec. Mazar. *coërcent* Med. tert. *coërcet* Vat. sec. Farn. Med. quart. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. ed. Parm. *cohercet* Voss. m. pr. Lov. Moret. sec.—26 *sereno* Leid. pr.—27 *sonitu* Vat. quart. *sonitu* vel *tonitru* Moret. pr. *differt* Vat. quint. Farn. Rott. Pric. Med. sec. Var. LL.

NOTÆ

rogatus: ita ut cum possis punire, quæras causas ignoscendi.

19 *Implacabilis*] Seneca: 'Non decet regem sæva nec inexorabilis ira.'

20 *Prostrataque despicias*] Virgilius: 'Parcere subjectis et debellare superbos.' Est et tritum illud: 'Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni.'

27 *Cyclopum spicula*] Fulmina a Cyclopibus fabricata.

In scopulos et monstra maris, nostrique cruoris
Parcus, in Œtæis exercet fulmina sylvis.
Huic Divæ germana Fides, eademque sorori
Corde tuo delubra tenens, sese omnibus actis
Inserit. Hæc nullo docuit livescere fuco;
Nunquam falsa loqui, nunquam promissa morari,
Invisos odisse palam; non virus in alto
Condere, non lætam speciem præmittere fraudi:
Sed certum mentique parem componere vultum.

latur tela Cyclopum in rupes et portenta maris, et parcens sanguini nostro, experitur tonitrua sua *in sylvis Œtæis. Fides* est *soror huic Deæ* Clementiæ, *et occupans eadem templa* cum *sorore* in *mente tua, miscet se omnibus actionibus* tuis. *Hæc docuit te nulla decolorari simulatione, nunquam dicere falsum, nunquam differre pollicita; insectari aperte inimicos; non occultare venenum in* pectore *profundo, non tegere dolum specie hilari, sed ostendere faciem sinceram et similem menti: pro-*

e marg. Parm. *deffert* Put. *defert* Vat. sec. Pal. Med. pr. Voss. m. pr. Oxon. sec. Ambr. tert. Thuan. Petav. pr. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. *defert* vel *differt* Vat. quart. *montesque maris* Moret. sec.—28 *merique cruoris* Thuan. —29 *Parcus et* Jun. pr. *Œtæis* vel *Æthnæis* Pric. Florent. *ætheriis*, vel *Œthæis* vel *Athnæis* Vat. tert. *Spicula* Ambr. pr. *flumina* Florent. Med. pr. m. pr.—30 *Hinc* tres Med. ed. Vicet. Exc. Cod. Rhem. *Huic* vel *Hinc* Var. LL. e marg. Parm. *sorori* Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. m. pr. Med. tert. Reg. Lov. m. sec. Exc. Cod. Rhem. *sororis* Leid. sec. et octo alii. *sorori* vel *sororis* Oxon. pr.—31 *tenet* Exc. Lucens. sec.—32 *Insuit* Jun. pr. m. pr. *Infert* Moret. pr. *Ingerit* legebat Heins. *docuit nullo* Florent. Med. pr. Reg. Thuan. Mazar. Jun. pr. duo Oxon. *livescere* Vat. pr. Pal. Pric. Oisel. *lucescere* Vat. quart. *succo* Farn. Rott. Med. tert. et quart. Put. Ambr. pr. Petav. sec. *fusco* Med. sec. Petav. tert. Tholos. *ferro* Ambr. sec. m. pr. *fato* Moret. sec. *fuco* vel *fato* Lov.—35 *altam* Ambr. sec. Voss. et Lov. m. pr. Leid. sec. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *aliam* conjiciebat Heins. *prætendere* Farn. vet. Gyr. ed. Parm. et Vicet. *promittere* Jun. pr. duo Med. Tholos. Ambr. tert. Vat. Livin. *committere* Rott. inc. Heins. *præmittere* duo Leidd. et alii magno numero, Exc. Schott. Gevart. Lucens. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. item ed.

NOTÆ

29 *Œtæis*] Œta mons est Thessaliæ in Græcia: ponitur pro quovis monte.

32 *Livescere*] Fides enim dicitur cana, et vestes ejus albæ esse finguntur: at si accedit simulationis fucus, tunc, vitiato nativo candore, livescit.

34 *Odisse palam*] Ut solebant veteres, amicitiis publice renuntiatis. Sic Germanicus per 'Epistolas renuntiavit amicitiam Pisoni.' Tacitus.

Virus] Fraudem aliquam perniciosam, pestiferam.

35 *Speciem*] Non tegere dolum aliquem specie læta blandientis amici.

36 *Certum vultum*] Quo viso, de ipsa mente certus et securus esse possis.

Occulto sævire vetat, prodesse remittit.
Hæc et amicitias longo plus tempore firmat,
Mansuroque adamante ligat; nec mobile mutat
Ingenium; parvæ strepitu nec vincula noxæ
Dissolvi patitur, nec fastidire priorem
Allicitur veniente novo: benefacta tenere,
Respuere offensas facilis, pariterque minoris
Officii magnique memor, superare laborat:
Utque hostes armis, meritis sic vincit amicos.
Hæc fovet absentes; hæc longe sola remotis

hibet nocere clam, permittit adjuvare clam. *Hæc etiam* Fides *confirmat amicitias* magis ac magis *serie temporis, et connectit* catena velut ex *adamante duraturo: neque* permittit *mutari indolem levem, neque sinit nexum* amicitiæ *resolvi rumore erroris leviusculi; neque titillatur contemnere primum* amicum, *veniente novo.* Fides *hæc promta* est *conservare beneficia, rejicere culpas, et recordata æqualiter officiorum et majorum et minorum, tentat vincere: et ut* superat *hostes armis, sic et superat amicos beneficiis. Hæc* fides *protegit absentes: hæc una providet sum-*

Antv.—37 *servire* Med. sec. Put. Petav. sec. Oxon. pr. ed. Parm. *sermone* Voss. m. pr. Leid. sec. m. pr. *sævire* vel *servire* Reg. *negat* inc. Heins.—38 *post longo* Moret. sec. *post* vel *plus* Vat. pr. Petav. tert. duo Oxon. *servat* Farn. *format* Moret. sec.—39 *non* Pric. *nobile* Med. quart. Moret. sec. inc. Heins.—40 *parvæ* tres Medd. Put. Thuan. Mazar. Pat. Bonon. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Voss. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Gevart. et Lucens. pr. Raphel. Barth. *parvo* Florent. m. pr. Oxon. pr. Med. quart. inc. Heins. edd. Vicet. Junt. Ald. Isingr. *vincula* Put. cum glossa *i. e. amoris.*—41 *Dissolvens* Thuan. *ne* Farn. *minorem* Moret. pr.—42 *Allicitur* Pric. Petav. pr. m. sec. Bonon. Moret. sec. Ald. *Illicitur* Vat. tert. Oisel. Med. sec. Put. Reg. Petav. sec. duo Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Exc. Lucens. sec. *Allicitus* Moret. pr. *Allicitum* Pal. Rott. Med. pr. Thuan. Mazar. Jun. pr. Petav. tert. *Illicitum* vet. Gyr. Vat. sec. Med. tert. *Illicite* Farn. Med. tert. Tholos. Ambr. tert. Leid. sec. Oxon. sec. Exc. Gevart. *Illicitæ* Voss. *Allectum* Vat. quint. Petav. pr. m. pr. *Illectum* Vat. quart. Pat. *Illicitur* vel *Allicitum* Vat. pr. *Illicitur* vel *Illicitum* inc. Heins. *Illicite* et emendatum *Allicitum* Lov. *Illicite* vel *Allectum* Exc. Schott.—43 *facilis* Med. tert. Exc. Lucens. pr. *faciles* Leid. pr. cum quatuordecim aliis et Exc. Gevart. quæ post *minoris.* τελείαν στιγμὴν habent.—44 *laboras* Pal. Med. pr. Thuan.—45 *armis hostes* Ald. *hostis* Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. *vincet* Mazar. *vincis* Vat. sec.

NOTÆ

37 *Occulto*] Fides permittit clam prodesse hominibus, at sævire et explere tecta et occulta odia non permittit.

39 *Adamante*] Fides amicos ligat, velut nexu quodam adamantino, 'neque mutat ingenium mobile,' non admittit ullam levitatem.

42 *Benefacta tenere*] Conservare memoriam beneficii aliorum.

43 *Respuere*] Negligere offensas seu leves injurias sibi illatas.

46 *Fovet absentes*] Animo calumniis et delationibus impervio.

Consulit; hæc nullis avidam rumoribus aurem
Pandit, ut ignarum nunquam læsura clientem
Insidiosa tuos alienent murmura sensus.
Nec vivis annexus amor meminisse sepultos
Desinit: in prolem transcurrit gratia patrum.
Hac tu Theudosium, tenuit dum sceptra, colebas:
Hac etiam post fata colis: nec pignora curas
Plus tua, quam natos, dederat quos ille monendos
Tutandosque tibi. Justos nimiumque fideles
Fama putat, qui, cum possent commissa negare,
Maluerint nullo violati reddere quæstu.
At Stilichon non divitias, aurique relictum

motis procul: hæc non aperit aurem attentam ullis sermonibus, adeo *ut delationes fraudulentæ nunquam avertant animum tuum offensuræ clientem inscium. Neque amicitia* tua, *adhærens* tantum *viventibus, cessat recordari mortuorum: amicitia* tua in *parentes, transit in filios. Hac venerabaris Theodosium, dum moderatus est imperium: hac etiam veneraris* eum *post mortem: neque magis solicitus es* pro *liberis tuis, quam* pro *filiis quos ille* Theodosius *commiserat tibi instituendos et tuendos. Fama censet* eos *æquos et nimis fidos, qui cum valerent inficiari* res *creditas sibi, maluerint restituere* eas *nullo corrupti lucro. Sed Stilicho conservat parvis* pueris

Pal. Med. pr. Thuan.—47 *aulam* Moret. sec.—48 *et ignarum* Farn. Ambr. pr. *ut* Voss. et viginti quatuor Codd. Exc. Schott. Gevart. Læti et Lucens. pr. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *ignavum* ed. Vicet.—49 *Invidiosa* Lov. *tuis* Voss. m. pr. *murmure* Oxon. sec.—50 *Nec vivis* duo Leidd. et plurimi scripti, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *cuivis* Oisel. *innexus* Pric. Med. sec. *amplexus* Put. *anixus* vel *obnexus* Florent.—51 *Desinit* vel *Desinat* Reg. Oxon. pr. *proles* Moret. sec. *discurrit* Moret. pr. *gloria* Leid. sec. Pal. Med. pr. Exc. Gevart. *patrum* vel *fratrum* Oxon. sec.—52 *Theodosium* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *tremuit* Tholos. *cepta colebat* Farn. *tenebat* Rott. *tenebas* Med. sec.—53 *Hanc* Tholos. Oxon. sec. *Hæc* inc. Heins. *Hanc etiam plus fata* Farn. *post facta* Var. LL. e marg. Parm. *non pignora* Petav. tert.—54 *ipse* Vat. sec. Reg. *movendos* Reg. m. sec. Tholos. duo Ambr. *fovendos* Med. tert.—55 *fidelis* Vat. pr.—56 *se possent* Lov. *possunt* Pal. Med. sec. *possint* Leid. pr. Oxon. pr. et sec. m. pr. Jun. pr. duo Vatt. Pric. Oisel. Exc. Læti. *possent* duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Lucens. pr.—57 *Maluerunt* Farn. Rott. item Gesn. et ed. Bipont. *violatum* Vat. quint. m. pr. *curru* Rott. *quæstum* Pal. *quæstus* Reg.—58 *Ast* duo Vatt. Farn.—59 *geminas aras* Pal. Med. pr. Thuan.

NOTÆ

47 *Consulit*] Providet, cavet, ne remotis noceatur. ' Nam quis innocens erit, si accusare sufficiet ?' Ammianus.

48 *Læsura*] Stilicho respuit delationes assentatorum, ne lædant clientem ignarum, inauditum.

Pondus, sed geminos axes, tantumque reservat
Depositum teneris, quantum Sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur? Hoc clypeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem; vitæque et lucis in ipso
Limine, contemtus nunquam dat jura subactis
Gentibus, et secum sentit crevisse triumphos.
Quem tu sic placida formas, sic mente severa,
Ut neque desidiæ tradas, dum pronus ad omne,
Quod libet, obsequeris; nec contra nixus ovantem
Confringas animum; secretus consona regno

non opes, non pondus auri relictum, sed imperium duplex Orientis et Occidentis, *et depositum tantum, quantum* Sol *flammifer circuit. Quid non securus committas illi, cui aula secure committitur? Honorius corroboratus hoc scuto* potuit *non desiderare patrem augustum; et in ipso aditu vitæ et luminis, nunquam spretus, imponit leges populis victis, et experitur victorias secum crevisse. Quem* Honorium *tu*, o Stilicho, *ita instituis, ita animo rigido, ut neque dedas* eum *inertiæ, dum facilis obedis ad omnia, quæ placent* ipsi, *neque contra resistens dejicias indolem* ejus *exultantem*: ut *secreto edoceas* illum *velut adolescentem*, ea quæ *utilia* sunt *Imperio, ea quæ*

—60 *Depositum.* cum τελείᾳ στιγμῇ Mazar. Moret. sec. *terris* duo Leidd. et plurimi scripti, Exc. Gevart. et Lucens. sec. *teneris* vel *terris* Vat. tert. Pric. Florent. Petav. tert.—61 *credas tibi* Vat. tert. *curas cum* Pal. Med. pr. *gratia* Thuan.—63 *Nec* Thuan. *genuit præstem* Voss. m. pr. *prestem* Leid. sec. m. pr.—64 *Limite* Ambr. pr. *Lumine* Pal. Put. duo Med. *Lumine* vel *Limine* Med. pr. Reg. Oxon. pr. *contentus* Farn. duo Vatt. duo Med. Exc. Læti. *contemptis* Pat. *contemptus* Florent. duo Med. inc. Heins. Mazar. Bonon. Tholos. Lov. Moret. pr. Petav. sec. tres Ambr. Exc. Schott. et Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *dat nunquam* Jun. pr.—65 *sentit secum* Reg. Oxon. pr. *sensit* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. —66 *tu* Florent. quatuor Med. Bonon. Pat. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *tunc* Med. quart. *forma* Petav. sec. *firmas* Ambr. pr. *quieta* Vat. quint. m. pr. *severa* Florent. duo Med. *serena* duo Leidd. Pal. Farn. Pric. duo Med. inc. Heins. vet. Gyr. Voss. Lov. m. pr. Petav. sec. Put. Pat. Ambr. sec. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *severa* vel *serena* Vat. sec. Reg. Oxon. sec.—67 *credas* Vat. sec. m. pr. *cum* Tholos. *tempus* Petav. sec. *mitis* Put. *omen* Reg. Oxon. pr. *omnem* Leid. sec. m. pr. Pat. Med. tert. *omen* vel *omne* Petav. pr.—68 *Quidlibet* Moret. sec. *Quod placet* Ambr. sec. *ne contra* Vat. pr. et sec. m. pr. Florent. Med. pr. *neque* Farn. *nisus* Petav. tert. —69 *Constringas* Lov. *stringas an virum* Farn. *ceu cernas* Petav. tert. *secernis*

NOTÆ

63 *Non gemuit*] Non quod Honorius non defleverit patrem Theodosium, sed quod potuerit eum non desiderare, quem in Stilichone sibi superstitem habere videbatur.

64 *Limine*] In ipsa infantia regit populos, et a nemine tenera ejus ætas contemnitur, tutore Stilichone.

67 *Desidiæ tradas*] Ita obedis, ut non ideo fiat iners; ita resistis, ut animus adolescentis ovans, exultans, alacri lætaque indole se exerens,

Ceu juvenem doceas, moles quid publica poscat;
Ceu sanctum venerere senem, patriisque gubernes
Imperium monitis; dominum submissus adores,
Obsequiis moderere ducem, pietate parentem.
Hinc fuit, ut primos in conjuge disceret ignes:
Ordirique virum, non luxuriante juventa,
Sed cum lege tori, casto cum fœdere, vellet.
Principe tu felix genero: felicior ille
Te socero. Fratrem levior nec cura tuetur,

Resp. postulat; et colas eundem velut senem venerandum; et regas Imperium admonitionibus paternis, et *humilis colas* velut *Imperatorem; officio agas ductorem, patrem pietate; inde factum est, ut disceret primos amores in marito, et vellet incipere* munus *virile non adolescentia lasciviente, sed cum legibus conjugii, et cum fœdere pudico. Tu fortunatus es Imperatore genero, sed ille est fortunatior te soce-*

Vat. sec. duo Med. Moret. sec. Exc. Gevart. *sectus* Var. LL. ed. Antv. *secreto* Vat. pr. et quart. Pric. Med. sec. Reg. Thuan. Bonon. Tholos. Moret. pr. duo Ambr. *secretus* Leid. pr. cum quindecim aliis, Exc. Cod. Rhem. et Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. *secreto* vel *secretus* Vat. tert. *secernis* et m. sec. *secertus* Voss. incertum an ex glossa, nam *secernis* erat deletum.—70 *Seu* Med. et Petav. tert. *Seu* vel *Ceu* vel *Cum* Reg. Oxon. pr. *doceat* Vat. quint. *quod* Med. sec. m. pr. *poscat* Vat. pr. m. pr. Pric. *poscit* Vat. pr. m. sec. Farn. Oisel. Reg. Florent. m. pr. Med. sec. m. pr. *possit* Pal. Med. pr. *sentit* Vat. tert. m. pr.—71 *Seu* Vat. quart. Petav. tert. *Cum* Reg. Oxon. pr. deest hic versus in Med. tert. *venerare* duo Vatt. Pal. Tholos. *reverere* Voss. Ambr. pr. *patrisque* Reg. Petav. tert. *patriisque* Lov. Jun. pr. duo Leidd. *propriisque* Florent. m. pr. *gubernas* Vat. pr. Farn. Tholos.—72 *montes* pro *monitis* Voss. m. pr. *domitum* Vat. quart. *dominum* vel *domitûm* Florent. *subnixus* Leid. sec. tres Vatt. Rott. tres Med. duo Petav. Lov. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *submissus* vel *subnixus* Jun. pr.—73 *Obsequio* Farn. Lov. ed. Vicet. *Obsequium* Petav. sec. *Obsequiis* Leid. pr. cum septemdecim aliis et Exc. Lucens. pr. *venerare* Jun. pr. *moderare* Leid. pr. et multi alii. *parentes* Reg.—74 *Hic* Reg. *Sic* Vat. pr. Pric. duo Med. Tholos. Petav. sec. Ambr. tert. *cum conjuge* Med. pr. *ut conjuge* Rott. *ignis* Tholos.—76 *chori* Med. tert. *tum* Farn. *velles* Med. quart.—77 *genero felix* duo Vatt. Petav. pr. Ambr. sec.—78 *non* Moret. pr.

NOTÆ

non frangatur ac dejiciatur, ut dejici solent servilia ingenia nimio timore constricta atque impedita.

71 *Sanctum senem*] Alii ad Theodosium alludi putant, alii ad sanctum Ambrosium, quem Stilicho ut patrem colebat, et cujus consiliis utebatur in regendo Honorio, et quo mortuo dixisse fertur, tanto viro recedente de corpore, interitum Italiæ imminere: id quod accidit.

73 *Obsequiis*] Obsequiis et officiis geras te ut ducem: studio et pietate ut parentem.

74 *Primos ignes*] Per Stilichonem factum est, ut Honorius primos amores disceret, non libidinibus vagis, ut solent juvenes, *sed cum lege tori*, seu legitimo conjugio.

Arcadium: nec, si quid iners atque impia turba,
Prætendens proprio nomen regale furori,
Audeat, ascribis juveni. Discordia quippe
Cum fremeret, nunquam Stilichon sic canduit ira,
Sæpe lacessitus probris, gladiisque petitus,
Ut bello furias ultum, quas pertulit, iret
Illicito, causamque daret civilibus armis.
Hujus fulta fide, mediis dissensibus aulæ,
Intemeratorum stabat reverentia fratrum.

ro. Neque cura tua *minor tutatur fratrem* ejus *Arcadium, neque attribuis* huic *adolescenti* facta, *si qua cohors ignava et impia ausit* patrare, *tegens insaniam suam nomine Imperatorio. Etenim cum dissensio tonaret, nunquam Stilicho inflammatus est furore,* quanquam *provocatus frequenter conviciis, et appetitus telis, ut pararet contra fas vindicare armis rabiem quam passus est, et præberet occasionem bellis civilibus. Amicitia inviolata* inter *fratres freta fide hujus* Stilichonis *remanebat in*

Vat. sec.—79 *quis* Reg. *quod* Exc. Læti. *aut impia* edd. primæ. *atque impia* ex scriptis et Aldo restituit Heins.—81 *adscribis* Lov. Moret. sec. Ald. *adscribit* Thuan. *adscribi* Reg.—82 *fremuit* Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *fremeret* Put. Pat. Bonon. Tholos. duo Petav. duo Leidd. Oxon. sec. Lov. ambo Moret. vet. Gyr. Voss. tres Ambr. Voss. Exc. Schott. et Gevart. Var. LL. ed. Antv. *premeret* Vat. quart. Mazar. inc. Heins. tres Medd. *fremuit* vel *fremeret* Vat. pr. Florent. Jun. pr. *Stiliconis* Vat. sec. Oisel. Put. Mazar. duo Petav. *Stilico sic* Vat. Livin. et quatuordecim scripti. *Stiliconis* vel *Stilico sic* Vat. tert. Florent.—83 *lacessiti ... petiti* ex conjectura Raphel. et Barth. *propriis* Jun. pr. in. pr. *lacessitus* Jun. pr. duo Leidd. duo Oxon. *odiisque* Pal. Farn. Med. pr. Bas. marg. Raphel. Barth. *gladiisque* duo Leidd. Oxon. pr. *odiisque* vel *gladiisque* Oxon. sec.—84 *bellum* Pric. *prætulit* Med. quart. *pertudit* Var. LL. ed. Antv.—85 *caussasque* Vat. sec. *dedit* Voss. duo Leidd. Rott. Med. tert. Put. Petav. sec. Bonon. Pat. duo Ambr. inc. Heins. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *metamque dedit* vel *caussamque daret* Lov.—86 *cujus* vulg. *hujus* Jun. et Oxon. pr. tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Reg. Petav. tert. Vat. Livin. et Leid. pr. *Hujus* vel *Cujus* Med. pr. *culta* Mazar. *stulta* Vicet. *discessibus* Put. Petav. sec. Med. tert. *successibus* Mazar. Exc. Cod. Rhem. *discursibus* Med. quart. Pat. *iræ* Med. tert.—87 *servat* Pal. Med. pr.

NOTÆ

79 *Iners atque impia turba*] Intelligit Rufinum et Eutropium, seu utriusque asseclas, qui multorum malorum causæ extiterunt.

80 *Prætendens*] Utens nomine Imperatoris velut prætextu, seu specie aliqua ad tegenda crimina.

83 *Lacessitus*] Per factiones Rufinianas et Eutropianas.

87 *Intemeratorum*] Reverentia seu amicitia inter fratres intemerata, inconcussa permanebat. Veram amicitiam comitatur reverentia.

Quin et Sidonias chlamydes, et cingula baccis
Aspera, gemmatasque togas, viridesque smaragdo
Loricas, galeasque renidentes hyacinthis,
Gestatosque patri capulis radiantibus enses,
Et vario lapidum distinctas igne coronas,
Dividis ex æquo: ne non Augusta supellex,
Ornatusque pares geminis hæredibus essent.
Mittitur et miles, quamvis certamine partes
Jam tumeant. Hostem muniri robore mavis,
Quam peccare fidem: permittis justa petenti,

ipsis discordiis Aulæ. Præterea partiris æqualiter inter fratres *chlamydes purpureas et balteos graves conchis, et vestes gemmatas, et thoraces ornatos smaragdis viridibus, et cassides micantes hyacinthis, et gladios manubriis fulgentibus gestos* a *parente* Theodosio, *et coronas ornatas splendore lapillorum diversorum; ne supellex Imperatoria, et ornamenta non forent æqualia duobus hæredibus. Milites quoque mittuntur ad Imperium Orientis, etsi partes* hujus *jam turgeant prælio. Mavis hostes corroborari cohortibus, quam violare fidem* tuam: *concedis* Arcadio *postulanti*

patrum Med. tert.—88 *Sodonias* Voss.—89 *viridisque* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Pric. *smaragdis* vulg. *Smaragdo* Exc. Lucens. sec. *Smaragdus* Bonon. *maragdum* Voss. Leid. sec.—90 *renidentes* Pric. Med. tert. *redundantes* Vat. pr. Oisel. m. pr. Reg. Oxon. pr. Med. sec. Vat. Livin. *renidentesque* Vat. tert. Med. pr. Thuan. Tholos. Oxon. pr. *redundantes* vel *renidentes* Florent. Mazar. *Hiacinthos* Oxon. pr.—91 *patris* Moret. sec. Varr. LL. ed. Antv. *scapulis* Vat. sec. Pal. Farn. Rott. Jun. pr. Oxon. sec. ambo Moret. Ald. Vicet. Parm. *capulis* Florent. Med. tert. et sec. m. sec. inc. Heins. Mazar. Bonon. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *patris capulis* Oxon. pr.—92 *districtas* Voss. *ore* Vat. tert. m. pr.—93 *nec non* Vat. sec. Farn. Rott. Moret. pr. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *angusta* Pal. Farn. Rott. duo Med. Reg. Jun. Oxon. pr.—94 *patres* Farn.—95 *partis* Put. Petav. sec. Pat. Tholos. Ambr. pr. *partis* vel *partes* Reg. *certamina* vel *certamine* Oxon. sec.—96 *timeas* Pat. *timeant* Pal. Farn. Vat. pr. m. pr. Med. pr. inc. Heins. Petav. et Oxon. sec. *timeant hostem.* cum τελείᾳ στιγμῇ Put. Thuan. *mirari* Ambr. sec. *et robore* Pal. *majus* Vat. tert. *Maurus* Med. tert.—97 *violare* Ald. Cujac. Sched. Gud. *spectare* Med. tert. Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *peccare* Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. ed. Parm. *fide* Pal. Farn. Thuan. Mazar. Petav. tert. Florent. duo Med. Vat. Livin. ed. Vicet. *fidem* omnes Vatt. Pric. Oisel. Moret. sec. duo Oxon. Var. LL. ed. Antv. *fidem* vel *fide* Jun. Leid. pr. *promittere* Moret. pr. *jura* Pal. Med. pr. *jussa* Oisel. Florent. Med. sec. m. pr. Reg. *potenti* Farn. Med. tert. *petitis* Thuan.—

NOTÆ

88 *Sidonias*] Purpureas: ab urbe Sidone in Phœnicia, ubi est purpura exquisita.

91 *Capulis radiantibus*] Propter gemmas quibus capulos ensium Heroës ornabant. Supra de gemmis illis diximus.

95 *Miles*] Ait Stilichonem misisse milites: sed tamen meliorem partem Honorio reservavit.

96 *Tumeant*] Velut prælium bellumque mox pariturae.

Idque negas solum, cujus mox ipse repulsa
Gaudeat, et quicquid fuerat deforme mereri.
Omnes præterea, puro quæ crimina pellunt
Ore Deæ, junxere choros, unoque receptæ
Pectore diversos tecum cinguntur in usus.
Justitia utilibus rectum præponere suadet,
Communesque sequi leges, injustaque nunquam
Largiri sociis: durum Patientia corpus
Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori:
Temperies, ut casta petas: Prudentia, ne quid
Inconsultus agas: Constantia, futile ne quid
Infirmumque geras. Procul importuna fugantur

res *justas, et renuis tantum id, quo non obtento mox lætetur ille, et* renuis *quicquid* ipsi *turpe foret impetrare. Insuper Deæ omnes* Virtutes, *quæ fugant vitia vultu sereno, conjunxerunt cœtum* suum, *et exceptæ* in *uno animo, armantur tecum pro usibus variis. Justitia persuadet* tibi *præferre honestatem lucro, et parere legibus communibus, et nunquam concedere iniqua fœderatis* nostris. *Patientia corroborat corpus* tuum *validum, ne velit succumbere ulli labori. Temperantia* facit, *ut requiras pudica: Prudentia* facit *ne quid inconsideratus facias. Constantia, ne quid*

98 *ipsa* Vicet. Parm.—99 *fuerit* conj. Heins. *videri* Pric.—100 *quæ puro* Vat. sec. *posito quæ carmina poscunt* et emendatum *crimina* Ambr. sec. *posito* inc. Heins. *quam* Pric. *carmina* Ambr. pr. Sched. Gud. *possunt* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *poscunt* Voss. m. pr. Leid. sec. inc. Heins. Tholos. Exc. Gevart. Petav. sec. cum glossa, i. e. *impetunt.* alibi in veteri Cod. ' quem poscere solum Horruit.' *i. e. provocare. pellunt* vel *poscunt* Reg. Oxon. pr.—101 *Orbe* Vat. sec. *vinxere* ed. Vicet. *vixere* Petav. sec. *Junxere* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Thuan. Petav. tert. Bonon. Thol. tres Ambr. ambo Moret. Ald. Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *Deos* pro *choros* Tholos. *imoque* Jun. pr. *repente* Med. quart.—102 *Corpore* Pat. *Junguntur* duo Med. *accinguntur* Petav. pr. m. sec. *cinguntur* vel *junguntur* Vat. pr. *coguntur* vel *cinguntur* Oxon. sec. —103 *regnum* Moret. pr.—104 *jubet* pro *sequi* Thuan.—105 *largiri facilis* conjiciebat Heins.—106 *et nulli* Med. quart. *cupias* Vat. sec. Oisel. Mazar.—107 *castra* Thuan. *fictile* Med. pr.—109 *Infirmumve* Vat. sec. *genus* vel *geras*

NOTÆ

99 *Mereri*] Turpe fuisset nempe Arcadio obtinere aliquid quod nocere potuisset fratri Honorio, idque ideo non concedebatur a Stilichone. Valerius Maximus dicit, ' Nos plerumque id votis expetere, quod non impetrasse melius foret.'

101 *Junxere choros*] Virtutes omnes in statu, ut vocant, heroico, simul esse dicunt Philosophi.

102 *Cinguntur*] Parantur velut militaturæ contra vitia.

107 *Casta petas*] Ammianus: ' Pudicitia vitam honorat ad excelsa surgentem.'

108 *Inconsultus*] Imprudenter, sine deliberatione.

109 *Infirmum*] Constantia efficit, ut nihil geras futile et frivolum, quod redoleat animum levem ac pusillum.

Numina, monstriferis quæ Tartarus edidit antris.
Ac primam scelerum matrem, quæ, semper habendo
Plus sitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Avaritiam: cujus fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis foribusque potentum
Excubat, et pretiis commercia pascit honorum,
Pulsa simul. Nec te gurges corruptior ævi
Traxit ad exemplum: quod jam firmaverat annis
Crimen, et in legem rapiendi verterat usus.

facias leve et ignavum. Furiæ funestæ, quas Tartarus protulit in *cavernis portentosis, expelluntur longe. Ac primo ejicis Avaritiam parentem vitiorum, quæ inhians semper* divitiis *majoribus possidendis, scrutatur aurum gurgite aperto: cujus* avaritiæ *altrix perpetua Ambitio, quæ adhæret liminibus et januis potentiorum, et* quæ *fovet pecunia venditionem Magistratuum, una fugata* est. *Neque vorago sæculi corruptioris attraxit* te *ad exemplum, quod vitia jam corroboraverant vetustate, et* quod *actiones* omnium *converterant in consuetudinem furandi. De-*

Vat. quart. *infortuna* Ambr. sec.—110 *abdidit* Jun. pr.—111 *Ac* tres Med. inc. Heins. Put. Tholos. Moret. pr. Ambr. sec. Lov. Vat. Livin. duo Petav. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *At* Vat. tert. Pal. Pric. *Ut primum* Mazar. *Ac primum* Oxon. sec. *Ac primam* Jun. pr. Oxon. pr. duo Leidd. Bonon. Pat. duo Ambr. *primum* Farn. Petav. sec. *primam* Florent. m. pr. quatuor Med. Put. Thuan. Reg. Mazar. duo Petav. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. *matrem scelerum* Thuan. *abundo* Med. quart. deerat hic versus in Rott.—113 *Trudit* Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. *fidissima* Vat. quint. Florent. tres Med. inc. Heins. Mazar. Ald. Gesn. et ed. Bipont. *sævissima* Moret. pr. Oisel. m. sec. *fœdissima* Med. tert. Ambr. pr. Tholos. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. edd. Vicet. Isingr. Gryph. et al.—114 *potentem* Ald.—115 *in pretiis* Rott. Petav. sec. duo Med. *in precium* inc. Heins. *poscit* tres Vatt. Pal. Farn. Ambr. sec. *vendit* Ambr. tert. *pascit* Leid. sec. m. pr. et undecim scripti, Exc. Gevart. ed. Parm. *pascit* Vat. pr. m. pr. *poscit* id. m. sec.—117 *explem* Vat. pr. m. pr. *qui* Leid. sec. duo Vatt. Oisel. inc. Heins. Voss. Oxon. pr. Ambr. sec. Reg. Mazar. Lov. Med. quart. tres Petav. Ald. ed. Parm. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *firmaverit* Vat. sec. Med. pr. *formaverit* Pal. Lov. m. pr. *formaverat* Med. sec. m. pr. *firmaverat* vel *formaverat* Pric.—118 *verterit* Pal. Med. pr. Thuan. *usum* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Jun. pr.

NOTÆ

Importuna] Furiæ, quæ a Poëtis dicuntur numina importuna, inauspicata, obscœna, funesta, fatalia. Furiæ autem illæ sunt Avaritia, Ambitio, et aliæ pestes importunæ, id est, crudeles, immanes, abominandæ. 'Cyclops alter multo importunior.' Cicero, de crudeli.

112 *Plus sitiens*] Ovidius: 'Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.'

113 *Avaritiam*] S. Paulus ad Timoth. *ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, radix omnium malorum est cupiditas.*

Fœdissima] Nutrix perpetua est, quæ Avaritiæ fideliter adhæret, nec ab ea divelli potest.

116 *Gurges corruptior*] Corruptela sæculi. Revera in sæculo corruptissimo Stilicho fuisse ab omni avaritiæ labe immunis a quibusdam dicitur. Alii contra sentiunt.

Denique non dives sub te pro rure paterno,
Vel laribus, pendet: non insidiator oberrat
Facturus quemcumque reum: non obruta virtus
Paupertate latet. Lectos ex omnibus oris
Evehis, et meritum, non quæ cunabula, quæris;
Et qualis, non unde satus. Sub teste benigno
Vivitur: egregios invitant præmia mores.
Hinc priscæ redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter, despectaque Musæ
Colla levant; opibusque fluens et pauper eodem

mum sub te non locuples timet pro agro patrio aut pro domo. Non delator circuit eversurus quemlibet reum: non virtus oppressa egestate delitescit: extollis viros *delectos ex omni parte* Orbis, *et requiris virtutem, non qui natales* sint; *et* quæris *qualis* sit vir, *non unde oriundus. Vivitur sub spectatore æquo: munera excitant mores eximios. Hinc artes antiquæ renovantur, inde via panditur ingeniis præstantibus, et Musæ attollunt capita* ante *spreta, et affluens divitiis et pauper aspirat*

duo Leidd. totidem Oxon. *usus* vel *usum* Pric.—120 *pallet* duo Ambr. item Gesn. et ed. Bipont. *pellet* Thuan. *pallet* vel *pendet* Petav. tert. *aberrat* Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—121 *Facturus* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *Fracturus* Petav. pr. Oxon. sec. ed. Parm. et Vicet. *Facturus* vel *Fracturus* Pric. *quodcumque* Pal. Med. pr. *deum* inc. Heins.—123 *emeriti numquam* Oxon. sec. *numerum non quæ* inc. Heins. *numquam meriti* Vat. pr. et tert. Pric. Oisel. *meriti numquam* Rott. Med. sec. *numquam meritum* Voss. m. pr. *meritum, non quæ* Leid. pr. vet. Gyr. Lov. ambo Moret. Med. quart. Put. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Sched. Gud. Exc. Lucens. sec. *meriti: non quæ* Var. LL. e marg. Parm. *meritum numquam* Mazar. duo Med. ed. Vicet. Exc. Gev. *nunquam meritum* et superscriptum *imo meriti* Florent. *numquam meriti* vel *meritum* Oxon. pr. *merito* vel *meritum* Reg. *meritum numquam* vel *meritum non quæ* Exc. Schotti. *numquam* Farn. *non quæ* Jun. pr. m. sec. duo Vatt. *venabula* Oxon. sec. *quærit* Med. sec.—124 *Sed* Vat. tert.—125 *arces* Pric. Vat. tert. *unde* Petav. sec. Exc. Schott.—128 *nitens* Farn.—129 *cernit* Pal. Oisel. Med. pr.

NOTÆ

120 *Insidiator*] Delator, emissarius, quales emittebantur a Nerone, Domitiano, et aliis, ut aliquid contra principem factum aut dictum esse arguentes, occasionem darent eorum spoliandorum.

121 *Facturus*] Alii *fracturus*, i. e. eversurus bonis, quicumque in judicium adduceretur. Alii legunt *acturus*, nec male: *agere reum*, est facere ut reus condemnetur.

123 *Cunabula*] Non requiris natales patriamque, sed solam virtutem.

124 *Benigno*] Benigne omnia interpretante, non fingente vitia, immo aut excusante aut dissimulante.

125 *Egregios mores*] Præmia seu honores a Stilichone dati faciunt ut homines invitentur, alliciantur ad optimos mores.

127 *Musæ*] Avaritia et inhumanitate priorum ducum velut collo captivo oppressæ Musæ ad spem meliorem eriguntur.

Nititur ad fructum studio: cum cernat uterque,
Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia surgat
Divitiis. Nec te jucunda fronte fefellit
Luxuries, prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus,
Membraque Circæis effœminat acrius herbis;
Blanda quidem vultus, sed qua non tetrius ulla
Ultrices fucata genas, et amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros.

ad utilitatem honestam *ardore simili, cum uterque videat, quod nec integritas egena despiciatur, neque ignavia attollatur opibus* suis. *Neque* vero *luxuria, vitium blandum, decepit te vultu hilari, quæ* luxuria *obediens semper imperio corporis, offundit animo tenebras, et enervat artus potentius graminibus Circæis; lenis quidem* secundum *faciem, sed qua non funestius ulla* pestis est *fucata* per *genas vindices, et cincta blanditiis fallacibus oblinit auro colubros feroces. Illa* luxuria *irretivit*

Thuan. Jun. pr. Oxon. sec. *utrumque* Vat. quart.—130 *iners* Pal. *inops* vel *iners* Med. pr. *lateat* Ambr. tert.—131 *jucundo fonte* Med. tert. *jocunda* Put. Reg. duo Petav.—132 *debita* Pal. Med. pr. inc. Heins. Ambr. sec. Lov. Voss. m. pr.—133 *hebet hac* Put. *hebet ac* Petav. sec. *sensum* Mazar.—135 *vultus* duo Leidd. et viginti Codd. Exc. Schott. et Lucens. sec. *vultu* quatuor Vatt. Med. sec. *virtus* inc. Heins. *virtus* et m. sec. *vultus* Oxon. sec. *tetrior* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. *tetrius* duo Leidd. et decem scripti. *tercius* vel *tetrius* inc. Heins. *alter* Vat. quint.—136 *Ulterius* Voss. m. pr. Leid. pr. *interius* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Reg. Exc. Læti. *Ultrices* Jun. pr. m. pr. vet. Gyr. Med. tert. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *Ultricis* Petav. sec. Leid. sec. m. pr. *Ult'ies* Tholos. *fucata* Vat. pr. Pal. Oisel. Ambr. sec. *sulcata* Jun. pr. Oxon. sec. *signata* inc. Heins. *fuscata* duo Leidd. cum plurimis aliis, Exc. Schott. et Gevart. *Illyricas fuscata* Var. LL. ed. Antv. *fuscata* vel *fucata* vel *sulcata* Reg. *amica* Pal. Pric. m. pr. duo Med. Bonon. Ambr. pr. *amica* vel *amicta* Vat. pr. Florent. Thuan. Moret. sec. Petav. tert. *doloris* vel *dolosis* Vat. quint.—137 *lauro* Voss. Leid. sec. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. *alvo* Exc. Schott. *auro* vel *lauro* Reg. Oxon. pr. *circumligat* Rott. Med. sec. inc. Heins. Leid. pr. m. sec. Vet. Gyr. Ambr. sec.

NOTÆ

134 *Circæis*] Luxuria enervat corpora potentius quam herbæ Circes veneficæ, quæ socios Ulyssis mutavit in porcos, et quæ homines mutabat in bestias. Id quod intelligendum est de luxuria et ebrietate, quæ homines transformant in bestias.

136 *Ultrices fucata genas*] Luxuria blanda quidem est specie, sed habet genas fucatas; et ex hoc fuco nascitur sua pœna, sua vindicta, siquidem sequitur fucum deformitas, quæ est velut vindicta et supplicium; vel sub hoc fuco latet ultio teterrima, et hujus pestis illecebræ dolosæ sunt et perniciosæ. Alii legunt *fuscata genas*, id est, deturpata: alii legunt *signata*.

137 *Hydros*] Crines luxuriæ videntur esse aurei, sed revera scatent colubris: id quod dicitur ob effecta luxuriæ, quæ causa est venenorum, cædium, aliorumque malorum. Alii legunt, *circumligat auro*, id est, nodis et tæniis aureis.

Illa voluptatum multos innexuit hamis:
Te nunquam conata capit. Non prava libido
Stupris advigilat: non tempora somnus agendi
Frustratur: nullo citharæ convivia cantu,
Non pueris lasciva sonant. Quis cernere curis
Te vacuum potuit, quis tota mente remissum,
Aut indulgentem dapibus, ni causa juberet
Lætitiæ? Non indecores æraria lassant
Expensæ: parvo non improba litera libro
Absentum condonat opes. A milite parcus

multos nexibus voluptatum, te nunquam irretiat, etsi *tentaret*. *Non* in te *impudicitia improba excubat* ad *stupra*: *non sopor furatur occasionem laborandi*. *Epulæ tuæ non resonant ullo concentu lyræ, non symphonia impura puerorum*. *Ecquis valeat videre te sine curis, ecquis relaxatum toto animo, aut vacantem conviviis, nisi occasio gaudii* alicujus *id postulet? Sumtus indigni* te *non fatigant ærarium*. *Non epistola pessima damnat divitias absentum, volumine exiguo*. *Eligeris a mili-*

ed. Parm. et Vicet. *circumluit* Jun. pr. Thuan. Exc. Gevart. *circumfluit* Voss. Leid. sec. *circumlinit* vel *circumligat* Lov. *circumluit* vel *circumlinit* Oxon. sec. *circumvenit* vel *circumligat* Exc. Schott.—139 *rapit* Jun. pr. Petav. tert. *caput* Pal. Med. pr. *rapit* vel *capit* Oxon. sec. *parva* ed. Vicet.—140 *Advigilat stupris* Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. et al. *stupris advigilat* duo Leidd. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *nec* Leid. sec. Voss. Mazar. Exc. Gevart. *tempus* Pal. Med. pr. Thuan. *somni tempus* Pat.—141 *Fraudatur* Pat. *communia* Med. sec. Put. Pat.—142 *Nec* Med. quart. *pueri* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *pueris* duo Med. Petav. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart. *pueri* vel *pueris* Med. pr. *sonat* Vat. pr. m. pr. *quid* Tholos.—143 *tanta* Med. sec. m. pr.—144 *nisi* Med. quart. Moret. pr.—145 *Lætitiam* conjiciebat Heins. *quassant* Pal. *cassant* Florent. Voss. m. pr. Med. item Ambr. tert. *laxant* omnes Vatt. Farn. Rott. duo Med. Thuan. Jun. pr. Petav. pr. Mazar. Ambr. pr. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *lassant* vel *cassant* Oxon. pr. *laxant* vel *lassant* Vat. tert. *quassant* vel *laxant* Med. pr. *laxant* vel *cassant* Exc. Schott. *laxant* vel *lassant* vel *cassant* Oxon. sec.—146 *Expenso* Pric. *pravo* Moret. sec. et sic conjiciebat Heins.—147 *Insontum* leg. Heins. *condemnat* Leid. pr. *condempnat* Med. tert. ed. Vicet. *condonet* Voss. m. pr. *condonat* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Lucens. pr. *commendat* vel *condonat* vel *condemnat*

NOTÆ

142 *Pueris lasciva*] Non convivia tua lasciva sunt cantu puerorum symphoniacorum. Theodosius edicto expulit ex conviviis operas cantorum.

146 *Parvo libro*] Epistola est, seu mandatum parvo volumine contentum.

147 *Condonat*] Alii *condemnat*, i. e. addicit fisco.

Parcus] Parsimonia in milites, qui auro inhiant, multis perniciosa fuit, et Stilichoni non nocet; eligitur enim, etsi parcus sit tempore belli, quia tempore pacis fuit liberalis.

Diligeris : neque enim neglectas pace cohortes
Tunc ditas, cùm bella fremunt. Scis nulla placere
Munera, quæ metuens illis, quos spreverit, offert
Serus, et incassum servati prodigus auri.
Antevenis tempus, non expectantibus ultro
Munificus, mensæque adhibes, et nomine quemque
Compellas, clari, sub te quod gesserit olim,
Admonitos facti; figendaque sensibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.

tibus etsi *parcus, nec enim cum bella tonant locupletas exercitus contemtos* per *pacem. Nosti nulla dona grata esse, quæ* quis *lentus et largus frustra auri reservati dat iis quos contemserit. Prævenis tempus, liberalis sponte in homines non opperientes, et admoves* eos *mensæ* tuæ, *et appellas unumquemque* suo *nomine, monitor facinoris gloriosi, quod fecerit alias sub te* duce, *et adjungis dicta imprimenda in alta mente, quibus* dictis *favor amicitiæ ingentis augetur. Et si des aliquid,*

Pric. *e milite* Mazar. *partus* Var. LL. ed. Antv.—148 *nec* Pal. Farn. Med. pr. Bonon. Jun. et Ambr. pr. Moret. sec. *neglecta* Put. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. duo Petav. Var. LL. ed. Antv. *ne lætas* Jun. pr.—149 *Tu* Vat. quint. Med. quart. *Tum* duo Leidd. duo Vatt. Med. sec. *Tunc* Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Pat. Ambr. sec. Vat. Livin. *ditos* Voss. *quæ bella* Ambr. pr. *fremant* Moret. sec. Heinsius ascripserat locum Prudentii Hamartig. 'vesania et error Suppeditant, ut bella fremant.'—150 *spreveris* Med. pr. et tert. *spreverat* Pat. Mazar. Lov. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Schott. et Lucens. sec. *præferat* Reg. *presserat* Vat. tert. m. pr. Oisel. Oxon. pr. Med. sec. *et spernit et offert* Jun. pr. *spreverit* vel *presserat* Vat. pr.—151 *Servus* Jun. pr. *incassi servator* Reg.—152 *Antevenit* Ambr. pr. *nunc* Jun. pr.—153 *Magnificus* vel *Munificus* Ambr. pr.—154 *Appellas* Petav. pr. m. pr. Vat. et Med. quart. *sub te quod* Pal. Farn. *quod sub te* Florent. Med. pr. Ambr. sec. inc. Heins. Thuan. Mazar. Jun. et Oxon. pr. *gesserat* omnes Vatt. Pric. Rott. Oisel. *gesserit* duo Med. Petav. tert. Exc. Lucens. sec. *disserat* Put.—155 *Admonitor* vet. Gyr. ed. Vicet. Heins. Gesn. et ed. Bipont. *Admonitu* Moret. pr. *Ammonitum* Voss. *Admonitum* Leid. sec. et alii magno numero, Exc. Læti, Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e m. Parm. *fingendaque* Pal. Farn. Rott. Pric. Vat. pr. m. pr. Voss. Med. sec. Jun. pr. Oxon. et Leid. sec. Exc. Gevart. *figendaque* vel *fingendaque* Med. pr.—156 *gemina cum* Voss.

NOTÆ

148 *Neglectas pace cohortes*] Id perdidit Probum optimum Imperatorem, quo cæso milites pretio corrupti Imperatores creaverunt.

150 *Spreverit*] Non subveniens egentibus, aut debita virtuti præmia per avaritiam denegans.

Offert] Dat enim coactus : nam timens hostes partem dat militibus, ut sua virtute efficiant ne totum amittat.

152 *Antevenis*] Prævenis tempus quo indigeant amici tui.

153 *Nomine compellas*] Efficax in principe blandimentum ad conciliandos sibi milites, eos nomine suo compellare : ita Cyrus, ita Alexander et alii se gerebant.

155 *Admonitos*] Juvat te revocare in memoriam præclara facta, quæ sub te duce gesserunt.

156 *Gratia doni*] Bonis officiosis-

Nec, si quid tribuas, jactatum sæpius idem
Exprobrare soles: nec, quos promoveris, alto
Turgidus alloqueris fastu: nec prospera flatus
Attollunt nimios. Quin ipsa superbia longe
Discessit, vitium rebus solenne secundis,
Virtutumque ingrata comes. Contingere passim
Affarique licet. Non inter pocula sermo
Captatur; pura sed libertate loquendi
Seria quisque jocis nulla formidine miscet.
Quem videt Augusti socerum regnique parentem,

non consuevisti id objicere sæpe venditando: neque tumefactus fastu arroganti, affaris eos *quos evexeris* ad honores, *neque* res *secundæ efferunt* te *vanitate immodica. Immo superbia ipsa recessit procul, vitium familiare* in *rebus prosperis, et socia injucunda virtutum. Fas est* ad te *accedere, et alloqui* te. *Non* homines *aucupantur inter convivia* occasionem *loquendi; at unusquisque ingenua licentia dicendi admiscet seria facetiis absque ullo metu.* Et *quem intuetur socerum Impe-*

nodi Vat. pr. m. pr. Oisel. Prie. Reg. *doni* vel *nodi* Vat. tert. cum glossa, *i. e. amicitiæ.* Heinsius ascripserat locum Ovidii Epist. Phædræ vs. 135. 'Illa coit firma generis junctura catena, Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.'—157 *Ne quid si* ed. Vicet. *Nec si quid* Exc. Lucens. pr. *quid si* Farn. *jactantum* et manu recenti superscriptum *jactandum* Sched. Gud. *jactatum* vel *tractatum* Vat. pr.—158 *alto* vel *ultro* Oxon. sec.—159 *Turbidus* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Læti, Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *fatu* vel *fastu* Med. pr. *ne* Petav. sec. *fastus* Jun. pr.—161 *Decessit* Jun. pr. *commune* Pric. *sederis* Farn. m. pr.—162 *conjungere* Leid. pr. Oxon. pr. —163 *datur* pro *licet* Ambr. sec. *licent* Vat. pr. m. pr. *intra* Med. tert.—164 *tuta* vel *vera* conjiciebat Heins. *purus* Voss. m. sec.—165 *locis* Vat. sec. Med. tert. *locus* Med. sec.—166 *generumque parentem* Farn. *potentem* Reg. *po-*

NOTÆ

que verbis, cum munus aliquod datur, augetur ejus meritum et gratia. Alii legunt *nodi*, id est, bona et officiosa verba dicis, quibus gratia et honos nodi honorifici amicitiæ tuæ augetur, geminatur. Cicero: 'Amabilissimus nodus amicitiæ.'

158 *Exprobrare*] Non jactas beneficium a te collatum, non commemoras, nam isthæc commemoratio quasi exprobratio est in ingratos et immemores beneficiorum.

161 *Solenne*] Superbia in rebus secundis vitium familiare, ordinarium, quod vult coli, quasi dies aliquis festus et solennis.

162 *Virtutumque ingrata comes*] Superbia comes injucunda virtutum, hoc est, honorum virtute partorum.

Contingere] Ad te accedere propius, dextram tuam contingere.

163 *Inter pocula*] Inter scyphos, inter convivia, ubi veteres se piaculum admittere putabant, si quicquam tum triste aut dicerent aut facerent. Ideoque hæc viros principes alloquendi occasio consulto captabatur.

164 *Pura*] Libertate pura, sincera, ingenua, non parata et elaborata artificiis, ut aures potentiorum fastu turgidas, et obstructas leniori adulatione penetret.

Miratur conviva parem; cum tanta potestas
Civem lenis agat. Te doctus prisca loquentem,
Te matura senex audit, te fortia miles:
Aspersis salibus, quibus haud Amphiona quisquam
Præferat Aonios meditantem carmine muros:
Nec velit Orpheo migrantes pectine sylvas.
Hinc amor, hinc veris, et non fallacibus, omnes
Pro te soliciti votis: hinc nomen ubique
Plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.
Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret
Fabrilis? quantis fluerent fornacibus æra,

ratoris et Patrem Reip. conviva suspicit similem aliis; *cum tanta dignitas leniter administrata* eum *ostendat* ut *civem. Eruditi audiunt te narrantem* res *antiquas, senes te* narrantem res *solidas; milites,* res *generosas:* idque *salibus admixtis, quibus nullus anteponat Amphionem condentem mœnia Thebana cantu, neque vellet* anteponere *sylvas sequentes lyram Orphei. Hinc amor civium* in te nascitur: *hinc omnes anxii* sunt *pro te, votis sinceris et non fictis: hinc undique honorant nomen* tuum *applausibus, et vultum* tuum *statuis aureis. Quæ non incudes resonarent? Qui ignis artificum quiesceret? In quot fornacibus æra factura imagines tuas liquefierent?*

tentem vel *parentem* Petav. tert.—167 *patrem* Var. LL. ed. Antv.—168 *loquente* Reg.—170 *silibus* Voss. m. pr. *aut* Med. pr. Petav. sec.—171 *Proferat* Reg. *Aonios muros* Vat. Livin. Florent. Med. pr. et sec. Thuan. Petav. pr. Ambr. tert. *Aonios Musos* Put. *Aonias Musas* duo Leidd. cum tredecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. et Ald. *modulantem* Jun. pr. Oxon. sec. *carmina* Oxon. pr. *Musos* Put. *Musa* Sched. Gud.—172 *Aut velit* Thuan. *silvos* Voss. —173 *sed non* Reg. *fallentibus* Mss. nonnulli, et edd. vett. *fallacibus* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Voss. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—174 *sollicitis* Voss. m. pr.—175 *aurati* Med. tert.—176 *includes* Voss. m. pr. *summa* Pal. Med. pr. *flamma parentum* Vat. pr. m. pr.—177 *Fabrilis? quæ sufficerent* Moret. pr. *Flabilis et quantis fluerent* Exc. Gevart. *quæ sufficerent* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Thuan. Mazar. duo Oxon. Exc. Læti. *quantis fluerent* plurimi Codd. Exc. Schott. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *quæ sufficerent* vel *quantis fluerent* Med. pr. Ceterum illa a

NOTÆ

167 *Parem*] Ob comitatem in conviviis, animumque civilem.

171 *Muros*] Nota fabula, Amphionem tractis lyra saxis muros Thebanos condidisse in Bœotia seu Aonia. Id quod ingeniose inventum est, quod Amphion ingenti pecunia lyræ cantu comparata muros Thebanos condiderit: vel quod 'prece blanda,' seu eloquentia sua, homines agrestes, et lapidum instar duros, in urbanæ vitæ societatem convocarit.

172 *Sylvas*] Sequentes lyram Orphei. Per sylvas et arbores, intellige homines rudes, et stipitum instar stolidos, quos Orpheus ad mansuetiorem vivendi rationem traduxerit.

173 *Hinc*] Ex tua comitate, affabilitate, aliisque virtutibus, omnium amor in te nascitur.

Effigies ductura tuas? quis devius esset
Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus
Dilectos colerent, talem ni semper honorem
Respueres? Decus hoc rapiat, quem falsa timentum
Munera decipiunt, qui se diffidit amari.
Hoc solus sprevisse potest, qui jure meretur.
Undique legati properant, generique sub ore
In tua centenas aptant præconia voces:
Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi,
Et metuens hostile nihil, nova culmina totis
Ædificet ripis, et sævum gentibus amnem,

Ecquis angulus foret tam *inaccessus, quæ regio, quæ non veneraretur simulacra* tua *gratissima, tanquam Deum, nisi* tu *semper renueres hanc gloriam?* Ille *vindicet* sibi *hos titulos, quem dona inania hominum* metuentium *fallunt, qui diffidit se diligi: hoc unus potest contemnere, qui meretur jure. Oratores undequaque festinant, et* in *conspectu generi* tui Honorii *expetunt centum linguas ad laudes tuas* celebrandas. *Galli reddunt* tibi *gratias, quod securi in finibus* suis *sine armis, et nullam timentes hostilitatem, exstruant domos novas* in *littoribus omnibus, et instar Tibris præ-*

quantis fluerent usque ad *aut regio* desiderabantur in Jun. pr.—178 *dictura* Med. tert.—179 *an regio* Put. *munere* Leid. pr. Voss. m. pr. Reg. Med. quart. *promittere* Jun. pr. *nomine* Vat. pr. m. pr. Oisel. *munere* vel *numine* Lov.—180 *coleret* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. m. sec. Jun. pr. duo Ambr. totidem Oxon. ambo Moret. Ald.—181 *Respueres* vel *Respiceres* Med. pr. *tumentum* Petav. sec. *viventum* Med. tert. *timentem* Vat. quint. m. sec. Florent. m. pr. qui tamen et *timentis* habet. *timentum* vel *tumentum* Oisel.—182 *decipiunt* vel *despiciunt* Oxon. sec.—183 *Hoc solum* Leid. pr. Tholos. Oxon. pr. Ambr. tert. *Hoc solus* Leid. sec. *Hæc solus* Mazar. *solus* Vat. sec. Farn. Rott. m. sec. *solum* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. m. pr. Med. pr. Florent. m. pr. *semper* Ambr. pr. *Hic solus* vel *Hoc solum* Pric. Petav. tert. *tuetur* Var. LL. ed. Antv.—184 *laudantes* Ambr. tert. *geminantque* Thuan.—185 *aptant* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. m. pr. duo Med. *agitant* Med. sec. *optant* Leid. sec. cum viginti duobus aliis, Exc. Schott. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *aptant* vel *optant* Vat. pr. Pric. Med. pr. Oxon. pr. Heinsius *sociant* vel *optant* conjecerat, vulgatam tamen retinet.—186 *ait* Farn. *qui* Moret. sec. *lumine* Jun. pr. *limine* Vat. tert. Pal. Oisel. Vat. pr. m. pr. Med. pr. Thuan. *milite* Leid. sec. et decem alii. *limite* Florent. m. pr. Med. sec. Tholos. *limine* vel *milite* duo Oxon. *limite* vel *milite* Leid. pr. Petav. tert. *inermis* Moret. pr.—187 *Ut* Tholos. *notis* Pric. *tectis* Ambr. pr.—188 *Ædificat*

NOTÆ

180 *Honorem respueres*] Instar Agesilai, qui etiam moriens sibi statuas poni vetuit.

181 *Rapiat*] Cupide et ambitiose.

Falsa] Munera ex animo ficto et fallaci provenientia.

186 *Limite inermi*] In finibus armorum præsidio destitutis.

188 *Gentibus*] Populis infestis Imperio Romano, Rhenum late accolentibus.

Tybridis in morem, domibus prævelet amœnis.
Hinc Pœni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera possideant: hinc obsidione solutus
Pannonius, potorque Savi, quod clausa tot annis
Oppida laxatis ausus jam pandere portis,
Rursum cote novat nigras rubigine falces,
Exesosque situ cogit splendere ligones:
Agnoscitque casas, et collibus oscula notis
Figit, et impresso glebis non credit aratro.

texant ædificiis pulchris Rhenum *formidandum fluvium* ob *gentes* infestas. *Hinc Carthaginienses acervant encomia tua, quod teneant arva* sua *vacua tyranno* Gildone: *hinc Pannonii liberati* ab *obsidiis, et is qui bibit Savum* fluvium, *quod portis reseratis ausus aperire jam urbes* suas *clausus* per *tot annos, acuit cote iterum falces scabras rubigine, et facit micare ligones corrosos carie, et noscit tuguria sua, et imprimit oscula clivis* sibi *cognitis, et non discedit vomere infixo* in *campis. Syl-*

Thuan. Ambr. pr. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. *sepum* Tholos. *omen* Ambr. pr.—189 *Tybridis* vel *Tygridis* inc. Heins. *prævelat* Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. *prævellet* Pric. Put. Petav. sec. Bonon. Pat. *pervellet* ed. Vicet. *prævalet* Tholos. *prævallet* Vat. sec. Farn. Reg. Leid. sec. m. pr. Oxon. sec. m. sec. Ambr. tert. Voss. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. quod probat Heins. —190 *Huic* Put. *cumulent* Reg. *grates* id. Reg. *laudes* vel *grates* Oxon. sec. *qui* Voss. *jura* id. Voss. m. pr. Ambr. tert. *paterno* Rott.—192 *portorque* Voss. m. pr. *Suavi* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Favi* Mazar. *Padi* Vat. sec. inc. Heins. Thuan. Ambr. sec. *Sani* Leid. pr. cum duodecim scriptis. *Fanni* vel *Padi* Pal. Med. pr. *quod clausa* Leid. sec. et sedecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qui* Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. et scripti aliquot. *annos* legebat Heins.—193 *laudatis* Pric. *audet* Med. tert. *ausit* Moret. pr. *ausos* Vat. pr. m. pr.—194 *novas* Vat. pr. Oisel. Oxon. pr. *novant* Med. tert. *nigra* Med. quart. *rubras* Med. tert. *pigras* vel *rubeas* Vat. pr. *caligine* Vat. sec. *fasces* Reg.—195 *cogis* Oisel. Oxon. pr.—196 *Agnoscitque casas* Vat. quint. Pric. Oisel. Med. tert. Put. Pat. Petav. tert. Leid. pr. Ald. Exc. Lucens. pr. *Agnoscit caussas* Leid. sec. cum viginti aliis, et ed. Vicet. *Cognoscit* vel *Agnoscit* Oxon. sec. *casus* Vat. tert. m. sec. *caulas* Ambr. tert. Exc. Schott. *caussa* Var. LL. ed. Antv. *callibus* Med. tert. *collibus* vel *callibus* Leid. pr. *silvis* pro *notis* Rott. *votis* Jun. pr.—197 *nunc* Med. tert. Exc. Lucens. pr. *cedit* Exc. Læti. *condit* Reg. *pendet* Vat. tert. m. pr. Med.

NOTÆ

189 *Tybridis in morem*] Ripæ Tyberis domibus magnificis prætextæ.

Prævelet] Alii *prævallet*, i. e. ita prætexat, ut ipsæ domus totidem propugnacula esse videri possint.

191 *Obsidione*] Per triginta annos Alaricus Pannoniam insederat.

192 *Savi*] Savus fluvius, qui alluit Bosniam aliasque regiones, et ad urbem Taurunum, vulgo *Belgrade* in Hungaria, sese in Danubium exonerat.

196 *Oscula*] Redeuntes in patriam religiose osculabantur domos, agros, &c.

197 *Credit*] Alii legunt *cedit:* id est, non discedit ob interturbatum opus hostili incursione.

Exsectis, inculta dabant quas sæcula, sylvis
Restituit terras, et opacum vitibus Histrum
Conserit; et patrium vectigal solvere gaudet,
Immunis qui clade fuit. Te sospite fas est
Vexatum laceri corpus juvenescere regni.
Sub tot Principibus quæcumque amisimus olim,
Tu reddis. Solo poterit Stilichone medente
Crescere Romanum vulnus tectura cicatrix:
Inque suos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.

vis, quas tempora neglecta produxerant, recisis, reparat agros, et serit vites ad ripas opacas Danubii: et qui extitit expers cladis, lætatur persolvere tributum patrium. Te incolumi, o Stilicho, *infestatum corpus imperii discerpti potest* resumere *juventutem* suam. *Tu restituis quicquid perdidimus quondam sub tot Imperatoribus. Uno Stilichone medente, cicatrix obductura plagam Romanum poterit augeri, et agricolis tandem revertentibus in fundos suos, Aula locupletabitur rursus*

sec. *credit* duo Med. Florent. m. pr. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. Voss. ambo Moret. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. Schott. et Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. *figit* et emendatum *credit* Lov.—198 *Ex sectis* Var. LL. e marg. Parm. *Erectis* Tholos. *Exertis* Lov. *solera* pro *secula* Put.—199 *Restitui terris* Jun. pr. *terris* Vat. sec.—200 *cogit* Vat. tert. m. pr.—201 *quod* Thuan. Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. *qui* vel *quod* Pric. *classe* Med. quart. inc. Heins. Put. Reg. Moret. pr. Petav. sec. Pat. m. sec. Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *clade* vel *classe* Vat. quint. Lov. Oxon. sec.—202 *Vexantum* Reg. Petav. pr. m. pr. *Exitium* pro *Vexatum* Voss. m. pr. Exc. Gevart. *laceri* Florent. Med. sec. duo Petav. Vat. Livin. *latum* Tholos. *late* Leid. pr. et viginti duo Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Vicet. et Var. LL. e marg. Parm. *lateri* vel *late* Vat. tert. Pric. *late* vel *laceri* Moret. pr.—203 *quicumque* Farn. *quodcumque* Exc. Gevart.—204 *Te* Voss. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *Te reddi solo potuit* Exc. Gevart. *Te reddi solo poterunt* Vat. quint. duo Med. inc. Heins. Jun. pr. m. sec. Put. Reg. Pat. duo Petav. totidem Ambr. Lov. Exc. Schott. *poterat* Florent. m. sec. *poterunt* Voss. m. pr.—205 *Crescet* Vat. quint. Put. Reg. Pat. inc. Heins. Petav. sec. duo Med. et Ambr. Exc. Schott. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *vulgus* Ambr. pr. Sched. Gud. *textura* ed. Vicet. *tractura* Reg.—206 *tandem fines* Leid. pr. cum quatuordecim aliis.—207 *dictabitur* Pe-

NOTÆ

198 *Sæcula*] Sæculum aliquando denotat annos triginta, quo temporis spatio terra Pannoniarum ab Alarico pressa, inculta remanserat.

200 *Patrium vectigal*] Debitum a se pro jure suæ patriæ.

202 *Juvenescere*] Ut homines, sic et Imperia suas habere videntur ætates.

205 *Vulnus*] Damna tot præliis accepta ita reparantur a Stilichone, vix ut postea horum vestigia remaneant.

207 *Illyricis*] Illyriam diu Alaricus obtinuerat.

Nec tamen humano cedit cœleste favori
Judicium: cingunt Superi concordibus unum
Præsidiis, hostesque tuos aut littore produnt,
Aut totum oppositi claudunt fugientibus æquor,
Aut in se vertunt furiis, aut militis ense
Bacchati laniant Pentheo corpora ritu.
Insidias retegunt, et in ipsa cubilia fraudum
Ducunt, ceu tenera venantem nare Molossi.
Ominibus ventura notant, aut alite monstrant,

vectigalibus Illyricis. Neque tamen favor divinus in Stilichonem *minor est favore hominum. Dii circumdant illum unum auxiliis conspirantibus, et vel derelinquunt hostes tuos* in ipso *littore, vel adversi obstruunt totum mare effugientibus iis, vel convertunt in sese* accensos *furore, vel lacerant ut Penthéum membra* eorum *gladiis militum lymphatorum. Detegunt strategemata, et ducunt te, instar canum vestigantium* prædam *nare sagaci, in ipsa latibula insidiarum. Designant futura*

tav. sec. *donabitur* Reg. *dotabitur* conjecit Heinsius. *tribunis* Rott. Med. sec. *triumphis* Ambr. pr.—208 *Non* Ambr. tert. *Nec non* Vat. tert. Farn. *cedet* Pric. Med. quart. *favori* vel *furori* Oxon. sec.—209 *Indicium* Exc. Gevart.—210 *hostisque* Voss. m. pr. *suos* Reg. *hostisque animos* Petav. sec. *a litore* Bonon. inc. Heins. *in* Petav. pr. m. pr. Vat. tert. *ac* Petav. sec. *a* vel *in* Vat. quint. *perdunt* Vat. sec. Ambr. tert.—211 *oppositis* Pat. Mazar. Med. quart. Vat. quint. *oppositum* Tholos. *positi* Petav. sec. *pasci* Voss. m. pr. *ponti* Reg. Petav. pr. Oxon. pr. Vat. quart. *optato* Med. tert. *appositi* Farn. Bonon.—212 *vertent* ed. Vicet. *furias* Vat. pr. et quint. Jun. pr. Med. quart. *furiis* vel *furias* Petav. pr. *vel* Jun. pr. Oxon. sec. *aut* vel *ac* Vat. quint. *enses* Jun. pr. Mazar. Vat. quart. Farn. Rott. ed. Vicet.—213 *Bacchantis* Pat. *Bacchatas* Put. *Bacchaice* Vat. quint. *corpore* ed. Vicet.—214 *regerent* Reg. *cunabula* Farn. ed. Vicet. *fraudis* Put. Pat. Lov.—215 *teneram* Exc. Læti. *venientem* Rott. *Molossi* Pal. Moret. pr. duo Vatt. *Molosum* Leid. pr. Oxon. sec. *Molossum* Vat. pr. et sec. Oisel. Pric. duo Med. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. et manus docta in ora ed. Vicet.—216 *Omnibus hæc* Jun. pr. *Omnibus hæc victura* Oxon. sec. m. pr. *notant* Vat. pr. Pric. ca-

NOTÆ

210 *Littore produnt*] Arguunt, derelinquunt hostes tuos, vel tradunt eos suo furori; sic Maximus dux magnus a legionibus Anglis creatus Imperator, a Theodosio magno, comite Stilichone, deletus est, et occisus cum filio Victore ad urbem Aquileiam in Foro Julio, Italiæ parte. Sic et Gildonem mare expulit ad littus, ad urbem scilicet Tabracam in Africa, ubi damnatus et occisus est.

211 *Claudunt fugientibus æquor*] Sic Andragathius perfidus Gratiani interfector, in mari Ionio navigans, Gratianique vindictam metuens, se ipsum in mare præcipitem egit.

212 *In se vertunt*] Sic Argobastes, Eugenii adjutor bellicosus, seipsum interfecit.

213 *Laniant*] Sic milites laceraruut Rufinum, ut Bacchantes Pentheum. De Pentheo alibi.

215 *Molossi*] Canes optimi, sic dicti a regione Molossorum Epiri parte in Græcia, quæ regio his canibus abundat.

Aut monitos certa dignantur imagine somnos.
Pro quibus innumeræ trabearum insignia terræ
Certatim petiere tibi. Poscentibus ipse
Restiteras, et mens aliorum prona favori,
Judex dura sui, facibus succensa pudoris,
Tarda verecundis excusat præmia causis.
Ergo avidæ, tantosque novi spe Consulis annos
Elusæ, dominæ pergunt ad limina Romæ.
Si minus annueres precibus, vel cogere certæ
Cunctantem, votoque moras auferre paratæ,
Conveniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent

præsagiis, vel ostendunt volatu *avium, vel curant somnia* tua esse *admonita specie vera futuri. Pro quibus* favoribus *provinciæ infinitæ poposcerunt* pro *te certatim ornamenta Consulatus.* Tu *ipse renueras* his id *postulantibus, et animus* tuus *promtus ad favendum ceteris, severus æstimator sui, suffusus rubore pudoris, recusat rationibus modestis* hæc *munera* etsi *sera. Igitur hæ* Provinciæ, *cupidæ et deceptæ* per *tot annos spe consulis novi, eunt ad mœnia Romæ reginæ: statuentes etiam cogere te morantem, si non concedas* petita *precibus, et accingentes* se *abrumpere retardationem* omnem *desiderii sui, confluunt ad palatium* Romæ *Divæ, quod album*

nunt Vat. sec.—217 *somnis* Jun. pr.—219 *sibi* Reg. Med. tert. *tibi* vel *sibi* Med. pr. *ille* Jun. pr. Oxon. sec.—220 *favorum* Put. Ambr. pr. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *favoris* ed. Parm.—221 *Index* ed. Parm. *facibusque accensa* Med. quart. *pavoris* Reg. Voss. m. pr. Petav. sec. Leid. sec. m. pr. Exc. Gevart. *pudoris* vel *pavoris* Oxon. sec.—222 *Tanta* Med. quart.—223 *novis p* pro *novi spe* Vat. pr. m. pr.—224 *peragunt* Med. pr. Reg. *lumina* id. Reg. *limina* vel *lumina* Moret. sec.—225 *annueris* Vat. tert. Mazar. Ald. ed. Vicet. Gesn. ed. Bipont. *annuerit* Vat. pr. Pal. Farn. Pric. Oisel. Oxon. pr. et sec. m. sec. *annueret* Med. tert. Vat. Livin. *annueres* Voss. Florent. m. sec. Put. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Moret. sec. tres Vatt. duo Med. inc. Heins. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *certe* Vat. sec.—226 *Cunctantis* Pat. *minas* Oxon. sec. m. pr. *afferre* Vat. pr. m. pr. Oisel. Petav. tert. Bonon. Tholos. Exc. Gevart.—227 *qua* Pat. *candida,* quia marmorea, ascriptum ab Heinsio: forte ex Glossa. *lucenti* Jun. pr. duo Leidd. totidem Oxon. *lucet*

NOTÆ

217 *Monitos dignantur somnos*] Dignantur te monitum esse somniis certis. Homerus: *ὄναρ ἐκ διός ἐστιν, a Deo somnium est.*

221 *Facibus pudoris*] Mens accensa pudore, et velut igne quodam affuso erubescens.

222 *Tarda*] Consulatum recusat, etsi ille tardum sit præmium tot virtutum.

226 *Moras auferre*] Avertere et rumpere ea omnia, quæ obstarent et retardarent vota sua Consulem Stilichonem designantia.

227 *Tecta Deæ*] Roma ut Dea celebrabatur, et habebat templum commune cum Venere Cæsarum genitrice.

Monte Palatino. Glaucis tum prima Minervæ
Nexa comam foliis, fulvaque intexta micantem
Veste Tagum, tales profert Hispania voces:
Cuncta mihi semper Stilichon, quæcumque poposci,
Concessit, tantumque suos invidit honores.
Augusti potuit soceri contemnere fasces:
Jam negat et genero. Si non ut ductor ab orbe,
Quem regit, accipiat saltem cognatus ab aula.
Exiguumque putat, quod sic amplexus Hiberam
Progeniem nostros immoto jure nepotes
Sustinet, ut patrium commendet purpura Bætin?

splendet in *colle Palatino. Tum Hispania* habens *crines innexos ramis glaucis oleæ Palladis, et habens Tagum fulgentem* auro, *contextum* in *vestimento aureo, prior dicit talia verba: Stilicho semper dedit mihi* Hispaniæ *omnia quæ petivi, et solum recusavit* pro se *dignitates. Sustinuit spernere Consulatum* oblatum *ab Imperatore socero* Theodosio: *jam renuit* illum *etiam* oblatum a *genero* Honorio: *si non* recipit illum *ut moderator, a mundo quem moderatur, saltem recipiat a principe,* ut *affinis. An credit parvum* esse quiddam, *quod ita complexus prolem Hispanam, tutatur nepotes nostros imperio inconcusso, ut purpura* Imperatoria *nobilitet Bætin*

Raphel.—228 *cum* Med. pr. Thuan. *tunc* Vat. sec. Farn. Pric. Rott. Med. sec. Reg. Mazar. Petav. sec. Jun. pr. Moret. pr. Ambr. sec.—229 *Nixa* Vat. pr. Oxon. pr. *fulvaque int. micantem Veste Tagum tales* desunt in Thuan.—230 *togam* pro *Tagum* Med. tert. *talis* Vat. pr. *prosunt* Jun. pr.—231 *Stilico semper* Reg. Petav. pr. Vat. et Med. tert.—233 *poterat* Pal. Med. pr. Thuan. *poterit* Farn. *contemnere fasces?* cum nota interrogandi, Ambr. sec.—234 *legat* Florent. m. pr. *genero?* id. Ambr. sec. *Sic non ut* Vat. Livin. *non vult* Pat. Ald. *situm* Sched. Gud. *vertit* pro *non ut* Put. *doctor* Ambr. pr. Leid. sec. Moret. pr. Voss. Exc. Gevart. *urbe* Pric. m. sec. Rott. Reg. Med. sec.—235 *Quam* Pric. Reg. *regat* Moret. sec.—236 *Exiguumne* ambo Moret. Exc. Schott. *putat* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *putet* Voss. m. pr. Oxon. pr. Leid. sec. m. pr. *sit complexus* Moret. sec. *amplexus* Exc. Lucens. pr. *complexus* Jun. pr. Moret. pr. duo Vatt. duo Ambr. *complexus* vel *amplexus* Oxon. sec.—237 *non moto* Ambr. pr. *immotus* Lov. *penates* Pat. m. pr.—238 *patrum* Thuan. *patri* Reg. *patris* Pal. *patriis* Med. pr. *commendat* Farn. Med. tert. *Betin* Lov. *Bethin* Put. Reg. Mazar. Leid. sec. *Bætim* omnes Vatt. Pric. Rott. Oisel.

NOTÆ

229 *Foliis Minervæ*] Ramis oleæ coronata, signum pacis. Olea autem Minervæ sacra est.

230 *Hispania*] Prima loquitur, ut honoratior, quia patria Theodosii magni.

232 *Suos invidit honores*] Invidit nobis voluptatem honoris, seu Consulatus recipiendi, nobis id petentibus atque cupientibus.

233 *Augusti soceri*] Theodosii, cujus filiam adoptivam Serenam duxerat.

237 *Nostros nepotes*] Arcadium et Honorium Theodosii nostri filios.

238 *Purpura*] An putat parvum

Quod pulchro Mariæ fœcundat germine regnum?
Quod dominis speratur avus? Tum flava repexo
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque gæsa tenens, animoso pectore fatur:
Qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
Cur nondum legitur fastis? cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat?
Usque adeone levis pacati gloria Rheni?
Inde Caledonio velata Britannia monstro,

natalem, et quod auget imperium generoso fœtu Mariæ, et *quod aspicitur ut avus* futurus *Imperatorum? Post* Hispaniam, *Gallia flava, superba capillis repexis, et redimita monili pulchro, et ferens duo gæsa*, sic *loquitur animo generoso:* Ille, *qui unus contudit mihi Germanos, et Francos, cur nondum videtur in fastis? cur liber* ille *ignorat adhuc nomen tam illustre, quod conveniret legere* hic sæpius? *usque adeone laus parva est Rheni sedati? Inde Britannia cincta portento Scotico*,

Bætin Florent. inc. Heins. Ald.—239 Deest hic versus Jun. pr. *Qui* Med. quart. *Et* Exc. Gevart. *gramine* Rott. *germina* Reg. *regum* Var. LL. ed. Antv.—240 *Qui* Med. quart. *domino* Ambr. tert. *domini* duo Vatt. Pric. Rott. Oisel. Med. sec. Var. LL. e marg. Parm. *dominis* Leid. sec. et duodecim scripti, Exc. Gevart. Lucens. sec. ed. Parm. *domini* vel *dominis* Vat. pr. et quart. *Divus speratur* Moret. pr. *superatur* Pal. *avis* Vat. sec. m. pr. *Tunc* Jun. pr. Oxon. sec. Vat. quint. duo Med. Put. Reg. Pat. Moret. pr. *fulva* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Mazar. Med. sec. *fulva* vel *flava* Leid. pr. Florent. Med. pr.—241 *ferax* Moret. sec. *feror* Jun. pr. *conjunctaque* Med. quart. *veneno* Pric.—242 *Gesaque bina* Jun. pr. Oxon. sec. *cesa* vel *gesa* Med. pr. *ferens* Med. quart.—243 *solum* Pal. deerat vero hic versus in Vat. sec.—244 *non deligitur* Pat. *fastis legitur* Vat. quint. Pric.—245 *decebit* Reg.—246 *Rheni* Med. sec. inc. Heins. Exc. Lucens. sec. *regni* Pal. Florent. tres Med. Thuan. Mazar. Jun. pr. Exc. Cod. Rhem. *regni?* Moret. pr. *regni* vel *Rheni* Oxon. sec.—247 *Calidonio* Exc. Gevart. *vestita* Put. *monstro* Leid. pr. cum glossa

NOTÆ

esse, quod se tutore solium pertinet ad Hispanos nostros, sicque Imperatoria purpura nobilitat Hispaniam, seu Bætin fluvium Bæticæ, vulgo *Guadalquivir?* An parvum putat, quod data Honorio Maria sua *fœcundat regnum?* hoc est, facit ut Imperium fœcundum esse possit Imperatoribus ex se natis. An parvum putat denique quod speratur fore avus Imperatorum? At Maria sine prole obiit, ut diximus antea, ideoque spes ejusmodi evanuerunt.

242 *Gæsa*] Propria sunt Gallorum tela. Græci dicunt γαισὰ et γαισοὺς. Virgilius: 'duo quisque Alpina coruscat Gæsa manu.' Quidam scribunt *gesa*, sed non melius.

243 *Francos*] Qui Franconiam habitabant.

245 *Numerare*] Tuum nomen toties in fastis scribi decebat, ut jam multiplicatum numerari deberet.

247 *Caledonio monstro*] Britannia ob immanitatem exhibetur cincta monstro: *Caledonio* autem a Caledonia Scotiæ sylva. Alii legunt, *Caledonio vallata Britannia ponto.*

Ferro picta genas, cujus vestigia verrit
Cœrulus, Oceanique æstum mentitur, amictus:
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilichon, totam cum Scotus Iernen
Movit, et infesto spumavit remige Tethys.
Illius effectum curis, ne tela timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne littore toto
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.
Tum spicis et dente comas illustris eburno,
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur:
Sperabam nullas trabeis, Gildone peremto,

habens *vultum signatum gladio, cujus* Britanniæ *vestis cærula lambit pedes, et repræsentat instabilitatem fluctuum: Stilicho firmavit me etiam, ait, quassatam* a *populis finitimis, cum Scoti excitaverunt* nationes *Hyberniæ totius, et mare agitatum est remigiis inimicis. Perfectum* est *labore hujus* Stilichonis, *ne metuerem bella Scotica, ne formidarem Pictos, ne* procul *viderem* in *littoribus omnibus Saxones advolantes etiam ventis incertis. Tum Africa insignis* ob *aristas, et crines pexos pectine eburneo, et inflammata* ob *Solem ardentem, ita loquitur: Gildone occiso, expectabam nullas moras posse afferri consulatui. Ille* Stilicho *etiam*

i. e. Cete.—248 *vestigia ferri* Pat. *vertit* Leid. sec. et tredecim alii, Exc. Gevart. ed. Vicet. *lambit* Moret. pr. *vestit* Mazar. Exc. Cod. Rhem.—249 *mentitus* Mazar. *metitur* Jun. et Ambr. pr. Oxon. sec. Med. quart. *amictum* ed. Vicet.—251 *Munivit* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Me juvit* Reg. *Mutavit* Med. quart. Heinsius ascripserat: 'sic *munire* apud Senec. Trag. p. 10. ex v. Cod. de *muniendi* verbo apud Jurisconsultos vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 65. videtur autem intelligendum de muro inter Scotiam et Angliam.' *toto* Rott. *tutam* Petav. sec. *tantum* Pal. Med. pr. *Scottus* Exc. Lucens. pr. *Inermem* Vat. pr. m. pr. *Ivernen* Exc. Lucens. pr. *Hibernam* duo Leidd. tres Vat. Pal. Farn. Rott. Oisel. *Hiberam* Vat. tert. Pric. Jun. pr. Lov. *Iernam* Raphel. Barth. *Iernen* leg. Heins. *Inermem* et emendatum *Hibernam* duo Oxon.—252 *infecto* Jun. pr.—253 *nec bella* Reg. *tela* Jun. et Oxon. pr. *tela* vel *bella* Oxon. sec. *timerent* Put.—254 *Scottica* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *Scortica* Jun. et Oxon. pr. *nec* Vat. sec. Med. quart. Reg. Thuan. Gronov. in Exc. Schott. ascripserat, vid. Sidon. Carm. VII. vs. 227. Savar. p. 89. et sic Gryph. *picta* Oxon. pr. *tremerent* Put. *timeam* Vat. quint. Pat. Var. LL. ed. Antv. *nec litore* Vat. sec. Pal. Med. pr. Reg. Thuan. *tuto* Reg. item Gesn. et ed. Bipont. *toto* vel *tuto* Oxon. sec.—255 *Prospiciam* Vat. quint. Pat. Var. LL. ed. Antv. *Prospicerent* Put. *Perspicerent* Reg. *Aspicerem* Ambr. pr. Moret. sec. *ventosum* Ambr. pr. *Sanxona* Petav. sec. *Santona* Ambr. tert.—256 *Tum* Voss. Lov. Moret. sec. tres Med. inc. Heins. Reg. Bonon. Pat. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Tunc* duo Vatt. Pal. Jun. et Oxon. pr. *Dum* Tholos. *insignis*

NOTÆ

248 *Picta*] Britanni, Scoti, Picti, olim ferro sibi genas cruentabant, aut alio quovis modo deformabant ad terrorem.

249 *Mentitur*] Repræsentat æstum maris fluendo et refluendo.

251 *Iernen*] Eandem hanc faciunt cum Hybernia. De Pictis et Saxonibus alibi.

256 *Dente eburno*] Africa ferax eboris, propter elephantos.

Nasci posse moras. Etiam nunc ille repugnat,
Et tanto dubitat fasces præbere triumpho?
Qui mihi Maurorum penitus lacrymabile nomen
Ignorare dedit. Post has Œnotria lentis
Vitibus intorquens hederas, et palmite largo
Vina fluens, Si vos adeo Stilichone curules
Augeri flagratis, ait, quas sola juvare
Fama potest: quanto me dignius incitat ardor,
Ut præsente fruar, conscendentemque tribunal
Prosequar, atque anni pandentem claustra salutem?
  Talibus alternant studiis, Romamque precantes
Pro cunctis hortantur eat. Nec segnius illa

nunc resistit, et ille *ambigit an* debeat *dare fasces tantæ victoriæ? qui concessit mihi nescire omnino nomen luctuosum Maurorum. Post has* provincias *Italia torquens hederas* cum *vineis flexilibus, et fundens vina* ex *vite liberali, Si vos ita ardetis, inquit, curules honorari Stilichone,* vos *quas sola fama* ipsius *delectare valet, quanto majus desiderium me inflammat, ut potiar* ipso *præsente, et* ut *colam eum ascendentem solium* consulare, *et* ut *consalutem* ipsum *aperientem principium anni?* Provinciæ *alternatim* loquuntur *tali amore, et rogantes Romam, exhortantur* ut *adeat* Stilichonem *pro* se *omnibus. Neque illa* Roma *obedivit indili-*

Vat. sec. m. pr.—259 *propugnat* Vat. quint.—260 *dubitat tanto* Moret. sec. *fascem* Med. sec.—262 *has* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Rott. Oisel. Oxon. pr. duo Med. Exc. Lucens. sec. *hæc* tres Vatt. τὸ *has* deerat Farn. *lentas* Vat. tert. m. pr. Moret. sec. *lætis* Rott. Med. sec.—263 *Viribus* Tholos. *longo* Reg.—264 *rivos* pro *si vos* ascripserat Heinsius, ex libro an conjectura incertum. *si nos* Var. LL. ed. Antv. *Curulem* Vat. pr. m. pr. Oisel. Jun. pr. Leid. pr. m. pr.—265 *Augere* Vat. pr. m. pr. *quos* Moret. pr.—266 *quantum* Thuan. *incitat* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *excitat* Pric. Moret. pr. *incitet* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. sec.—268 *Persequar* Leid. pr. Jun. pr. Reg. Med. quart. duo Ambr. *atque ducem* Thuan. *atque animi* Jun. pr. Oxon. sec. Reg. Mazar. Petav. sec. Med. tert. *anni* vel *animi* Florent. Med. pr. Petav. tert. *plaudentem* Med. tert. inc. Heins. *claustra* Voss. *lustra* Jun. pr.—269 *dictis* pro *studiis* inc. Heins. *precantes* Exc. Læti et Lucens. pr. *petentes* Farn. Put. ed. Vicet.—270 *Præ* vel *Pro* Oisel. *hortatur*

NOTÆ

261 *Maurorum*] Quos cum Gildone Stilicho profligavit.

262 *Œnotria*] Italia: vel ab Œnotro Rege; vel ἀπὸ τοῦ οἴνου, *a vino*, cujus est fœcunda.

263 *Hederas*] Vel edera dicitur, quia *exedit ea quibus adhæret:* unde et symbolum est ingrati, qui enecat aut evertit id unde natus est. Hic autem Italia *vitibus intorquet hederas*, quia vites et hederæ sacræ sunt Baccho: hæ, quod resistant vini vaporibus; illæ, quod vinum ferant.

264 *Vina fluens*] Fluens ob vina, vel fundens vina fluentia.

268 *Prosequar*] Deducam, ut clientes patronum deducere, atque honoris causa prosequi solent.

Paruit officio, sed raptis protinus armis
Ocyor excusso per nubila sidere tendit.
Transvehitur Thuscos: Apenninusque volatu
Stringitur: Eridanus clypei jam fulgurat umbra.
Constitit ante ducem, tetrica nec Pallade vultum
Deterior, nec Marte minor. Tremit orbe corusco
Jam domus, et summæ tergunt laquearia cristæ.
Tum prior attonitum gratis affata querelis:
Servatas, Stilichon, per te, venerande, curules,
Ornatas necdum, fateor. Quid profuit anni
Servilem pepulisse notam? Defendis honorem,
Quem fugis; et spernis, tanta quem mole tueris;
Respuis oblatum, pro quo labente resistis?

gentius huic *muneri, sed armis statim correptis it velocior astro cadente per aërem. Trajicit Hetruriam, et* mons *Apenninus crispatur alis* ejus. *Padus jam micat umbra scuti* ejus. *Stetit coram ductore* Stilichone, *neque* per *os inferior Minerva severa, neque inferior Marte. Jam palatium* Stilichonis *quatitur Orbe scuti* ejus *micante, et apices cristarum* ejusdem *lambunt laquearia. Tum* Roma *prior allocuta* cum *questibus blandis* Stilichonem *admirantem: O Stilicho verende, confiteor Consulatum per te defensum* esse, sed *nondum decoratum. Ecquid juvit expulisse maculam servilem anni? Tueris dignitatem, quam evitas et contemnis, quam* dignitatem, *propugnas tanto conatu; recusas oblatam, pro qua cadente pugnas?*

Med. tert.—271 *raptis sed* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel.—272 *Ocius* Pat. *tandem* pro *tendit* Jun. pr.—273 *Traces* Moret. pr.—274 *Euridanus* Var. LL. ed. Antv. *Eridani* Jun. pr. *subfulgurat* Ambr. pr. Moret. sec. *suffulgurat* Exc. Schott. *fulserat* vel *fulgerat* Oxon. sec.—275 *tetrico* Vat. tert. m. pr. Pric. ed. Vicet. *non* Moret. sec. *neque* Farn. *vultu* omnes Vatt. Pal. Pric. Farn. Rott. Oisel. *vultum* Exc. Gevart.—276 *ore* Florent. Mazar. *orbe* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, ed. Vicet. Ald. Exc. Gevart. Lucens. pr. item Exc. Schotti cum glossa *sc. clypei.*—277 *tangunt* omnes Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. vid. ad præfat. lib. I. in Rufin. vs. 4.—278 *Tunc* Pric. Put. Moret. sec. *Cum* Med. tert. *prius* Pal. Med. pr. Thuan. *grecis* pro *gratis* Farn. *loquelis* Vat. Livin.—279 *Servata* Exc. Lucens. sec. *per me* Ambr. pr. *per te Stilico* Moret. sec. *venerare* Petav. tert. *cerulis* Voss. m. pr.—280 *necdum fatear!* Lov. m. pr. *quo* Jun. pr. *annis* malit Heinsius.—281 *repulisse* Petav. tert.—282 *tota* vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *quem tanta* Vat. quint. Med. tert.

NOTÆ

271 *Armis*] Roma semper armata pingitur.

272 *Excusso sidere*] Cadente. Ovidius: 'Quod si non cecidit, potuit cecidisse videri.'

275 *Tetrica*] Pallade, cui vultus severus est, et quadam gravitate formidandus.

278 *Attonitum*] Ob adventum insperatum Deæ clarissimæ.

281 *Servilem*] Eutropium servum, eumque Consulem, qui consiliis Stilichonis expulsus est. *Servilem notam*, id est, susceptam in creando servo consule.

282 *Tanta mole*] Tantis machinis.

Quænam causa moræ? quo me cunctabere rursus
Ingenio? nullus Boreæ metus, omnis et Austri
Ora silet: cecidit Maurus, Germania cessit,
Et Janum pax alta ligat. Te Consule necdum
Digna feror? titulumne levem, parvique nitoris
Credimus, Augusti quem se decorare fatentur?
Sub juga quo gentes captivis Regibus egi?
Num, si prodigiis casus natura futuros
Signat, polluimur macula? Quod reris, Eois

Quænam est ratio retardationis? Qua arte remoraberis me iterum? Nullus timor est Septemtrionis, tota regio tractus *meridiani pacata est. Mauri victi sunt, Germania succubuit, et pax profunda constringit Janum. Necdum judicor digna* habere *te Consulem? An putamus honorem* esse *tenuem, et splendoris exigui,* a *quo Imperatores* ipsi *confitentur sese ornari? Quo redegi in servitutem nationes, Regibus* earum *captis? Dedecus haud inuritur nobis, etsi natura designat portentis calamitates venturas.* Illud *præsagium* de *quo cogitas,*

Lov.—284 *Quæ jam* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *quo jam* Put. Petav. sec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *quid jam* Med. tert. *quonam* Vat. quart. Farn. Mazar. Petav. pr. *quondam* Reg. Petav. sec. m. pr. Voss. m. sec. *quo me* Leid. pr. et viginti alii, Ald. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *quondam* et emendatum *quo me* Leid. sec. *quo me* vel *quondam* Vat. sec. *cunctabile* Voss. m. pr. *rursum* Rott.—285 *nullo* Jun. pr. *nullæ* Voss. *Eois* pro *omnis* Med. tert. *Eos* Voss. Reg. Lov. m. pr. Exc. Gevart. et Schott. *in Austrum* Jun. pr.—287 *Rhenum* Leid. pr. m. pr. *Thanaim* Pric. *En Janum* legebat Heins.—288 *fruor* Exc. Cod. Rhem. *titulumque* Jun. pr. *tituline* Med. tert.—289 *Augustus* Mazar. qui et *fatetur* exhibet. *qui* Voss. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. *quod* Leid. sec. Petav. sec. *quo* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. ꝗ Reg. Med. tert. ꝗ vel *qui* Var. LL. ed. Antv. *videntur* vel *fatentur* Reg.—290 *quod* inc. Heins. Petav. sec. *qua* Put. *qui* vel *quis* Reg. *egit* Lov. Reg. Oxon. sec. Jun. pr. Petav. sec. Exc. Schott. *edit* Var. LL. ed. Antv. *qui egit* Pric. Rott. Med. pr. ambo Moret. duo Petav. Thuan. Mazar. *qui egi* Med. quart. *quo egi* vel *qui egit* Vat. quart. Florent. —291 *Non si* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Non sic* vel *Non jam* inc. Heins. *prodigii* edd. Vicet. et Parm.—292 *polluimus* Ambr. pr. *lacrima*

NOTÆ

Alii legunt *tota mole,* id est, totis viribus.

284 *Causa moræ*] Magna certe fuit, seu ingenita, seu affectata modestia Stilichonis, qui etiam noluit filium suum unicum evehi ultra Tribunos Notarios, ex quibus erat Claudianus.

285 *Ingenio*] Causa aliqua ingeniose excogitata.

Boreæ] Populorum Septemtrionis.

Austri] Gildone deleto, qui cum Mauris Africam vastabat versus Meridiem, unde flat Auster sive Notus.

287 *Janum ligat*] Ex more vetere, quo, belli tempore Jani templum aperiebatur, tempore pacis claudebatur, et Mars ipse catenis constringebatur.

290 *Quo gentes*] Quo Consulatu, nam Consules de Regibus triumpharunt.

291 *Prodigiis*] Ob factum Consulem Eutropium, natura designat calamitates venturas.

292 *Polluimur*] An cum factus sit

Omen erat: quanquam nullis mihi cognita rebus
Fabula. Vix tanto risit de crimine rumor.
Opprobriis stat nulla fides, nec litera venit
Vulgatura nefas: in quo vel maxima virtus
Est tua, quod, nostros qui consulis omnia Patres,
De monstris taceas. Pellendi denique nulla
Dedecoris sanctum violant oracula cœtum.
Nec mea funestum versavit Curia nomen.

spectabat Orientem: quamvis ista *fabula non* sit *mihi comprobata ulla experientia. Vix fama risit de tanto scelere. Nulla fides adhibenda est dedecori* huic, *neque allata est* ulla *epistola publicatura crimen* istud: *qua in* re *virtus tua heroica est, quod tu, qui consultas Senatores nostros* in *omnibus, sileas de prodigiis. Demum nulla decreta* de *expellendo* hoc *monstro contaminant consessum augustum, neque Senatus meus evolvit nomen pestiferum* Eutropii. *Pars criminis* mei *fuit*

Lov. m. pr. *maculas* Med. tert. *nulla* pro *macula* Voss. *quo* Pat. *rebus* duo Vatt. Ambr. sec. Farn. Pric. Rott. et Vat. tert. m. pr. *reris* Vat. pr. et sec. Oisel. Pat. *rebus* vel *renus* Reg. *reris* vel *rebus* Florent. Vat. sec. Oxon. pr. *quod nomen* Pal. Med. pr. Thuan.—293 *Opprobrium* pro *Omen erat* Vat. tert. m. pr. *Crimen* Lov. Put. Jun. pr. Oxon. sec. *Crimen* vel *Omen* Vat. sec. *quamvis* Moret. pr. *quicquam* inc. Heins. *postquam* Leid. sec. Exc. Gevart. *credita* Var. LL. ed. Antv.—294 *discrimine* Vat. sec. Farn. Lov. m. pr.—295 *Opprobrii* Vat. pr. m. sec. Exc. Lucens. sec. *Opprobrii* vel *Opprobriis* Vat. quart. *ast* Vat. sec. *stat* Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *stant* Med. tert. *at* Ambr. sec. *at* vel *stat* Vat. quart. *Opprobriis et nulla fide* inc. Heins. *Opprobriis data nulla fides* Rott. atque ita legebat Heinsius, sed postea delevit. *litora* Petav. tert. Heinsius ascripserat seqq. 'De literis similiter interceptis vide Spartian. in Severo p. 66. l. 23. et seq.' *venti* pro *venit* Voss. m. pr.—297 *quod nostros* Vat. pr. Exc. Læti. *qui nostros quod* Reg. Voss. *qua* Pal. Med. pr. *nostras partes* Vat. tert. Med. sec. *nostros patres* vel *nostras partes* Petav. pr. *omina* inc. Heins. Moret. sec. ed. Parm. ex conjectura.—298 *tacuis* Voss. *taceas* Med. pr. Mazar. duo Petav. Vat. Livin. *pellendis.* duo Vatt. Farn. Pric. Oisel. Med. sec. *pellendum* Tholos. *polluti* Exc. Cod. Rhem. *pallendis* Voss. inc. Heins. *pellendi* Vat. pr. et tert. Rott. Florent. Med. pr. Thuan. Mazar. duo Petav. Vat. Livin.—299 *Dedecoras* Voss. *Dedecoras, sed enim* Exc. Gevart. *violatum* Med. tert. *violent* legebat Heins. *tecum* pro

NOTÆ

Consul Eutropius infamis, ideo polluitur Consulatus? Si hoc esset, spectaret Orientem, non Romam, in qua Eutropius Consul habitus est tanquam fabula, de qua vix fama, seu homines solitis in sermonibus vix riserunt, quia res erat inaudita, scelerata, ignominiosa, cui nemo fidem adhibebat.

294 *Fabula*] Apud me fabula est, vix enim credo Eutropium ab Arcadio et proceribus Orientis esse factum Consulem: et si quid mali hinc eventurum est, spectat proceres Orientis.

296 *Virtus*] Magna virtus tua est, quod agens in Senatu, de monstris pellendis taceas, ne vel nominando Eutropium Senatus polluatur, et hujus oracula seu decreta violentur.

Pars sceleris dubitasse fuit. Quæcumque profana
Pagina de primo venisset limite Phœbi,
Ante fretum deleta mihi, ne turpia castis
Auribus Italiæ fatorum exempla nocerent.
Publicus ille furor (quantum tua cura peregit!)
Secretum meruit. Lætetur, quisquis Eoos
Scribere desierit: fastos portenta Gabinos
Ista latent. Propriam labem tersisse laborent.
Cur ego, quem nunquam didici sensive creatum,
Gratuler exemtum? Delicti pœnitet illos:

dubitasse. Mandatum omne impium, quod afferebatur de primis finibus Solis, deletum est a *me ante* quam transiret *maria, ne exempla obscœna fatorum læderent aures pudicas Italiæ. Illa rabies publica (quantum tua prudentia fecit!) meruit occultari.* Ille *gaudeat, quicumque cessaverit describere* Consules *Orientis: monstra ista ignota sunt fastis Latii.* Si hoc esset, *conarentur eluere hanc maculam.* Sed *quare ego, quem nunquam cognovi aut animadverti* Consulem *factum, lætabor deturbatum* esse? *Pœnitet illas* partes Orientis *culpæ* suæ; *nos non*

cœtum Var. LL. ed. Antv.—301 *Par* Vat. pr. m. pr. *Proh* Pat. *Proh* vel *Pars* vel *Par* Rott. *dubitare* Pric.—302 *venisset de primo limite* Ambr. pr. *lumine* Vat. quint. Med. sec. Pat. Ambr. sec. *limine* Leid. pr. et duodecim alii, Exc. Schott. Gevart. Sched. Gud. *limine* vel *limite* Florent.—303 *fretum* vel *foret* Oisel. Heinsius huic versui obelum apposuerat. *dilecta* Jun. pr. *delecta* Vat. quint. *delata* Vat. pr. et tert. Rott. Pric. m. pr. Oisel. Med. sec. m. pr. Put. Bonon. Tholos. Oxon. pr. *diceta* Ambr. pr. unde *discerpta* conjiciebat Heins. —304 *factorum* tres Vatt. Pric. Rott. Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *fatorum* Vat. pr. Florent. m. pr. duo Med. Put. Thuan. ed. Parm. et Vicet. *notaret* pro *noceret* Exc. Cod. Rhem. *notarent* Moret. pr. *nocenti* Voss. m. pr.—306 *Secretu* Tholos. *omnis lætetur* Ambr. pr. *Eous* Gesn. et ed. Bipont. *Eois* leg. Barth. *Eoos* Exc. Lucens. sec.—307 *deseruit* Leid. pr. Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. Ambr. pr. Oxon. pr. ambo Moret. unde *desuevit* legebat Heins. *fastus* Pat. *Sabinos* Vat. quint. Put. *Latinos* conjecerat Heinsius, sed postea delevit.—308 *Illa* Ambr. pr. *labem propriam* inc. Heins. Ambr. sec. *transisse* Reg. Thuan. *traxisse* Oxon. sec. ambo Moret. *strinxisse* Vat. sec. *texisse* tres Vatt. Pric. Rott. Oisel. duo Med. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. Oxon. pr. Vat. Livin. *rasisse* leg. Barth. quod placet Heinsio. *laborant* Ambr. pr. Reg. Pat. Med. sec. m. pr.—309 *qui numquam* Put. *quæ* Vat. sec. Farn. *nonnumquam* Reg. *quem* duo Med. Florent. Thuan. Mazar. Petav. pr. Moret. sec. Vat. Livin. *quæ* deest Med. tert. *dici* Reg. *vidi* Florent. *cruentum* ed. Vicet. et Colin.—310 *Gratulor* duo Vatt. Pal. Rott. *Gratuler* Petav. pr. m. sec. Pat. Tholos. Ambr. sec. Vat. Livin. *exceptum* Med. tert. *exemplum* Leid. pr. m. sec. Farn. Pric. Put. Reg.

NOTÆ

301 *Dubitasse*] Dubitavi forte an illum sustinerem scribi in fastis, et hoc meum crimen est.

304 *Exempla*] Ne creato tam fœdo et scelerato Consule, pessimum exemplum præberetur posteris ad idem tentandum.

305 *Publicus ille furor*] Quo Eutropius Consul creatus est.

307 *Gabinos*] Romanos, quos sic

Nos nec credidimus. Fuerit tamen omnibus unum
Crimen, et ad nostras manaverit usque secures.
Plus ideo sumenda tibi fastigia juris,
Ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum
Semper erat: nullo sarciri Consule damnum,
Excepto Stilichone, potest. Bene præscia tempus
Mens tua distulerat. Titulo tunc crescere posses,
Nunc per te titulus. Consul succurre gravatis
Consulibus, quicumque fuit, quicumque futurus,
Annum redde tuum, quem mox secura sequatur

etiam *putavimus* id verum: *attamen sit unum scelus* commune *omnibus, et diffusum sit usque ad secures nostras. Idcirco culmina* summæ *dignitatis magis recipienda* sunt a *te*, o Stilicho, *ne honos tam antiquus obsolescat, qui* honos *erat semper confugium dignitatum* omnium. *Macula suscepta non potest reparari* ab *ullo Consule præter Stilichonem. Animus tuus optime prævidens procrastinaverat tempus, tunc* enim *potuisses crescere* hoc *honore, nunc honos* crescet *per te.* Tu *Consul* factus, *auxiliare Consulibus oppressis, quicumque fuerunt, quicumque futuri* sint, *concede annum tuum, quem mox posteri tuti imitentur, nec jam mæreant anti-*

Jun. pr. vet. Gyr. Exc. Læti. *dilecti* Jun. pr. *delictum* Tholos.—311 *Nos nec* duo Leidd. totidem Med. Oisel. duo Oxon. ed. Vicet. *Nec nos* Voss. Vat. tert. Pal. Rott. Florent. Med. pr. et sec. Reg. Thuan. Ambr. pr. Ald. Exc. Læti et Gevart. *Nec non* Moret. sec. *Nos non* Pat. *fuerat* Leid. pr. m. sec.—312 *duras* pro *nostras* Vat. pr. m. sec. *adversas* Vat. pr. et tert. Oisel. Reg. Oxon. pr. Var. LL. ed. Antv. *manaverat* duo Leidd. Voss. Vat. sec. Pat. Farn. vet. Gyr. inc. Heins. *mandaverit* Moret. sec.—313 *igitur* Pal. *mihi* Rott. *fastigia rerum* Leid. pr. *vitas* pro *juris* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *virtus* Exc. Cod. Rhem. Hic versus in Lov. margini ascriptus erat, et Barthius adulterinum putat.—314 *jam* duo Vatt. Farn. Rott. Jun. pr. Oxon. sec. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Tholos. Lov. Moret. pr. Ambr. sec. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *honor* Vat. pr. Put. Pat. *semper honorum Portus erat* id. Pat.—315 *sanciri* Vat. tert. m. pr. *saciuri* Med. quart.—316 *placet* pro *potest* Ambr. tert. *tam præscia* Vat. quint.—317 *Detulerat* Rott. *distulerit* Vat. quint. Med. sec. *titulis* Lov. *ne crescere* Moret. pr. *nunc* Vat. quart. *tum* inc. Heins. *poscens* Med. quart.—318 *titulis* Moret. sec. Med. quart.—320 *unum* pro *tuum* Farn. *jam* pro *mox* tres Vatt. Pric. Oisel. Mazar. Pat. Oxon. pr. *sequetur* Vat. quint. Mazar.—

NOTÆ

vocat a vetere veste Gabinorum Italiæ populorum, quam Romani in Magistratibus usurpabant.

312 *Secures*] Ad Consulatum nostrum, cujus insignia sunt secures.

313 *Plus ideo*] Etsi fasti nostri dedecorati forent nomine Eutropii, magis tamen ideo deberes recipere Consulatum, ut reparares hanc maculam, hocque damnum.

314 *Portus*] Ad quem honorem, tanquam ad portum omnes aspirabant.

316 *Tempus*] Sapienter tempus, quo Consul fores, ad hoc usque tempus distuleras.

318 *Gravatis consulibus*] Consulibus antiquis gravatis et oppressis societate infamis Eutropii.

320 *Redde*] Concede, ut annus

Posteritas, nec jam doleat defensa vetustas.
Sit trabeis ultor Stilichon, Brutusque repertor.
Libertas populi, primo tunc Consule Bruto,
Reddita per fasces: hic fascibus expulit ipsis
Servitium: instituit sublimem Brutus honorem:
Asseruit Stilichon. Plus est servasse repertum,
Quam quæsisse novum. Quid tardius ore rubenti
Annuis, et solitus frontem circumlinit ignis?
Tandem vince tuum, vincis qui cuncta, pudorem.
Hos etiam, quamvis corrumpi munere nullo
Te certum est, mirare libens ac suscipe cinctus,

qui per te *propugnati. Brutus sit inventor Consulatus, et Stilicho vindex. Libertas populi tunc restituta est per Consulatum, Bruto Consule primo: hic* Stilicho *pepulit servitutem, ipso Consulatu. Brutus inchoavit primus magistratum amplissimum: Stilicho ultus est. Gloriosius est defendisse inventum, quam primo invenisse. Quare* igitur, o Stilicho, *vultu erubescente serius concedis* petita? quare *rubor consuetus vultum cingit? Supera tandem modestiam tuam,* tu *qui superas omnia. Quinetiam, etsi constat te nullo depravari dono, tamen admirare ultro, et recipe has*

321 *tam* Vat. tert.—322 *Si* Ambr. pr.—323 *populis* Farn. *populo* Leid. pr. *te consule Brute* Florent. Vat. tert. m. pr. *tum consule* inc. Heins.—324 *hac* Oisel. *his* Var. LL. ed. Antv. *abstulit* Ald.—325 *sublimis* Pal. Med. pr. Thuan. *servilem* Lov.—326 *populum servasse* Med. quart.—327 *ore rubenti* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Jun. Oxon. pr. Vat. Livin. *verendo* tres Vatt. Farn. Pric. inc. Heins. duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *jacendo* Ambr. pr. *rubenti* vel *verendo* Florent. Oxon. sec.—328 *at solitus* Pat. *et solitus* duo Vatt. tres Med. Pal. Oisel. Florent. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. *insolitus* duo Leidd. Vat. sec. Farn. Pric. Oxon. sec. Med. tert. *an solitus* Barth. ex Ms. *ut* vel *en* conj. Heins. *tandem* pro *frontem* Ambr. pr. *circumlinit* Farn. Put. Lov. et ed. Vicet. *circumluit* Lov. ex conjectura, sicut et olim Heins. *circumfluit* Exc. Læti et Lucens. pr. item Heins. Gesn. et ed. Bipont. *circumfluat* Med. tert. *ignis* tres Vatt. Pal. *amnis* Vat. sec. Pric. Petav. sec. inc. Heins. Bonon. Tholos. Leid. sec. m. pr. ambo Moret. duo Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *ignis* vel *amnis* Oxon. pr. Reg. cum glossa, *i. e. sudor ex verecundia.* Lov. cum glossa. *i. e. sudor.*—329 *qui vincis* tres Vatt. Pal. Pric. *vincis qui* Vat. Livin. cum viginti aliis, Exc. Lucens. sec. *vincis quo* Leid. sec. Mazar. Voss. Exc. Gevart.—330 *corrumpere* Pric.—331 *Te certum est* Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Pat. Var. Livin.

NOTÆ

tuus, hoc est, Consulatus tuus, annumeretur annis appellatis ab aliis Consulibus.

321 *Doleat*] Antiquitas, te semel Consule, solabitur dolorem suum ex Eutropii Consulatu susceptum; nec amplius dolebit.

322 *Brutus*] Expulsis Tarquiniis primus instituit Consulatum, et populo comparavit.

327 *Quam quæsisse novum*] Vulgata sunt illa: *parta tueri* non minor est virtus quam quærere.

328 *Ignis*] Pudor, rubor, qui instar ignis vultum circumfluit, suffundit.

Quos tibi divino mecum Tritonia duxit
Pectine. Tincta simul repetito murice fila
Contulimus pensis, et eodem nevimus auro,
Aurea quo Lachesis sub te mihi sæcula texit.
Hic ego promissam sobolem, sperataque mundo
Pignora prælusi. Veram mox ipse probabis
Me vatem, nostræque fidem venientia telæ
Fata dabunt. Dixit, gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas. Insigne Minervam
Spirat opus. Rutulis hic pingitur aula columnis,

vestes, quas Pallas mecum texuit pectine cœlesti. Una congessimus telas tinctas purpura geminata, et aurum illud inseruimus, quo Parca aurea nevit mihi sæcula sub te. In *hoc* texto depinxi velut *prælmdendo prolem promissam tibi, et filios expectatos Orbi. Statim cognosces me prædixisse vera, et fata sequentia dabunt fidem telæ nostræ.* Roma sic *locuta est, et produxit ex sinu* suo *munera rigida* labore, *vestem* scilicet Consularem *textam* filis *aureis. Opus illustre arguit Minervam.* In *hoc aula depingitur cum columnis micantibus, et fœtus* futurus *Mariæ.*

Est certum Leid. pr. *Nosse queas* Vat. quart. *Posse queas* Leid. sec. et sedecim alii, Ald. ed. Parm. et Vicet. Exc. Schott. Gevart. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *Posse libens mirare queas* Med. tert. *Posse queas* vel *Te certum est* Petav. pr. Oxon. sec. Delrius conjicit *Posco* vel *Nosco, queas,* et seqq. ascripsit 'quod (sc. *Nosco*) si verum est, hinc mendi origo fluxit: auctor scriptum reliquerat *Nosco;* inde alii corrupte *Nosce* descripserunt. Hinc factum est *posse.* Typographi postremo, temerario quodam castigationis genere, *Te certum est* invexerunt.' Ceterum hic versus desideratur in Jun. pr. *suscipe* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *suspice* Moret. sec. ed. Parm. et Vicet. *cultus* Moret. sec. *cantus* Moret. pr. *cultus* vel *cinctus* Petav. pr.—332 *Quos ter divino* Moret. pr. *vixit* Jun. pr.—333 *cucta* Ambr. pr. m. sec. *cuncta* duo Leidd. et alii magno numero, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. et Parm. Var. LL. ed. Antv. *cunta* Lov.—334 *venimus* Rott.—335 *texat* Ambr. tert. *nevit* Vat. quart.—336 *His* Farn. et sic legebat Heins. *Hinc* Pric.—337 *præluxi* Pal. *prævisi* Pat. *præscripsi* Med. tert. *præclusi* Moret. sec. Voss. *post lusi* Moret. pr. *verum* Thuan.—338 *nostrique* Leid. pr.—339 *Facta* Vat. sec. *dabant* Med. tert. *geminoque* ed. Vicet. *ingentia* Pric. Exc. Læti et Lucens. pr. *regalia* Farn.—340 *trabeas auro* Lov. *Minervæ* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Pric. m. sec. *Minervam* duo Leidd. Vat. sec. Pric. m. pr. Med. tert. inc. Heins. Lov. vet. Gyr. Ambr. sec. ambo Moret. duo Petav. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Minervæ* vel *Minervam* Reg.—341 *hinc* Moret. pr. Vat. sec.—

NOTÆ

332 *Tritonia*] Minerva: a palude Tritonide in Libya: cui Minervæ opera omnia arte facta, lana et purpura ducta, tribuuntur.

333 *Repetito murice*] Purpura bis tincta, quæ erat in pretio, vocant διβαφαν, id est, *bis tinctam,* ἀπὸ τοῦ βάπτειν, *tingere,* et δὶς, *bis.*

335 *Lachesis*] Una Parcarum, sic dicta ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, *sortiri,* quod sortiatur cum filis tempus vitæ hominum. Parcæ autem ex Poëtis Heroum tempora non lana sed auro nebant.

336 *Promissam*] Quasi Oracula promisissent filios Honorio ex Maria, quæ tamen ante partum tenera ætate abrepta est, ut diximus; sicque hoc Claudiani oraculum evanuit.

341 *Spirat opus*] Ostendit se velut

Et sacri Mariæ partus. Lucina labores
Solatur: residet fulgente puerpera lecto.
Solicitæ juxta pallescunt gaudia matris.
Susceptum puerum redimitæ tempora Nymphæ
Auri fonte lavant. Teneros de stamine risus,
Vagitusque audire putes. Jam creverat infans
Ore ferens patrem: sed avus maturior ævi
Martia recturo tradit præcepta nepoti.
Parte alia spumis fucantem Serica fræna
Sanguineis, primæ signatus flore juventæ,

Lucina consolatur puerperam *laborantem:* hæc *sedet* in *cubili splendente. Prope mater anxia et lætans pallet. Nymphæ capite coronato abluunt* in *fonte aureo infantem natum. Credas* te *audire risus tenellos et vagitum ex tela. Jamque infans* habens *vultum similem patri* Honorio *creverat: sed avus* Stilicho *maturus ætate dat documenta Martia nepoti moderaturo* Orbem. Ex *parte altera Eucherius* filius Stilichonis *depictus in flore primæ juventutis domabat equum inficientem*

342 *sacros* Moret. pr. *partus Mariæ* Med. tert. Pat. *portus* Voss. m. pr. *dolores* Leid. pr. Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. Thuan. Mazar. Jun. et Oxon. pr. vet. Gyr. Exc. Læti et Lucens. pr. *labores* Voss. cum novemdecim aliis, Exc. Gevart. Ald. ed. Parm. et Vicet. *dolores* vel *labores* Oxon. sec.—343 *justa* Var. LL. ed. Antv. *matres* Med. tert. Mazar. inc. Heins. qui *matri* rescribit.—345 *Suspectum* Voss. m. pr. *redimitum* Reg. Oxon. pr. *corpore* Ambr. pr.—346 *levant* Jun. pr. Vat. sec. Farn. *in stamine* Voss. Lov. Bonon. Tholos. inc. Heins. ambo Moret. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *stramine* Petav. sec. m. sec. *in stamina* Med. tert. Put. tres Petav. *de stamine* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Exc. Læti. *de* vel *in stamine* Oxon. sec.—347 *Vagitus* Jun. pr.—348 *gerens* Moret. pr. *sed avus* Leid. pr. et sedecim scripti, Exc. Gevart. Lucens. sec. et Sched. Gud. *Stilico* pro *sed avus* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *Stilico* vel *sed avus* Florent. *matura verendo* duo Med. inc. Heins. Petav. sec. Pat. Ambr. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. *ævo* duo Vatt. Pal. Farn. Petav. pr. et Vat. tert. m. sec. *ævi* quindecim alii, item Exc. Gevart. *sed avus matura verendo* Leid. sec. *matura verendo* et emendatum *maturior ævo* Leid. pr. *sed avus matura verendo* vel *Stilico maturior ævi* Pric. Reg. Petav. tert. Lov. Voss.—349 *venturo* Leid. sec. m. pr. Med. tert. Voss. m. pr. Exc. Gevart. *vectori* Farn. *dederat* inc. Heins.—350 *fucantem* Mazar. Exc. Schott. Var. LL. ed. Antv. *signantem* Pric. m. sec. *firmantem* Petav. tert. *spumantem* Ambr. pr. duo Vatt. Pal. duo Med. Thuan. Petav. pr. m. pr. ed. Vicet. *undantem* Moret. sec. *fumantem* Jun. pr. Oxon. sec. duo Leidd. totidem Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fortia frena* Thuan. *seria* Mazar.—351 *Purpureo*

NOTÆ

animatum esse a Minerva.

343 *Fulgente lecto*] Auro, gemmis, purpura.

344 *Pallescunt*] Non gaudia pallescunt, sed mater gaudens, et simul solicita.

346 *Auri fonte*] In pelvi aurea lavant infantem.

350 *Fucantem*] Inficientem, spargentem.

Eucherius flectebat equum, jaculisque vel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua cervos
Aureus ipse ferit. Venus hic invecta columbis
Tertia regali jungit connubia nexu,
Pennatique nurum circumstipantur Amores,
Progenitam Augustis, Augustorumque sororem.
Eucherius trepido jam flammea sublevat ore
Virginis, arridet læto Thermantia fratri.
Nam domus hæc utroque petit diademata sexu:
Reginasque parit, Reginarumque maritos.

spumis cruentis habenas Sericas, et ipse auratus figit sagittis aut arcu cervos pictos in *purpura, erigentes cornua aurata.* In *hac* veste *Venus vecta columbis conjungit matrimonium tertium vinculo imperatorio, et amores alati circumvolant* novam *nuptam, natam* ex *Imperatoribus, et sororem Imperatorum. Eucherius jam attollit velum puellæ* Placidiæ *timidæ vultu: Thermantia* soror Eucherii *arridet fratri gaudenti. Etenim hæc domus* in *utroque sexu poscit sceptra, et producit Impera-*

Leid. pr. tres Vatt. Farn. Med. tert. *Sanguineis* Oxon. pr. Vat. tert. Pal. Oisel. Med. pr. et sec. Vat. Livin. Reg. Thuan. Mazar. Exc. Schott. *Purpureo* vel *Sanguineis* Vat. pr. Pric. Florent. deest autem hic versus Petav. sec. —352 *equam* Put. *purpureo* i. e. *arcu,* ex libro an glossa, incertum.—353 *tollentem* Lov. Put. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv.—354 *huc* Moret. sec. *hinc* Leid. pr. Vat. quint. Pric. Reg. Ambr. pr. *hunc* Mazar. *columpnis* Moret. pr. Petav. sec.—355 *Tracia* Med. tert. *legali* Lov. m. sec. Bonon. Tholos. Moret. sec. duo Ambr. *regali* vel *legali* Oxon. sec. *junxit* Leid. sec. Lov. Voss. Jun. pr. Oxon. sec. ambo Moret. *conubia* Pric.—356 *Penatique thorum* Lov. *thorum* Leid. pr. Oxon. sec. Pric. Rott. Med. tert. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Tholos. tres Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. *chorum* Leid. sec. m. pr. Voss. m. pr. Moret. sec. Exc. Gevart. *virum* Pat. *nurum* vel *thorum* Petav. tert. Med. quart. *circumspectantur* Med. sec. *honores* Voss. m. pr. Petav. sec. *amores* vel *honores* Oxon. sec.—357 *Progenita* Ambr. pr. qui hunc versum priori præponit.—358 *tepido* Leid. pr. Oxon. pr. Florent. Med. sec. Reg. Pat. Var. LL. ed. Antv. *trepido* vet. Gyr. Vat. Livin. Pal. Thuan. Mazar. duo Med. Exc. Lucens. pr. atque ita Heins. *timido* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. *tumido* Put. Jun. pr. *tepido* vel *timido* Vat. pr. *sullevat* Med. pr. *subligat* conjiciebat Heins.—359 *lento* Ambr. pr. *retro* Vat. pr. Reg. Vat. Livin. *læto* vel *tetro* Vat. tert. *Therimantia* Florent. Exc. Læti.—360 *Namque domus utroque* Lov. in quo duo hi versus margini ascripti erant. *Jam domus* Farn. Exc. Lucens. sec. *in utroque* Put. *veroque* Thuan. *sexu* vel *nexu* Med. pr. deerat hic versus in Med. tert. et inc. Heins.—361 *nepotes* Oxon. pr.—362 *dextraque*

NOTÆ

354 *Aureus*] Totus ex auro fictus, efformatus.

Columbis] Columbæ trahunt currum Veneris, id quod fictum est, quod hæ aves sint salaces.

355 *Tertia*] Primum conjugium est Stilichonis cum Serena: secundum Honorii cum Maria: tertium Claudianus forte futurum innuit Eucherii cum Placidia sorore Honorii, vel Arcadii cum Thermantia.

359 *Thermantia*] Hæc, Sorore Maria defuncta, nupsit Honorio, qui Mariam non tetigerat.

Talibus invitat donis, dextræque gerendum
Diva simul porrexit ebur. Solennibus urnam
Commovet auspiciis, avibusque incepta secundat.
Tunc habiles armis humeros Dea vestibus ambit
Romuleis: Latii sederunt pectore cultus:
Loricæque locum decuit toga. Talis ab Histro,

trices, et sponsos Imperatricum. Dea Roma *exhortatur* Stilichonem *his muneribus, et una dedit manui* illius sceptrum *eburneum ferendum: agitat urnam* post *auspicia ordinaria, et fortunat consilia* ejus ex *volucribus* consultis. *Tunc Dea induit vestimentis Romanis humeros* Stilichonis *aptos armis: amictus Latini texerunt pectus* ejus, *et toga decora fuit in loco thoracis. Mars ejusmodi revertens a*

Leid. pr. Oxon. sec. Voss. Put. Bonon. Pat. Tholos. inc. Heins. duo Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. *dextraque regendum* tres Vatt. Pric. Farn. *dextraque gerendum* Pal. Rott. Med. quart. *gerendum* duo Med. Reg. Thuan. Petav. pr. Pat. Oxon. pr. *regendum* duo Leidd. Jun. pr. Oxon. sec. Med. tert. ambo Moret. Ald. *tegendum* Var. LL. ed. Antv. *gerendum* vel *regendum* Lov. Vat. pr.—364 *Et movet* Petav. sec. *Submovet* Pat. *Tum movet* legebat Heins. *avibus* Tholos. *incerta* Vat. quart. *infecta* Voss. *infesta* Pric. Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *secundis* Voss. duo Vatt. inc. Heins. Pat. Ambr. pr. Petav. sec. Moret. sec. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *secundis* vel *secundat* Lov.—365 *Terribiles* Med. tert. *abies* Petav. sec. *habitus* Put. *armis humeros* Leid. pr. Med. pr. et tert. Pat. Vat. Livin. *humeros armis* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Thuan. Mazar. *artus armis* Lov. m. pr. *jam vestibus* duo Leidd. et viginti duo Codd. Exc. Gevart. Schott. Sched. Gud. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Dea* vel *jam* Vat. sec. Pric. *vectibus* inc. Heins.—366 *Datii* Moret. pr.—367 *Loricæque* signum obeli Heinsius apposuerat. *docuit* Exc. Lucens.

NOTÆ

361 *Reginas*] Regum filii Reges, Regum filiæ Reginæ dicebantur. Florus, 'Pulsis ex urbe Regibus:' id est, pulso Tarquinio, et ejus filiis. Virgilius: 'Regina Sacerdos Marte gravis,' de Rhea Sylvia, quæ filia erat Regis Numitoris.

363 *Ebur*] Sceptrum Consulare ex ebore factum.

Solennibus auspiciis] Post servata more solenni auspicia, avesque ex cœlo consultas, movet urnam ad expromenda inde suffragia, in gratiam Stilichonis.

Urnam] Varia fuerunt olim urnarum genera, unde sortes educerentur. Urnæ in judiciis, unde nomina reorum extrahebant ad eos judicandos, quo alludit Virgilius, 'Quæsitor Minos urnam movet.' Urnæ, unde nomina judicum educebant: urnæ in Campo, unde nomina suffragatorum expromebant, ut in hoc loco; et alia ejusmodi.

364 *Avibus secundat*] Id est, ex secunda seu fausta inspectione avium, futura omnia secunda feliciaque promittit.

365 *Vestibus Romuleis: Latii cultus*] Sunt vestis Consularis.

366 *Sederunt pectore*] Vestes leniter depressæ sunt ad tegendum pectus.

367 *Loricæque locum*] Toga decora visa est in eodem loco in quo erat antea lorica.

Vel Scythico victor rediens Gradivus ab axe,
Deposito mitis clypeo, candentibus Urbem
Ingreditur trabeatus equis: spatiosa Quirinus
Fræna regit, currumque patris Bellona, cruentam
Ditibus exuviis tendens ad sidera quercum,
Præcedit: lictorque Metus cum fratre Pavore
Barbara ferratis innectunt colla catenis,
Velati galeas lauro: propiusque jugales

Danubio, vel ex finibus Scythiæ, lenis scuto abjecto, trabea indutus *intrat urbem* in *equis albis. Romulus moderatur habenas immensas, et Bellona ducens currum patris* sui, *attollens ad astra* hastam *ex quercu, sanguinolentam spoliis locupletibus, præit: et Metus lictor cum fratre Pavore implicant colla fera* equorum *vinclis ferreis,* ambo habentes *cassidem* suam *tectam lauro: et Formido prope equos armata*

sec. *tenuit* inc. Heins. Ambr. sec. *Austro* Ambr. sec. inc. Heins.—368 *Scythio* Var. LL. ed. Antv. *ridens* Leid. sec. *rediens victor* Vat. quint.—369 *gaudentibus* Var. LL. ed. Antv. *orbem* Leid. pr. et sec. m. pr. Vat. tert. m. pr. Med. tert. inc. Heins. Voss. et Lov. m. pr. Petav. sec. Ambr. sec.—370 *spatiata* Med. tert.—371 *cruentum* Pric. Lov. Voss. Moret. sec. inc. Heins. duo Med. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *cruentat* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Florent. Thuan. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *cruentum* vel *cruentat* Reg. Oxon. pr.—372 *essuviis* Vat. sec. *tollens* Vat. sec. *tendentem* ed. Vicet. *tendens* viginti duo Codd. Ald. Exc. Gevart. Lucens. pr. et Var. LL. e marg. Parm.—373 *Pudore* duo Leidd. et undecim alii, item Exc. Gevart. *Pavore* Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. Lov. in quo hæc scripta erant. ' *Pavore*. recte. supra l. I. in Rufin. 343. Homer. Il. O. vs. 119. Hesiod. Scut. Herc. vs. 463.'—374 *fraternis* Jun. pr. *frenatis* Pric. *innectant* Rott. Florent. *injectant* Med. sec. Vat. tert. *vincla* Lov. *terga* duo Vatt. Farn. Med. quart. inc. Heins. ed. Vicet. *colla* Leid. pr. Oxon. pr. Vat. pr. Pal. Florent. Mazar. vet. Gyr. Vat. Livin. duo Ambr. tres Medd. Exc. Lucens. sec. *colla* vel *terga* Vat. sec. Petav. tert.—375 *auro* Vat. quint. Exc. Cod. Rhem. *pinctusque* Med. tert.

NOTÆ

370 *Quirinus*] Romulus, dictus in Cœlo Quirinus, filius Martis ex Rhea Sylvia: sed et Martis ædem ' Quirini cognomento, quasi sedati et tranquilli, intra pomœrium fuisse, multi meminerunt.' Alexander ab Alex. II. 4.

371 *Bellona*] Aliquando soror, aliquando filia Martis dicitur, immo et mater, vel auriga: adeo inter se dissenserunt Fabularum scriptores: ' Ædem Bellonæ et Martis extra Capenam, quarto ab urbe milliario, constructam ferunt, ut a civium mentibus intestinas clades, ardoremque conserendæ manus a civili cruore ad hostiles pugnas avocarent, utque domi jugi concordia quiete viverent, illos veluti fomenta præliorum intra urbem esse noluere.' Alex. ab Alex. II. 4.

372 *Quercum*] Hastam magnam, quercus instar.

373 *Metus cum fratre Pavore*] Hi lictores Martis, aliis sunt equi: Valerius Flaccus, ' Terrorque Pavorque Martis equi.'

Formido ingentem vibrat succincta securim.
Vidit ut optato se Consule Roma potitam,
Nunc, ait, Elysii lucos irrumpere campi,
Nunc libet, ut tanti Curiis miracula voti
Fabriciisque feram, Famæ qui vulnere nuper
Calcatam flevere togam. Jam prata choreis
Pulsent, nec rigidos pudeat lusisse Catones.
Audiat hoc senior Brutus, Pœnisque tremendi
Scipiadæ, geminis tandem quod libera damnis
Unius auxilio fasces Libyamque recepi.

quassat bipennem magnam. Roma statim atque aspexit se fruentem Consule expetito: Nunc, inquit, nunc juvat volare in *sylvas camporum Elysiorum, ut dicam prodigia desiderii tanti Curiis et Fabriciis, qui defleverunt nuper trabeam esse violatam plaga famæ. Jam Catones severi pulsent prata saltationibus, neque erubescant ludere. Brutus senior hoc discat, et Scipiones formidandi Carthaginiensibus, quod* ego Roma *liberata tandem* ab *exitio duplici, resumsi Consulatum, et Libyam ope unius* Stilichonis. *Quod restat,* o *Consul generosissime* Stilicho,

jugalis Put. Pat. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—376 *librat* Thuan. *vibrant* duo Vatt. *subjecta* Thuan.—377 *aptato* Pric. Jun. pr. *petitam* Vat. sec. Pal. Farn. Put. ambo Moret. inc. Heins. ed. Vicet.—378 *irrumpite* Var. LL. e marg. Parm. *erumpere* Leid. sec. et quatuordecim scripti, ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *irrumpere* vel *erumpere* Oxon. sec. —379 *licet* Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *intacti* Vat. sec. Med. tert. Petav. sec. Leid. sec. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *intacti viciis* Moret. pr. *intacti* vel *et tanti* Lov. *intacti* et emendatum *et tanti* Leid. pr. *cursus* pro *Curiis* Jun. pr. Pric.—380 *moram* Lov. m. pr. *famis* Vicet. Parm. *vulnera* conjiciebat Heinsius, qui et obelum huic versui apposuerat, *semper* Med. quart.— 381 *Calcantem* Reg. Oxon. pr. m. pr. *parta* inc. Heins.—382 *ne rigidos* Thuan. *lusisse* Vat. sec. *cessisse* Farn. *luxisse* Leid. sec. Pal. Voss. Petav. sec. Exc. Gevart. *vidisse* [*f. risisse*] Mazar.—383 *Audeat* Vat. pr. m. pr. Pal. Florent. Med. pr. *Gaudeat* conjiciebat Heins. *hæc* Vat. quint. Ambr. pr. Med. sec. Tholos. *Brutos* Pric. *Brutus senior* Moret. pr. Vat. sec. *penitusque* inc. Heins. *tremendus* Ambr. pr. *tremendi* Med. tert. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *timendi* Florent. Ambr. sec. inc. Heins. duo Med. —384 *quæ* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *qui* Farn. ed. Parm. et Vicet.—385 *Pœnos* pro *fasces* Put. Petav. sec. Oxon. sec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Pœnos* duo Leidd. Vat. sec. Med. tert. inc. Heins. Bonon. Tholos. Moret. pr. vet. Gyr. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *fasces* vel *Pœnos* Vat. pr. Lov. *peremi* Vat. tert. m. pr. *recepit* Vat.

NOTÆ

378 *Elysii campi*] Loca erant destinata beatis; ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere,* quod ibi essent soluti curis.

379 *Miracula voti*] Miracula desiderii expleti.

380 *Famæ vulnere*] Fleverunt togam calcatam violatamque ab Eutropio, id discentes malo rumore famæ, quæ hoc rumore tanquam vulnere vulnerabat eorum aures. Virgilius: 'Gravior ne nuntius aures vulneret.'

385 *Fasces, Libyamque*] *Recepi fasces,* seu Consulatum, qui calcatus et per-

Quod superest, unum precibus, fortissime Consul,
Adde meis, Urbique tuum largire parumper,
Quem rogat, adventum: quam tu belloque fameque
Depulsa terris iterum regnare dedisti.
Splendida suscipiant alium te Rostra Camillum.
Ultorem videant servatoremque Quirites,
Et populus, quem ductor ames: quibus Africa per te,
Nec prius auditas Rhodanus jam donat aristas:
Ut mihi vel Massyla Ceres, vel Gallica prosit
Fertilitas, messesque vehant nunc humidus Auster,

adjunge rem *unam votis meis, et concede tantisper urbi adventum tuum, quem precatur;* urbi, *quam voluisti rursus imperare, et bello et fame dejectam imperio terrarum. Forum illustre excipiat* te *ut Camillum alterum. Proceres et plebs, quam dux diligis, quibus per te Africa* dat *et Rhodanus dat* quoque *fruges non auditas ante;* proceres et plebs *intueantur te* ut *vindicem et conservatorem,* te qui facis, *ut vel fruges Massylæ, vel fœcunditas Gallorum utilis mihi sit, et nunc Notus pluvius, nunc Boreas apportent segetes, et granaria* nostra *locupletentur*

pr. Farn. Rott. Tholos. Ambr. pr. Petav. sec.—386 *Quæ* Moret. pr. *mitissime* Moret. sec.—387 *meum* Put.—388 *Quod* vel *Quem* Vat. sec. *regat* ed. Vicet. et Parm. *quem* pro *quam* Pric. *belloque* Reg. Mazar. Exc. Læti. *bellisque* Leid. sec. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. —389 *Depulsam* Put. ambo Moret. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *Depulsa* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Læti et Lucens. sec.—390 *suscipiunt* Ambr. pr. *suscipient* Reg. *suspiciant* ed. Vicet. *altum* pro *alium* Oisel.—391 *Altorem* Exc. Gevart. *Actorem* Put. Moret. pr. *Autorem* Var. LL. ed. Antv. *Victorem* Vat. quart. *Auctorem* Leid. sec. m. pr. Jun. pr. Moret. sec. Vat. quint. Pric. inc. Heins. duo Petav. totidem Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *Auctorem* vel *Ultorem* Oxon. sec. *Victorem* vel *Ultorem* Pric. Vat. tert. *redeant* Tholos. *solutoremque* Pric. Jun. pr. Oxon. sec. *salvatoremque* Thuan. *servatoresque* Moret. pr.—392 *Ut* Tholos. Exc. Læti. *Et* Voss. Lov. Ald. Exc. Gevart. *amat* Pal. *amas* quatuor Vatt. Farn. Rott. Oisel. Reg. Thuan. Mazar. Ambr. tert. *ames* duo Leidd. Jun. pr. Oxon. sec. Lov. Moret. sec. Med. tert. Vat. quart. inc. Heins. Put. Bonon. Pat. Tholos. duo Petav. totidem Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *par te* Petav. sec. *parce* Jun. pr. duo Medd. *Barce* conjecerat Heinsius, sed postea deleverat.—393 *Non* Vat. sec. Moret. pr. *prior* inc. Heins.—394 *tibi* Florent. *Ceres* Vat. Livin. *seges* Pal. Med. pr. Thuan. Ald.—395 *messisque* Tholos.

NOTÆ

ditus erat ab Eutropio: recepi Libyam, Gildone victo: sicque liberata sum a duplici damno, famæ ob Eutropium, et famis ob Gildonem, qui occupata Libya nos fame premebat.

390 *Rostra Camillum*] De Rostris et de Camillo alibi.

393 *Nec prius auditas*] Rhodanus, seu Gallia per te dat nobis fruges, id quod hactenus inauditum est.

394 *Massyla*] Pars est Mediterranea Mauritaniæ in Africa.

395 *Nunc Auster, nunc Aquilo*] Hic ex Gallia, ille ex Libya et Africa impellit naves, quæ fruges apportant.

Nunc Aquilo; cunctis ditescant horrea ventis.
Quæ tunc Flaminiam stipabunt millia vulgi!
Fallax o quoties pulvis deludet amorem
Suspensum, veniens omni dum crederis hora!
Spectabunt cupidæ matres, spargentur et omnes
Flore viæ, superes cum Pythia limina Consul
Arduus, antiqui species Romana Senatus.
Pompeiana dabunt quantos proscenia plausus!
Ad cœlum quoties vallis tibi Murtia ducet

a *ventis omnibus. Quæ tunc multitudo plebis implebit Flaminiam* viam! *o quoties pulvis mendax decipiet studia anxia populi, dum credit advenientem quolibet momento! Matres avidæ aspicient, et omnes viæ sternentur floribus, cum ascendes collem* Apollinis *Pythii*, tu *Consul altus*, qui es *imago Romana Senatorum veterum. Amphitheatra Pompeiana quantis resonabunt acclamationibus! Quoties vallis Murtia efferet tuum nomen ad astra* in *secessu*

ferat Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *vehat* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *reham* Vat. tert. Pal. Oisel. *vehant* Leid. pr. Oxon. pr. Florent. Reg. Thuan. duo Med. *ferant* Leid. sec. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm.—396 *Aquilon* Leid. sec. Rott. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Vat. quart. tres Petav. *ditescunt* Petav. sec. *mensis* vel *ventis* Vat. quint.—397 *Quæ nunc* Moret. pr. Vat. sec. *Quantum* Leid. pr. *Flaminia* Vat. quart. *Fluminei* Leid. pr. m. sec. *Flamineum* Leid. sec. Lov. Moret. pr. Ambr. sec. Petav. pr. Put. Reg. Thuan. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *stipabant* Thuan. Mazar. Moret. pr. *mœnia* pro *millia* Voss. m. pr.—398 *rumor* pro *pulvis* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Med. quart. Exc. Læti, Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *pulvis* Vat. Livin. Oxon. pr. Rott. Med. sec. Florent. Reg. Thuan. Mazar. ed. Vicet. *pulvis* vel *rumor* Vat. pr. et tert. Oisel. Med. pr. *deludit* Moret. pr. Vat. sec. *deludat* Farn. Pat.—399 *Suspensu* Put. *omni cum* Tholos. *crederet* Med. tert. *cerneris* inc. Heins.—400 *matres cupidæ* Moret. pr. *Sparguntur* Med. tert.—401 *superat* Vat. Livin. *superent* Moret. pr. *superet* quatuor Vatt. Farn. Rott. Oisel. *superes* Pal. Med. pr. et sec. Thuan. Mazar. Petav. pr. Exc. Læti. *Pythia culmina* Vat. pr. Rott. Florent. *Phitia* Vat. quint. Pal. Med. pr. *Pincia* Vat. sec. m. pr. *Phicia* tres Vatt. Exc. Læti. *Phicia culmina* Var. LL. ed. Antv. *limina* duo Vatt. Farn. Pric. *lumine* Voss. *lumina* Med. tert. Vat. quart. Put. inc. Heins. *culmina* Oxon. pr. duo Med. Reg. Thuan. Petav. tert.—402 *Ordinis* pro *Arduus* Petav. tert. *antiquum* Ambr. pr. *juventus* Reg. *juventus* vel *senatus* Oxon. pr.—403 *citos* pro *quantos* Ambr. tert. *procennia* vel *proscennia* Oxon. pr. *pausis* Vat. pr. m. pr. *lapsus* Jun. pr. *lusus* Vat. sec.—404 *vallis quoties*

NOTÆ

396 *Horrea*] Horrea publica Romæ fuerunt trecenta sex.

401 *Pythia limina*] Cum superabis collem, in quo exstructum est templum Apollinis, qui dictus est *Pythius*, quod occiderit serpentem Pythonem.

403 *Proscenia*] *Σκηνή, tabernaculum;* Theatrum arborum ramis umbratum. *Προσκήνιον, id quod est ante Theatrum* a Pompeio exstructum, *Vestibulum scenæ.*

404 *Murtia*] Vallis sic dicta a Mur-

Nomen, Aventino Pallanteoque recessu!
Nunc te conspiciam castris, permitte, relictis,
Mox et cum genero trabeis visura secundis.
  Hæc dum Roma refert, jam Fama loquacibus alis
Pervolat Oceanum; linguis et mille citatos
Festinare jubet proceres: nullique senectus,
Non iter, hybernis obstant nec flatibus Alpes.
Vincit amor meriti pridem, clarique vetustis
Fascibus ad socii properant et vindicis annum.
  Sic ubi fœcunda reparavit morte juventam,

Aventino et Pallanteo? Concede nunc ut *videam te deserentem castra, statim conspectura te cum genero* tuo Honorio in *Consulatu secundo. Dum Roma dicit hæc, jam fama celerrima percurrit maria pennis vocalibus, et imperat primores mille properare citius: et* statim *nec senium retardat quemquam, nec via, nec Alpes* vexatæ *ventis hyemalibus.* Omnia *vincit amor:* proceres *illustres jamdudum virtute et Consulatibus veteribus, accurrunt ad annum* regendum a Stilichone *collega* suo *quondam et liberatore. Ita cum Phœnix unicus reno-*

Jun. pr. Oxon. sec. Pric. *tibi vallis* Ambr. sec. *valles* Vat. pr. *Murcia* Vat. pr. m. pr. *Marcia* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Vat. pr. m. sec. Reg. Petav. et Ambr. pr. *dicet* Vat. tert. m. pr. *tollet* Vat. sec. Pal. Med. pr. Thuan. Moret. pr.—405 *Pallantinoque* Pric. Med. tert. *Palatinoque* Pat. *Palentinoque* Ambr. pr. ed. Vicet. *senatu* Pat. *recursu* Florent. Jun. pr. *recussis* Vat. tert. m. sec. *recussum* Petav. pr. m. sec. et sic Heinsius. *recussus* vel *recessu* m. pr. et *recussum* m. sec. Vat. pr. *recessu* vel *recursu* Oxon. sec. Vat. quart. *recursu* vel *recussis* vel *recussu* Pric.—406 *Nunc te conspiciam* Vat. pr. Florent. duo Med. inc. Heins. Reg. Mazar. duo Petav. duo Ambr. *Ut te* Vat. quint. *perspiciam* Pric. *conspiciant* Farn. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. *perspiciant* Med. tert. *prospiciant* Voss. m. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *Conspicuum* Vat. sec. Pal. Oisel. Med. pr. Thuan. Pat. Moret. pr. Ald. *conspiciam* vel *conspicuum* Leid. sec. Var. LL. e marg. Parm. *claustris* Florent. m. pr.—407 *etiam genero* Jun. pr. *trabeas secundas* Leid. pr. *usura* Med. pr.—408 *Hæc ubi* Pat. *Troja* Var. LL. ed. Antv. *volacibus* Pric. *velocibus* ed. Vicet. *alis* quinque Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Pat. *ales* Nic. Heins. Gesn. et ed. Bipont.—409 *Oceanum.* cum στιγμῇ, quatuor Vatt. Pric. Oisel.—410 *nullisque* Oxon. pr. *nullique* Voss. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. inc. Heins. Put. Thuan. sec. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Exc. Gevart. *secutus* ed. Vicet.—411 *obstat* Pat. *ne flatibus* Med. sec.—412 *Vincit amor.* sic distinguit Vat. tert. et Leid. pr. *pridem emeriti* conjiciebat Heins.—413 *Fastibus* Ambr. pr. *acciti* Pric. Jun. pr. *acciti* vel *ad socii* Oxon. sec. *et socii properans* Reg. *properat* Petav. sec. *sed vindicis* Pric. Jun. pr.—414 *fecundam* Voss. duo Oxon. Vat. sec. duo

NOTÆ

teto: ibi etiam erat templum Veneris Murtiæ, a murto vel myrto, quæ erat arbor Veneris.

Ducet] Efferet, continuabit usque ad Cœlum.

407 *Cum genero*] Hoc non contigit: nam Stilicho iniit Consulatum secundum, non cum Honorio, sed cum Anthemio.

Et patrios idem cineres, collectaque portat
Unguibus ossa piis, Nilique ad littora tendens
Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro;
Conveniunt aquilæ, cunctæque ex orbe volucres,
Ut Solis mirentur avem: procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti.
Nec minor in cœlo chorus est: exultat uterque
Theudosius, Divique tui. Sol ipse quadrigis
Vere coronatis dignum tibi præparat annum.
Est ignota procul, nostræque impervia menti,

varit juventutem suam *funere feraci, et ipse fert unguibus suis cineres patrios, et ossa congregata, et iens ad ripas Nili, venit ab Oriente ultimo; Aquilæ confluunt, et aves omnes ex Orbe* universo, *ut suspiciant volucrem Solis. Avis flammea* Phœnix *micat longe,* pro *qua cinnama rogi odoriferi fragrant. Neque* vero *gaudium minus est in Cœlo. Ambo Theodosii triumphant, et Dii* Majores *tui. Ipse Sol equis redimitis* flore *verno præparat tibi annum meritum. Parens rancida annorum est longe incognita, et inaccessa animis huma-*

Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Moret. sec. duo Ambr. Exc. Gevart. *collectam* Ambr. pr. m. pr. *jocundam* Pat. Var. LL. ed. Antv. *vita juventam* Pat. *more* pro *morte* Oxon. sec. m. sec.—415 *patris* Jun. pr. *portans* Pric. *portant* Vat. quart. *servat* Vat. tert. m. pr.—416 *tendens* Vat. tert. Pal. Farn. Pric. Rott. duo Med. Thuan. Jun. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *tandem* quatuor Vatt. Oisel. Exc. Læti. *tandem* vel *tendens* Florent. Oxon. sec.—417 *tandem procedit* Ambr. pr. *procedat* Oisel. *processit* Vat. quint. Pat.—419 *ludit* Reg.—420 *adorati* Bonon. Tholos. *redeunt* Pat. *cum cinnama* Med. quart. *et cinnama* Vat. pr. et tert. *tibi* vel *cui* Oxon. sec.—421 *minus* Ambr. sec.—422 *Theodosius* duo Leidd. totidem Oxon. Jun. pr. Florent. inc. Heins. quatuor Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Ambr. pr. tres Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Divisque suis* Farn. *Dominique* vel *Divique* Oxon. sec. *sollenne* pro *sol ipse* Pat. *quadrigas* Vat. sec. m. pr.—423 *coronatus* Vat. pr. Isingr. Pulm. Gryph. Colin. *coronatis* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Voss. Lov. Moret. sec. tres Ambr. totidem Petav. Ald. Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *properat* Vicet. et

NOTÆ

419 *Solis avem*] Phœnicem instar Solis æternum, vel quia ad Solem se comburit.

Ignea] Avis ex igne nata, et ex busto cineribusque patriis.

420 *Cinnama*] Pro qua ave cinnama et ligna odorifera fragrant, his siquidem collectis, et in saxo dispositis, rostro ignem excitat ad Solem, et seipsam igne consumere dicitur, ex cineribus mox alia nascitur avis. De Phœnice agemus fusius in Claudiani nostri Eidyl. I.

422 *Divique tui*] Majores tui inter Deos relati; vel ambo Theodosii, qui sunt Dii tui, seu a te culti. Legimus in Anthologia Θευδόσιον.

424 *Nostræ menti*] Impervia mentibus aliorum hominum, non poëtarum qui divinitus afflati sunt.

Vix adeunda Deis, annorum squalida mater,
Immensi spelunca ævi, quæ tempora vasto
Suppeditat revocatque sinu. Complectitur antrum,
Omnia qui placido consumit numine, serpens:
Perpetuumque viret squamis, caudamque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.
Vestibuli custos, vultu longæva decoro,
Ante fores Natura sedet, cunctisque volantes
Dependent membris animæ. Mansura verendus
Scribit jura senex, numeros qui dividit astris,

nis, vix patens Superis ipsis, *caverna æternitatis infinitæ, quæ mittit et revocat tempora gremio ingenti. Draco qui edit cuncta potestate tranquilla amplexatur id specus, ac virescit squamis æternis, et devorat caudam* suam *ore recurvato repetens initia* sua *flexu silente. Natura annosa facie honesta, servatrix vestibuli, sedet ante januam, et animæ volitantes hærent* in *omnibus* partibus *corporis* ipsius. *Senex venerandus describit leges duraturas, qui* senex *distribuit numeros sideribus, et motus*



Parm.—424 *Ast ignota* Thuan.—425 *feris* Var. LL. ed. Antv.—426 *inmersi* Petav. sec. *quod* Med. quart. *sæcula* Rott. Med. sec. *tempore* inc. Heins. *nacto* Oxon. sec. m. pr.—427 *annum* Vat. quint. Rott. Put. Reg. Oxon. pr. *antrum* vel *annum* Vat. tert.—428 *quæ* Rott. Bonon. Ambr. et Moret. sec. *munere* Pric. Ambr. pr. Jun. et Moret. pr. Oxon. sec. *nomine* Vat. pr. m. pr. Med. tert. inc. Heins. Ambr. sec. Leid. pr. m. pr.—429 *Perpetuisque* Moret. pr. *virens* vet. Gyr. *reductum* Exc. Schott. *reductam* duo Leidd. et novemdecim alii, Exc. Gevart. *redacto* vel *reductam* Pric.—430 *volat* Pal. Med. tert. *notat* Ambr. pr. *morsu* vel *lapsu* Lov.—431 *longæva sacerdos* inc. Heins. Ambr. sec.—432 *junctisque* Petav. tert. *volentes* Med. quart.—433 *Dependunt* inc. Heins. m. pr. *Deprendunt* Put. ed. Vicet. *mansueta* Jun. pr.

NOTÆ

427 *Suppeditat*] Quæ ex vasto suo sinu emittit tempora, et revocat in suum sinum. Designat annos, qui sua per vestigia instar circuli redire videntur.

428 *Serpens*] 'Annus,' ex Servio, 'secundum Ægyptios indicabatur picto dracone caudam suam mordente.' Unde hujus rei jure meminit Claudianus vates Ægyptius.

430 *Vorat*] Serpens caudam vorat, consumit omnia, relegit vestigia. Annorum tempus intellige. 'Tempus edax rerum.' Servius: 'Annus dictus quasi anus, id est, anulus, quod in se redeat, ut est.' Virgilius: 'Atque in se sua per vestigia volvitur annus.'

433 *Animæ*] Natura continet rerum omnium animas, quæ ex ipsius corpore dependent. Excipe animam hominis, quæ radius quidam videri possit, non ex natura, sed ex ipso naturæ auctore delibatus.

434 *Senex*] Χρόνος, qui idem est ac Saturnus, Tempusque: nisi potius Deum ipsum temporis auctorem intelligas.

Et cursus stabilesque moras, quibus omnia vivunt,
Ac pereunt fixis cum legibus: ille recenset
Incertum quid Martis iter, certumque Tonantis
Proficiat mundo, quid velox semita Lunæ,
Pigraque Saturni: quantum Cytherea sereno
Curriculo, Phœbique comes Cyllenius, erret.
Illius ut magno Sol limine constitit antri,
Accurrit Natura potens, seniorque superbis

et retardationes certas, quibus res omnes oriuntur aut occidunt, statuta quadam *lege: ille* senex *refert, quid via dubia Martis* planetæ, *quid* via *certa Jovis prosit Orbi; quid cursus celer Lunæ, quid* cursus *lentus Saturni* prosit; *quanto* tempore *Venus curru pulchro, et* quanto *Mercurius comitans Solem vagetur. Statim atque Sol stetit in vestibulo ingenti speluncæ hujus, Natura mater* venit *obviam, et*

Oxon. sec.—434 *dividis* Ambr. pr.—435 *vivant* Vat. quart.—436 *Et pereunt* Mazar. *ac pereant.* cum στιγμῇ, tres Vatt. *fictis* ed. Vicet. *ceu* pro *cum* conj. Heins. Vat. pr. et alii distinguunt *fixis cum legibus ille recenset. legibus* Florent. Reg. *ire recenset* Vat. quart.—437 *quod* inc. Heins.—438 *Perficiat* Vat. quint. inc. Heins. Mazar. Petav. sec. duo Ambr. Exc. Gevart. *Prospiciat* Leid. pr. m. sec. Pal. Farn. Rott. Reg. Thuan. Oxon. pr. duo Med. Exc. Lucens. pr. *Prospiciat* vel *Proficiat* Vat. tert. *velox Scintia* Pric. *semina* Put. —439 *serenum* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. *sonoro* Moret. pr. *soporo* Ms. Mureti. *Saturno* Vat. quart. Thuan. *seno* Pric. *remoso* Put.—440 *errat* Oxon. pr. *erret* Exc. Lucens. pr. *hæret* Moret. sec. Bonon. *ercet* Reg. *iret* ed. Vicet. *ardet* Put.—441 *magno sol limine* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Thuan. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *Phœbus ad limen* Med. tert. item Gesn. et ed. Bipont. *magno Sol limine* vel *Phœbus ad limen* Florent. *ad lumen* Ambr. sec. *lumine constitit antri* Reg. Thuan. *antris* Vat. pr. m. pr. *austri* lib. Barth.—442 *Adcurrit* Put. Var. LL. ed. Antv. *Occurrit* Vat. pr. *Accurrit* Voss. m. pr. duo Vatt. Med. tert. inc. Heins. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Moret. sec. tres Petav. totidem Ambr. ed. Parm. Exc. Gevart. *Natura parens* Moret. pr. Heinsius ascripserat locum Plinii lib. XXII. c. 24. 'Parens illa ac divina rerum artifex Natura.' *duce* Vat. pr. m. pr. *superbus* duo Vatt. Farn. Moret. pr. Med. tert. Put. ed. Parm. et Vicet. *superbo* inc. Heins.

NOTÆ

435 *Cursus stabilesque moras*] Per *cursus* cognoscimus planetas; per *stabiles moras* agnoscimus stellas fixas.

Vivunt ac pereunt] Etenim statuta quadam lege. 'Ortum quicquid habet finem timet.' Statius.

437 *Incertum Martis iter*] Temperies Martis Planetæ incerta et inæqualis est, prout magis aut accedit aut recedit a Sole.

Certum Tonantis] Temperies Jovis Planetæ certior est et æqualior, quod servet distantiam a Sole æqualiorem.

438 *Velox semita Lunæ*] Cursum suum per mensem conficientis.

439 *Pigraque*] Saturnus per triginta annos cursum absolvit. Unde vocatur *pigra* ejus *semita.*

Cytherea] Stella Veneris, quæ Venus Cytherea dicitur, ut supra vidimus.

440 *Phœbique comes Cyllenius*] Mercurius, sic dictus a Cyllene monte Arcadiæ. Proximus est Soli, ideoque illum perpetuo comitari dicitur.

Canitiem inclinat radiis. Tunc sponte reclusos
Laxavit postes adamas. Penetrale profundum
Panditur, et sedes ævique arcana patescunt.
Hic habitant vario faciem distincta metallo
Sæcula certa locis; illic glomerantur ahena:
Hic ferrata rigent, illic argentea candent.
Eximia regione domus, contingere terris
Difficiles, stabant rutili, grex aureus, anni:
Quorum præcipuum pretioso corpore Titan
Signandum Stilichone legit. Tunc imperat omnes
Pone sequi: dictisque simul compellat euntes;

quamvis *antiquior*, tamen *demittit canos* ante *radios illustres Solis. Tum adamas aperuit portas ultro patentes. Sacrarium altum reseratur, et sedes et secreta temporum videntur. Hic Ætates quædam differentes vultu* per *metalla diversa incolunt locos* separatos: *illic* ætates *æreæ congregantur, hic ferreæ rigescunt, illic argenteæ albescunt. At in pulchriore parte domus hujusce turba micabat formosa annorum aureorum, eveniens Orbi difficile: quorum pulchrior corpore locuplete eligitur* a *Sole, nominandus* a *Stilichone. Tum jubet omnes sequi* a *tergo, et* his *verbis*

—443 *tum sponte* Vat. pr. et sec. Leid. pr. Lov. Pat. ambo Moret. duo Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *cum* Pric. Tholos. Jun. pr. Petav. tert. *cum* vel *tum* Oxon. sec. *revulsos* Pat. *reclusas* Pric. Ambr. tert. m. sec. *reclusus* Leid. pr. et tredecim alii.—444 *profundis* Voss. m. pr.—446 *Hinc* Leid. sec. Farn. Exc. Lucens. pr. *habitat* Med. sec. Put. Ambr. sec. inc. Heins. *facies* tres Vatt. Pric. Rott. Oisel. Vat. pr. m. sec. *faciem* Vat. pr. et tert. Leid. pr. m. sec. Pal. Thuan. Mazar. duo Med. *distracta* Put.—447 *illinc* Oxon. pr. Leid. sec. Farn. Put. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *aëno* Oxon. pr. *aheno* Reg.—448 *Hinc*...*illinc* Farn. Put. Reg. ed. Parm. et Vicet. *illinc argentea* Moret. pr. *candet* Lov.—449 *conjungere* Bonon.—450 *Difficili* Tholos. Ambr. pr. *Difficilis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *stabat* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. *rutili stabant* Leid. pr. Oxon. pr. *rutili stabat* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *stabat rutuli rex* Lov. *rex* etiam decem alii et Exc. Gevart.—451 *principium* Jun. pr. *præcipuum* vel *principium* Med. quart. *spatioso* Ambr. pr.—452 *Signandi* ed. Parm. *Signandus* Med. quart. *Signandum* Var. LL. e marg.

NOTÆ

444 *Adamas*] Porta cavernæ, unde profluunt tempora et sæcula, ex adamante facta est, quia duratura. Hæc certe ævi et sæculorum descriptio luculenta est: in his forsan alludit ad statuam quam vidit Nabuchodonosor, cujus statuæ caput aureum, pectus et brachia argentea; venter et femora ærea; tibiæ ferreæ, pedes ferrei et fictiles.

452 *Signandum Stilichone*] Sol eligit ex grege annorum aureorum pulchriorem, cui Stilicho Consul nomen suum imponat: diximus quippe annos a Consulibus nominari.

En, cui distulimus melioris sæcla metalli,
Consul adest. Ite optati mortalibus anni.
Ducite virtutes: hominum florescite rursus
Ingeniis hilares, Baccho frugumque feraces.
Non inter geminos anguis glaciale Triones
Sibilet, immodico nec frigore sæviat Ursa.
Non torvo fremat igne Leo, nec brachia Cancri
Urat atrox æstas, madidæ nec prodigus urnæ
Semina prærupto dissolvat Aquarius imbre.

una alloquitur illos *sequentes: Ecce adest Consul* Stilicho, pro *quo reservavimus ætatem metalli pretiosioris. Currite anni expetiti* ab *hominibus, conducite virtutes, florete iterum ingeniis virorum, fœcundi vino, et fertiles segetibus. Non Serpens inter Triones duos* edat *sibilum gelidum, neque Ursa bacchetur frigore nimio: non Leo rugiat cum flamma* sua *iniqua, neque æstas acerba inflammet brachia Cancri, neque Aquarius profundens urnam humidam, corrumpat fruges pluviis immensis.*

Parm. *regit* Mazar.—454 *In quem* Oxon. pr. Vat. tert. Oisel. Mazar. *un quem* Reg. *Et cui* Med. tert. *Dii cui* inc. Heins. Petav. tert. qui et hunc versum sequenti postponit. *En cui* vel *In quem* Leid. pr. Vat. pr. Florent.—455 *vos optati* Ambr. tert. *melioribus* vel *mortalibus* Florent. *per saxa metalli* pro *mortalibus anni* ed. Vicet. *per sæcla metalli* Farn. *metallis* Oxon. pr. *sæcla metalli* vel *mortalibus anni* Lov.—456 *Discite* inc. Heins. Ambr. sec. Med. quart. *Ducite virtutes.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Leid. pr. duo Petav. *Discite* vel *Ducite* Vat. sec. *hominum.* sic interpungunt Rott. et Vat. tert. *florescere* Med. quart. —457 *Progeniis* Farn. *Bacchi* Ambr. sec. m. sec. *frugisque* Pat.—458 *angues* Var. LL. ed. Antv.—459 *in medio* pro *immodico* Ambr. sec. inc. Heins. ed. Vicet. *non frigore* Lov. Oxon. pr. *sæviet* Moret. pr.—460 *Nec toto fremat ore* Oxon. pr. *Non toto* Leid. pr. *Nec* octo alii. *torto* Exc. Lucens. pr. *toto* Vat. tert. Oisel. vet. Gyr. Mazar. *toto* vel *torvo* Vat. pr. *fremet ore* Pat. *ore* Reg. *non brachia* Vat. sec. Med. quart.—461 *æstus* inc. Heins. Ambr. sec. Med. quart. *madidus* Pal. Farn.—462 *Semine* Voss. m. pr.—463 *producit* Mazar.

NOTÆ

458 *Anguis*] Est signum Septemtrionale, porrectum inter duos Triones, seu duas Ursas, majorem et minorem. Virgilius: ‘Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum, perque duas in morem fluminis Arctos.’ Alii dicunt hunc anguem Hesperidum mala custodientem ab Hercule fuisse occisum, et a Junone inter astra collocatum: alii in Gigantomachia eum fuisse Minervæ objectum, et ab ea contortum ad sidera cœloque infixum.

Triones . . . Ursa] De his supra in III. Cons. Hon. vs. 170.

460 *Leo*] Unum ex duodecim Zodiaci signis, est nempe Leo Nemeæus, seu Cleonæus, victus ab Hercule. *Igne fremat*, quod tum calor sit violentior: *torvo* autem, non quod ignis torvus sit, sed quia Leo ipse torvus.

Cancri] Hic est, ex Virgilio, ‘Pressus ab Hercule Cancer,’ dum contra Hydram pugnaret. Tum Sol a nobis instar Cancri retrogradi fingitur.

462 *Aquarius*] Ganymedes Phrygius raptus ab aquila, Jovis futurus pincerna, Diisque daturus nectar, aquam hominibus. Præsidet partim Decembri et partim Januario mensibus, pluvia infestari solitis.

Phrixeus roseo producat fertile cornu
Ver Aries: pingues nec grandine tundat olivas
Scorpios: autumni maturet germina Virgo.
Lenior et gravidis allatret Sirius uvis.
Sic fatus, croceis rorantes ignibus hortos
Ingreditur: vallemque suam, quam flammeus ambit
Rivus, et irriguis largum jubar ingerit herbis,
Quas Solis pascuntur equi. Fragrantibus inde

Aries Phrixeus cornu pulchro efficiat ver fœcundum: neque Scorpius verberet grandine oleas pingues. Virgo reddat *fœtus Autumni maturos, et Canicula mitior latret* in *racemos turgentes.* Sol *ita locutus intrat hortos* suos *manantes flammis purpureis, et* intrat *prata sua, quæ fluvius igneus cingit, et immittit lucem copiosam herbis sparsis* luce, *quibus equi Solis aluntur. Inde* Sol *nectit comam floribus odo-*

perducat Pal. *præducat* Jun. pr.—464 *pinguis* Vat. pr. Oisel. *gramine* Put. *tondat* ed. Parm. ex conjectura. *olivos* Oisel.—465 *Scorpius* tres Vatt. Pal. Farn. Put. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *Scorpion* Leid. pr. cum septemdecim aliis, ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Scopior* et emendatum *Scorpion* Leid. sec. *Scorpio* et emendatum *Scorpios* Lov. *germine* Med. tert. *gramina* Pal. Pric. Rott. Ambr. pr. *germina* Leid. pr. et viginti Codd. Ald. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm. *gramina* vel *germina* Vat. tert.—466 *ablatret* Ambr. pr. *oblatret* Moret. sec.—467 *fassus* Mazar. *fatur* Med. tert. ed. Vicet. *roseis* Put. *croceis fatus* Lov. Exc. Gevart. *rutilantes* vel *redolentes* legebat Heins. *ignibus* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. *floribus* Lov. *crinibus* inc. Heins. *finibus* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. duo Vatt. Pric. m. pr. Med. tert. Put. Mazar. Pat. Ambr. sec. duo Petav. Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *finibus* et emendatum *floribus* Leid. pr. *finibus* vel *ignibus* Vat. quart. *hortos* Lov. Exc. Gevart. *arctos* Put. Pat. *ortus* Oxon. pr. Moret. sec. Vat. tert. Pal. Oisel. Florent. m. pr. Med. pr. Reg. Mazar. duo Ambr.—468 *urit* Pat.—469 *Rivulus* Med. sec. *exiguis* Leid. pr. m. pr.—470 *Qua* Pat. *fragrantibus* Lov. duo Vatt. *flagrantibus* Vat. sec. et tert. Pal. Farn. Pric.

NOTÆ

463 *Phrixeus Aries*] Alatus et vellere aureo insignis, quem Phrixus Athamantis et Nepheles filius, Ino novercam fugiens, conscendit ex Thessalia in Colchidem iturus. Præsidet mensi Martio, quo terra, ceu vellere quodam herbarum, vestiri incipit.

465 *Scorpios*] Devictus ab Orione. Præsidet partim Octobri et partim Novembri, quo tempore frigus pungere incipit.

Virgo] Ea est Erigone Icari filia, in cœlo collocata ob insignem pietatem: vel est Astræa, seu Justitia, quæ quidem ex Ovidio: ‘ cæde madentes Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.’ Præsidet partim Augusto et partim Septembri, qui menses, Virginis instar, nihil amplius pariunt.

466 *Sirius*] Canicula Icari, nomine Mera, in signo Leonis, quæ ex veteribus calorem geminare credebatur. Alia est recentiorum opinio.

467 *Hortos*] Soli regiam, hortos, mensas, equos, pecora Poëtæ tribuunt.

469 *Irriguis*] Irriguæ sunt herbæ, sed larga luce, non aquis.

Cæsariem sertis, et lutea lora jubasque
Subligat alipedum: gelidas hinc Lucifer ornat,
Hinc Aurora comas: juxtaque arridet habenis
Aureus, et nomen prætendit Consulis, annus:
Inque novos iterum revoluto cardine cursus
Scribunt ætheriis Stilichonem sidera fastis.

riferis, et habenas croceas, et jubas equorum suorum. *Hinc Lucifer decorat crines roscidos, inde Aurora: et prope annus aureus arridet, tenens lora* sua, *et præfert nomen Consulis; rursus verso cardine in curriculum novum, Dii* ipsi *scribunt Stilichonem* in *Fastis cœlestibus.*

fraglantibus Petav. pr. *fragrantibus* vel *flagrantibus* Vat. pr.—471 *Lethea* Rott. *linthea* Tholos. *lutea* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Reg. Thuan. duo Petav. Vat. Livin. vet. Gyr. Exc. Læti et Lucens. pr. *lactea* duo Leidd. et sedecim scripti, Ald. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *lutea* vel *lactea* Petav. tert. duo Oxon. *colla* Jun. pr. Oxon. sec.—473 *adridet* duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *illudit* Pric. Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. *colludit* Reg. Thuan. Mazar. *alludit* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. Florent. Oxon. pr. duo Med. *arridet* vel *alludit* Vat. quart. Petav. pr. *habenas* Vat. sec. m. pr.—475 *novos tantum* Pal. *resoluto* Lov. *rursus* Pal. Rott. *currus* Pat.—476 *sidereis* inc. Heins. *sæcula* vel *numine* pro *sidera* Moret. sec. *fastis* vel *factis* Vat. tert.

NOTÆ

472 *Gelidas comas*] Propter rorem matutinum. Lucifer et Aurora perpetui Solis comites.

475 *Revoluto*] Hoc finem anguit anni emensi: per *novos cursus* intellige annum incipientem.

476 *Ætheréis*] Cœlestibus, immortalibus.





